D. AVGVSTINI



INDEX. TOMVS. I ET. II

DIVI AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, OPERVM,

Tomus primus.

Cui accesserunt libri, Epistolæ, sermones, & fragmenta aliquot, hactenus nunquam impressa.

In quo, præter locorum multorum restitutionem, secundum collationem vetustiorum exemplarium: curauimus remoueri ea omnia, quæ fidelium mentes, hæretica prauitate possent inficere, aut a catholica, & orthodoxa fide deuiare.

Additus est & INDEX, cæteris omnibus & locupletior, & copiosior.

Nunc recens impressus, recognitus, & emendatus.



VENETIIS, Apud Damianum Zenarum.
M D LXXXIIII.



TYP

AD C



& facundia
rire abunda
quicquid ſ
detur, quiſ
Quoniam
ſiue de vita
ligione &
Auguſtinu
& ſimilite
de Dialect
mentis, ne

iiu



TYPOGRAPHVS AD CANDIDOS LECTORES.



DIVI Aurelij Augustini Hipponensis Episcopi opera diuina quidem penè esse, & omnibus bonarum literarum studiosis perquam vtilia, & necessaria nemo est qui non iudicet; tum quia eloquentiæ, & facundiæ in illis perennes fontes ubique scaturire abundantissime cernuntur; tum etiam quia quicquid seculari uitæ, religioseq; conducere videtur, quisq; illa perlegẽdo facile reperire potest. Quoniam siue de artibus, & sciẽtijs inquiramus, siue de vita instituenda, & de moribus, siue de religione & fide, de his omnibus profecto Diuus Augustinus tractat. Nam de Grãmatica scripsit, & similiter de Rhetorica & eius principijs, item de Dialectica, & decem Categorijs siue prædicamentis, nec nõ de alijs principijs, & quampluri-

bus rebus quæ in primis ſtudioſis omnibus ſummè neceſſaria eſſe ſolent. Præterea conſcripſit nō nulla contra ſectam Academicorum, eorum inſolentiam veris, atque acutiſsimis rationibus reprimendo. De Moribus quoque plura, Sicque de libero arbitrio, De Vita beata, De animorum immortalitate, Deinceps de vero cultu, ſeu de vera religione, & de Ciuitate Dei pleniſſime. Similiter de Harmonicis, ſiue de Muſica plures libros cōpoſuit, & de alijs propè infinitis rebus, quæ ſingula hic enumerare nimis longum, & ſuperuacaneum eſſet. Scripſit denique ſuper libros Geneſis, & paſſim fere ſuper omnem ſcripturam, tam veterem, quam nouam ſuas expoſitiones. Quæſtiones quoque quamplurimas, & Soliloquia, & Sermones, Epiſtolas & innumēra atq; uaria opuſcula aduerſus varios Hereticos ſui temporis elaborauit, ex quibus omnibus ſi quis perlegat, reipſa confirmari cognoſcet, quòd nos ſuperius aſſerebamus de eius operum utilitate & neceſſitate. Inter quæ nec illud reticendum, eum ita dexterè in his tradendis ſe geſſiſſe, vt iuxta propoſitæ materiæ ſeriem, nunc uti magiſtrum diſcipulis, uti oratorem iudicibus, vti concionatorem turbis,

vti

vti acutissimum philosophum sapientibus, & vti profundissime, atque reconditæ Sapientiæ repletum Theologizantibus se exhibere videatur, vnicuiq; tandē talē se præstans, qualem quisque eū tunc desiderare posset. tantaq; est eius eloquij suauitas, ut lac & mel vndiq; affluere cernatur, qua lectores adeo captiuos reddit, ut semper ad lectionem alliciat, & nunquam defessos reddat. Meritò igitur inter summos fidei Christianæ & Catholicæ Doctores connumeratur, & primas obtinet, cum per eius scripta doctè, & prudēter Sancta catholica ecclesia construatur, Populus fidelium doceatur, & Hæretici omnes cum suis prauis sectis confundantur, & funditus eradicentur. quare iure merito non Europa tantum, sed vniuersus orbis tanti viri nomen celebrat, & exaltat.

Hæc igitur omnia cum animaduerterem, animo subijt non ab re futurum, tam celebris auctoris scripta ad communem studiosorum vtilitatem aliquando subdere prælis nostris, ac typis imprimere; quod quidem nunc Deo dante vestris studētes commodis, nunc perfecimus, nō sine summo labore, atq; profusis expensis, cupientes vt vobis quam correctissima ederentur; quocirca pluri-

bus

bus vndique vetustioribus exemplaribus congestis, & per doctissimos Theologos recognitis, atq; inuicem comparatis, ad genuinam lectionem quantum fuit possibile restituimus, & in hanc cō modisśimam formam excussimus, ita vt amplius nec utilitatis, commoditatisq́; respectu, ut credo, aliquid aliud desiderari possit. Interim restat vos rogatos esse, hæc æquo animo, & libenter suscipere, & cæptis nostris fauere, vt in futurum animus nobis suppetat, non tantum his similia quoque, verum etiam maiora in vestram gratiam proferre. Valete.



CATALOGVS EORVM QVAE PRIMO TOMO CONTINENTVR.

POSSIDONIVS CALAMENSIS
EPISCOPVS DE VITA, ET MORIBVS
AVGVSTINI.



INSPIRANTE rerũ omniũ factore & gubernatore Deo, mei memor propositi, quod per gratiam Saluatoris omnipotentis, ac per diuinæ Trinitatis fidem seruare decreui, & antea in vita laicorum, & nũc in officio Episcoporum, studens ex qualicunque accepto ingenio, & sermone ædificationi prodesse sanctæ, ac veræ Christi domini Catholicæ Ecclesiæ, de vita ac moribus prædestinati, & suo tempore præsentati sacerdotis optimi Augustini, quæ in eodem vidi, ab eodẽque audiui, minime reticere debeo. Id enim etiam ante nos factitatum fuisse à religiosissimis sanctæ matris Ecclesiæ Catholicæ viris legimus & comperimus, qui diuino afflati spiritu, sermone proprio atque stylo, & auribus & oculis scire volentium dicẽdo & scribendo similia, studiosorum notitiæ intulerunt, quales quantique viri ex communi domini gratia in rebus humanis, & uiuere, & vsque in finem obitus perseuerare meruerũt. Idcirco ipse quoque dispensatorum omniũ minimus, fide non ficta, qua domino dominantium omnibusque bonis seruiendum & placendum est fidelibus, de prædicti venerabilis exortu viri & precursu & debito fine, quæ per eum didici & expertus sum quam plurimis annis eius inhærens charitati, vt dominus donauerit explicandum suscepi. Verum summam quæso maiestatem, quo munus huiusmodi à me arreptum ita geram & peragam, vt nec patris luminum offendam veritatẽ, nec bonorum ecclesię filiorum ulla ex parte fraudare videar charitatem. Nec enim attingã ea omnia insinuare, quæ idem beatissimus Augustinus in suis Confessionũ libris de semetipso, qualis ante perceptã gratiam fuerit, qualisq; iam sumpta uiuere designauit. Hæc enim facere uoluit, ut ait Apostolus, ne de se quisquam hominum supra quàm se esse nouerat, aut de se auditum fuisset crederet, vel putaret, humilitatis sanctæ more vtens, & iam nullum fallens, laudem non suã, sed sui domini de propria liberatione, ac munere quærens, vt iis videlicet quæ iam perceperat, & fraternas ꝑces poscens de ijs, quæ accipere cupiebat. Sacramentum igitur regis, quod angelica authoritate prolatũ est, bonum est abscondere, opera autem domini reuelare & confiteri, honorificum est. Igitur beatissimus Augustinus ex prouincia Aphricana ciuitate Thagastensi de numero curialium, parentibus honestis & Christianis progenitus erat, alitusq;, ac nutritus eorũ cura, ac diligẽtia, impensisq;, secularibus literis eruditus apprime, omnibus videlicet disciplinis imbutus, quas liberales vocãt. Nam & Grãmaticam prius in sua ciuitate, & Rhetoricam in Aphriycæ capite Carthagine postea docuit. Consequenti etiam tempore trãs mare in vrbe Roma, & apud Mediolanum, vbi tunc temporis Imperatoris Valentiniani minoris comitatus fuerat constitutus. In qua vrbe tunc episcopatũ administrabat accepissimus Deo, & in optimis viris præclarissimus sacerdos eximius Ambrosius. Huius interea uerba Dei prædicatoris frequẽtissimis in Ecclesia disputationibus astans in populo, intendebat suspensus atque affixus. Verum aliquando Manichæorũ apud Carthaginem adolescens fuerat errore seductus, & ideo cæteris suspẽsior aderat, ne quid uel ꝑ ipsa, uel cõtra ipsam hæresim diceretur. Sed præuenit Dei liberatoris clementia sui sacerdotis Ambrosij cor pertractantis, vt contra illum errorem incidentes legis soluerentur quæstiones, atque ita edoctus sensim, atque paulatim, hęresis illa miseratione diuina eius ex animo pulsa est. Protinusque ipse in fide

Cor. 12. *Tobiæ. 12.* *Ortus & cõuersio, Caput 1.* *Comitatus Cæsaris.* *Ambrosius.* *August. Manichæus.*

catholica cõfirmatus eſt, proficiendi in religione eius amoris ardor tãtus innatus eſt, vt propinquantib. dieb. ſanctis Paſchæ, ſalutis aquã perciperet. Et factum eſt diuina pſtante opitulatione, vt per illum talẽ ac tm̃ antiſtitem Ambroſium, & doctrinã ſalutarẽ eccleſiæ catholicæ, & diuina Auguſtinus pciperet ſacramẽta.

Baptiſm⁹ Auguſt.

Mundicõtemptus. Cap. 2.

Moxq; ex intimis cordis medullis ad Deum cõuerſus, ſpẽ omnẽ quã habebat in ſeculo dereliquit, iã non uxorẽ, nõ filios carnis, non diuitias, non honores ſeculi quærens, ſed ſoli Deo cũ ſuis ſeruire ſtatuit, in illo & ex illo puſillo grege eſſe ſtudẽs, quẽ dominus alloquitur, dicens: Nolite timere puſillus grex, qm̃ complacuit patri veſtro dare vobis regnũ: Vendite, quę poſsidetis, & date eleemoſynam: Facite uobis ſacculos non veteraſcentes, theſauros non deficiẽtes in cęlis. Et illud qđ iterum dicit dñs, idem vir ſanctus facere cupiens. Si uis eſſe perfectus, vende oĩa quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurũ in cęlis, & veni ſequere me. Et ſuper fidei fundamentũ ædificare deſiderãs, non ligna, fęnũ ſtipulã, ſed aurũ, argentũ, & lapides precioſos.

Luc. 12.

Non modo præceptis ſed et cõſiliis domini adheſit Auguſt.

Mat. 19.

1. Cor. 3.

Et erat tunc annis maior triginta, ſola ſupſtite matre, nomine Monica, ſibiq; adhærente, & de ſuſcepto eius propoſito ſeruiendi Deo amplius q̃ de carnis nepotibus exultãte. Nã eius pater Patricius nomine iã antẽa functus erat. Renunciauit etiã ſcholaſticis quos Rhetoritorice docebat, vt ſibi magiſtrũ alium prouiderẽt, eo qđ ſeruire Deo ipſe decreuiſſet.

Aetas Auguſt.

Monica Auguſt. mater.

Patricius pater.

Ac placuit ei pcepta baptiſmi gratia cum aliis ciuib. & amicis ſuis Deo pariter ſeruientib. ad Aphricã & propriã domũ agroſq; remeare. Ad quos veniẽs, & in quib. conſtitutus ferme triennio, & à ſe iã alienatis curis ſecularib. cum ijs qui eidem adhærebant Deo uiuebat, ieiunijs, orationibus, boniſq; operibus, in lege dñi meditans die ac nocte. Et de iis quæ ſibi deus cogitanti atq; oranti intellecta reuelabat & præſentes, & abſentes ſemonib. ac libris docebat.

Seceſsus Auguſt. Cap. 3.

Vitæ Auguſt. inſtitutum poſt conuerſionẽ.

Contigit forte eodem tẽpore, vt quidã ex iis quos dicunt agentes in reb. apud Hipponem regiũ conſtitutus, bene Chriſtianus, Deumque timẽs, cõperta eius bona fama atq; doctrina, deſideraret, atque optaret eũ videre, promittens ſe poſſe mundi huius omnes cõtemnere cupiditates atque illecebras, ſi aliquando ex eius ore Dei verbũ audire meruiſſet. Quod cum ad ſe fideli fuiſſet relatione delatũ, liberare animã cupiens ab huius vitæ periculis, morteq; æterna, ad memoratã vltro atq; cõfeſtim uenit ciuitatẽ, & hominẽ uiſũ allocutus frequẽtius atq; exhortatus eſt, quãtũ Deus donabat, ut quod Deo vouerat redderet. Hęc ſe ille facturũ de die in diem pollicebat̃, nec tñ in eius tunc hoc impleuit pſentia. Sed vacare utique & inane eſſe nõ potuit, qđ p tale vas mũdũ honore utile, domino ad oẽ opus bonũ paratũ in omni loco diuina gerebat puidentia.

Quidam ab Auguſt. conuerſi.

Eodẽ itaq; tempore in eccleſia Hipponenſi catholica, Valerius ſanctus epiſcopatũ gerebat. Qui cũ flagitante eccleſiaſtica neceſsitate, de prouidendo & ordinãdo presbytero ciuitas plebem Dei alloqueretur, & exhortaretur, iam ſciens catholici ſancti Auguſtini ppoſitũ & doctrinã, manu iniecta, qm̃ & idem in populo ſecurus & ignarus, qđ futurũ eſſet aſtabat. Solebat autẽ laicus, vt nobis dicebat, ab eis tm̃ eccleſiis q̃ non haberẽt epiſcopos ſuã abſtinere pſentiã. Eũ ergo tenuerũt, & ut in talib. conſuetũ eſt epiſcopo ordinadũ intulerũt, omnib. id uno conſenſu & deſiderio fieri pficiq; petẽtibus, magnoq; ſtudio & clamore flagitãtibus, vbertim eo flẽte, nõnullis qdẽ lachrymas eius, ut nobis ipſe retulit, tunc ſuperbè interprætantib. & tanquã eũ conſolantib. ac dicentib. q a locus presbyterii, licet ipſe maiore dignus eſſet, appropinquaret tñ epiſcopatui. Cũ ille hõ Dei, ut nobis retulit, maiori cõſideratione intelligeret & gemeret, q̃ multa & q̃ magna ſuę vitæ pericula de regimine & gubernatione eccleſiæ impendere, ac prouenire ſpectaret, atque iõ fleret Et eorũ tũc vt uoluerunt cõpletum eſt deſideriũ. Factus ergo presbyter monaſteriũ intra eccleſiam mox inſtituit, & cũ Dei ſeruis uiuere cępit ſecundum modũ & regulam ſub ſanctis Apoſtolis conſtitutam. Maxime vt nemo quicquam proprium in illa ſocietate haberet, ſed eis eſſent omnia cõmunia, & diſtribueretur unicuiq; prout cuique opus erat, quod iã ipſe prior fecerat, dũ de tranſmarinis ad ſua remeaſſet. Sanctus vero Valerius ordinator eius, ut erat uir pijſsimus & Deũ timẽs, exultabat, & Deo gratias agebat, ſuas exauditas à domino fuiſſe pces, quas ſe frequentiſsime fudiſſe narrabat, ſcilicet vt ſibi diuinitus homo cõcederetur talis, qui poſſet uerbo Dei & doctrina ſalubri ec-

clesiam

clesiam Dei ædificare: cui rei se homo natura Græcus, minusq; Latina lingua & literis instructus, minus ẽt utilẽ peruidebat. Et eidẽ p̃sbytero ptãtẽ dedit corã se in ecclesia Euãgelium p̃dicandi ac frequẽtissime tractandi ꝯ vsum quidẽ & consuetudinẽ Aphricanarũ ecclesiarũ. Vnde ẽt ei nonnulli ep̃i detrahebant. Sed ille vir venerabilis ac prouidus, in orientalibus ecclesiis id ex more fieri sciẽs, utilitati ecclesiæ consulens, obtrectatorũ nõ curabat linguas, dummodo factitaret à p̃sbytero qđ à se ep̃o impleri minime posse cernebat. Vñ accensa & ardens eleuata sup candelabrũ lucerna, oĩbus q in domo erant lucebat. Et postea currente & volãte hmõi fama, bono p̃cedente exemplo, accepta ab ep̃is potestate, presbyteri nonnulli corã ep̃is populis tractare cœperunt verbũ Dei. Sane tũc in illa Hipponensi vrbe Manichæorum pestilẽtia q̃ plurimos ciues & peregrinos infecerat, & penetrauerat, seducente & decipiẽte eiusdẽ hr̃sis quodã p̃sbytero noĩe Fortunato ibidẽ cõuersante atq; morante. Interea Hipponenses ciues & peregrini Christiani tam Catholici q̃ ẽt Donatistæ adeũt Augustinũ p̃sbyterum, atq; deposcunt, vt illum hoĩem Manichæorũ presbyterum quẽ doctũ credebant videret, & cũ eodẽ de lege tractaret. Qđ idẽ vt scriptũ est, paratus ad rñsionem omni poscẽti se rõnem de fide & spe q̃ in Deo est, potensq; exhortari in doctrina sana, & ꝯdicentes redarguere, minime renuit. Sed vtrũ etiã hoc Fortunatus fieri vellet, sciscitatus est. At illi confestim ad ipsum Fortunatũ id detulerunt, petentes & exhortãtes ac flagitantes, ꝙ id minime recusaret. Sanè qm̃ idẽ Fortunatus iam apud Carthaginẽ sanctũ nouerat Augustinum adhuc in eodẽ secum errore cõstitutum, cũ eodẽ congredi pauitabat. Veruntñ suorũ maxime instantia coactus ac verecũdatus, promisit cominus se esse venturũ, certamenq; disputandi subiturũ. Vnde condicto die & loco cõuenerunt in vnũ concurrentibus quamplurimis viris studiosis turbisq; curiosis, & apertis notariorũ tabulis, disputatio est cœpta primo, & secundo finita est die. In qua ille Manichęus p̃ceptor, vt à se gestorũ continet fides, nec Catholicam assertionem potuit euacuare, nec Manichæorum sectam subnixa veritate valuit cõprobare: Sed deficiens rñsione, vltimo collaturũ se cum suis maioribus ea q̃ refellere non potuit profectus est, & si sibi forte de his satis minime fecissent, suæ animæ consultũ, atq; ita ab oĩb. apud quos magnus & doctus videbatur, nihil valuisse in suæ sectę assertione iudicatus est. Qua ille confusione affectus, & sequenti tp̃e de Hipponensi ciuitate profectus ad eandẽ amplius non remeauit: Ac si p memoratum Dei hominẽ oĩum cordibus, vel qui aderant, vel q absentes illa q̃ gesta sunt cognouerant ille ablatus, catholica est intimata ac cõperta sincera religio. Et docebat ac p̃dicabat ille priuatim & publice, in domo & in Ecclesia salutis verbũ cũ omni fiducia aduersus Aphricanas hæreses, maximeq; ꝯ Donatistas, Manichæos, & Pelagianos, libris ꝯfectis, ac repetitis sermonibus, ineffabiliter admirantibus Christianis & collætantibus, & hoc ipsum vbi poterant non tacentibus, sed diffamãtibus. Sicq; adiuuante dño, leuare in Aphrica Ecclesia Catholica exorsa est caput, q̃ multo tp̃e illis conualescentibus hæreticis, p̃cipueq; rebaptizante Donati parte maiorẽ multitudinẽ Aphrorũ, seducta & oppressa iacebat. Libros vero eiusdẽ siue tractatus mirabili Dei gr̃a procedentes ac ꝓfluentes, instructos omni rõnis copia atq; authoritate sanctarũ scripturarũ, ipsi quoq; hæretici cõcurrentes cum Catholicis ingenti ardore audiebant: & quisquis vt uoluit & potuit notarios adhibẽs, ẽt ea, q̃ dicebant excepta descripsit. Et inde iam per totum Aphricæ corpus pręclara doctrina odorque suauissimus Christi diffusa, & manifestata est, congaudente, hoc quoque comperto, Ecclesia Dei trãsmarina. Qm̃ sicut dum patitur vnum membrũ, compatiuntur omnia membra, ita etiam cum glorificatur vnum membrum, congaudent oĩa membra. Per idem tempus coram episcopis hoc illi iubẽtibus, qui plenariũ totius Aphricæ concilium Hippone agebant, de fide & symbolo presbyter adhuc Augustinus disputauit. Ille vero beatus senex Valerius cæteris ex hoc amplius exultans, & Deo gr̃as agẽs de concesso sibi speciali beneficio, metuere, cępit, vt est humanus animus, ne ab alia Ecclesia sacerdos probatus ad Episcopatum quæreretur, & sibi auferretur: Nam & id prouenisset, nisi & hoc idem Episcopus cognito, ad locum secretum eum transire curasset, occultatumque à quærentibus minime in-

Fortunati iã uicti responsio ad Aug.

Scripta Aug. gratiosa. c. 7.

Aphricanæ Ecclesiæ Catholicæ restitutio August. opera ac studio.

1. Co. 12.

Designatus episcopus uiuo Valerio. cap. 8.

uenire fecisset. Vnde amplius formidās idem venerabilis senex, & sciens se corpore & ętate infirmissimū, egit secretis literis apud Primatem Epm sedis Carthaginensis, allegans imbecillitatem corporis sui, ætatisq; grauitatem,& obsecrans vt Hipponensi Ecclesiæ ordinaretur Eps, qui suæ cathedræ non tā succederet, sed consacerdos accederet Augustinus. Quę igitur beatus Valerius optauit & rogauit, satagens rescriptio impetrauit. Post q̄ petitioné ad visitandā adueniente ad Ecclesiā Hipponensem tūc Primate Numidiæ Megalio Calamēsi Epo & Valerius antistes, Episcopis qui forte tunc aderant,& clericis omnibus Hipponensib.& vniuersæ plebi inopinatā cunctis suā insinuat tunc voluntaté: omnibusq; audientibus & gratulantibus, atque id fieri perficiq; ingenti desiderio clamantibus, Episcopatum suscipere ꝯ more Ecclesiæ suo viuente Epo presbyter Augustinus recusabat. Dumq; id fieri solere ab omnibus suadet, atque id ignaro transmarinis & Aphricanis Ecclesię exemplis probaret, cōpulsus, atque coactus succubuit, & Episcopatus curā & maioris loci ordinationé suscepit. Qđ in se ipso postea fieri non debuisse, vt viuo suo Epo ordinaretur,& dixit,& scripsit, ꝓp concilij vniuersalis vetitū, qđ iam ordinatus didicit: nec qđ sibi factū esse doluit, aliis fieri voluit. Vnde ēt sategit, vt conciliis cōstituere tur Episcoporū ab ordinatoribus deberi ordinandis, vel ordinatis omnium statuta sacerdotum in notitiam esse deferenda. Atq; ita factū est, vt episcopatu suscepto multo instantius, ac feruentius maiore authoritate, nō adhuc in vna tm̄ regione, sed vbicunq; rogatus venisset, verbū salutis æternæ alacriter, ac suauiter pullulante, atq; crescente dñi Ecclesia prędicabat, paratus semper poscentibus reddere rationé de fide & spe, q̄ cū Deo est. Et eius dicta atq; excepta, maxime Donatistæ in eadé Hipponēsi, vel vicina manentes ciuitate, ad suos Epos deferebāt. Quę cū audissent, & eꝰ forte aliquid dicerent, aut à suis refellebatur, aut eadé res ad sanctum Augustinum deferebatur, eaque comperta patienter, ac leniter vt scriptum est, cum timore & tremore salutem omnium operabatur: Ostendens, ꝙ nihil illi refellere voluerint, ac valuerint, q̄q; verum manifestumque fit quod Ecclesię Dei fides tenet & docet: Et hæc diebus, ac noctibus ab eodem iugiter agebantur. Nā & epistolas priuatas ad quoscunque eiusdem erroris Episcopos, & eminentes scilicet laicos dedit, rōne reddita admonens atq; exhortans, vt uel ab illa se prauitate corrigerent, vel certe ad disputationes venirent. Illi vero cā diffidentiæ nihil vnquā rescribere voluerūt, sed irati furiosa loquebant, atq; seductoré deceptoremq; animarū Augustinū esse, & priuatim & publice conclamabant: & velut lupū occidendum esse in defensionem gregis, scilicet sui, dicebant & tractabant, omniaq; peccata à Deo indubitanter esse credendū posse dimitti ijs, qui hoc facere, ac ꝑficere potuissent, nec Deū timentes, nec homines erubescentes. Et vt eorū cā diffidentiæ cunctis innotesceret elaborauit,& publicis gestis conuenti, non sunt ausi conferre. Habebant etiā ijdem Donatistæ per suas pene oēs ecclesias inauditum hominū genus ꝑuersum, ac violétum, velut sub professione continentium ambulantes, qui Circuncelliones dicebant. Et erant in ingenti numero & turba ꝑ oēs fere Aphricanas regiones cōstituti. Qui malis imbuti doctorib. audacia, superbia,& temeritate illicita, nec suis, nec alienis aliqñ parcebātꝰ, ꝯ ius fasq; in causis interdicentes hoīb. & nisi obedissent, damnis grauissimis & cædib. afficiebant, armati diuersis telis, bacchantes ꝑ agros villasq; vsq; ad sanguinis effusioné accedere non metuentes. Sed dū verbum Dei sedulo ꝑdicaret, & cū ijs, q̄ oderunt pacé pacis rō haberet, illi pacem loquenté debellant gratis. Cumq; aduersus eorū dogma veritas innotesceret, q̄ volebant & poterant sese inde, vel eripiebant, uel subducebāt, & paci atq; vnitati ecclesiæ cū suis quib. poterāt cohærebant. Vñ illi sui erroris ꝯgregationé minui videntes, atq; augmētis ecclesiæ inuidétes, accēsi exardescebant ira grauissima & intolerabiles ꝑsecutiones vnitati ecclesiæ cōpacti faciebāt. Ipsisq; sacerdotib. catholicis & ministris aggressiones diurnas, atq; nocturnas, direptionesq; rerū oīum vi inferebāt. Nā & multos Dei seruos cædib. debilitauerūt. Aliquib. ēt calcé cū aceto in oculos miserūt, aliosq; occiderunt. Vñ ēt suis ijdé Donatistæ rebaptizatores in odiū ueniebāt. Proficiēte vero doctrina diuina, sub sācto, & cū sancto Augustino in monasterio Deo seruiētes, Ecclesiæ Hipponensi clerici ordinari cęperunt.

Viuo episcopo, alter eius loco sufficí non debere.

Pugnacitas Donatistis. c.9.

1.Pet.1.

Philip.2.

Lenitas, mansuetudo ac patientia plurimū ad

perūt. Ac deinde innoteſcēte & clareſcēte de
die in diē eccleſiæ catholicæ p̄dicationis ve-
ritate, ſanctorumq́; ſeruorū Dei propoſito,
continentia & paupertate profunda, ex mo-
naſterio qđ per illum venerabilem virum &
eſſe & creſcere cęperat, magno deſiderio po
ſcere atque accipere. Epiſcopos & clericos
pax eccleſiæ atque unitas, & cępit primo, &
poſtea conſecuta eſt. Nā ferme decē quos ip
ſe noui ſanctos ac venerabiles viros continē-
tes & doctiſsimos, beatus Auguſtinus diuer-
ſis eccleſijs nonnullis quoq; eminentioribus
rogatus dedit. Similiterq́; & ipſi ex illorū ſan
ctorū propoſito venientes, dn̄i eccleſijs pro-
pagatis, & monaſteria inſtituerūt, & ſtudio
creſcente ædificationis verbi Dei, cæteris ec
cleſijs promotos fratres ad ſuſcipiendū ſacer
dotium p̄ſtiterūt. Vnde per multos & in mul
tis ſalubris fidei, ſpei, & charitatis eccleſiæ in
noteſcente doctrina, nō ſolū p omnes Aphri
canas partes, verum ēt in tranſmarinis, & p
libros æditos atq; in Græcū ſermonē transla
tos, ab illo vno hoīe, & per illum multis ſa-
1. uente Deo multa innoteſcere meruerūt. At-
19. que hinc, vt ſcriptum eſt, peccator vidēs ira-
ſcebatur, dentibus ſuis frendebat & tabeſce-
bat: ſerui aūt Chriſti, vt dictum eſt, cum iis q
oderunt pacem erant pacifici, & cū loquerē-
tur, debellabantur gratis ab eis. Aliquoties ve
ro ēt uias armati ijdem Circumcelliones cō-
tra famulum Dei Auguſtinum obſederunt,
2. dum forte iret rogatus ad viſitandas inſtruen
dasq́; & exhortandas catholicas plebes, qđ
ipſe frequentiſsime faciebat. Et aliqn̄ contin
git ut illi ſuccenturiati hactenus, perderent
captionem: euenit quidē Dei prouidētia, ſed
ductoris hominis errore, vt per aliam viam
cum ſuis comitibus ſacerdos quo tendebat
veniſſet, atq; per hunc quem poſtea cogno-
uit errorē, manus impias euaſiſſet. Et cū oīb.
liberatori Deo gratias egiſſet, illi oīno ſuo
more nec laicis nec clericis pepcerūt, ſicut
publica teſtanē geſta. Interea ſilendū nō eſt,
qđ ad laudē Dei p illius tā egregij in eccle-
ſia viri ſtudiū domusq́; Dei zelū aduerſus p̄-
dictos rebaptizatores Donatiſtas, geſtū & p-
fectū eſt. Cū forte vn⁹ ex ijs, quos de ſuo mo-
naſterio & clero eps eccleſiæ propagauerat,
ad ſuam curā per[…]nentē Calamenſis eccle-
ſiæ diœceſim viſitaret, vt quæ didicerat p pa
ce eccleſiæ ꝯ illā hæreſim p̄dicaret, factū eſt,
vt in medio itinere eorū inſidias incurriſſet,
& p caſum cū oīb. illi comitātibus, ſublatis
aīalib. & reb⁹, iniuriis & cęde grauiſsima eū
affeciſsēt. De qua re ne pacis eccleſię ampli⁹
impediret̄ pfectus, defenſos eccleſiæ inter le
ges non ſiluit. Et p̄ceptus eſt Criſpinus, q ijſ-
dē Donatiſtis in Calamenſi ciuitate & regio
ne Ep̄s fuit, p̄dicatus. ſ. & multi tp̄is, & edo-
ctus ad mulctā teneri aurariā, publicis legib.
pn̄tatus ꝯ hęreticos ꝯſtitutā. Qui inſultans le
gibus, cū pn̄tatus apud Proconſulē ſe nega-
ret hæreticū, oborta eſt neceſsitas, vl illi, rece
dente eccleſiæ defenſore, à catholico ep̄o re
ſiſteret̄ & conuinceret̄, qđ eſſe ſe fuiſſe nega
uerat: qm̄ ſi ab eodē diſsimularet̄, forte catho
licus ep̄s ab ignorantib. crederet̄, illo ſe qđ
erat negante atq; ita ex hac deſidia infirmis
ſcandalū naſceret̄. Et memorabili Auguſtino
antiſtite omnimodis inſtante ad controuer-
ſiā ambo ipſi Calamenſes ep̄i venerūt, & de
ipſa diuerſa cōione tertio ꝯflictu ſecū ege-
runt, magna populorū Chriſtianorū multitu
dine cauſæ exitū, & apud Carthaginē, & per
totam Aphricā expectante, atq; ille Criſpi-
nus Proconſulari & libellari ſn̄ia eſt pronū-
ciatus hæreticus. Proq́; illo apud cognitorē
catholicus ep̄s interceſsit, & ne auraria mul-
cta exigeretur, ei eſt beneficium impetratū.

Mulcta hæreticis inducta.

Vnde cū ingratus ad pijsſimum principem
prouocaſſet, ab Imperatore relationi deditū
eſt reſponſum ſolutū: & conſequenter præce
ptum, nullo prorſus loco hæreticos Donati-
ſtas eſſe debere, & eos ad vim legum omniū
contra hæreticos latarum vbique teneri de-
bere. Ex quo & iudex propter officiū, & idē
Criſpinus quod minime fuerat exactus, præ-
cepti ſunt duas auri libras fiſci iuribus infer-
re. Sed protinus opera data eſt per catholicos
epiſcopos, præcipue per ſanctæ memoriæ
Auguſtinū, vt illa oīum condemnatio prin-
cipis demitteretur indulgentia. Et dn̄o adiu-
uante perfectū eſt.

Criſpinus mulctatus.

Qua diligentia & ſancto
ſtudio multum creuit ſancta eccleſia. E[…]his
omnibus pro pace eccleſię geſtis, Auguſtino
dominus & hic palmam dedit, & apud ſe iu
ſtitiæ coronā reſeruauit: ac magis magiſq́ue
iuuante Chriſto de die in diem augebatur &
multiplicabatur pacis unitas, & eccleſiæ Dei
cōfraternitas. Et id maxime factum eſt poſt
collationē, quæ ab vniuerſis epiſcopis catho
licis apud Charthaginem cum eiſdem Do-

Pax eccleſiæ p Augu. c.13.

natiſtarũ epis facta eſt, adiuuante glorioſiſsi-
mo & religioſiſsimo Imperatore Honorio,
pp qđ perficiendũ ẽt a ſuo latere Tribunum
& notariũ Marcellinũ ad Aphricã iudicẽ mi
ſerat. In qua controuerſia illi oĩb. modis con
futati, atq; de errore à catholicis ↄuicti, ſnĩa
cognitoris notati ſunt, & poſt eorũ appella-
tionẽ piiſsimi regis rñſo, iuſte inter hæreti-
cos condẽnati ſunt. Ex qua rõne notati ſunt
ſolito amplius eorũ epi, qui cũ ſuis clericis
& plebib. non cõicauerunt, & pacẽ tenentes
catholicã, multas eorũ ꝑſecutiones, vſq; ad
membrorũ amputationẽ & internicionẽ ꝑ-
tulerunt. Et totũ illud bonũ, vt dixi per ſan-
ctũ illũ hoĩem, conſentientib. nr̃is epis ſata-
Emeritus ſuperatus cap. 14. gentibus, & cęptũ, & ꝑfectũ eſt. Porro autẽ
poſt illã q cũ Donatiſtis facta eſt collationẽ,
non defuerunt qui dicerent, ꝓmiſſos nõ fuiſ-
ſe eoſdẽ Epos apud ptãtem, q̃ cãm audiuit di
cere oĩa pro ſuis partibus, qm̃ catholicæ cõ-
munionis cognitor ſuæ fauebat Eccleſiæ: li-
cet hoc deficientes & victi ad excuſationem
iactarent, qñquidem & ante cõtrouerſiã ijdẽ
hæretici catholicæ cõionis eundẽ eſſe noue-
rant, & cũ ab eodẽ conueniret publicis ge-
ſtis, & ad collationẽ occurrerũt, & ſe eſſe fa-
cturos profecuti ſunt. Poterãt vtiq; ſuſpectũ
eũ hñtes recuſare congreſſum. Tñ omnipotẽ
tis Dei ꝓſtitit auxilium, vt poſtea in Cæſarieñ
Mauritaniæ ciuitates conſtitutus venerabilis
memoriæ Auguſtinus, quò eum venire cum
aliis Epis ſedis Apoſtolicæ literæ cõpulerũt,
ob terminandas videlicet alias Eccleſię ne-
ceſsitates. Hac ergo occaſione prouenit, vt
Emeritũ eiuſdẽ loci Donatiſtarũ Epm, quem
ſuæ ſectæ ꝑcipuũ in illa collatione habuerũt
defenſorẽ, videret, & cũ eodẽ publice in Ec-
cleſia populo aſtante diuerſæ cõionis ex hoc
ipſo diſputaret, & prouocaret geſtis Eccle-
ſiaſticis: vt qđ forte ſicut dicebant, proſequi
potuit in collatione, ſed ꝓmiſſus non fuerat,
in pñti ſine alicuius ptãtis prohibitione aut
potentia ſecurus dicere minime dubitaret, &
in ſua ciuitate ſuis oĩbus pñtibus ciuibus fidu
cialiter propriam defendere cõionem non
denegaret. Ille nec hac hortatione, nec ſuo-
rũ parentũ & ciuiũ inſtanti petitione id face-
re voluit, q̃ ei pollicebant ſe ad eius reditu-
ros cõionẽ, ẽt cum diſcrimine patrimonio-
rũ, ſalutiſq; ſuæ tꝑalis, ſi modo Catholicam
ſuperaret aſſertionẽ. At ille amplius dicere il
lis geſtis nihil voluit, nec valuit, niſi tantum.
Iam illa, inqt, geſta cõtinent apud Carthagi-
nẽ inter Epiſcopos confecta, vtrum viceri-
mus, an victi fuerimus. Et dũ à notario alio
loco vt reſponderet admoneret & reticeret,
eius cunctis manifeſtata diffidentia, eccleſiæ
Dei augmenta ac firmamenta prouenerunt.
Quiſquis ergo diligẽtiã & operã beatiſsimæ
memoriæ Auguſtini pro eccleſiæ Dei ſtatu
cognoſcere plenius voluerit, etiam illa per-
currat geſta: & inueniet quæ vel qualia pro-
tulerit, quibus illum doctum, eloquentẽ &
prædicatũ hoĩem prouocaret, hortatusque
fuerit vt pro ſuæ defenſione partis qđ vellet
ediceret, illumq; victũ cognoſcet. Scio ergo
non ſolũ ipſe poſsidonius ꝓſul, q vitã hanc
conſcripſi, verumetiã alij fratres, & conſerui
qui nobiſcũ tunc intra Hipponẽſem eccleſiã
cũ eodẽ ſancto viro viuebãt, nobis pariter
ad menſam ꝯſtitutis eũ dixiſſe: Aduertiſtis ho
die in Eccleſia meũ ſermonẽ, eiuſq; initium
& finẽ ꝯ meam conſuetudinẽ proceſſiſſe, qm̃
non eam rem terminatam explicuerim quã
propoſueram, ſed pendentem reliquerim.
Cui reſpondimus. Ita nos in tempore mira-
tos fuiſſe ſcimus & recognoſcimus. At ille:
Credo ait quòd forte aliquem errantem in
populo dominus per noſtram obliuionem
& errorem doceri & curari voluerit: In
cuius manu ſunt & nos & ſermones noſtri.
Nã cum propoſitę quæſtionis latebras per-
tractarem, in alium ſermonis excurſum ꝑ-
rexi, atque ita non concluſa vel explicata q̃-
ſtione, diſputationẽ terminaui magis aduer-
ſum Manichęorum errorem, vnde nihil dice
cere decreueram, diſputans, q̃ de ijs quę aſſe
rere propoſueram. Et poſt hæc, niſi fallor,
ecce alia die vel poſt biduum venit quidam
Firmus nomine, negociator, & intra mona-
ſterium ſedente ſancto Auguſtino coram no
bis, ad pedes eius genib. ꝓuolutus ſeſe iacta-
uit lachrymas fundens & rogãs, vt ꝑ eius de-
lictis ſacerdos cũ ſuis dñm deprecaret, con-
fitens ꝙ Manichęorũ ſectã ſecutus fuiſſet, &
in ea q̃plurimis annis vixiſſet, & propterea
pecuniam multam ipſis Manichęis, vel eis
quos dicunt electos, incaſſum erogaſſet: ac
ſe in eccleſia ꝑ Dei miſericordiã fuiſſe eius
tractatibus nuper correctum, atque Catholi-
cũ factũ. Quod & ipſe venerabilis Auguſti-
nus, & nos qui tunc aderamus ab eodem di-

ligenter inquirentes, ex qua re potisſimũ in
illo tractatu ſibi fuerit ſatisfactũ,& referente
eo, nobisq; oĩbus ſermonis ſeriem recogno
ſcentibus, profundum conſiliũ Dei pro ſalu
te aĩarum admirantes,& ſtupentes, glorifica
uimus ſanctum eius nomen & benediximus:
qui cum voluerit, & vnde voluerit, & qũo
voluerit,& per ſcientes & per neſcientes ani
marum operatur ſalutem. Ex eo ille hõ ꝓpo-
ſito ſeruorum Dei adhęrens,negociatores di
miſit actionem,& proficiens in Eccleſiæ mẽ
bris,in alia regione ad presbyterij quoq;Dei
voluntate petitus & coactus officium acceſ-
ſit, tenens atq; cuſtodiens propoſiti ſanctita-
tem: Et forte adhuc vſq; nunc in reb⁹ huma-
nis viuit trans mare cõſtitutus. Apud Cartha
ginem quoq; dum per quendam domus re-
giæ procuratorem noĩe Vrſum,fidei catholi
cæ hoĩem ad quoſdam Manichæorum quos
electos vel electas dñt, blaſphemis operibus
pñtes perueniretur,atq; ad Eccleſiam ab eo-
dem deducerentur,& perducerẽtur ab Epĩs,
ad tabulas auditi ſunt. Inter quos etiã ſanctæ
memoriæ Auguſtinus fuit,qui præ cæteris il-
lam execrabilem ſectam nouerat, & eorum
prodens eiuſmodi damnabiles blaſphemias
ex locis librorum, quos illi accipiunt Mani-
chæi, vſq; ad confesſionem earundẽ blaſphe
miarũ eos perduxit:& q̃ inter ſe illi ſuo mo-
re malo indigna, & turpia facere conſueue-
runt, à fœminarũ illarum velut electarũ pro
ditione, illis Eccleſiaſticis geſtis declaratum
eſt. Atq; ita paſtorum diligẽtia dñico gregi,
& augmentũ accesſit,& aduerſus fures atque
latrones defenſio competens procurata eſt.
Cum quodam ẽt Felice de numero eorum,
quos electos dñt ijdem Manichęi,quiq́; Hip
ponem venerat eundẽ ſeminaturus errorem,
publice in Hipponenſi Eccleſia notarijs exci
pientibus diſputauit beatus Auguſtinus po-
pulo aſtante:Et poſt ſcđam vel tertiam colla
tionem ille Manichæus fruſtrata vanitate &
errore illius ſectæ, ad nr̃am conuerſus eſt fi-
dem atq; eccleſiam, ſicut eadem relecta do-
cere poterit ſcriptura. Præterea cum quodã
ẽt Paſcentio comite domus regiæ Arriano,ꝗ
per authoritatem ſuæ perſonæ fiſci vehemẽ-
tisſimus exactor, fidem Catholicã atrociter
ac iugiter oppugnabat, & ꝗ̃plurimos ſacer-
dotes Dei ſimpliciori fide viuẽtes,dicacitate
ac poteſtate exagitabat,& ꝑturbabat,pñtibus
honoratis & nobilibus viris,apud Carthagi-
nem ab illo prouocatus corã cõtulit.Sed idẽ
hæreticus tabulas atq; ſtylũ, qđ magiſter nr̃
& ante congreſſum,& in congreſſu inſtãtisſi
me fieri volebat, ne adeſſent oĩmodo recuſa
uit.Et dũ id pernegaſſet, dicens ꝙ legũ metu
publicarũ piclitari tabulis ſcriptis nollet,in-
terpoſitis ſtylo & tabulis Auguſtinus Epĩs cũ
ſuis,ꝗ aderant conſacerdotibus, vt abſq; illa
ſcriptura priuatim diſputarent,collationẽ ſu
ſcepit:p̃dicens qđ poſtmodũ cõtigit, ꝙ poſt
ſolutũ conuentũ eſſe cuiꝗ̃ poſſet liberũ arbi
triũ,forte dicere, nullo ſcripturæ documen-
to,ſe dixiſſe qđ forte non dixerit, vel non di
xiſſe qđ dixerit. Beatus Auguſtinus miſcuit
cũ eodẽ ſermonẽ, atq; aſſeruit ꝗd crederet,
& ab illo ꝗd teneret, audiuit,& vera ratione
atq; authoritate ſcripturarũ ꝓbata docuit,&
oſtendit nr̃æ fidei firmamenta. Illius ãt aſſer-
ta nulla veritate, nulla ſcripturarũ ſanctarũ
authoritate ſuffulta docuit & fruſtrauit. Et vt
à ſe inuicẽ partes digreſſę ſunt,ille magis ma
gisq́; iratus & furens,mendacia multa ꝓ fide
ſua falſa iactabat, victum eſſe à ſeipſo ꝓcla-
mans,multorũ ore laudatũ Auguſtinũ. Quæ
cũ illũ venerabilẽ virũ minime laterent, co-
actus eſt ad ipſum ſcribere Paſcentiũ, ꝑꝑ il-
lius metũ omisſis noĩbus conferẽtiũ,& in eis
lr̃is ꝗcꝗd inter partes dictũ vel geſtũ fuerat,
fideliter intimauit, ad ea ſi negarent ꝓbanda
magnã teſtiũ hñs copiã, clariſsimos.ſ.atque
honorabiles ꝗ tũc aderant viros. Atq; ille ad
duo ſibi directa ſcripta, vnũ vix reddidit re-
ſcriptum,in quo magis iniuriã facere, ꝗ̃ ſuæ
ſectæ rõnem valuit declarare. Qđ à volenti-
bus & à valentibus legere cõprobatᷣ cũ ipſo-
rum quoq; Arrianorũ epõ quodã Maximo
cũ Gothis ad Aphricã veniente,apud Hippo
nem ꝗ̃pluribus volentibus atq; petẽtibus &
p̃claris interpoſitis viris contulit,& ꝗd ſingu
læ aſſeruerint partes,ſcriptum eſt. Quæ ſi ſtu
dioſi diligenter legere voluerint, ꝓculdubio
indagabunt,& ꝗd callida & irrõnabilis hære
ſis ad ſeducendũ & decipiendũ profiteatᷣ, &
ꝗd eccleſia Catholica de diuina teneat & p̃-
dicet trinitate.Sed qm̃ ille hæreticus de Hip-
pone rediens ad Carthaginẽ, de ſua multa in
collatione loquacitate victorẽ ſe de ipſa col
latione recesſiſſe iactauit,& mẽtitus eſt: quæ
vtiq; nõ facile à diuinę legis ignaris examina
ri & diiudicari poſſent: a venerabili viro Au

Extat in epiſtolis Paſcentij conflictus extremus

guſtino ſequenti tp̃e ſtylo,& illius totius collationis de ſingulis obiectis & rñſis facta eſt recapitulatio : & q̃ nihil ille obiectis referre potuerit,nihilominus demonſtratũ eſt,additis ſupplementis q̃ in tp̃e collationis anguſto cuncta inferri & ſcribi minime potuerunt. Id.n. egerat nequitia hoĩs , vt ſua nouisſima ꝑſecutione multũ longisſima, totũ qđ remã ſerat diei ſpatiũ occuparet.

Quō Pelagianos detriuerit, et quãtũ eccleſiæ orthodoxæ profuerit. c. 17.

Aduerſus Pelagianiſtas quoq; nouos nr̃orum temporũ hæreticos & diſputatores callidos,arte magis ſubtili noxia ſcribentes,& vbicunq; poterant publice & p domos loquentes , p annos ferme decẽ laborauit, librorũ multa cõdẽs & ædẽs, & in eccleſia populis ex eodẽ errore frequẽtisſime diſputans.Et qm̃ ijdẽ ꝑuerſi ſedi Apoſtolicæ p ſuã ambitionem eandem perfidiã ꝑſuadere conabanĩ,inſtantisſime ẽt concilijs Aphricanis ſanctorũ ep̃orum geſtum eſt , vt ſancto Papæ vrbis Romę,& prius venerabili Innocentio , & poſtea ſancto Zozimo eius ſucceſſori ꝑſuaderetur, ꝙ illa ſecta a catholica ſede & abominanda & damnanda fuiſſet. At illi tantæ ſedis antiſtites ſuis diuerſis tp̃ib⁹ eoſdem notantes,atq; a membris eccleſiæ p̃cidentes,datis lr̃is ad Aphricanas Orientis & Occidentis eccleſias eos anathematizãdos et deuitandos ab oĩbus catholicis cenſuerũt. Et hoc tale de illis eccleſiæ Dei Catholicæ ꝓlatum iudiciũ , ẽt pijsſimus Imperator Honorius audiens,ac ſequens,ſuis eos legibus damnatos , inter hæreticos hr̃i debere conſtituit.

Cæſar pronũciat hæreticos.

Vñ nonnulli ex eis ad ſanctæ mr̃is eccleſiæ gremiũ vñ reſilierant,& redierunt, & adhuc alij redeunt, innoteſcente & p̃ualeſcente aduerſus illũ deteſtabilẽ errorẽ rectæ fidei veritate . Et erat ille memorabilis vir Auguſtinus p̃cipuum dñici corporis membrũ circa vl̃is eccleſiæ vtilitatem ſolicitus ſp̃ , ac peruigil. Et illi diuinitus donatũ eſt, vt de ſuorũ laborum fructu , ẽt in hac vita gaudere potuiſſet, prius quidẽ in Hipponenſi eccleſia & regione,cui maxime p̃ſidebat vnitate,ac pace ꝑfecta,deinde in aliis Aphricæ partibus ſiue per ſeipſum,ſiue p alios, & quos ipſe dederat ſacerdotes pullulaſſe & multiplicatã fuiſſe dñi eccleſiam p̃uidens, illoſq; Manichæos, Donatiſtas , Pelagianiſtas, & Paganos ex magna parte defeciſſe , & eccleſiæ Dei ſociatos eſſe congaudens.

Pagani deficiunt.

Profectibus quoq; & ſtudiis fauens erat & exultans bonorum oĩum,indiſciplinationem verò piè,ac ſanctè tolerans fratrũ,ingemiſcenſq; de iniquitatibus malorũ, ſiue eorũ,qui intra eccleſiã,ſiue eorũ, qui extra eccleſiam ſunt conſtituti,dñicis vt dixi lucris ſp̃ gaudens,& dãnis mœrens . Tanta aũt ab eodẽ dictata & ædita ſunt,tantaq; in eccleſia diſputata,excepta atq: emẽdata, vel aduerſus dictos hæreticos conſcripta, vel ex canonicis libris expoſita ad edificationẽ ſanctorũ eccleſiæ filiorum, vt ea oĩa vix quiſq̃ ſtudioſorum noſſe & ꝑlegere ſufficiat. Veruntñ ne veritatis auidisſimos ĩ aliquo fraudare uideamur,ſtatui Deo p̃ſtãte,in huius opuſculi fine ẽt eorũdẽ librorũ, tractatuũ & epſtolarũ indiculũ adiungere. Quo lecto,qui magis Dei veritatem q̃ tp̃ales amant diuitias,ſibi quiſq; quod voluerit, ad legendũ & cognoſcẽdum eligat,& id ad ſcribendũ, vel de bibliotheca Hipponenſis eccleſiæ petat , ubi emẽdatiora exẽplaria forte potuerit inuenire , uel vñ ualuerit inq̃rat,& inuenta deſcribat,& habeat, & petẽti ad ſcribendũ ſine inuidia ẽt ipſe tribuat. Scđm apoſtoli quoq; ſñĩam , dicentis: Audet quiſq̃ veſtrum aduerſus alterũ negocium hñs iudicari ab iniquis,& nõ apud ſanctos?An neſcitis, quia ſancti mundum iudicabunt?Et ſi a uobis iudicatur mundus,indigni eſtis iudiciorũ minimorũ.Neſcitis quia angelos iudicabimus,nedum ſecularia ? igiĩ iudicia ſi habueritis inter uos, eos q̃ cõtẽptibiles ſunt in eccleſia, hos collocate ad iudicandũ. Ad reuerentiã vobis loquor . Sic nõ eſt inter uos quiſq; ſapiens qui posſit inter fratrẽ ſuũ diiudicare,ſed frater cũ fratre iudicio contẽdit,& hoc apud infideles. Interpellatus ergo beatus Auguſtinus a Chriſtianis, vel a cuiuſcunq; ſectæ hoĩbus cauſas audiebat diligenter,ac pie: cuiuſdam uero ſñĩam ante oculos hñs,dicẽtis ſe malle inter incognitos, q̃ inter amicos cauſas audire : eo ꝙ de incognitis ꝓ quo arbitrata æq̃tate iudicareĩ,amicum poſſet acq̃rere:de amicis vero unũ eſſet,ↄ̈ quem ſñĩa proferretur,ꝑditurus. Et eas aliq̃ñ vſque ad horam refectionis, aliq̃ñ aũt tota die ieiunans,ſp̃ tñ noſcebat,& dirimebat, intendens in eis Chriſtianorum momenta animorum, quantum quiſq; vel in fide boniſq: operib⁹ proficeret,uel ab ijs deficeret. Atq; compertis rerũ opportunitatibus , diuinæ legis veritate,partes docebat , eãq; illis inculcabat, & eos,quo adipiſcerentur vitã ęternã edocebat

& admo-

& admonebat: nihil aliud quęrens ab ijs qui
bus hoc narrabat nisi tm̃ obedientiam & de-
uotionem Christianam, quę & Deo debetur
Tim.5 & hoībus, peccantes coram oībus arguens,
vt cæteri timorem haberent: Et faciebat hoc
ch.3. tanq̃ speculator a dño constitutus domui Is-
rael, prædicans verbum atq; instans opportu
.4. ne importune, arguẽs, hortãs, increpãs, in oĩ
longanimitate & doctrina, præcipueq; ope-
ram dans instruere eos, qui essent idonei &
alios docere. Rogatus quoq; a nonnullis in
eorũ tpalibus causis, epistolas ad diuersos da
bat. Sed hanc suã a melioribus rebus occupa
tioné tanq̃ angariam deputabat, suaué sp ha-
bens de ijs, quæ Dei sunt uel allocutioné uel
collocutioné fraternæ ac domesticæ familia
ritatis. Nouimus quoq; eũ a suis charissimis
reis lr̃arum intercessum apud seculi ptãtes postu
inter latum non dedisse, dicenté cuiusdã sapientis
ir. seruandã esse sñiam, de quo scriptum esset,
20. ꝙ multa suæ famæ contemplatione amicis
non pstitisset. Et illud nihilominus suum ad-
dens, qm̃ plerunq; potestas, premit. Cũ uero
intercedendũ esse rogatus uidebat, tã id ho-
neste ac temperate agebat, ut non solũ onero
sus ac molestus non uideret, verumẽt mira-
bilis extitisset. Nã dũ exorta necessitate suo
more apud quendã Aphricæ uicariũ nomi-
ne Macedoniũ, pro supplice lr̃is interuenis-
set atq; ille paruisset, hoc mõ rescriptum mi-
sit: Miro mõ afficior sapientia tua, & in illis
q̃ ædidisti, & in ijs q̃ interueniens ꝓ reis mit-
tere non grauaris. Nam & illa tm̃ hñt acumi-
nis, sciæ & sanctitatis, vt nihil supra sit: & hęc
tm̃ verecundiæ, vt nisi faciam qđ mãdas, cul
pam penes me remanere, non in negocio es-
se diiudicem, dñe meritò venerabilis & suspi
ciende pr̃. Non. n. instas quod pleriq; hoĩes
istius loci vi faciunt, vt quodcunq; solicitus
petitor voluerit, extorqueas: sed quod tibi a
iudice tot curis obstricto petibile visum fue-
rit, admones & rogas subseruiente verecun-
dia, quæ maxima difficiliũ inter bonos effica
cia est. Proinde statim cõmendatis effectũ de
syderij tribui. Nã sperandi viã ante patefece-
ram. Sanctorũ concilia sacerdotum p diuer-
epi & sas prouincias celebrata, cũ potuit frequẽta-
uit, non in eis q̃ sua sunt, sed quæ Iesu Chri-
sti q̃rens, vt vel fides sanctæ ecclesiæ catholi-
21. cæ inuiolata maneret, vel nonnulli sacerdo-
2. tes & clerici siue p fas siue per nefas excõica
cati vel absoluerent vel abiicerent. In ordinã
dis uero sacerdotibus, & clericis, consensum
maioré Christianorũ, & ꝯsuetudiné ecclesiæ
sequendã esse arbitrabat. Vestis eius calcea- In uictu
menta & lectualia ex moderato & cõpetenti qualis.
habitu erant, nec nitida nimium, nec abiecta Cap. 22.
plurimũ, qa his plerunq; vel iactare se inso-
lenter hoĩes solẽt, uel abiicere, ex utroq; non Vbi hic
q̃ Iesu Christi sed q̃ sua sunt iidem q̃rẽtes. At baltheus,
iste beatus, ut dixi, mediũ tenebat, neq; ĩ de- coriaceus
xtera neq; in sinistrã declinans. Mẽsa usus est & cucul
frugali & parca, q̃ quidẽ inter olera & legu- li nigra.
mina, ẽt carnes aliqñ pp hospites, uel quous
que infirmiores continebat. Sp aũt uinũ ha-
bebat, qa nouerat & docebat, ut Apostol⁹ di
cit, ꝙ oĩs creatura Dei bona sit, & nihil abii- 1.Ti.4.
ciendũ qđ cũ gratiarũ actione pcipit, sancti
ficatur. n. p uerbũ Dei & orõnem. Et ut idem
Augustinus in suis confessionũ libris posuit, Lib. 10.
dicens: Non ego immunditiã obsonij timeo cap. 13.
sed immunditiã cupiditatis. Scio. n. Noe oẽ Gene. 9.
genus carnis qđ cibo esset usui, manducare 3.Re.17.
pmissum. Heliã cibo carnis refectũ, Ioannẽ Matt. 3.
mirabili abstinentia pditum, aĩalibus hoc est Gene. 25
locustis in escã cedentibus, nõ fuisse pollutũ. 2.Re.23.
Scio & Esau lenticulæ concupiscentia dece- Matth. 4
ptũ, & Dauid pp aquæ desyderiũ a seipso re Nu. 11.
prehensum, & regẽ nr̃m, nõ de carne, sed de
pane esse tentatũ. Ideoq; & populus in ere-
mo, non qa carnes desyderauit, sed quia escę
desiderio ꝯ Deũ murmurauit, meruit impro
bari. De uino aũt sumendo Apostoli extat
sñia ad Timotheũ scribẽtis, ac dicentis: Noli 1.Ti.5.
vsq; adhuc aquam bibere, sed uino modico
utere pp stomachũ & frequẽtes tuas infirmi
tates. Cochlearibus tm̃ argenteis vtens cete-
ra vasa qbus mẽsæ inferebant cibi, uel testea
uel lignea uel marmorea erant: non tñ neces
sitatis inopia, sed ꝓposito volũtatis. Sed & ho
spitalitatem sp exhibuit. Et in ipsa mensa ma
gis lectioné uel disputationẽ, q̃ epulationem
potationẽq; diligebat, & ꝯ pestilentiã huma
næ consuetudinis in ea ita scriptum habebat.

Quisquis amat dictis absentũ rodere vitã, Distichõ.
Hanc mẽsam indignã nouerit esse sibi.

Et ideo omnem conuiuam a superfluis & no
xiis fabulis, & detractionibus sese abstinere
debere admonebat. Nam & quosdam suos fa
miliarissimos coepiscopos illius scripturæ
oblitos, & ꝯ eam loquentes, tam aspere ali-
quando reprehendit cõmotus, vt diceret, aut

delendos esse illos de mensa versus aut se de
media refectione ad suũ cubiculũ surrectu-
Liberali- rum. Qđ ego & alij q̃ illi mẽsæ interfuimus,
tas. experti sumus. Pauperũ vero sp̃ memor erat,
Cap. 23. eisq; inde erogabat vñ & sibi suisq; omnib⁹
secũ habitãtibus erogabat, hoc est, vel ex red
ditibus possessionum ecclesiæ, vel ẽt ex obla
tionibus fideliũ. Et dũ forte, vt assolet de pos-
sessionibus ipsis inuidia clericis fieret, allo-
quebat plebem Dei, malle se ex collationib⁹
plebis Dei viuere, q̃ illarũ possessionũ curã,
1.Co 53. vel gubernationẽ pati, & paratũ se esse illis
cedere, vt eo mõ oẽs Dei serui & ministri vi
uerent, quo in veteri testõ legunt altari deser
In re do- uientes de eodẽ cõparticipari. Sed nunquã id
mestica, laici suscipere voluerũt. Domus ecclesiæ cu
qualis. ram oẽmq; sub̃am ad vices valentiorib⁹ cle-
Cap. 24. ricis delegabat & credebat. Nunq̃ clauẽ, nun
quam annulũ in manu hñs, sed ab eisdem do
mus p̃positis cũcta & accepta & erogata no
tabantur. Quæ anno cõpleto eidẽ recitaban-
tur, quo sciret quantũ acceptũ quantumq; di
spensatũ fuisset, vel q̃cq̃d in dispensatum vel
dispensandũ remansisset, & in multis titulis
magis illius p̃positi domus fidẽ sequens q̃ ꝑ-
batum manifestatumq; cognoscens: Domũ
vero vel agrũ seu villam nunq̃ emere voluit.
Verũ si fortè ecclesiæ a quoquã spõte tale ali
quid vel donaret, vel titulo legati dimittere-
tur, non respuebat, sed suscipi iubebat. Nã &
aliquas eũ hæreditates recusasse nouimus, nõ
quia pauperibus inutiles esse possent, sed qm̃
iustũ & æquũ esse videbat, vt à mortuorum
vel filijs vel parentibus, vel affinibus magis
possiderent, q̃bus ab eis deficientes dimitte-
re noluerunt. Quidã ẽt ex honoratis Hippo-
nensium apud Carthaginem viuens ecclesiæ
Hipponensi possessionẽ donare voluit, & cõ
fectas tabulas sibi vsufructu retento, vltro ei-
dẽ sanctę memorię Augustino misit: Cui⁹ il-
le oblationẽ libẽter accepit, congratulans ei
ꝙ æternæ suæ memor esset salutis. Verũ post
aliquot annos nobis forte cũ eodẽ cominus
constitutis, ecce illæ donator lr̃as ꝑ filiũ suũ
mittens, rogauit vt ille donationũ tabulę, suo
filio redderent, pauperibus vero erogandos
dixerit solidos centũ: Quo ille sanctus cogni
to, ingemuit hoĩem vel finxisse donationẽ,
vel eũ de bono opere pœnituisse, & quanta
potuit Deo suggerente cordi eius, condolẽti
aĩo ex eadem refragatione dixit, in illius. s. in
crepationem & correctionẽ. Et tabulas quas
ille sponte miserat, nec desyderatas, nec exa-
ctas confestim reddidit, pecuniamq; illã re-
spuit: atq; rescriptis eũdẽ sicut oportuit & ar
guit & corripuit, admonens vt de sua simula
tione vel iniquitate cũ pñiæ humilitate Deo
satisfaceret, ne cũ tam graui delicto de secu-
lo exiret. Frequentius verò dicebat, magis se-
curius ac tutius ecclesiã legata a defunctis di
missa debere suscipere, q̃ hæreditates forte
solicitas & dãnosas, ipsaq; legata magis offe
renda esse q̃ exigenda. Cõmendata verò q̃q;
ipse non suscipiebat, sed volentes suscipere
clericos non ꝓhibebat. In ijs quoq; q̃ eccle-
sia habebat & possidebat in ẽtus amore, vel
implicatus cupiditate non erat, sed maiorib⁹
magis & spũalibus suspensus & inhærens re-
bus, vix aliq̃ñ seipsum ad ista tp̃alia ab æter-
norum cogitatione relaxabat & deponebat.
Quibusq; ille dispositis & ordinatis, tanq̃ a
rebus mordacibus, & iam molestis, aĩ recur-
sum ad ĩteriora mẽtis, & superiora faciebat,
quo vel de inueniendis rebus cogitaret, vel,
de iã inuentis aliquid dictaret, aut certe ex iã
dictatis atq; transcriptis aliq̃d emendaret. Et
id agebat in die laborans, & in nocte lucu-
brans. Et erat tanq̃ illa religiosissima Maria,
typum gestans supernæ Ecclesiæ, de qua scri
ptum est, ꝙ sederet ad pedes dñi, atq; intẽta
verbũ eius audiret: De qua soror conquesta, *Luc. 10*
ꝙ ab eadẽ circa multum ministeriũ occupa-
ta non adiuuaretur, audiuit: Martha Martha
solicita es: elegit optimam partẽ Maria, q̃ nõ
auferet ab ea. Nam fabricarum nouarũ nun-
quam studiũ habuit, deuitans in eis implica-
tionẽ sui aĩ, quem sp̃ liberum hr̃e volebat ab
omni molestia temporali. Non tñ illa volen-
tes & ædificantes prohibebat, nisi tm̃ immo-
deratos. Interea dum Ecclesiæ pecunia defi-
ceret hoc ipsum populo Christiano denun-
ciabat, non se hr̃e quid indigẽtibus erogaret.
Nam & de vasis dominicis ꝓpter captiuos,
& quamplurimos indigentes, frangi & con-
flari iubebat, & indigentibus dispensari. Qđ
non commemorassem, nisi ꝯ carnalem sen-
sum quorundam fieri peruiderem. Et hoc ip
sum etiam venerabilis memoriæ Ambrosius
in talibus necessitatibus indubitanter esse fa-
ciendum & dixit & scripsit: sed & inde de ne
glecto a fidelib⁹ gazophilacio & secretario,
vnde altari necessaria inferuntur, aliquando

in

in Ecclesia loquens admonebat, quid ēt bea-
tissimum Ambrosiū se pn̄te in ecclesia tracta
uisse nobis aliqñ retulerat. Cum ipso sp̄ cleri
Lib. 3. ca. 18. 2. ſen. diſ. 28. c. qđ uero. De natura & gratia. c. 67. ri pōt? Peccatur autem: Caueri igitur poteſt. Quo teſtimonio meo in quodam libro ſuo Pelagius uſus eſt. Cui libro cū rn̄diſſem, titulum libri mei eſſe uolui: De natura & gr̄a. In his atq; hm̄ōi uerbis meis qa gratia Dei commemorata nō eſt, de qua tūc nō agebatur, putāt Pelagiani uel putare pn̄t, ſuam nos tenuiſſe ſn̄iam. Sed fruſtra hoc putant: uoluntas qꝑpe eſt, qua & peccatur, & recte viuitur, quod his uerbis egimus: Volūtas ergo ipſa, niſi Dei
G gratia liberetur a ſeruitute qua facta eſt ſer-
Roma. 6. ua peccati, & ut uitia ſuperet adiuuetur: re-
Ioan. 5. cte pieq; uiui a mortalibus nō poteſt. Et hoc diuinum beneficium quo liberatur, niſi eam præueniret, iam meritis eius daretur, & non eſſet gratia, q̄ utique gratis datur. Qđ in alijs opuſculis noſtris ſatis egimus, iſtos inimicos huius gratiæ nouos hæreticos refellētes. Quā uis & in his libris, qui nō ꝯ illos oīno, quippe illi nōdum erant, ſed ꝯ Manichęos cōſcripti ſunt, de libero arbitrio non oīmodo de iſta Dei gratia reticuimus, quam nefanda impietate conantur auferre. Diximus qꝑpe in ſecundo libro nō ſolum magna, ſed ēt minima bona nō eſſe poſſe, niſi ab illo, a quo ſūt omnia bona, hoc eſt Deo. Et paulopoſt: Virtutes, inquā, quibus recte uiuitur, magna bona ſunt: Species aūt quorumlibet corporum, ſine quibus recte uiui poteſt, minima bona ſunt. Potentiæ uero aīæ ſine quibus recte uiui non poteſt, media bona ſunt. Virtutibꝰ uero nemo male utitur. Cæteris aūt bonis, i. mediis & minimis, nō ſolum bene, ſed ēt male quiſq; uti poteſt. Et ideo uirtute nemo male utitur: quia opus uirtutis eſt bonus uſus iſtorum, quibus ēt nō bene uti poſſumus. Nemo aūt bene utendo male utitur. Quare abundātia & magnitudo bonitatis Dei, nō ſolū magna, ſed ēt media & minima bona eſſe præſtitit. Magis laudāda eſt bonitas eius in magnis q̄ in mediis, & magis in mediis q̄ in minimis bonis: ſed magis in oībus, q̄ ſi nō oīa tribuiſſet. Et alio loco: Tu aūt, inquam, pietatem inconcuſſam tene, ut nullū tibi bonum, uel ſentienti, uel intelligenti, uel quoquo modo cogitanti occurrat, qđ non ſit ex Deo. Item qđ alio loco dixi: Sed qm̄ non ſicut ſponte homo cecidit, ita ēt ſponte ſurgere poteſt; porrectam nobis deſuper dexteram Dei, i. dn̄m nr̄m Ieſum Chriſtum firma fide teneamus. Et in libro tertio, cum dixiſſem illud, quod & Pelagium de meis opuſculis uſum fuiſſe commemoraui: Quis. n. inquā, peccat in eo quod nullo mō cauēri poteſt? Peccatur autē: Caueri igitur pōt, continuo ſecutus adiūxi: Et tn̄ ēt per ignorantiam facta quædam improbantur, & corrigenda iudicātur, ſicut in diuinis authoritatibus legimus. Ait. n. Apoſtolus: Miſericordiam Dei cōſecutus ſum, quia ignorans feci. Ait & Propheta: Delicta iuuentutis meæ, & ignorātias meas ne memineris. Sunt etiam neceſſitate facta improbanda, vbi vult homo recte facere & non poteſt. Nam unde ſunt illæ uoces: Non enim quod uolo facio bonum, ſed quod odi malum, hoc

ago.

ago.Et illud: Velle adiacet mihi perficere au
tem bonum non inuenio.Et illud:Caro con-
cupiſcit aduerſus ſpiritum,ſpiritus ãt aduer-
ſus carnem. Hæc.n.inuicem aduerſantur , vt
non ea quæ vultis faciatis? Sed hæc oĩa homi
num ſunt,ex illa mortis damnatione venien-
tium.Nam ſi non eſt iſta pœna hoĩs ſed natu
ra,nulla iſta peccata ſunt.Si.n.non receditur
ab eo modo,quo naturaliter factus eſt, ita vt
melius eſſe non poſſit,ea quæ debet facit, cũ
hæc facit.Si aũt bon⁹ homo eſſet,aliter eſſet:
Nunc aũt quia ita eſt,non eſt bonus , nec hẽt
in poteſtate,vt bonus ſit,ſiue nõ vidẽdo qua-
lis eſſe debeat , ſiue videndo & non valendo
eſſe, qualẽ ſe debere eſſe videt:pęnam iſtam
eſſe quis dubitet? Omnis aũt pęna ſi iuſta eſt,
peccati pœna eſt, & ſupplicium noĩatur . Si
K aũt iniuſta eſt pœna , qm̃ pœnam eſſe nemo
ambigit,iniuſto aliquo dominante , homini
impoſita eſt. Porrò quia de oĩpotẽtia Dei &
iuſtitia dubitare dementis eſt, iuſta hæc pęna
eſt,& pro peccato aliquo penditur . Non.n.
quiſquã iniuſtus dñatur aut ſurripere homi-
nem potuit,velut ignorante Deo , aut extor-
quere inuito tanq̃ inualidiori , vel terrendo
vel confligendo vt hoĩem iniuſta pœna cru-
ciaret . Relinquit ergo vt hæc pœna iuſta de
damnatione hoĩs veniat.Et alio loco.Appro
bare(inq̃)falſa pro veris vt erret inuit⁹,& re-
ſiſtente atq; torquente calore carnalis vincu
li,non poſſe à libidinoſis operibus tempera-
re,non eſt natura inſtituti hoĩs, ſed pęna dã-
nati.Cum aũt de libera illa voluntate recte fa
ciendi loquimur,de illa.ſ.in qua homo fact⁹
eſt loquimur.Ecce tam longe anteq̃ Pelagia-
na hęreſis extitiſſet,ſic diſputauimus,velut iã
ꝯ illos diſputaremus. Cum.n.omnia bona di
cerentur ex Deo,i.& magna,& media, & mi
nima: in medijs quidem bonis inuenitur libe
rum voluntatis arbitrium , quia & male illo
vti poſſumus, ſed tñ tale eſt,quod ſine illo re
cte viuere nequeamus.Bonus aũt vſus eius iã
L virtus eſt, quæ in magnis reperitur bonis,q̃-
bus male vti nullus poteſt . Et quia oĩa bona
ſicut dictum eſt,& magna,& media, & mini
ma ex Deo ſunt,ſequitur vt ex Deo ſit & bo-
nus vſus liberæ voluntatis,quæ virtus eſt , &
in magnis numeratur bonis . Deinde dictum
eſt:Ex qua miſeria peccantibus iuſtiſſime in-
flicta,liberet Dei gratia,quia ſpõte homo , i.
libero arbitrio cadere potuit non ẽt ſurgere.

Ad q̃ miſeriam iuſtæ damnationis pertinent *27.ca. Si*
ignorantia & difficultas, q̃ patitur oĩs homo *igitur,&*
ab exordio natiuitatis ſuæ, nec ab iſto malo, *di.36.ca.*
niſi Dei gratia quiſquam liberatur.Quã miſe *Ad quod*
riam Pelagiani nolunt ex iuſta damnatione *3.ſen.diſ.*
Dei deſcendere,negantes originale peccatũ: *15.c.tra*
q̃uis ignorantia & difficultas,ẽt ſi eſſent ho- *didit.*
minis primordia naturalia , nec ſic culpãdus *Li.3.c.20*
Deus,ſed laudandus eſſet, ſicut in eodem ter *& 21.3.*
tio libro diſputauim⁹.Quæ diſputatio ꝯ Ma- *ſen.di.15*
nichæos habenda eſt,qui non accipiunt ſcri- *c.ſed for-*
pturas ſanctas veteris teſtĩ , in quibus origi- *te.*
nale peccatum narratur, & quicquid inde in
literis apoſtolicis legitur,deteſtabili impudẽ
tia immiſſum fuiſſe contendunt à corrupto-
ribus ſcripturarum, tanq̃ non fuerit ab Apo-
ſtolis dictum . contra Pelagianos autem hoc
defendendum eſt, quod vtraq; ſcriptura cõ- M
mendat, quam ſe accipere profitentur . Hoc
opus ſic incipit:Dic mihi quæſo te.

Iã verò in Aphrica conſtitutus,conſcripſi *De Gene*
duos libros de Geneſi ꝯ Manich. Quãuis.n. *ſi aduer-*
in ſuperioribus libris quicquid diſputaui,vn *ſus Mani*
de oſtẽderem Deũ ſumme bonum & immu- *chæos.*
tabilem, creatorem eſſe oĩum mutabiliũ na- *Cap. 10.*
turarum,nec vllam eſſe naturam malam,ſiue
ſubam inquãtum natura eſt atq; ſuba, aduer
ſus Manichæos noſtra inuigilaret intẽtio: iſti
tñ duo libri apertiſſime aduerſus eos æditi *Cap.1.*
ſunt in defenſionem veteris legis , quã vehe- *Gene. 1.*
menti ſtudio veſani erroris oppugnant . In
primo libro ab eo,quod ſcriptũ eſt: In prin-
cipio fecit Deus cœlum & terram, donec ſe
ptem peragantur dies, vbi legitur Deus reqe
u ſſe in die ſeptimo.In ſecundo autem ab eo
quod ſcriptum eſt:Hic liber creaturæ cęli &
terrę, donec Adã & mulier eius dimiſſi ſunt
de paradiſo,& cuſtodia poſita eſt ligno vitę.
Deinde in fine libri , errori Manichæorum A
fidẽ catholicę veritatis oppoſui, quid illi di- *Li.1.c.3.*
cant,& nos quid dicamus , breuiter aperteq;
complectens . Quod verò dixi : Illud autem
lumen non irrationabilium animalium ocu-
los paſcit,ſed pura corda eorũ,qui Deo cre-
dunt , & ab amore viſibilium rerum & tem-
poralium ſe ad eius præcepta implenda con
uertunt,quod omnes homines poſſunt ſi ve-
lint , non exiſtiment noui hæretici Pelagiani
ſecundum eos eſſe dictum.Verum eſt.n.om-
nino omnes hoĩes hoc poſſe ſi velint, ſed p̃-
paratur voluntas à domino & tantũ augetur

munere charitatis vt posſint. Quod hic ideo
dictum non eſt,qm̃ præſenti neceſſarium nõ
Lib. 1. erat qõni. Quod verò ibi legitur de benedi-
Cap. 19. ctione Dei,qua dictum eſt:Creſcite & multi
Gene. 1. plicamini, in carnalem fœcunditatem poſt
pctm̃ conuerſam eſſe credendam, ſi non põt
alio modo dictum inueniri, niſi vt putentur
Lib. 1. illi hoĩes non habituri fuiſſe filios hoĩes niſi
Cap. 20. peccaſſent: oĩno non approbo. Illud ẽt non
eſt conſequens, vt ideo intelligatur in allego
ria tm̃modo eſſe accipiendum, ꝙ herbæ viri
des, & ligna fructifera oĩ generi beſtiarum,
& oĩbus auibus, & oĩbus ſerpẽtibus in libro
B Geneſeos dantur ad cibum:quia ſunt & qua-
drupedia & volatilia, quæ ſolis carnibus ve-
Lib. 15. de ciuita. Dei. c. 27 ſcantur.Fieri.n.poſſet,vt alerentur ab homi-
nibus ẽt de fructibus terræ,ſi ꝑꝑ obedientiã,
qua ipſi homines Deo ſine vlla iniquitate
ſeruirent, mererentur oẽs beſtias & aues oĩ
Lib. 1. modo hr̃e ſeruientes. Item mouere põt,qũo
cap. 23. dixerim de populo Iſrael: adhuc corporali
circũciſione & ſacrificijs, tanq̃ in mari gen-
tium populus legi ſeruiebat. Quãdoquidem
apud gentes ſacrificare non poterant, ſicut
eos & nunc videmus ſine ſacrificijs remanſiſ
ſe, niſi forte ꝙ per paſcha immolant ouem,
hoc in ſacrificijs deputetur. In ſecundo ẽt li-
bro illud quod poſui,nomine pabuli ſignifi-
cari poſſe vitam,cum melioris interpretatio
nis codices non habeant pabulum,ſed fęnũ,
Cap. 3. non ſatis apte dictum vr̃.Non.n.congruit fœ
ni nomine ſignificatio vitæ, qũo pabuli. Itẽ
videor non recte appellaſſe verba propheti-
ca, quibus ſcriptum eſt: Quid ſuperbis terra
Lib. 2. c. 5 & cinis?quia non eius libro legitur,quẽ cer-
C ti ſimus appellatum eſſe prophetam. Nec il-
Eccl. 10. lud Apoſtoli,vbi adhibet teſtimoniũ de Ge-
Lib. 2. c. 8 Gene. 2. neſi,dicens: Factus eſt primus homo Adã in
animam viuentem, ſicut voluit, intellexi, cũ
exponerem quod ſcriptũ eſt: Inſufflauit De⁹
in faciem eius flatum vitæ, & factus eſt ho-
mo in animam viuam,vel in animam viuen-
1. Co. 15. tem. Apoſtolus enim ad hoc adhibuit illud
teſtimonium, vt probaret eſſe corpus anima
le:ego autem hinc putaui hoc eſſe monſtran
dum animale factum prius hominem, non
corpus hominis ſolum. Quod autem dixi:
Libr. 2. Nulli naturæ nocere peccata niſi ſua:ideo di
cap. 29. xi,quoniam iuſto qui nocet,non ei vere no-
cet, quandoquidem ẽt mercedem eius auget
in cœlis:ſibi autẽ peccando vere nocet,quia
ꝑꝑ ipſam voluntatẽ nocendi, recipiet id q̃d
nocuit.Poſſunt ſanè Pelagiani ad ſuũ dogma
trahere iſtã ſnĩam,& iõ dicere paruulis alie-
na non nocuiſſe peccata, quia dixi nulli na-
turæ nocere peccata niſi ſua: non intuẽtes iõ
paruulos,qui vtiq; ꝑtinent ad humanã nãm,
trahere originale peccatũ, q̃a in primis ho-
minibus nã humana peccauit, ac ꝑ hoc natu
ræ humanæ nulla nocuere peccata, niſi ſua.
Per vnũ quippe hoĩem,in quo oẽs peccaue-
runt,peccatũ intrauit in mundũ.Non.n.nulli
homini, ſed nulli naturę dixi peccata noce-
re,niſi ſua. Itẽ in eo q̃d paulopoſt dixi: Nul-
lum eſſe malũ naturale, pñt quęrere ſimilem
latebram,niſi hoc dictum ad naturam talem
referatur, qualis ſine vitio primitus condita
eſt.Ipſa.n.vere ac proprie natura hominis di
citur. Tranſlato aũt verbo vtimur, vt naturã
dicamus etiam,qualis naſcitur homo. Secun
dum quam locutionem dixit Apoſtolus:Fui-
mus enim & nos aliquando natura filij iræ,
ſicut & cæteri. Hoc opus ſic incipit:ſi elige-
rent Manichæi quos deciperent.

Deinde vt ſupra cõmemoraui, ſex libros
de muſica ſcripſi, quorũ ipſe ſextus maxime
innotuit, qm̃ res in eo digna cognitione ver
ſat̃,qũo à corporalibus & ſpũalibus, ſed mu
tabilibus numeris ꝑueniatur ad immutabiles
numeros,qui iã in ipſa ſunt immutabili veri-
tate,& ſic inuiſibilia Dei ꝑ ea q̃ facta ſunt, in-
tellecta conſpiciant̃.Q̃d qui non pñt,& tn̄ ex
fide Chriſti viuunt, ad illa certius atq; fœli-
cius ↄſpicienda poſt hanc vitã veniunt.Quid
aũt pñt,ſi deſit eis fides Chriſti, qui vnus me
diator eſt Dei & hominũ? Cũ tota ſapientia
ſua pereunt. In hoc libro illud q̃d dixi:Cor-
pora.n.tanto meliora ſunt, quanto numero-
ſiora talib.numeris:aĩa verò iſtis, quæ ꝑ cor-
pus accipit carendo fit melior, cũ ſeſe auer-
tit a carnalibus ſenſibus, & diuinis ſapientiæ
numeris reformat̃.Non ſic accipiendum eſt,
quaſi non ſint futuri numeri corporales in
corporibus incorruptibilibus & ſpiritualib.
cum multo ſpecioſiora & decentiora futura
ſint,aut anima eos ſenſura non ſit, quãdo erit
optima,quemadmodũ hic eis carendo fit me
lior.Hic enim opus habet auertere ſe à car-
nalibus ſenſibus ad intelligibilia capienda,
quia infirma eſt: & minus idonea vtriſque
ſimul adhibere intentionẽ ſuã. Et in his cor-
poralibus nunc illecebra cauẽda eſt, quãdiu

anima illici ad delectationẽ turpem pt. Tunc aũt tam firma erit atq; pfecta, vt numeris corporalibus non auertatur à contemplatione sapientiæ, & ita sentiat eos, vt non illiciat ab eis, nec eis carendo fiat melior, sed ita sit bona & recta, vt nec latere possint eã, nec occupare. Itẽ qđ dixi: Hæc aũt sanitas tunc firmissima erit atq; certissima, cũ pristinæ stabilitati certo suo tpe atq; ordine hoc corpus fuerit restitutum. Non ita dictũ putetur quasi non sint futura post resurrectionẽ corpora meliora, q̃ primorum hoĩum in paradiso fuerunt, cũ illa iam non sint alenda corporalibus alimentis, quibus alebant̃ ista: sed pristina stabilitas hactenus accipienda est, quatenus ægritudinẽ ita nullam corpora illa patient̃, sicut nec ista pati possent ante pctm̃. Alio loco: Laboriosior est, inq̃, huius mundi amor. Quod .n. in illo aïa quærit, constantiam, s. æternitatemq;, non inuenit: qm̃ rerum transitu completur infima pulchritudo, & qđ in illa imitatur constantiam, à summo Deo per animã traijcitur: qm̃ prior est species tm̃modo tpe commutabilis, q̃ ea quæ & tpe & locis. Hęc verba si eo modo accipi possent, vt nõ intelligatur infima pulchritudo, nisi in corporib⁹ hoĩum, omniumq; animalium, quę cũ sensu corporis viuunt, rõ manifesta defendit. Hoc quippe in ea pulchritudine imitatur constantiam, qđ in compage sua manẽt eadẽ corpora inquantũ manent: Id aũt à summo Deo in eã p aïam traijcitur. Anima quippe ipsã cõpagem tenet, ne dissoluatur, & defluat qđ videmus in corporibus aïalium aïa discedẽte contingere. Si aũt infima pulchritudo in oĩbus corporib⁹ intelligatur, cogit ista sñia ẽt ipsum mundum aïal credere, vt ẽt in ipsum qđ in illo imitat̃ constantiam, à sũmo Deo (per aïam) traijciatur. Sed aïal esse istũ mundum, sicut Plato sensit, alijq; philosophi quã plurimi, nec rõne certa indagare potui, nec diuinarũ scripturarũ authoritate persuaderi posse cognoui. Vnde tale aliquid à me dictũ quo id accipi posit, ẽt in libro de immortalitate aïæ temere dictum notaui. Nõ quia hoc falsum esse confirmo, sed quia nec verũ esse comprehendo, quod sit animal mũdus. Hoc sanè inconcusse retinendũ esse non dubito, Deum nobis non esse istum mundum, siue anima eius vlla, siue nulla sit. Quia si vlla est, ille qui eam fecit, est Deus noster: Si ãt nulla est, nullorum Deus põt esse iste, quanto minus Deus noster. Esse tñ spiritalem vitalemque uirtutem, ẽt si non sit aïal mundus. Quæ virtus in angelis sanctis ad decorãdum atque administrãdum, oĩum Deo seruit, & à q̃bus nõ intelligitur, rectissime creditur. Angelorum aũt sanctorum noĩe, oẽm creaturã spiritalem, in Dei secreto atque occulto mysterio cõstitutam nunc appellauerim: sed spiritus angelicos sancta scriptura noĩe aïarum significare nõ solet. Proinde verò in eo quod circa finem libri huius dixi: Rationales & intellectuales numeri beatarum aïarum atque sanctarum legem ipsam Dei, sine qua folium de arbore non cadit, & cui nostri capilli numerati sunt, nulla interposita natura excipiẽte, vsque ad terrena & inferna iura transmittunt. Non video quemadmodum vocabulũ aïarum ẽm scripturas sanctas posit ostendi: qñquidem non nisi angelos sanctos intelligi volui, quos habere animas nusquam me lẽgisse in diuinis eloquijs canonicis recolo. Hic liber primus sic incipit: Modus, qui pes est. Sextus autem: Satis diu penes.

Per idem tps scripsi librum, cuius est titulus, De magistro, in quo disputat̃, & q̃ritur, & inuenitur, magistrum non esse qui docet hoĩem sciam, nisi Deum. Scđm illud etiã quod in Euangelio scriptũ est: Vnus est magister vester Christ⁹. Hic liber sic incipit: Quid tibi videtur efficere velle cum loquimur?

Tvnc ẽt de vera religione librum scripsi, in quo multipliciter & copiosissime disputatur, vnum uerum Deum, i. Trinitatem, Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum religione vera colendum: & quãta misericordia eius, per temporalem dispensationem cõcessa sit hominibus Christiana religio, quæ vera religio est, & ad eũdem cultum Dei quẽadmodum sit homo quadã uita sua coaptandus. Maxime tñ ꝯ duas naturas Manichæorũ liber hic loquitur. In hoc libro quodam loco, Sit, inquam, tibi manifestum atq; perceptum, nullum errorem in religione esse potuisse, si anima pro Deo suo non coleret animam, aut corpus, aut phantasmata sua. Hic animam pro vniuersa creatura incorporali posui, non loquens more scripturarum, quæ animam quando non translato verbo vtunt̃, nescio vtrum uelint intelligi: nisi eam qua viuunt animalia mortalia, in quibus & homines

Marginal notes: F; G; H; Lib.6. cap.17.; De magistro. c.12; Magistrum nõ esse q docet hoiem sciẽtiam, nisi Deũ.; I; Mat. 23.; De uera religione. cap.13. Cap. 10.; Aïa pro uniuersa natura incorporali ponitur.

Cap. 10. homines sunt, quandiu mortales sunt. Paulo-
Roma. 1. post aũt eundem sensum melius sum breuius
que complexus, vbi dixi: Non ergo creaturæ
potius q̃ creatori seruiamus, nec euanesca-
mus in cogitationibus nostris, & perfecta re
K ligio est: Creaturam quippe vno noĩe vtran-
que, i. spiritualem corporalemq; significaui.
Restat quod ibi dixi, aut phantasmata sua: p p
quod hic dixi, nec euanescamus in cogitatio
Cap. 10. nibus nostris. Item quod dixi: Ea est nostris
tpibus Christiana religio, quam cognoscere
Religio Christiana. ac sequi securissima & certissima salus est,
sm hoc nomen dictum est, nõ sm ipsam rẽ,
cuius hoc nomen est. Nam res ipsa, quæ nũc
Christiana religio nuncupatur, erat & apud
Act. 11. antiquos, nec defuit ab initio generis huma-
Discipuli Christiani ueri primo appellati. ni, quousque ipse Christus veniret in carne,
vnde vera religio, quæ iam erat, cœpit appel
lari Christiana. Cum. n. eum post resurrectio
nem ascensionemq; in cęlũ cœpissent Apo-
stoli pdicare, & plurimi crederent, primum
apud Antiochiã, sicut scriptum est, appellati
sũt discipuli Christiani. Propterea dixi: Hæc
est nostris tpibus Christiana religio, nõ quia
prioribus tpibus non fuit, sed quia posterio-
Cap. 10. ribus hoc nomen accepit. Alio loco: Intẽde
igitur (inquam) in hæc q̃ sequuntur diligẽter
& pie quantum potes: tales. n. adiuuat Deus.
Quod non intelligendum est, quasi tm̃modo
tales adiuuet, cum adiuuet ẽt nõ tales vt sint
L tales, i. vt diligenter & pie quærant. Tales aũt
adiuuat vt inueniant. Itemq; alibi: Deinde (in
quam) iam erit consequens, vt post mortem
Cap. 12. corporalem, q̃ debemus primo peccato, tpe
suo atq; ordine suo hoc corpus restituat̃ pri
stinæ stabilitati. Quod sic accipiendum est,
quia ẽt pristina stabilitas corporis q̃ peccan-
do amisimus, habebat tantã fœlicitatẽ, vt in
defectũ non vergeret senectutis. Huic ergo
pristinæ stabilitati restituet̃ hoc corpus in re
surrectione mortuorũ. Sed habebit amplius,
vt nec alimentis corporalibus sustentet̃: sed
ad sufficientiã viuificetur solo spiritu, cũ re-
surrexerit in spiritũ viuificantem, qua cã ẽt
spiritale erit. Illud autẽ quod primum fuit,
quamuis non moriturum: nisi homo peccas-
set, tamen animale factũ est, hoc est, in aĩam
Cap. 14. viuentẽ. Et alibi: Vsq; adeo (inquam) pecca-
Peccatũ uoluntarium. tum voluntarium malum est, vt nullo modo
sit peccatũ, si non sit voluntariũ. Potest vide-
ri falsa hæc definitio: sed si diligenter discu-
tiatur, inuenietur esse verissima. Peccatũ qp-
pe illud intelligendũ est, quod tm̃modo pec-
catum est, nõ quod est ẽt pœna peccati, sicut
superius ostendi cum quædã commemorarẽ
ex libro tertio de libero arbitrio. Quamuis M
& illa q̃ immerito nõ voluntaria peccata di- *Cap. 18.*
cuntur, quia vel à nescientibus vel à coactis
perpetrantur, non oĩno possunt sine volunta
te committi: qm̃ & ille qui peccat ignorans,
voluntarie vtiq; peccat, qđ cũ faciendũ non
sit, putat esse faciendum. Et ille qui concupi-
scente aduersus spiritum carne, non ea q̃ vult
facit, concupiscit quidem nolens, & in eo nõ
facit quod vult. Sed si vincit̃, concupiscẽtiæ
consentit uolens, & in eo nõ facit nisi quod
vult, liber. s. iustitiæ, seruusq; peccati. Et illud
quod in paruulis dr̃ originale peccatum, cũ
adhuc non vtantur libero arbitrio volunta-
tis, non absurde vocatur ẽt voluntarium, qa
ex primi hoĩs mala voluntate ꝯctum, factum
est quodammodo hæreditarium. Non itaq;
falsum est quod dixi: Vsq; adeo peccatũ vo-
luntarium malum est, vt nullo mõ sit pecca-
tum si non sit voluntarium. Ideo gratia Dei
non solum reatus oĩum præteritorum soluit̃
in oĩbus qui baptizantur in Christo, quod fit
spiritu regenerationis: verum ẽt in grãdibus
voluntas ipsa sanatur, & pparatur à dño, qđ
fit spiritu fidei & charitatis. Alio loco in eo A
quod dixi de dño Iesu Christo, Nihil egit vi, *Cap. 16.*
sed oĩa suadendo & monendo: non mihi oc *Ma. 11.*
currerat qđ vendentes & emẽtes flagello eie *Ma. 8.*
cit de templo. Sed quid hoc, aut quantũ est? *Cap. 25.*
Quamuis & dæmones nolentes ab hoĩbus,
non sermone suasionis, sed vi potestatis eie-
cerit. Item alio loco, Prius (inq̃) isti sequendi
sunt, qui vnũ Deum summũ solũ verũ Deum
& solum colendũ esse dñt, si apud hos veri-
tas non eluxerit, tunc demũ migrandum est.
Quod ita põt videri dictum, quasi de huius
religionis veritate dubitauerim. Dixi aũt si-
cut ei congruebat ad quẽ scribebã. Sic. n. di-
xi: Si apud hos veritas non eluxerit, nihil du-
bitans qđ apud eos elucesceret, quemadmo-
dum ait Apostolus: Si Christus non resurre-
xit, non vtiq; dubitans qđ resurrexerit. Item
qđ dixi: Nec miracula ista in nostra tpa dura *1. Co.*
re permissa sunt, ne anima sp visibilia quære *Cap.*
ret, & eorum cõsuetudine frigesceret genus
humanum, quorũ nouitate flagrauit. Verum
est quidem; Non. n. nunc vsque, cum manus
impo-

imponitur baptizatis, ſic accipiunt ſpũm ſan
ctum, vt loquantur linguis oĩum gentiũ: aut
B nunc vſq; ad vmbrã tranſeuntiũ prædicato-
rum Chriſti ſanantur infirmi, & ſi qua talia
tunc facta ſunt, q̃ poſtea ceſſaſſe manifeſtum
eſt. Sed non accipiendũ eſt, qđ dixi, vt nũc in
Chriſti noĩe fieri miracula nulla credantur.
Nã ego ipſe qñ iſtum ipſum librũ ſcripſi, ad
Mediolanenſiũ corpora martyrum, in eadẽ
ciuitate cæcũ illuminatũ fuiſſe iam nouerã,
& alia nonnulla, qualia tam multa ẽt iſtis tẽ-
poribus fiunt, vt nec oĩa cognoſcere, nec ea
q̃ cognoſcimus enumerare poſſimus. Et alio
loco illud qđ dixi: Sicut ait Apoſtolus: Om-
41. nis ordo à Deo eſt. nõ eiſdẽ verbis hoc dixit
Apoſtolus, q̃uis eadem videatur eſſe ſñia. Ait
13. quippe ille: Quæ ãt ſunt, a Deo ordinata sũt.
30. Et alibi: Prorſus, inq̃, nemo vos fallat. Quic-
1. quid recte vituperať, ĩ melioris cõparatione
reſpuitur. Hoc de ſubijs atq; naturis dictum
eſt. Inde.n. diſputabať, non de bonis actioni-
46. bus atq; peccatis. Itemq; alibi. Sed nec ſic q-
dem, inquam, ab hoĩe hõ diligendus eſt, vt di
ligũtur carnales fratres, vel filij, vel cõiuges,
vel quicũq; cognati, aut affines, aut ciues. Nã
C & iſta dilectio tp̃alis eſt. Non.n. vllas tales ne
ceſſitudines hr̃emus, quæ naſcendo & moriẽ
do cõtingũt, ſi natura nr̃a in pręceptis & ima
gine Dei manens, in iſtam corruptionem nõ
religaretur. Hunc ſenſum prorſus improbo,
quem iã & ſuperius improbaui in primo li-
bro de Geneſi ɔ̈ Manich. Ad hoc.n. ducit, vt
credantur illi cõiuges primi non generaturi
poſteros hoĩes, niſi peccaſſent, tanq̃ neceſſe
fuerit, vt morituri gignerenť, ſi de concubitu
maris & fœminæ gignerentur. Nondum. n.
videram fieri potuiſſe, vt nõ morituri de nõ
morituris naſcerẽtur, ſi peccato illo magno
nõ mutaretur in deterius humana natura: ac
p̱ hoc ſi & in parentibus & in filiis fęcũditas
fęlicitasq; manſiſſet, vſq; ad certũ ſanctorum
numerũ, quem prædeſtinauit Deus, naſceren
tur hoĩes non parẽtibus ſucceſſuri morienti-
bus, ſed cũ viuentibus regnaturi. Eſſent ergo
55. ẽt iſtæ cognationes atq; affinitates, ſi nullus
delinqueret, nullusq; moreretur. Itẽ alio lo-
co: Ad vnum Deum tendentes, inq̃, & ei vni
religantes aĩas noſtras, vnde religio dicta cre
ditur, omni ſuperſtitione careamus. In his
verbis meis ratio quæ reddita ſit, vnde ſit di-
cta religio, plus mihi placuit. Nã non me fu

git aliam noĩs huius originem expoſuiſſe La D
tini ſermonis authores, quod inde ſit appel- Religio
lata religio, quod religatur. Quod ver- unde.
bum compoſitum eſt à legendo, id eſt eli-
gendo, vt ita Latinum videatur religio, ſi-
cut eligo. Hic liber ſic incipit: Cum om-
nes vitę bonæ.

IAm verò apud Hipponẽ regium presbyter De utili-
ſcripſi librum de vtilitate credẽdi ad ami tate cre
cũ meũ, quem deceptũ à Manichæis, adhuc dendi ad
eo errore noueram detineri, & irridere in ca Honora-
tholicæ fidei diſciplina, quod iuberentur ho tum.
mines credere: non aũt quid eſſet verum cer- cap. 14.
tiſſima ratione docerẽtur. In hoc libro dixi: Exo. 20
In quibus tñ legis præceptis atq; mandatis, Gene. 17.
nunc Chriſtianos vti fas nõ eſt, quale vel ſab cap. 3.
batum eſt, vel circunciſio, vel ſacrificia, & ſi
quid hmõi eſt, tanta myſteria continentur, ut
omnis pius intelligat nihil eſſe p̱nicioſius, q̃
quicquid ibi eſt, accipi ad literam, i. ad ver-
bum: nihil autem ſalubrius q̃ ſpiritu reuela-
ri. Inde eſt: Litera occidit, ſpiritus autẽ viuifi 2. Co. 13.
cat. Sed aliter expoſui verba iſta Apoſtoli De ſpiri-
Pauli, & quãtum mihi vr̃, uel potius ex ipſis tu & lite
rebus apparet, multo conuenientius in eo li- ra. ca. 4.
bro, qui inſcribitur: De ſpiritu & litera, q̃uis & 5.
non ſit & iſte ſenſus reſpuendus. Item dixi: E
Duæ ſunt.n. perſonæ in religione laudabiles. Cap. 11.
Vna eorum qui iam inuenerunt, quos ẽt bea- Duæ ſunt
tiſſimos iudicare neceſſe eſt. Alia eorum, qui perſonæ i
ſtudioſiſſime inquirunt. Primi ergo ſunt iam religione
in ipſa poſſeſſione, alteri in via, qua tñ certiſ laudabi-
ſime peruenitur. In his verbis meis, ſi illi qui les.
iam inuenerunt, quos in ipſa poſſeſſione eſſe
iam diximus, ſic accipianť beatiſſimi, vt non
in hac vita, ſed in ea q̃ ſperamus, & ad quam
per fidei viam tendimus ſint, non habet iſte
ſenſus errorem: Ipſi. n. iudicandi ſunt quod
quærendũ eſt inueniſſe, qui iam ibi ſunt, quò
nos quærendo & credendo, i. viam fidei te-
nendo cupimus peruenire. Si autẽ in hac vi-
ta putantur iſti eſſe, vel fuiſſe, id uerum eſſe
non mihi vr̃. Non quia in hac vita nihil ueri
omnino inueniri poteſt, quod mẽte cernať,
non fide credatur: ſed quia tñ non eſt quic-
quid eſt, vt nos faciat beatiſſimos. Neque.n.
quod ait Apoſtolus: Videmus enim (nunc)
per ſpeculum in ęnigmate, & nunc cernitur F
ex parte, non cernitur mente: cernitur plane,
ſed beatiſſimos nondum facit. Illud enim
beatiſſimos facit quod ait: Tunc autem facie

ad faciem, & tūc cognoscā sicut & cognitus sum. Qui hoc inuenerunt, ipsi dicēdi sunt in beatitudinis possessione consistere, ad quam ducit via fidei, q̄ tenemus, & quò credendo cupimus peruenire. Sed q̄ sint illi beatissimi, q iā sunt in ea possessione, quo ducit hæc via, magna q̄ō est. Et angeli quidem sancti quod ibi sint, nulla q̄ō est. Sed de sanctis hominibꝰ iam defunctis, vtrum ipsi saltem dicendi sint iam in illa possessione consistere, merito q̄ritur. Iam.n. corpore quidem corruptibili, quo aīa aggrauatur, exuti sunt, sed adhuc expectant ēt ipsi redemptionem corporis sui, & caro eorum requiescit in spe, nondum in futura incorruptione clarescit. Sed vtrum ad contemplandam cordis oculis veritatē, sicut dictum est, facie ad faciē, nihil ex hoc minus habeant, non hic locus est disputando inquirere. Item quod dixi: Nā scire magna & honesta vel ēt diuina, beatissimum est, ad eandē beatitudinem referre debemus. In hac (.n.) vita quantumcunque id sciatur, nondum est beatissimum: q̄m incomparabiliter lōge est amplius quod inde nescitur. Et q̄d dixi: Multum interesse vtrum aliquid mentis certa ratione teneatur, quod scire dicimus, an famæ vel literis credendum posteris utiliter commēdetur. Et paulopost: Quod scimus igitur, debemus rōni: quod credimus, authoritati. non sic accipiendum est, vt in sermone vsitatiore vereamur nos dicere scire, q̄d idoneis testibus credimus. Proprie cū loquimur, id solum scire dicimus, quod mentis firma rōne comprehendimus. Cum verò loquimur verbis consuetudini aptioribus, sicut loquitē ēt diuina scriptura, nō dubitemus dicere scire nos, & q̄d percipimus nostri corporis sensibus, & quod fide dignis credimus testibus, dum tñ inter hæc & illud quid distet intelligamus. Item quod dixi: Nemini dubium est, oēs hoīes, aut stultos esse, aut sapientes, pt videri esse p̄rium illi, quod legitur in libro tertio de libero arbitrio. Quasi verò natura humana præter stultitiam & sapientiam nullam mediam recipiat affectionē. Sed illud ibi dictum est, vbi de primo hoīe q̄rebatur, vtrum sapiens fuerit factus, an stultus an neutrum: q̄m nullo modo stultum dicere poteramus, qui sine vitio factus est, cum sit stultitia magnum vitiū: & sapientem q̄uo diceremus, q potuit seduci, non satis apparebat. Ideoq; ad compendiū dicere, quasi uerò natura humana p̄ter stultitiā & sapientiam nullā mediam recipiat affectionē. Intuebar q̄ppe & paruulos, quos licet confiteamur trahere originale pc̄m, tñ nec sapientes, nec stultos possumus proprie dicere, nondum utentes libero arbitrio, seu bene seu male. Nunc aūt aut sapientes, aut stultos esse oēs hoīes dixi, eos volens intelligi, qui iam rōne vtuntur, qua discernūtur à pecoribus, ut hoīes sint, sicut dicimus beatos esse oēs hoīes uelle. Nūquid.n. in hac sn̄ia tam vera atque manifesta metuimus, ne intelligātur & paruuli, qui hoc adhuc uelle non pn̄t? Alio loco cum miracula cōmemorassem quæ dn̄s Iesus fecit cū hic esset in carne: adiunxi, dicens: Cur, inquis, ista mō non fiunt? Atq; rn̄di, quia non mouerent, nisi mira essent: si aūt solita essent, mira non essent. Hoc aūt dixi, quia non tanta, nec omnia mō, non quia nulla fiunt ēt modo. In fine autē libri. Sed q̄m sermo iste noster, inquam, multo processit longius q̄ putabam, hic finem libro faciamus, in quo memineris volo, nondum Manichæos me cœpisse refellere, & illas nugas nondum inuasisse, neq; de ipsa catholica doctrina magnum aliquid aperuisse, sed uoluisse tm̄modo eruere tibi si posse falsam opinionē de ueris Christianis malitiose aut imperite uobis insinuatam, & erigere ad magna quedā & diuina discenda. Quare hoc uolumen ita sese habeat, placatiore aūt aīo tuo facto, ero fortassis in cæteris promptior. Hæc non ita dixi, quasi nihil aduersus Manichæos adhuc scripsissem, uel nihil de doctrina catholica mādassem lr̄is, cum tot superius ędita volumina de utraq; re non me testenē tacuisse, sed in hoc libro ad illū scripto nondū Manichæos refellere cœperā, & illas nugas nondū inuaserā, neq; de ipsa catholica doctrina magnū aliquid aperueram, q̄m sperabam hoc initio facto, ad eū ipsum me scripturum fuisse, quæ hic nondum scripseram. Hic liber sic incipit: Si mihi honorate.

POst hunc librum scripsi adhuc presbyter contra Manichęos de duabus animabus, quarum dicunt unam partem Dei esse, alteram de gente tenebrarum, quam non condiderit Deus, & quæ sit Deo coæterna: & has ambas animas, unam bonam, alteram malā, in uno homine esse delirant. Istā scilicet malam propriam carnis esse dicentes quā carnem

Marginal notes: 1. Co. 13. — Quid beatissimũ fiat. — Via fidei. — Sap. 9. — Rom. 8. — Psal. 15. — Cap. 11. — Cap. 15. — G — Ca. eodē. — Scire qd. — Ca. 12. et 15. — Cap. 24. — Adā utrū sapiēs fuerit uel stultus. — H — I — K

nem ēt dn̄t gentis eſſe tenebrarum. Illam ve-
rò bonā ex aduentitia Dei parte, q̄ cū tene-
brarū gente cōflixerit, atq; vtrūq; miſcuerit.
Et oīa quidē bona hoīs illi bonæ animæ, oīa
vero mala illi malæ aīæ tribuūt. In hoc libro
illud quod dixi: Nullā eſſe qualēcūque vitā,
quæ non eoipſo quo vita eſt, & inquantum
oīno vita ē, ad ſummū vitæ fontē principiū-
que ptineat. ita dixi, vt tanq̄ creatura ad crea
torē pertinere intelligat, non aūt de illo eſſe
tanq̄ pars eius exiſtimet. Itē qđ dixi: Nuſquā
ſcilicet niſi in voluntate eſſe peccatum, poſ-
ſūt Pelagiani p ſe dictū putare pp paruulos,
quos iō negant habere peccatū, qđ eis in ba-
ptiſmate remittatur, quia nondū arbitrio vo
luntatis vtunt. Quaſi vero peccatū qđ eos ex
Adā dicimus originaliter trahere, id eſt, rea-
tu eius implicatos, & ob hoc pœnæ obno-
xios detineri, nuſquā eſſe potuerit, niſi in vo
luntate, qua voluntate cōmiſſum eſt, qn̄ diui
ni pcepti eſt facta tranſgreſsio. Pōt ēt putari
falſa eſſe iſta ſententia, qua diximus, Nuſquā,
niſi in voluntate eſſe peccatū quia dixit Apo
ſtolus: Si aūt qđ nolo hoc facio, iā non ego
operor illud, ſed qđ habitat in me peccatū.
Hoc. n. peccatū vſqueadeo non eſt in volun
tate, vt dicat: qđ nolo, hoc facio. Qūo ergo
nuſquā eſt, niſi in voluntate peccatū? Sed hoc
peccatū de quo ſic eſt locutus Apoſtolus, iō
peccatū vocat, quia peccatū factū eſt, & pœ
na peccati eſt: qn̄ quidē hoc de concupiſcen-
tia carnis dr̄, qđ aperit in conſequentibus di
cens: Scio quia non habitat in me, hoc eſt, in
carne mea bonū: velle. n. adiacet mihi, pfice-
re aūt bonū non inuenio. Perfectio qppe bo-
ni eſt, vt nec ipſa concupiſcentia peccati ſit
in hoīe, cui quidē qn̄ bn̄ viuitur, non conſen
tit voluntas, veruntamē non perficit bonū,
quia ineſt adhuc cōcupiſcentia, cui repugnat
voluntas, cuius ↄcupiſcētiæ reatus in baptiſ-
mate ſoluit, ſed infirmitas manet, cui donec
ſanetur, oīs fidelis, qui bene proficit, ſtudio-
ſiſsime reluctat. Peccatū aūt quod nuſquam
eſt, niſi in voluntate, illud pcipue intelligen-
dū eſt, qđ iuſta dānatio ↄſecuta eſt. Hoc. n.
per vnum hoīem introiuit in mundū: quanq̄
& hoc peccatū quo ↄſentitur peccati concu
piſcentiæ, non niſi voluntate committitur.
Propter hoc & alio loco dixi. Nō igitur niſi
volūtate peccat. Itemq; alio loco ipſam vo-
luntatem definiui dicens: Voluntas eſt animi
motus cogente nullo, ad aliquid vel non ad- *lius etiā*
mittendū, vel adipiſcendū. Qđ ppea dictum *& di. 26.*
eſt, ut hac definitione volēs a nolente diſcer- *c. uolūta-*
neret, & ſic ad illos referret intentio, qui pri- *tem. Et.*
mi in paradiſo fuerūt humano generi origo *35.*
mali, nullo cogente, peccādo, hoc eſt, libera *Cap. 1.*
voluntate peccando, quia & ſciendo ↄ pce-
ptū fecerunt, & ille tentator ſuaſit vt hoc fie-
ret, non coegit. Nā & qui neſciens peccauit,
non incongruenter nolens peccaſſe dici pōt,
q̄uis & ipſe qđ neſciens fecit, volēs tn̄ fecit,
ita nec ipſius eſſe potuit ſine volūtate pctm̄.
Quæ voluntas vtiq; ſicut definita eſt, animi
motus fuit nullo cogente, ad aliquid vel non
admittendū, vel adipiſcendū. Qđ. n. ſi noluiſ-
ſet, nō feciſſet, non coactus eſt facere. Quia
uoluit, ergo fecit, etſi non quia uoluit pecca
uit, neſciens peccatū eſſe qđ fecit: ita nec ta-
le peccatū ſine uoluntate eſſe potuit, ſed vo-
luntate facti, non voluntate peccati. Qđ tn̄ fa A
ctū peccatū fuit: hoc. n. factū eſt, qđ fieri non
debuit. Quiſquis aūt ſciens peccat, ſi pōt co-
genti ad peccatū ſine peccato reſiſtere, nec
tn̄ facit, vtiq; uolens peccat, qm̄ qui pōt reſi-
ſtere non cogit cedere. Qui verò volenti cu-
piditati bona uoluntate reſiſtere non poteſt,
& iō facit ↄ pcepta iuſtitiæ, iā hoc ita pecca-
tū eſt, ut ſit ēt pœna peccati. Quapropter pec
catū ſine voluntate eſſe non poſſe veriſsimū
eſt. Itemq́ue definitio peccati qua diximus:
Peccatū eſt voluntas retinendi vel conſequē-
di qđ iuſtitia uetat, & unde liberū eſt, abſtine *Cap. 11.*
re, ppea uera eſt, quia id definitū eſt quod *15. q. c. 1*
tantummodo peccatū eſt, non qđ eſt pœna *2. ſen. di.*
peccati. Nam qn̄ tale eſt, ut idē ſit & pœna *35. cap. 1*
peccati, quantū eſt qđ ualet uoluntas ſub do- *Peccatū*
minante cupiditate, niſi forte ſi pia eſt, ut o- *quid.*
ret auxilium? Intantum. n. libera eſt: quia in-
tantū liberata eſt, & intantū appellat volun-
tas. Alioquin tota cupiditas, q̄ uoluntas pro-
prie nuncupanda eſt: q̄ non eſt ſicut Mani-
chæi deſipiunt, alienæ naturæ additamentū, B
ſed nr̄æ uitium, a quo non ſanamur: niſi gr̄a
ſaluatoris. Qđ ſi quidā dicit ēt ipſam cupi-
ditatem nihil eſſe aliud quàm uoluntatē, ſed
uitioſam peccatoq; ſeruientē, non reſiſtendū
eſt nec de verbis, cum res conſtat, cōtrouer-
ſia facienda eſt. Sic enim oſtenditur ſine uo-
luntate nullum eſſe peccatum ſiue in opere,
ſiue in origine. Rurſus in eo quod dixi: Iam *Cap. 12.*
quærere cœperā: utrū illud malū genus ani-

marum

marũ anteq̃ bono misceretur, habuisset aliq̃ voluntatem. Si. n. non habebat, sine peccato atq; innocens erat, & iõ nullo mõ malum. Cur igitur inquiunt peccatũ dicitis paruulorum, quorũ voluntatẽ nõ tenetis reã? Rñdetur non eos proprietate voluntatis, sed origine reos teneri. Omnis. n. homo terrenus q̃d est origine, nisi Adã? Porrò aũt Adam habebat vtique voluntatẽ, qua voluntate cũ peccasset, peccatũ per eũ intrauit in mundum. Itemq; in eo quod dixi: Natura esse male aĩæ nullo mõ quæunt. Si quærit̃ qũo accipiamus qđ ait Apostolus: Fuimus & nos natura filij iræ sicut & cæteri, rñdemus naturam in his verbis meis me intelligi voluisse illam, quæ proprie natura dr̃, in qua sine vitio creati sumus. Nam ista pp originem natura appellat̃, q̃ origo vtique habet vitium qđ est ꝯ naturã.

Paruuli rei tenentur non uoluntate, sed origine.
Rom. 5.
Cap. 12.
Ephe. 2.
Natura proprie dicta.

C

Et iterũ in eo qđ dictũ est: Peccati reũ teneri quenquam, quia non fecit qđ non potuit, summæ iniquitatis & insaniæ est. Cur ergo, inquiunt, paruuli tenentur rei? Respondetur quia ex eius origine tenentur, qui non fecit quod facere potuit, diuinum scilicet seruare mandatum. Quod autem dixi: Illæ aĩæ quicquid faciunt, si natura non voluntate faciunt id est si libero & ad faciẽdum & ad nõ faciendũ motu animi carent, si denique his abstinendi ab opere suo potestas nulla conceditur, peccato earum teneri nõ possumus: propterea non perturbat de paruulis qõ, q̃a, ex illius origine rei tenentur, qui voluntate peccauit, qñ libero, & ad faciendũ & ad nõ faciendũ motu animi non carebat, eique ab opere malo abstinendi summa potestas erat. Qđ Manichæi de tenebrarũ gente non dñt, quàm fabulosissime inducunt, eamq; naturã semp malã, nunquã bonã fuisse contendunt.

Cap. eodẽ. 2. sen. di. 28. c. similiter.
Cap. eodẽ. 2. sen. di. 27. cap. si igitur.

Cap. 13.

D

Illud aũt quæri põt qũo dixerim. Etiã si sunt animæ quod interim incertum est, corporeis officiis, nõ peccato, sed natura, deditæ, nósq; quanquam sint inferiores, aliqua tamen interiore vicinitate contingunt, non illas ideo malas haberi oportere, quia & nos cum eas seqmur & corporea diligimus, mali sumus: quandoquidem de illis hoc dixi, de quibus superius loqui cęperam, dicens: Quanquam etiam si eis quidem cõcedatur inferiore alio genere animarum nos illici ad turpia, nõ inde conficiunt, aut illas natura malas esse, aut istas summum bonum. De his enim disputationem vsque ad hunc locum perduxi, vbi dixi: Etiam si sunt animæ, quod (interim) incertũ est, corporeis officiis, non peccato, sed natura deditæ &c. Quæri ergo põt, cur dixerim, qđ (interim) incertum est, cum prorsus dubitare non debuerim, non esse tales aĩas. Sed hoc ideo dixi: Quia expertus sum qui dicerent diabolum & angelos eius bonos esse in genere suo, & in ea natura, in qua eos creauit Deus ordine proprio tales quales sunt: sed nobis malũ esse, si illiciamur & seducamur ab eis: si aũt caueamus eos atq; vincamus, decorũ atq; gloriosum. Et hoc qui dñt vñr sibi, vt id probent, de scripturis adhibere idonea testimonia. Vel illud quod scriptum est in libro Iob, cũ diabolꝰ describeret̃: Hoc est initiũ figmenti dñi, quod fecit ad illudendum cũ angelis suis. Vel illud in psal. 103. Draco hic quẽ finxisti ad illudendũ ei. Quã qõnem, quia non aduersus Manichæos, qui hoc non consentiunt, sed aduersus alios, qui hoc sentiunt cũ suscipienda esset atq; soluẽda, pertractare atq; enodare tunc nolui, ne librũ multo q̃ vellem, facerẽ longiorẽ: cũ viderẽ et si hoc concederet̃, tñ debere Manichæos ac posse conuinci, introducentes insanissimo errore, naturã mali æterno bono coæternam. Iõ ergo dixi: Quod interim incertũ est, non ꝙ ego inde dubitarem, sed ꝙ inter me & illos quos ita sapere inuenerã, nõdũ esset ista qõ dissoluta, quam tñ in aliis lõge posterioribus libris meis, de Genesi ad literã, ẽm scripturas sanctas quanta potui manifestatione dissolui Alio loco: Propterea, inquã, corporea diligendo peccamus, quia spiritalia diligere & iustitia iubemur, & natura possumus, & tũc in nr̃o gñe optimi & beatissimi sumus. Vbi q̃ri põt, cur natura & non gr̃a potius dixerim. Sed ꝯ Manichæos de natura qõ versabat̃. Et vtiq; id agit gr̃a, vt sanata natura qđ vitiata non põt, possit p eũ qui venit quærere & saluũ facere qđ perierat. Quã tamen gratiam etiam tunc recolens oraui p familiarissimis meis qui mortifero illo adhuc tenebantur errore, & dixi: Deus magne, Deus omnipotens, Deus summæ bonitatis, quẽ inuiolabilem & incorruptibilem atque immutabilem credi atque intelligi fas est, trina unitas, quam catholica ecclesia colit, supplex oro expertus in me misericordiam tuã, ne homines cũ quibus mihi à pueritia in ho-

minum

minũ victu fuit summa cõsensio,in tuo cultu
à me dissentire permitas. Sic utiq; orãs, iam
fide retinebã,non solũ cõuersos ad Deũ gra
tia eius adiuuari, vt proficiant ac pficiãtur,
vbi adhuc dici potest pro merito cõuersio-
nis illorũ istã dari gratiã, uerũ ẽt ut conuertã
tur ad Deũ,ad ipsam Dei gratiã ptinere, qñ-
quidẽ p eis oraui q erãt ab illo nimis auer-
si,atq; vt ad illum conuerterentur oraui.Hic
5. liber sic incipit: Opitulãte Dei misericordia.
6. EOdem tẽpore presbyterii mei, contra
Fortunatũ quendã Manichæorũ presby
terũ disputaui,q plurimũ tpis apud Hippo-
G nẽ vixerat,seduxeratq; tã multos, ut propter
illos ibi eum delectaret habitare. Quæ dispu
tio nobis altercantib. excepta est à notariis,
veluti gesta conficerent, nã & diẽ habet, &
consulẽ.Hanc in librum memoriæ mandan-
dam conferre curauimus.Versatur ibi qõ,vñ
sit malũ. Me afferente exortũ fuisse hominis
malũ ex libero volũtatis arbitrio. Illo aũt na
turam mali Deo coæternã psuadere molien
te,sed consequenti die tandẽ cõfessus est ni
hil se aduersus nos inuenire qđ diceret.Nec
sanè catholicus factus est,sed tñ ab Hippone
discessit.In hoc libro,quod dixi:Animã dico
1. esse factam à Deo, ut cætera oĩa quæ à Deo
facta sunt,& inter illa q̃ Deus omnipotens fe
cit,principalẽ locũ datũ esse animæ, ita dixi
ut hoc generaliter de vniuersa creatura ratio
nali accipi uellẽ, quãuis in scripturis sanctis
animas dictas esse angelos, aut nõ omnino,
aut nõ possit facile reperiri,sicut supra iã dixi
2. mus.Itẽ alio loco: Ego dico,inquã, peccatũ
nõ esse si nõ propria voluntate peccetur,ubi
peccatũ illud intelligi uolui qđ non est, etiã
1. pęna peccati.Nã de tali pęna dixi alibi in ea
H dem disputatione,quod dicendum fuit.Item
2. que dixi:Vt postea eadem ipsa caro quę nos
in pęnis torsit in peccatis manentes, subijcia
tur nobis iu resurrectione,& nulla aduersita
te nos quatiat,quo minus legem & præcepta
diuina seruemus. Quod non ita est accipien
dum,tanquam & in illo Dei regno, vbi in-
corruptibile & immortale corpus habebi-
mus,de scripturis diuinis lex & præcepta su-
mẽda sint,sed quia perfectissime ibi lex ęter
12. na seruabitur,& illa duo pręcepta de diligen
do Deo & proximo,nõ in lectione,sed in ip
sa pfecta & sempiterna dilectione tenebim⁹.
Hoc op⁹ sic icipit:Quinto calẽdas Septẽbris.

PEr idem tempus coram episcopis hoc mi *De fide*
hi iubentib. qui plenariũ totius Aphri- *& symbo*
cæ concilium Hippone regio agebant,de fi- *lo. Ca. 17*
de & symbolo presbyter disputaui. Quã di-
sputationem,nonnullis eorũ qui nos familia
rius diligebant studiosissime instantib. in librũ
cõtuli,in quo de reb. ipsis ita disseritur, ut tñ
non fiat verborũ illa contextio,quæ tenenda
memoriter competentibus traditur. In hoc *Competẽ*
libro cũ de resurrectione carnis ageret: Re- *tes.*
surget, inquam,corpus sm Christianã fidẽ,q̃ I
fallere & falli nõ põt. Qđ cui vr̃ incredibile, *Cap.* 10.
qualis sit nũc caro attendit,qualis autẽ (tũc)
futura sit non considerat, quia illo tempore
immutationis angelicæ,non iam caro erit &
sanguis,sed tm̃ corpus, & cætera quæ ibi de
corporũ terrestrium in copora cęlestia mu-
tatione disserui,quoniam dixit Apostolus cũ 1.Co.15.
inde loqueretur: Caro & sanguis regnũ Dei
non possidebunt.Sed quisquis ea sic accipit,
vt existimet ita corpus terrenum, quale nũc
habemus,in corpus cęleste resurrectionem mu
tari,ut nec membra ista, nec carnis sit futura
substantia,proculdubio corrigendus est,cõ-
monitus de corpore domini,qui post resur-
rectionem in eisdem membris non solũ con
spiciendus oculis, uerumetiam manibus tan
gendus apparuit, carnemque se habere etiã
(sermone) firmauit dicens: Palpate & vide *Luc.* 24.
te, quia spiritus carnem & ossa non habet,
sicut me uidetis habere. Vnde constat Apo-
stolum, non carnis substantiam negasse, in
Dei regno futuram,sed aut homines qui se-
cundum carnem uiuent, carnis & sanguinis F
nomine nũcupasse, aut ipsam carnis corru- 1.Co.15.
ptionem,quæ tunc vtique nulla erit.Nam cũ
dixisset:Caro & sanguis regnum Dei nõ pos-
sidebunt,bene intelligitur tanquam exponẽ
do quid dixerit continuo subdidisse. Neque
corruptio incorruptionem possidebit. De *C.* 5. &
qua re ad persuadendum infidelibus diffici- 21.
li, diligenter, quantum potui me disseruisse
reperiet quisquis de Ciuitate Dei librum le- *De Ge-*
gerit nouissimũ.Hoc opus sic incipit: Quo- *nesi ad li*
niam scriptum est. *terã im-*
perfectus
CVm de Genesi duos libros contra Ma- *Cap.* 18.
nichæos condidissem, quoniam secun
dum allegoricam significationem scripturæ
uerba tractaueram, non ausus naturalium
rerum tãta secreta ad literam exponere, hoc
est,quemadmodum possent secundum histo

ricam

ricam proprietatẽ q̃ ibi dicta sunt accipi, voluì experiri in hoc quoq; negociosissimo, ac difficillimo opere q̄d valerẽ, sed in scripturis exponendis tyrociniũ meũ sub tantæ sarcinę mole succubuit. Et nundũ perfecto uno libro ab eo quẽ sustinere non poterã, laborare cõquieui. Sed in hoc opere cũ mea opuscula retractarẽ, iste ipse vt erat imperfectus venit in manus, quẽ neq; ędideram & abolere decreueram, qm̃ scripsi postea duodecim

L libros, quorũ titulus est, De Genesi ad literã. In quib. quamuis multa quæsita potius q̃ inuenta videantur, tñ eis iste nullo mõ est comparandus. Verum & hunc postea q̃ retractaui, manere uolui, ut esset iudex quãtũ existimo nõ indocilis rudimentorũ meorũ in enucleãdis atq; scrutãdis diuinis eloquiis. Eiusq; titulum esse volui, De Genesi ad literam imp

Cap. 16. fectus. Inueni quippe eũ vsq; ad hæc uerba dictatum: Pater tm̃ pater est, nec filius aliud est q̃ filius, quia & cum dr̃ similitudo patris, quãquã ostendat nullã interuenire dissimilitudinẽ, non tñ solus est pater, sed habet similitudinẽ. Post hęc r̃petiui verba scripturę rur

Gene. 1. sus consideranda atq; tractãda. Et dixit Deus: Faciamus hominẽ ad imaginẽ & similitudinẽ nostrã. Hucusq; dictatũ librum imperfectũ reliquerã. Quod aũt ibi sequit̃, addendũ putaui cũ eum retractarẽ, nec sic tñ perfeci, sed hoc quoq; addito impefectũ reliqui. Si

M enim perfecissem, saltẽ de oĩb. operib. & verbis Dei, quæ ad sextũ diem p̄tinent disputassem. In hoc libro ea notare q̃ mihi displicẽt, vel defendere q̃ aliis non bene intellecta displicere possunt superfluum mihi visum est. Breuiter enim (potius) admoneo, ut illi duodecim libri legantur, quos longe postea episcopus feci, & ex ipsis de isto iudicetur. Hic liber sic incipit: De obscuris naturaliũ rerũ.

De sermone domini in monte. ca. 19.

PEr idẽ tẽpus de sermone domini in monte s̃m Matthæum, duo uolumina scripsi. In quorũ primo p̄p̄ id quod scriptũ est: Bea-

Matt. 5. ti pacifici, qm̃ ipsi filii Dei vocabuntur, Sapientia, inquã, congruit pacificis, in quib. iã ordinata sunt omnia, nullusq; motus aduersus rationẽ rebellis est, sed cuncta obtemperant spiritui hominis, cũ & ipse obtemperet Deo. q̄d merito mouet qũo dixerim. Nõ. n. cuiquam prouenire in hac uita potest, vt lex repugnans legi mentis omnino non sit in membris. Qñquidem ẽt si ei sic resisteret spiritus hominis, ut in nullũ eius laberetur assensum, non ideo tñ illa nõ repugnaret. Hoc ergo q̄d dictũ est, nullũ esse motũ aduersus rõnẽ rebellẽ, recte accipi potest id nunc agentibus pacificis domando cõcupiscẽtias carnis, vt ad istã pacẽ plenissimã qñque veniat̃. Proinde quod alio loco cum eandem s̃nĩam euãgelicam repetens dixissem. Beati pacifici, qm̃ ipsi filii Dei uocabuntur, adiunxi dicẽs: Et ista quidẽ in hac vita cõpleri p̃nt, sicut completa esse in Apostolis credimus, sic accipiẽdum est, non in Apostolis hic uiuentib. nullũ carnis motum arbitremur spiritui repugnasse, sed hactenus hic ista posse cõpleri, quatenus in Apostolis credimus esse completa, ea mẽsura, s. perfectionis humanæ, quãta in hac vita potest esse p̄fectio Non. n. dictũ est, ista in hac vita compleri possunt, nam completa esse in Apostolis credimus, ita cõpleantur sicut in illis completa sunt, id est, quadam perfectione, cuius capax ista vita, nõ sic sunt illa q̃ speramus pace plenissima, quędo dicetur: Vbi est mors contentio tua? Alio loco quod interposui testimonium: Non enim ad mẽsurã dat Deus spiritum, nondum intellexeram de Christo proprie uerius accipi. Aliis quippe hominibus, nisi ad mensuram daretur spiritus, non duplũ peteret Helisæus quàm fuit in Helia. Item quod scriptum est: Iota vnum, aut vnus apex non transiet, à lege donec omnia fiant, cum exponerẽ, nihil dixi posse aliud intelligi, nisi vehementẽ perfectionis expressionẽ. Vbi merito quæritur. Vtrum ista perfectio sic possit intelligi, vt tamen verum sit, neminem iam utentem volũtatis arbitrio hic viuere sine peccato. A quo enim usq; ad vnum apicẽ lex perfici potest, nisi à quo fiunt vniuersa diuina mandata? Sed in eiusdem mandatis est etiam quodiubemur orare: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Quam orationem vsque ad finem seculi tota dicit eccle. Omnia ergo mandata facta deputantur, quando quicquid non fit ignoscit̃. Sanè quod ait dominus: Quicunq; soluerit vnum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, &c. vsq; ad eum locum vbi ait: Nisi abundauerit iustitia vestra plusquã scribarum & pharisæorum, non intrabitis in regnum cęlorum, multo melius & conuenientius exposui in aliis posterioribus sermoni-

bus

bus meis,quod etiam hic retexere lõgũ eſt.
Ad hoc aũt iſte ibi perducitur ſenſus,vt eo-
rũ ſit iuſtitia maior q̃ ſcribarũ & phariſæo-
rum,q dicunt & non faciunt. De ſcribis qp
pe & phariſæis alio loco ipſe dñs ait:Dicũt
tt.23 n.& nõ faciunt.Illud ẽt melius intelligimus
C poſtea qđ ſcriptũ eſt: Qui q iraſcitur fratri
I ſuo.Codices.n.Græci nõ hñt,ſine cã , ſicut
t.5 i fra hic poſitum eſt,quamuis(idem) ipſe ſit ſen
o q d ſus.Illud.n. diximus intuendũ , qd ſit iraſci
ecca fratri ſuo qm̃ non fratri iraſcitur qui pecca
to fratris iraſcitur.Qui ergo nõ peccato fra
tris iraſcit̃,ſine cã iraſcitur.Item quod dixi;
Hoc & de patre & de matre & (de) cæteris
vinculis ſanguinis intelligendũ eſt, vt in eis
oderimus qđ genus humanũ naſcendo &
moriendo ſortitũ eſt,ita ſonat,quaſi nõ eſ-
ſent futuræ iſtæ neceſsitudines ſi nullo natu
ræ humanæ præcedẽte præccato,nemomo
reret̃. Quẽ ſenſum iã ſuperius improbaui.
Eſſent. n. profecto cognationes & affinita-
tes,ẽt ſi originali nullo exiſtẽte peccato,ſi-
ne morte creſceret & multiplicaret̃ gen⁹hu
4 manũ.Ac p hoc aliter ſoluenda eſt qõ , cur
dñs præceperit diligendos inimicos , cum
alio loco pcipiat odio habẽdos & parentes
& filios,non ſicut hic ſoluta eſt,ſed ſicut eã
poſterius ſæpe ſoluimus, id eſt vt diligam⁹
inimicos lucrãdos regno Dei, & oderimus
propinquos,ſi impediũt à regno Dei. Item
D de præcepto quo phibet̃ vxor nõ dimitti,
niſi pp fornicationẽ , hic qdẽ ſcrupuloſsi-
ſime diſputaui.Sed quã velit dñs ĩtelligi for
nicationem,pp quã licet dimittere vxorẽ ,
vtrũ,eam quæ damnatur iu ſtupris,an illam
2 de qua dr̃ : Perdidiſti omnẽ qui fornicatur
.6 abs te,in qua vtiq; & iſta eſt,neq;. n.nõ for-
nicat̃ à dño,q tollẽs membra Chriſti , facit
ea mẽbra meretricis,ẽt atq; ẽt cogitandũ eſt
atq; requirendũ.Nec volo in re tanta tamq;
ad dignoſcendũ difficili putare lectorẽ,iſtã
ſibi noſtrã diſputationem debere ſufficere,
ſed legat & alia,ſiue noſtra q̃ poſtea ſcripta
ſunt,ſiue aliorũ meli⁹ cõſiderata atq; tracta
ta:vel ipſe , ſi põt,ea q̃ hic merito mouere
pñt, vigilantiore atq; intelligentiore mente
diſcutiat,Nõ qa oẽ peccatũ fornicatio eſt,
neq;.n.omnẽ peccantẽ Deus perdit, q quo
6 tidie ſanctos ſuos exaudit,dicẽtes , Dimitte
nobis debita noſtra,cũ pdat(omnẽ)q forni
catur ab eo.Sed quatenus intelligenda atq;
eliminanda ſit hæc fornicatio , & vtrũ etiã
pp hanc liceat dimittere vxorẽ,latebroſiſ-
ſima qõ eſt.Licere tñ propter iſtã q̃ in ſtu-
pris cõmittit̃,nulla qõ eſt.Et vbi dixi hoc p
miſſum eſſe,non iuſſum , non attẽdi aliam
ſcripturã,dicentẽ:Qui tenet adulterã , ſtul- E
tus & ĩpius eſt. Nec ſanè adulterã dixerim Lib.1
fuiſſe deputandam illã mulierẽ ẽt poſtea q̃ Pro.18
audiuit à dño. Nec ego te dãnabo , vade , Ioan.8
deinceps iã noli peccare:ſi hoc obediẽter Lib.1
audiuit.Loco alio peccatum fratris ad mor 1.Ioan.5
tẽ: de quo dicit Ioannes Apoſtolus:Nõ pro De pe. di
illo dico vt roget qs,ita difiniui vt dicerẽ. ſtin.5. c.
Peccatũ ergo fratris ad mortẽ puto eſſe cũ Si ſacer-
poſt agnitionẽ Dei per gratiã dñi noſtri Ie dos. Pec-
ſu Chriſti quiſq; oppugnat fraternitatẽ & catum ad
aduerſus ipſam gratiã,qua recõciliatus eſt mortem.
Deo,inuidentię facib.agitatur.Quod quidẽ 2.ſen.di.
non cõfirmaui,qm̃ hoc putare me dixi, ſed 43. c.eſt
tñ addendũ fuit,ſi in hac tam ſcelerata men etiam.
tis peruerſitate finierit hanc vitam : qm̃ de
quocunq; peſsimo in hac vta conſtituto ,
nõ eſt vtiq; deſperãdũ, nec pro illo impru
denter orat̃,de quo non deſperatur.In ſecũ
do itẽ libro : Nulli, inquã , licebit ignorare
Dei regnũ,cũ eius vnigenitus non ſolũ in-
telligibiliter,ſed ẽt viſibiliter in hoĩe dñico
de cęlo venerit,iudicatur⁹ & viuos & mor
tuos. Sed nõ video vtrum recte dicatur hõ F
dñicus,qui eſt mediator Dei & hominum, Homo do
hõ Chriſtus Ieſus,cum ſit vtiq; dñs: domi- minicus.
nicus autem hõ quis in eius ſancta familia I. Ti. 2.
poteſt dici . Et hoc quidã vt dicerem apud
quoſdam legi tractatores catholicos diui-
norũ eloquiorum. Sed vbicunq; hoc dixi,
dixiſſe me nollem.Poſtea quippe vidi non
eſſe dicendũ , quãuis nonnulla poſsit rõne
defendi.Itẽ quod dixi:Nullius.n.fere con-
ſcientia Deum poteſt odiſſe , video nõ fuiſ- Lib.2
ſe dicendum.Multi.n.ſunt,de quib. ſcriptũ
eſt:Superbia eorũ qui oderũt te. Alio loco Pſal. 73
in eo qđ dixi:ob hoc dixiſſe dñm. Sufficit Matt.6
malitia ſua , qa cibos ſumere vrgebat ipſa
neceſsitas,quã propterea malitiã nominatã
arbitror,quia pœnalis nobis eſt.Pertinet.n. Lib.2
ad hanc fragilitatem quam peccando , me-
ruimus,non attendi ẽt primis hominib. da-
ta fuiſſe in paradiſo corporalia alimẽta, an
tequam iſtam mortis pęnam peccando me
ruiſſent.Sic enim erant immortales in cor-
pore nondũ ſpirituali,ſed animali, vt tamẽ

in eiuſmodi immortalitate corporalib. ali-
G mẽtis uterenť. Item qđ dixi. Quã ſibi Deus
Ephe. 5 Lib. 2 Col. 3 elegit glorioſam eccleſiã, non habentẽ ma-
culá, neq; rugã, non ideo dixi, q̃a nũc ex oĩ
parte iã talis eſt, quãuis ad hoc electa nõ du
bitetur, ut talis ſit qñ Chriſtus apparuerit ui
ta eius, tũc.n. & ipſa cũ illa apparebit ĩ glo-
ria. Propter quã gloriã dicta eſt eccleſia glo
Matt. 7 Lib. 2 rioſa. Item qđ dñs ait: Petite & accipietis, q̃
rite & inuenietis, pulſate & aperieť vobis,
operoſe quidẽ tria iſta quid inter ſe differãt
exponendũ putaui, ſed lõge melius ad inſtã
tiſsimam petitionem omnia referũtur. Hoc
quippe oſtendit, ubi eodẽ uerbo cuncta cõ
cluſit, dicẽs: Quanto magis pater ueſter qui
in cœlis eſt, dabit bona petentibus ſe. Non
enim dixit, petẽtibus & quærentibus & pul
ſantibus. Hoc opus ſic incipit: Sermonem
quem locutus eſt dominus.

Pſalmus cõtra partem Donati. Cap. 20 VOlens ẽt cãm Donatiſtarum ad ipſius
humillimi uulgi & omnino imperi-
torũ atq; idiotarũ notitiã peruenire, & eo-
rũ quãtũ fieri poſſet p nos inhærere memo
riæ Pſalmũ q eis cãtaretur p latinas literas
feci. Sed uſq; ad V, literã. Tales.n. abeceda-
rios appellãt. Tres uetò ultimas omiſi, ſed p
eis nouiſsimũ quaſi epilogũ adiunxi, tãquã
H eos mater alloquereť eccleſia. Hypopſalma
enim qđ rñdetur, & prooemium cauſæ, qđ
nihilominus cantať, non ſunt in ordine lite
rarũ. Earũ quippe ordo incipit põſt pœmiũ.
Ideo autẽ nõ aliquo carminis genere id fie-
ri uolui, ne me neceſsitas metrica ad aliqua
uerba, q̃ uulgo minus ſunt uſitata cõpelle-
ret. Iſte pſalmus ſic incipit: Oẽs q gaudetis.

Contra epiſtolã Donati hæretici. Cap. 21 LIbrum etiã contra epiſtolam Donati, q
partis Donati ſecundus poſt Maiorinũ
epiſcopus apud Carthaginem fuit eodẽ pſ-
byterii mei tempore ſcripſi, in qua epiſtola
ille agit, ut nõ niſi in ei' cõmunione baptiſ-
ma Chriſti eſſe credatur, cui nos contradici
mus. In hoc libro dixi ĩ quodã loco de apo
ſtolo Petro, quod in eo tãquã in petra fun-
data ſit eccleſia, q ſenſus etiam cãtatur ore
multorũ in uerſibus beatiſsimi Ambroſii,
ubi de gallo gallinaceo ait: Hoc ipſa petra
Matt. 6. Petra Chriſtus. eccleſia canẽte, culpã diluit. Sed ſcio me po
ſtea ſæpiſsime ſic expoſuiſſe qđ à dño di-
ctũ eſt: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram
edificabo eccleſiam meã, ut ſup hãc intelli
geretur quẽ confeſſus eſt Petrus dicens: Tu
es Chriſtus filius Dei uiui, ac ſi Petr' ab hac I
petra appellatus, pſonã eccleſiæ figuraret, q
ſup hanc petrã ędificať, & accepit claues re
gni cęlorũ. Non.n. dictũ eſt illi. Tu es petra, *Io. 10.*
ſed tu es Pertus, petra aũt erat Chriſtus, quẽ
cõfeſſus Simon, ſicut eũ tota eccleſia cõfite
tur, dictus eſt Petrus. Harũ aũt duarũ ſnĩarũ
q̃ ſit probabilior eligat lector. Alio loco di
xi: Nullius mortẽ Deus q̃rit. quod ſic acci-
piendũ eſt, q̃a hõ ſibi acquiſiuit morẽ deſe
rẽs Deũ, & acquirit q non recurrit ad Deũ,
ſm quod ſcriptũ eſt: Deus mortẽ non fecit. *...p. 1.*
Sed ẽt illud nõ minus uerũ eſt. Vita & mors
à dño Deo eſt: uita.ſ. à donante, mors à uin-
dicante. Itẽ qđ dixi. Donatum, cuius epiſto
lã refellebã, rogaſſe ut Imperator inter ip-
ſum & Cęcilianũ tranſmarinos epõs iudi-
ces daret. nõ ipſum, ſed aliũ Donatũ, eiuſdẽ
tñ ſchiſmatis hoc feciſſe probabilius inueni
tur. Ille ãt nõ erat Carthaginẽſis Donatiſta-
rũ epſ, ſed à Caſis nigris, q tñ primus apud
Carthaginẽ ipſum nephariũ ſchiſma cõmi-
ſit. Nec ſanè Donat' Carthaginẽſis, ut Chri
ſtiani rebaptizarenť, inſtitui, qđ ego eũ ĩſti-
tuiſſe crediderã, qñ (eius) epiſtolæ rñdebã.
Nec de libro Sapientiæ ipſe abſtulit dimi-
diã ſnĩam, uerba ad rẽ neceſſaria, ubi cũſcri
ptũ ſit: Qui baptizatur à mortuo, & iterum
tãgit eũ, q̃d proficit lauatio eius? iſte ſic po-
ſuit tanquã ſcriptũ ſit: Qui baptizať à mor-
tuo, q̃d proficit lauatio? Nos aut & antequã
eſſet pars Donati ſic habuiſſe codices pluri
mos, uerũtñ Aphros, ut nõ eſſet ĩ medio, &
iterũ tangit, illũ poſtea didicimus. Qđ ſi tũc
ſciſſem, nõ in iſtum tanquam in furẽ diuini
eloquij, uel uiolatorem tanta dixiſſem. Hic
liber ſic incipit: Abs te ipſo pſente audierã.

EOdem tẽpore venerunt in manus meas
quædã diſputationes Adimãti, qui fue
rat Manichæi diſcipulus, quas cõſcripſit ad
uerſus legem & prophetas, uelut ɔ̃ria eis
euãgelica & apoſtolica ſcripta demõſtrare
conatus. Huic ergo reſpondi uerba eius ap-
ponens eiſdem reddens reſpoſionem meã.
Quod opus uno uolumine cõcluſi, & in eo
quibuſdam quæſtionibus non ſemel, ſed ite
rum reſpondi, quoniã quod primum reſpõ
deram perierat, & tunc inuentum eſt, cum
iam iterum rñdiſſem. Aliquas ſanè earundẽ
quæſtionũ popularib. eccleſiaſticis ſermo-
nibus ſolui, adhuc etiã q̃buſdã nõ reſpõdi.

I Aliquę remanſerunt,q̃ rebus alijs magis vr-
gentibus p̃termiſſa ſunt cumulo quoq; ob-
liuionis adiuncto. In hoc ergo dixi : Certis
3. .n.quibuſdã vmbris & figuris rerum añ dñi
aduentũ ẜm mirabilẽ atq; ordinatiſsimam
diſtributionẽ tp̃um, populus ille tenebatur
qui teſtm̃ vetus accepit.tñ in eo tanta p̃dica
tio & ꝓnunciatio noui teſtĩ eſt, vt nulla in
euangelica atq; apoſtolica diſciplina repe-
rianẽ,q̃uis ardua & diuina p̃cepta & ꝓmiſ-
ſa,q̃ illis ẽt libris veteribus deſint. Sed addẽ
dũ erat atq; dicendũ,vt penè nulla in euan-
gelica atq; apoſtolica doctrina reperianẽ,
q̃uis ardua & diuina p̃cepta ꝓmiſſa, q̃ illis
ẽt libris veteribus deſint. Quid eſt.n. qđ in
5. ſermone euãgelico in monte dñs dicit: Au
diſtis quia dictũ eſt antiquis hoc, ego autẽ
dico vobis hoc,ſi nihil ipſe amplius p̃cepit
q̃ p̃ceptũ eſt in illis veteribus libris? Deinde
M regnũ cœlorũ illi populo fuiſſe ꝓmiſſum
non legimus in ijs,q̃ promiſſa ſunt lege da-
9. ta p Moyſen in monte Sina, quod proprie
vetus dr̃ teſtm̃, qđ p̃figuratũ dicit Apoſto-
lus p ancillã Saræ & filiũ eius, ſed & ibi fi-
guratũ eſt, & nouũ p ipſam Sarã & filium
4. eius. Proinde ſi figuræ diſcutianẽ,oĩa ibi ꝓ-
phetata reperiuntur,q̃ ſunt pñtata, vel expe
ctantur pñtanda per Chriſtum. Veruntа-
men propter quædã præcepta non figura-
ta,ſed propria,q̃ non in vetere teſtõ, ſed in
nouo inueniuntur, cautius & moderatius,
diceret, penè nulla, q̃ nulla hic eſſe q̃ non
ſint & illic, quãuis & illic ſint illa duo p̃ce-
pta de dilectione Dei & ꝓximi,quo rectiſ-
ſime oĩa & legitime prophetica & euange-
lica & apoſtolica referunẽ. Itẽ quod dixi:
Tribus modis in ſcripturis ſanctis filiorum
nomẽ accipiẽ, minus conſiderate dictũ eſt,
& alios .n. quoſdã modos ſine dubio p̃ter-
miſimus, ſicut dr̃ filius gehennæ, vel filius
23. adoptiuus. Quæ vtiq; nec ẜm naturã, nec
ẜm doctrinã, nec ẜm imitationẽ dñr: Quo-
8. rũ triũ modorũ tanq̃ ſola ſint exẽpla reddi
dimus. Secundum naturam,ſicut Iudæi filij
A Abrahæ: ẜm doctrinã,ſicut filios ſuos quos
euangeliũ docuit Apoſtolus vocat, ẜm imi
4. tationẽ,ſicut filij Abrahæ nos ſumus, cuius
4. imitamur fidẽ. Qđ aũt dixi: Cũ ĩduerit cor-
15. ruptionẽ & immortalitatẽ, iã non caro &
12. ſanguis erit, ẜm corruptionẽ carnalẽ dictũ
24. eſt, carnẽ non futurã,non ẜm ſubſtantiam,
ẜm quam & domini corpus etiam poſt re-
ſurrectionẽ caro appellata eſt. Alio loco:
Niſi quiſque, inquã, voluntatẽ mutauerit, Cap. 26.
bonum operari non põt, quod in nr̃a pote 2. ſen. di.
ſtate eſſe poſitum alio loco dñs docet, vbi 28. c. ali-
ait: Aut facite arborem bonã & fructũ eius bi.
bonũ,aut facite arbore malã, & fructũ eius Mat. 12.
malum. Quod non eſt ɔ̈ gratiam Dei quam
prædicamus. In poteſtate quippe hominis
eſt mutare in melius voluntatẽ, ſed ea pote
ſtas nulla eſt niſi à Deo detur, de quo dictũ
eſt: Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri. Cũ Ioan. 1.
.n. hoc ſit in poteſtate quod cum volumus 2. ſen. di.
facimus, nihil tam in poteſtate quam ipſa 28. c. ſic
voluntas eſt, ſed præparatur voluntas a do- etiam.
mino. Eo modo ergo dat poteſtatem. Sic in B
telligendũ eſt & quod dixi poſtea. In noſtra
poteſtate eſſe, vt vel inſeri bonitati Dei, vel
excidi eius ſeueritate mereamur, quia in po
teſtate nr̃a non eſt, niſi quod noſtram ſequi-
tur voluntatẽ. Quæ cum fortis & potens p-
paratur à domino, facile fit opus pietatis, ẽt
quod difficile atque impoſsibile fuit. Hic
liber ſic incipit: De eo quod ſcriptum eſt.

CVm presbyter adhuc eſſem, contingit
vt apud Carthaginẽ inter nos qui ſi- Expoſitio
mul eramus, ad Romanos apoſtoli epiſtola quarũdã
legeretur, & quædam interrogabar a fratri- propoſitio
bus, q̃bus cũ ſicur poterã rñderẽ, voluerunt num ex
ſcribi potius quę dicebam quam ſine literis epiſ. Pau
fundi. Vbi cũ eis obtemperarẽ, liber vnus ac li ad Ro.
ceſsit ſuperioribus opuſculis meis. In quo Cap. 23.
libro: Quod autẽ ait, inquam, Scimus quia Rom. 7.
lex ſpiritalis eſt, ego autem carnalis ſum ve
nundatus ſub peccato, ſatis oſtẽdit nõ poſ-
ſe impleri legem, niſi à ſpiritalibus, quales
facit gratia Dei. Qđ vtique non ex perſona Lib. expo.
apoſtoli accipi volui, qui iã ſpiritalis erat: in epi. ad
ſed hominis ſub lege poſiti, nondũ ſub gra Rom. 42.
tia. Sic.n. prius hæc verba ſapiebam, quæ po
ſtea lectis quibuſdam diuinorum tractatori
bus eloquiorum, quorum me moueret au-
thoritas, conſideraui diligentius, & vidi ẽt
de ipſo Apoſtolo poſſe intelligi quod ait: C
Scimus qm̃ lex ſpiritalis eſt, ego aũt carna-
lis ſum. Quod in eis libris, quos contra Pe- Rom. 7.
lagianos nuper ſcripſi, quantum potui di-
ligenter oſtendi. In iſto ergo libro & hoc
quod dictum eſt: Ego autem carnalis ſum,
& deinde cætera vſq; ad eum locum, vbi di
cit: Miſer ego homo, quis me liberabit de Rom. 7.

corpore mortis huius? Gr̃a Dei per Iesum
Xp̃m dñm nr̃m, Dixi hominẽ describi ad-
huc sub lege,nondũsub gr̃a constitutũ, be-
nefacere volentẽ sed victũ concupiscentia
carnis male facientẽ. A cuius concupiscen-
tiæ dñatu non liberat, nisi gr̃a Dei ꝑ Iesum
Rom.5. Christũ dñm nr̃m dono spiritussancti, per
quẽ diffusa charitas in cordibus nr̃is vincit
carnis concupiscentias, ne cõsentiamus eis
ad male faciẽdũ,sed potius bona faciamus.
D Vnde (quidẽ) iã euertit hr̃sis Pelagiana, q̃
vult,non ex Deo nobis, sed ex nobis eẽ cha
ritatẽ, qua bene ac pie viuimus. Sed in illis
libris quos aduersus eos ædidimus,ẽt spiri-
talis hominis iamq́;sub gr̃a cõstituti melius
intelligi verba ista monstrauimus, ꝑꝑ car-
nis corpus, qđ spiritale nondũ est, erit aũt
in resurrectione mortuorũ,& ꝑꝑ (ipsam)
carnis concupiscentiã, cũ qua ita cõfligunt
sancti, non ei consentientes ad malũ, vt tñ
eius motibus q̃bus repugnantibus resistunt,
1. Co.15. non careant in hac vita. Non eos aũt habe-
bunt in illa, vbi absorbebitur mors in victo
rĩa. Propter hanc itaq; cõcupiscentiã mo-
tusq́; (ipsos) quibus ita resistitur, vt tñ sint
in nobis,põt quisq; sanctus iã sub gr̃a posi-
tus, dicere ista omnia q̃ hic dixi esse verba
hominis nondũ sub gr̃a positi,sed sub lege.
Ca.60.2. Qđ hic ostendere longũ est,& hoc vbi ostẽ
sen. di.41 derim dictũ est. Itẽ disputans quid elegerit
c.opinari. Deus in nondũ nato, cui dixit seruiturũ es-
Rom. 9. se maiorẽ, & quid in eodẽ maiore similiter
E nõdũ nato reprobauerit,de quibus ꝑꝑ hoc
cõmemoratur,quãuis longe postea prolatũ
Malac.1. propheticũ testimoniũ: Iacob dilexi, Esau
aũt odio habui. ad hoc ꝑduxi rõcinationẽ
vt dicerẽ, Non ergo elegit Deus opera cu-
iusquã in pñtia,q̃ ipse daturus est,sed fidem
elegit in pñtia.vt quẽ sibi crediturũ esse præ
sciuit, ipsum elegerit cui spũm sanctũ da-
ret, vt bona operando ẽt vitã æternam con
sequeret̃.Nondũ diligẽtius q̃siuerã, nec ad-
huc inuenerã qualis sit electio gr̃æ: de qua
Tom.11. idẽ dicit Apostolus: Reliquiæ ꝑ electionẽ
gr̃æ saluæ factæ sunt, q̃ vtiq; non est gr̃a si
eã merita vlla p̃cedant, ne iã qđ dat̃,nõ ẜm
gr̃am, sed ẜm debitũ reddat̃ potius meritis
q̃ donet̃. Proinde qđ cõtinuo dixi:Dicit.n.
Cap. 61. idẽ Apostolus: idẽ Deus q̃ operat̃ omnia in
1.Co.21. omnibus.Nusquã aũt dictũ est,Deus credit
omnia in omnibus;ac deinde subiunxi; Qđ

ergo credimus, nr̃m est:qđ aũt bonũ opera
mur,illius est,qui credentibus dat spũm san
ctũ. Profecto non dicerẽ si iã scirẽ ẽt ipsam
fidẽ inter Dei munera reperiri, q̃ dant̃ in eo
dẽ spiritu.Vtrunq; ergo nostrũ est ꝑꝑ arbi-
trium voluntatis, & vtrunque tamen datũ
est per spiritum fidei & charitatis. Neque
enim sola charitas, sed sicut scriptum est:
Charitas cum fide à Deo patre & domino
nostro Iesu Christo.Et quod paulopost di-
xi:Nostrum est enim credere & velle, illius
autem dare credentibus, & volentibus fa-
cultatem bene operandi per spiritum san-
ctum, per quẽ charitas diffunditur in cordi
bus nostris,verum est quidem: sed eadẽ re-
gula,& vtrunque ipsius est quia ipse p̃parat
voluntatem,& vtrunque nostrum: quia nõ
fit nisi volentibus nobis. Ac ꝑ hoc quod ẽt
postea dixi:Quia neque velle possumus ni-
si vocemur,& cum post vocationem volue
rimus, non sufficit voluntas nr̃a & cursus
noster, nisi Deus & vires currentibus præ-
beat, & ꝑducat quo vocat. Ac deinde sub-
iunxi: Manifestum est ergo,non volentis ne
que currentis,sed miserentis Dei esse quod
bene operamur,omnino verissimũ est. Sed
parũ de ipsa vocatione disserui,quæ fit secũ
dum propositum Dei.Non.n.omnium qui
vocãtur talis est, sed tantũ electorũ. Itaque
quod paulopost dixi: Sicut.n.in ijs quos eli
git Deus,non opera, sed fides inchoat me-
ritum,vt per munus Dei bene operentur:sic
in ijs quos damnat, infidelitas & impietas
inchoat pœne meritum, vt per ipsam pęnã
etiam male operẽtur,verissime dixi: Sed fi-
dei meritum etiam ipsum esse donum Dei,
nec putaui quærẽdum esse, nec dixi. Et alio
loco:Cuius enim miseretur esse, inquã, fa-
cit eum bene operari,& quem obdurat,re-
linquit eũ vt mala operetur. Sed & illa mi-
sericordia præcedenti merito fidei tribui-
tur, & ista obduratio præcedenti impietati.
Quod quidem verum est, sed adhuc quæ-
rendum erat, utrum & meritum fidei mise
ricordia Dei præueniat,id est,utrũ ista mise
ricordia ideo tantummodo fiat in hoĩe, q̃a
fidelis est, an ẽt facta fuerit ut fidelis esset.
Legimus enim dicente Apostolo: Miseri-
cordiam consequutus sum,ut fidelis essem.
Non ait, quia fidelis eram. Fideli ergo da-
tur quidem, sed data est etiã ut esset fidelis.

Rectissi-

Rectiſsime itaq; alio loco in eodē libro di
xi: Qm̄ ſi non ex operibus, ſed miſecordia
Dei & vocamur vt credamus, & credentib.
præſtatur, vt bene operemur, non eſt genti-
bus iſta inuidenda miſericordia: quãuis mi
nus ibi diligenter de illa quę per Dei ꝓpoſi
tũ fit vocatione tractauerim. Hic liber ſic in
cipit. Sēſus hi ſunt in epiſt. Pauli ad Roma.

POſt hunc librũ expoſui eiuſdē Apoſto-
li epiſtolã ad Galatas, non carptim id
eſt aliqua p̄termittens, ſed cõtinuanter & to
tã. Hanc aũt expoſitionē vno volumine cõ-
prehendi. In quo illud qđ dictũ eſt: Priores
ergo Apoſtoli veraces, q non ab hominib.
H ſed à Deo p hoīem miſsi ſunt, p Ieſũ Chri
ſtum. ſ. adhuc mortalē. Verax ēt nouiſsimus
Apoſtolus qui per Ieſum Chriſtũ totũ iam
Deũ poſt reſurrectionē eius miſſus eſt. Pro
pter immortalitatē dictũ eſt, totũ iã Deum,
quam poſt reſurrectionē habere cępit, non
pp diuinitatē ſemper immortalē, à qua nũ-
quam receſsit, in qua totus Deus erat, & tñ
moriturus adhuc erat. Hunc autē ſenſum ſe
quētia manifeſtãt. Adiunxi. n. dicēs. Priores
ſunt cæteri Apoſtoli p Ieſum Chriſtum ad
huc ex parte hoīem, id eſt, mortalē. Nouiſsi
mus eſt Apoſtolus Paulus per Ieſum Chri-
ſtum iam totum Deũ. i. ex oī parte immor-
talē. Hoc. n. dixi, exponēs qđ ait Apoſtolus:
Non ab hoībus, neq; p hoīem, ſed p Ieſum
Chriſtũ & Deũ patrē, quaſi iã Ieſus Chri-
ſtus nõ ſit hõ. Sequitur. n. Qui ſuſcitauit eũ
à mortius, vt hinc appareret cur dixerit, ne
que per hominē. Proinde pp immortalita-
tem iam nunc nõ hõ Chriſtus Deus, ꝓpter
ſubſtãtiã verò naturæ humanæ, in qua aſcē
dit in cœlũ, ēt (nũc) mediator Dei & homi
nũ hõ Chriſtus Ieſus, qm̄ ſic veniet qũo eũ
viderunt (qui viderunt) euntem in cœlum.
I Itē quod dixi: Gratia Dei eſt qua nobis do-
nanť peccata vt reconciliemur Deo, pax ãt
qua reconciliemur Deo, ſic accipiēdũ eſt,
ut tamen ſciamus etiam vtrunque ad gene-
ralem Dei gratiam pertinere, quomodo in
populo Dei aliud ſpecialiter Iſrael, aliđ Iu
das, & tñ vtrunq; generalitet Iſrael. Itē cum
exponerē: Quid ergo lex trãgreſsionis gra-
tia poſita eſt, ita diſtinguendũ putaui, vt in-
terrogatio eſſet. Quid ergo? Ac deinde re-
ſponſio, Lex trãſgreſsionis gratia poſita eſt.
Quod quidem non abhortet à vero, ſed me
lior mihi vř iſta diſtinctio, vt interrogatio
ſit, Quid ergo lex? & inferať rñſio: Trãſgreſ-
ſionis gratia poſita eſt. Quod ãt dixi: Ordi- *Cap. 7.*
natiſsime itaq; ſubiunxit: Qđ ſi ſpiritu duci
cimini, nõ adhuc eſtis ſub lege, vt intelliga-
mus eos eſſe ſub lege, quorũ ſpiritus ita cõ
cupiſcit aduerſum carnē, vt non ea q volũt
faciãt: id eſt, nõ ſe teneãt inuictos in chari-
tate iuſtitiæ, ſed a cõcupiſcente aduerſum
ſe carne vincanť, Hoc ex illo ſenſu eſt, quo *Gala. 5.*
ſentiebã id qđ dictũ ē: Caro cõcupiſcit ad
uerſus ſpiritũ, & ſpiritus aduerſus carnem.
Hæc. n. ſibi inuicē aduerſanť, vt nõ ea q́ vul K
tis faciatis, ad eos ptinere qui ſub lege ſunt
nõdũ ſub gr̃a. Adhuc. n. nõdũ intellexeram
hæc verba, & illis q ſub gr̃a ſunt nõ lege, ꝓ
pterea cõuenire, qa & ipſi cõcupiſcientias
carnis, ꝯ quas ſpũ cõcupiſcũt, q̃uis eis non
cõſentiãt, nollēt tñ eas habere ſi poſſent. Et
iõ nõ q́cunq; volunt faciũt, qa volũt eis ca
rere, nec pñt. Tunc. n. eas nõ habebũt, quan-
do nec corruptibilē carnē. Hic liber ſic in-
cipit; Cauſa propter quã ſcribit Apoſtolus.

EPiſtolæ quoque ad Romanos ſicut ad *Expoſitio*
Galatas expoſitionē ſuſceperã. Sed hu *epiſtolæ*
ius operis ſibi perficereť, plures libri erãt fu *Pauli ad*
turi. Quorũ unum in ſola diſputatione ip- *Romanos*
ſius ſalutationis abſolui, ab initio. ſ. vſq; ad *incohata.*
illud, vbi ait: Gratia vobis & pax à Deo pa- *Cap. 25.*
tre & domino noſtro Ieſu Chriſto. Factum *Matt. 12*
eſt quippe vt immoraremur cũ vellem' ſol
uere incidentem ſermoni noſtro difficilli-
mã qõnem de peccato in ſpiritum ſanctũ,
qđ non remittatur neq; in hoc ſeculo, neq;
in futuro. Sed deinde alia volumina ceſſaui
adiungere, exponēdo epiſtolã totã, ipſius
operis magnitudine ac labore deterritus, & L
in alia faciliora deflexus ſum. Ita factũ eſt,
vt librum quē fecerã primum, relinquerem
ſolũ, cuius eſſe titulũ volui, Epiſtolæ ad Ro
manos inchoatæ expoſitio. Vbi quod dixi:
Gratiã eſſe in remiſsione peccatorum, pa-
cem vero in reconciliatione Dei. vbicunq;
hoc dixi, non ſic accipiendum eſt, ac ſi pax
ipſa & reconciliatio nõ ptineat ad gratiam
generalē: ſed qđ ſpecialiter noīe gratię re-
miſsionē ſignificauerit peccatorũ. Sicut le-
gē & ſpecialiter dicimus ſm qđ dictum eſt:
Lex & prophetæ & generaliter, vt in ea ſint
& prophetæ. Hic liber ſic incipit: In epiſto
la quam Paulus Apoſtolus ſcripſit.

De diuersis qõnib. octoginta trib.c.26

EST ẽt inter illa quæ ſcripſimus quoddã
prolixum opus,quod tñ vnus deputat̃
liber,cuius eſt titulus: De diuerſis qõnibus
octoginta tribus.Cum autem diſperſæ fuiſ-
ſent per chartulas multas, qm̃ ab ipſo pri-
mo tempore conuerſionis noſtræ, poſtea-
quã in Aphicam venimus, ſicut interroga-
bar a fratribus, qñ me vacantem videbant,
nulla obſeruata ordinatione dictatæ ſunt,
iuſsi eas iam eps̃ colligi, & vnum ex eis li-
M brũ fieri,adhibitis numeris,vt quod quiſque
legere voluerit, facile inueniat. Harum qõ
num eſt. 1. Vtrum anima à ſeipſa ſit. 2. De li
bero arbitrio. 3. Vtrum Deo authore ſit hõ
deterior. 4. Quæ ſit cauſa vt ſit homo dete-
rior. 5. Vtrum animal rõnale beatũ eſſe poſ-
ſit. 6. De malo. 7. Quæ proprie in animante
anima eſſe dicatur. 8. Vtrum ꝑ ſe aĩa mouea
tur. 9. Vtrum corporeis ſenſibus percipi ve
ritas poſsit. In qua illud quod dixi: Oẽ qđ
corporeus ſenſus attingit:quod & ſenſibile
dicitur,ſine vlla intermiſsionis tp̃is cõmu-
tatur,ſine dubio.verũ quidẽ non eſt in cor
poribus reſurrectionis incorruptibilib. ſed
nunc ea nullus noſtri corporis ſenſus attin
git niſi forte diuinitus tale aliq̃d reuelet̃. 10.
Vtrũ corpus à Deo ſit. 11. Quare Chriſtus
de fœmina natus ſit. 12. Locus vbi titulus
eſt:Sententia cuiuſdã ſapientis.non eſt mea,
ſed quia per me innotuit quibuſdã fratri-
bus,qui tunc à me iſta diligentiſsime colli-
gebant,& placuit eis, inter noſtra eã ſcribe
re voluerũt.Eſt autẽ cuiuſdã Fontei Cartha
ginenſis,de mente mundanda ad videndum
Deũ,quod paganus quidẽ ſcripſit,ſed Chri
A ſtianus baptizatus mortuus eſt. 13. Quo do
2.ſen. di. cumentò conſtet homines beſtijs excellere.
35.c. qđ 14. Non fuiſſe corpus domini noſtri Ieſu
aũt,et di. Chriſti phãtaſma. 15. de intellectu. 16. Defi-
37. c. cũ lio Dei. 17, De ſcientia Dei. 18. De trina vni
ergo. tate. 19. De Deo & creatura. 20. đ loco Dei.
21. Vtrum Deus author mali non ſit. Vbi vi
dendum eſt,ne male intelligatnr quod dixi,
Mali author non eſt, qui omniũ quæ ſunt
author eſt, qa inq̃tũ sũt, bona ſunt. Et ne
hinc putetur non ab illo eſſe pęnam malo-
rum,quæ vtique malum eſt ijs qui puniun-
Sapien. 1 tur.Sed hoc ita dixi quemadmodũ dictum
Eccleſia- eſt:Deus mortem non fecit.Cum alibi ſcri-
ſtici. 11. ptũ ſit:Mors & vita à dño Deo eſt. Malorũ
2.ſen. di. ergo pœna q̃ à domino Deo eſt,malum eſt
quidẽ malis,ſed in bonis Dei operib.eſt qm̃
iuſtũ eſt,vt mali puniant̃, & vtiq; bonũ eſt,
omne qđ iuſtum eſt. 22. Deum pati neceſsi-
tatẽ. 23. De patre & filio. Vbi dixi quod eã
ipſe genuerit,qua ſapiens dr̃ ſapientiam;ſed
melius iſtam qõnem in libro poſtea de tri-
nitate tractauimus. 24. Vtrum & peccatum
& recte factũ in libero ſit voluntatio arbi-
trio. Quod ita eſſe omnino veriſsimum eſt.
Sed vt ad recte faciendum liberum ſit, Dei
gratia liberat̃. 25. De cruce Chriſti. 26. De
differentia peccatorũ. 27. De ꝓuidentia. 28.
Quare Deus mundum facere voluerit. 29. B
Vtrũ aliq̃d ſit ſurſum aut deorſum in vniuer
ſo. 30. Vtrũ oĩa in vtilitatẽ hominum crea-
ta ſint. 31. Eum, q̃ vt vult viuit,beatum eſſe.
Nec ipſa mea,eſt, ſed Ciceronis:verũtñ q̃a
& hæc per me innotuit fratrib. inter iſta q̃
colligebant ſcripſerunt eã, volentes noſſe
quemadmodũ vlrtures animi ab illo diuiſæ
ac deffinitæ ſint. 32. Vtrũ rem ullam alius
alio magis ĩtelligat,atq; ita eiuſdẽ rei ꝑ infi
nitũ erat ĩtelligẽtia. 33. De metu. 34. Vtrũ ñ
aliud amandum ſit q̃ metu carere. 35. Quid
amandum ſit. In qua illud quod dixi, id eſſe
amandum, qđ nihil eſt aliud habere, q̃ noſ-
ſe,non ſatis approbo. Neque.n. Deũ nõ ha-
bebant quib. dictũ eſt: Neſcitis quia templũ
Dei eſtis vos,& ſpiritus Dei habitat in vo-
bis,nec tñ eũ nouerant, vel non ſicut noſcẽ
dus eſt nouerant. Itẽ quod dixi, Nemo igit̃
beatam vitam nouit,& miſer eſt. Nouit, di- C
xi,quomodo noſcenda eſt. Nam quis eã pe
nitus neſcit eorum dũtaxat qui iam ratione
vtuntur,quandoquidem beatos ſe eſſe velle
nouerunt. 36. De nutrienda charitate. Vbi di
xi,Deus igitur & animus quo amatur, cha-
ritas proprie dicitur purgatiſsima & con-
ſummata,ſi nihil aliud amatur. Quod ſi ve-
rum eſt,quomodo ergo Apoſtolus ait:Ne-
mo vnquam carnem ſuam odio habuit? Et
ex hoc admonet vt diligantur vxores: Sed
ideo dictum eſt,proprie dilectio dicit̃,quo
niam caro diligitur quidem,nec tamen pro
prie,ſed ꝓpter animã cui ſubiacet ad vſum.
nam & ſi propter ſeipſam videtur diligi,cũ
eam nolumus eſſe deformẽ ad aliud referẽ
dũ eſt decus eius,ad illud ſcilicet à quo de-
cora ſunt omnia. 37. De ſemꝑ nato. 38. De
conformatione animæ. 39. De alimẽtis. 40.
Cum animarum natura vna ſit,vnde homi-

num diuerſæ voluntates.41.Cũ oĩa Deus fe
cerit quare non æqualiter fecerit.42. Quẽ-
admodũ Dei ſapientia Dñs Ieſus Chriſtus
& in vtero matris fuerit & in cęlis.43.Qua
re filius Dei in homine apparuerit,& ſpiri-
tusſauctus in colũba. 44. Quare tanto poſt
t. 3. venit dñs Ieſus Chriſtus. Vbi cũ generis hu
mani tanq̃ vnius hoĩs ætates cõmemorarẽ,
D dixi, Nec oportuit venire diuinitus magi-
ſtrũ,cuius imitatione in mores optimos for
maretur, niſi tp̃e iuuentutis. Et adiunxi ad
t. 3. hoc valere, quod Apoſtolus dicit, ſub lege
Ge. tanq̃ ſub pædagogo paruulos cuſtoditos.
Ma Sed põt mouere cur alibi dixerimus, Xp̃m
os. in gñis humani ſexta ætate tanq̃ in ſenectu-
23. te veniſſe. Hoc ergo qđ de iuuentute dictũ
t. 3. eſt,ad vigorẽ feruorẽq; fidei referť,q̃ ꝑ dile
ctionẽ operať: illud aũt de ſenectute ad tẽ-
porũ numerũ.Põt.n.intelligi vtrunq; in vni
uerſitate hoĩum, qđ non põr in ætatibus ſin
gulorũ.Sicut in corpore non põt eſſe ſimul
& iuuentus & ſenectus, in aĩo aũt põt: illa
ꝑꝑ alacritatẽ, iſta ꝑꝑ grauitatẽ. 45. Aduer-
ſus Mathematicos. 46. De Ideis.47. Vtrum
aliqñ cogitationes noſtras videre poſsim⁹.
Vbi qđ dixi, angelica corpora, qualia nos
ſperauim⁹ habituros, lucidiſsima atq; ęthe-
rea eſſe credendũ eſt. Si hoc ſine mẽbris q̃
nunc habemus, & ſine ſub̃a, q̃uis incorru-
ptibtlis,tñ carnis accipiatur,errať. Multo ãt
melius in opere de ciuitate Dei qõ iſta tra-
.9. ctata eſt, de vidẽdis cogitationibus noſtris.
E 48.De credibilibus.49. Quare filij Iſrael ſa
crificabant viſibiliter pecorũ victimas. 50.
De æqualitate filij.51.De hoĩe facto ad ima
ginem & ſimilitudinẽ Dei.Vbi qđ dixi, Hõ
ſine vita non recte appellať, cũ dicatur hõ
ẽt cadauer hoĩs.Ergo ſaltẽ dicere debui,nõ
proprie dř:vbi dixi:non recte dř. Itẽ qđ di-
lici xi.Neq; inſcite diſtinguiť, qđ aliud ſit ima-
ia- go & ſimilitudo Dei, quæ ẽt filius dř,aliud
ad ad imaginẽ & ſimilitudinẽ Dei, ſicut homi
iẽ. nem factũ accepimus.Qđ non ita intelligẽ-
iq dũ eſt,quaſi hõ non dicatur imago Dei, cũ
lius dicat Apoſtolus:Vir quidẽ nõ dẽt velare ca
I. put,cũ ſit imago & gloria Dei, ſed dř ẽt ad
imaginẽ Dei, quod vnigenitus non dř, qui
tantummodo imago eſt non ad imaginem.
52.De eo quod dictum eſt: Pœnitet me fe-
& ciſſe hoĩem.53.De auro & argento, qđ Iſ-
raelitę ab Aegyptiis acceperunt. 54. De eo
qđ ſcriptũ eſt: Mihi aũt adhærere Deo bo- Pſal. 72.
nũ eſt.Vbi qđ dixi. Qđ aũt eſt oĩ aĩa meli⁹,
id Deũ dicimus,magis dici debuit,oĩ crea-
to ſpũ melius. 55. De eo qđ ſcriptũ eſt: Se-
xaginta ſunt reginæ,octoginta ɔcubinæ, & F
adoleſcentularũ non eſt numerus,56.De an
nis quadraginta ſex ædificati tẽpli.57.De cẽ Canti. 6.
tũ quinquaginta tribus piſcibus.58. De Ioã alias ado
ne Baptiſta.59. De decẽ virginibus.60. De leſcẽtulæ
die autem illo, & hora nemo ſcit, neque quarum. Mat. 24.
angeli cœlorum,neque filius hominis, niſi
ſolus pater.61. De eo quod ſcriptum eſt in
euangelio,turbas dominum in mõte pauiſ- Mat. 14.
ſe de quinque panibus. Vbi quod dixi duos Ioan. 6.
piſces duas illas ſignificare perſonas, regiã
ſcilicet & ſacerdotalem,ad quas etiã ſacro-
ſancta illa vnctio pertinebat:dicendum po
tius fuit,maxime pertinebat, quoniam vn-
ctos aliquando legimus & prophetas. Item
quod dixi, Lucas qui tanquam aſcendentẽ Lucæ. 3.
poſt abolitionem peccatorum ſacerdotem Nathan
Chriſtum inſinuauit, per Nathan aſcendit Dauid.
ad Dauid: quia Nathã ꝓpheta miſſus erat,
cuius correptione Dauid ipſi⁹ peccati abo-
litionẽ pœnitendo impetrauit. Nõ ſic acci-
piendũ eſt tanquam ipſe fuerit Nathan ꝓ-
pheta,qui filius Dauid: quia nec hoc dictũ
eſt,qa ipſe prepheta miſſus erat,ſed dictum
eſt, Quia Nathan propheta miſſus erat, vt G
miſterium non in eodem homine, ſed in
eodem nomine intelligatur. 62. De eo qđ Ioan. 4.
ſcriptũ eſt in euãgelio: quod baptizabat Ie
ſus plures quàm Ioannes, quamuis ipſe nõ
baptizaret, ſed diſcipuli eius. Vbi quod di-
xi, Latro ille (cui dictum eſt à dño: Amẽ di
co tibi, hodie mecum eris in paradiſo) qui Luc. 23.
nec ipſum baptiſmum acceperat. Hoc qui- De conſec. di. 4.
dẽ & alios añ nos rectores ſanctæ eccleſiæ c. baptiſ-
poſuiſſe in ſuis literis inuenimus, ſed q̃bus mi. 4. ſen.
documẽtis poſsit oſtendi ꝙ non fuerit ba- diſt. 4 c.
ptizatus ille latro,ignoro. De qua re in po- ſunt & a
ſterioribus quibuſdam opuſculis noſtris di lij. lib. 3.
ligentius diſputatum eſt, maxime in eo qđ Cap. 6.
ad Vincentium Victorem de animæ origi-
ne ſcripſimus.63. De verbo. 64. De mulie- Ioan. 4.
re Samaritana. 65. De reſurrectione Laza- Ioan. 12.
ri.66. De eo quod ſcriptũ eſt. An ignoratis Rom. 8.
fratres,ſcientibus.n.legem loquor,quia lex
dominatur homini, in quantũ tp̃s viuit? vſ-
que ad eũ locũ, in quo ſcriptum eſt:Viuifi-
cabit & mortalia corpora veſtra ꝑ inhabi-

tantē spiritū eius in vobis. Vbi illud qđ ait
H Apostolus: Scimus aūt q̄a lex spiritalis est,
ego aūt carnalis sum. exponere volēs, dixi,
idest, carni consentio nondū spiritali grā li
beratus. Quod non sic accipiendū est, qua-
si spiritalis hō iā sub gratia constitutus, etiā
de seipso non possit hoc dicere: Venunda-
tus sum sub peccato. Qđ.n. operor non in-
telligo: Non.n. quod volo bonū hoc ago,
sed quod odio malū illud facio, & cætera q̄
Rom. 8. sequunt̄ vsq; ad eū locū vbi dictū est: Miser
ego hō, quis me liberabit de corpore mor-
tis huius? Qđ postea didici, sicut iā sum an̄
confessus. Rursus exponens quod ait Apo-
Corpus mortuū. stolus: Corpus quidem mortuū est ꝑꝑ pec-
catum. Mortuū (inq̄) corpus dicit, quandiu
tale est, vt indigentia rerū temporalium mo
lestet aīam. Sed multo melius mihi postea
visum est, & iō mortuū corpus dictū, quod
habeat iā moriendi necessitatē, q̄ nō habuit
ante peccatū. 67. De eo qđ scriptū est: Existi
mo .n. qđ indignæ sint passiones huius tpis
ad futurā gloriā, q̄ reuelabit̄ in nobis. vsq;
ad illud quod dictū est: Spe .n. salui facti su-
mus. Vbi cū exponerē quod scriptū est: Et
I ipsa creatura liberabit̄ à seruitute interitus,
dixi, Et ipsa creatura.i.ipse hō, cū iā signacu
lo imaginis ꝑꝑ peccatum amisso remāsit tā
tummodo creatura. Qđ non ita accipiendū
est quasi totū amiserit hō quod habebat ima
Rom. 12. ginis Dei. Nā si omnino amisisset non' es-
2. Cor. 3. set propter quod diceretur: Reformamini
Psal. 38. in nouitate mentis vestræ. Et, in eandē ima-
ginē transformamur. Sed rursum si totum
amisisset, nihil maneret vnde diceref. Quan
quā in imagine ambulet homo, tñ vane con
turbatur. Itē qđ dixi spiritualiter summos
angelos viuere, infimos verò animaliter: au
dacius dictū est de īfimis q̄ vt possit vel scri
pturis sanctis, vel ipsis rebus ostendi: quia
& si forsitan potest, difficillime potest. 68.
De eo qđ scriptū est: O homo tu q̄s es, q̄ re
spondeas (Deo) Vbi dixi, Quia ēt si leuio-
ribus quisq; peccatis, aut certe quamuis gra
uioribus & multis, tñ magno gemitu & do-
lore pœnitendi misericordia Dei dignus
fuerit, non ipsius est, qui si relinqueretur in-
teriret, sed miserentis Dei, qui eius precibus
K doloribusque subuenit. Parum est.n. velle,
nisi Deus misereatur: sed Deus non misere-
tur, qui ad pacem vocat, nisi voluntas ꝓces-
serit ad pacē. Hoc dictum est post pn̄iam.
Nam est misericordia Dei ēt ipsam præue-
niens voluntatē: quæ si non esset, non ꝑpare
tur voluntas à dn̄o. Et ad eam misericordiā
pertinet & ipsa vocatio q̄ ēt fidē ꝑuenit. De
qua paulopost cū agerem dixi, Hæc autē vo
catio quæ siue in singulis hominibus, siue in
populis atque in ipso genere humano per
temporum opportunitates operatur, alte &
profundæ ordinationis est. Quo pertinet ēt
illud, In vtero sanctificaui te, & cum esses
in renibus patris tui, vidi te. Et Iacob dile-
xi. Esau autem odio habui, & cætera, Quan
uis testimonium illud, Cum esses in reni-
bus patris tui, vidi te. Vnde mihi tanquam
scriptum sit, occurrerit, nescio. 69. De eo
quod scriptum (est) Tunc & ipse filius sub-
iectus erit ei qui illi subiecit omnia. 70. De
eo qđ Apostolus dicit, Absorpta est mors
in victoria, Vbi est mors victoria tua, vbi
est mors contētio tua? vbi est mors aculeus
tuus? Aculeus autem mortis peccatum est,
virtus vero peccati lex. 71. De eo quod scri
ptum est: Inuicem onera vestra portate, &
sic adimplebitis legem Christi. 72. De tem-
poribus æternis. 73. De eo quod scriptum
est: Est habitu inuentus vel homo. 74. De eo
quod scriptum est in epistola Pauli ad Co-
lossen. In quo habemus redemptionem &
remissionē peccatorum, qui est imago Dei
inuisibilis. 75. De hæreditate Dei. 76. De eo
quod Apostolus Iacobus dicit. Vis autem
scire homo inanis, q̄a fides sine opreribus
ociosa est. 77. De timore, vtrū peccatū sit.
78. De pulchritudine simulacrorum. 79.
Quare magi Pharaonis fecerunt miracula
quædam sicut Moyses famulus Dei. 80. Ad-
uersus Apollinaristas. 81. De quadragesima
& quinquagesima. 82. De eo qđ scripiū est:
Quem.n. diligit dominus corrigit, flagellat
autem omnem filiū quē recipit. 83. De con
iugio in eo quod dominus ait: Si dimiserit
vxorem excepta causa fornicationis. Hoc
opus sic incipit, Omne verum.

Item de mēdacio scripsi librum, qui & si
cū aliquo labore intelligitur, habet tamē
non inutilem ingenij & mentis exercitatio-
nē, magisque moribus ad veriloquium dili
gendum proficit. Hunc quoque auferre
statueram de opusculis meis, quia (&) ob-
scurus & anfractuosus, & omnino mo-

lestus

lestus mihi videbatur, pp quod eũ nec ędideram. Deinde cum postea scripsissem alterum, cuius titulus est, Contra mendacium. multo magis istũ non esse decreuerã & iusseram, sed non est factum. Itaq; in ista retractatione opusculorũ meorum, cum eũ incolumen reperissem, ét ipsum retractatum manere præcepi. maxime quia in eo nõnulla sunt necessaria, quæ in illo altero nõ sũt. Propterea vero illius inscriptio est, Contra mendacium: istius autẽ, De mendacio. quoniam per illum totum oppugnatio est aperta mendacij: istius autem, magna pars in inquisitionis disputatione versatur. Ad eundẽ tamen finem vterque dirigitur. Hic liber sic incipit, Magna quæstio est de mendacio.

A

D. AVRELII AVGVSTINI Hipponensis Episcopi Retractationum Liber secundus.



LIbrorum quos eps elaboraui, primi duo sunt ad Simplicianum ecclesiæ Mediolanensis antistitẽ, qui beatissimo successit Ambrosio, de diuersis qõnibus, quarũ duas ex epistolis Pauli Apostoli ad Romanos in primum librũ contuli. Harũ prior est de eo quod scriptum est: Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? Absit. vsque ad illud vbi ait: Quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum dñm nostrum. In qua illa Apostoli verba, lex spiritalis est, ego aũt carnalis sum, & cætera, quibus caro ꝯ spiritum confligere ostenditur, eo modo exposui, tã quam hõ describatur adhuc sub lege, nõdũ sub gratia cõstitutus. Longe.n. postea & spiritalis hominis, & hoc probabilius, esse posse illa uerba cognoui. Posterior ĩ hoc libro qõ est, ab eo loco vbi ait, non solum autem illa, sed & Rebecca ex vno concubitu hñs Isaac patris nostri vsq; ad illud vbi ait: Nisi dñs sabaoth reliquisset nobis semẽ sicut Sodoma facti essemus, & sicut Gomorra similes fuissemus. B In cuius qõnis solutione laboratum est quidem pro libero arbitrio volũtatis humanæ, sed vicit Dei gratia. Nec nisi ad illud potuit perueniri, vt liquidissima veritate dixisse intelligatur Apostolꝰ: Quis.n. te discernit? Quid autem habes qđ nõ accepisti? Si aũt accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? *1. Co.4.* Quod volens et martyr Cyprianus ostendere, hoc totũ ipso titulo definiuit, dicens. In nullo gloriandum, qñ nr̃m nihil est. In secundo libro tractantur cæterę quæstiones, & pro nostra quantulacunq; facultate solutũtur, quæ sunt omnes de scriptura, quæ regnorum appellatur. Harũ prima est de eo quod scriptum est: & insiluit spiritus domini in Saul. cum alibi dicatur. Et spiritus domini malus in Saul. Quam cum exponerem, dixi. *1. Re. 10. & 16. li.2. q.1.* Quamuis sit in cuiusq; potestate quid velit, non est tamen in cuiusquã potestate quid possit. Quod ideo dictũ est, quia non dicimus esse in potestate nostra, nisi quod cum volumus fit, vbi prius & maxime est ipsum velle. C Sine vllo quippe interuallo temporis præsto est voluntas ipsa cum volumus, sed hanc quoq; ad bene viuendum desuper accipimus potestatem, cũ præparatur voluntas à domino. Secunda q̃stio est, quomodo dictum sit: Pœnitet me quod constituerim regem Saul. *1. Re. 15.* Tertia, Vtrũ spiritus immundus qui erat in pythonissa, *1. Re. 28.* potuerit agere vt Samuel à Saule videretur, & loqueretur cum eo. *2. Re. 7.* Quarta, de eo quod scriptum est: Intrauit Rex Dauid, & sedit ante Dominum. Quinta, de eo quod dixit Helias: O domine testis huius viduæ, cum qua ego inhabito apud ipsam, tu male fecisti occidere filium eius. *2. Re. 17.* Hoc opus sic incipit. Gratissimam planè.

Cõtra epistolã quã uocãt fundamenti. Cap. 2.

LIber contra epistolam Manichæi, quã vocant fundamenti, principia eius sola redarguit, sed in cæteris illius partibꝰ annotationes vbi videbatur, affixæ sunt: quibꝰ tota subuertitur, & quibus commonerer, si quando contra totã scribere vacuisset. Hoc liber sic incipit: Vnum verum Deum.

D

De agone christiano. cap. 3. c. 32. 1. Co. 15.

LIber de agone Christiano fratribus in eloqo latino ineruditis humili sermone conscriptus est, fidei regulam continens & præcepta viuendi. In quo illud quod positũ est, Nec nos audiamus qui carnis resurrectionem futuram negant, & commemorant quod ait Apostolus Paulus, Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt, non intelligentes qđ ipse dicit Apostolꝰ: Oportet corruptibile hoc induere incorruptionẽ, & mortale hoc induere immortalitatem. cũ enim hoc factum fuerit, iam non erit ca-

ro & ſanguis,ſed cœleſte corpus. Nõ ſic accipiendũ eſt, quaſi carnis nõ ſit futura ſubſtantia, ſed carnis & ſanguinis noĩe ipſam corruptioné carnis & ſanguinis intelligendus eſt Apoſtolus nũcupaſſe, q̃ vtiq; in regno illo non erit, vbi caro incorruptibilis erit.Quãuis & aliter poſsit intelligi, vt carnẽ & ſanguinẽ opera carnis & ſanguinis dixiſſe accipiam⁹ Apoſtolũ,& eos regnũ Dei nõ poſſeſſuros, qui pſeuerãter iſta dilexerint. Hic liber ſic incipit:Corona victoriæ.

De doctrina Chriſtiana. Cap.4.

LIbros de doctrina chriſtiana,cũ impfectos cõperiſſem, perficere malui q̃ eis ſic relictis ad alia tractanda tranſire.Cõpleui ergo tertiũ qui ſcriptus fuerat vſq; ad eũ E locũ,vbi cõmemoratũ eſt ex Euangelio teſtimoniũ de muliere, q̃ abſcondit fermentũ in tribus menſuris farinæ, donec fermentaret totũ.Addidi ẽt nouiſsimũ librũ, & in quatuor libris opus illud impleui, quorum primi tres adiuuant vt ſcripturæ intelligantur.quartus aũt qũo q̃ intelligimus proferẽda ſint.In ſcđo ſanè libro de authore libri, quẽ plures vocãt Sapientiã Salomonis, qđ ẽt ipſum ſicut Eccleſiaſticũ Ieſus filius Sirach ſcripſerit,non ita conſtare, ſicut à me dictũ eſt:poſtea didici,& oĩno probabilius cõperi nõ eſſe eius libri authorem. Vbi aũt dixi : His quadraginta quatuor libris teſtamenti veteris terminatur authoritas,ex conſuetudine qua iam loquitur eccleſia, vetus teſtm̃ appellaui:Apoſtolus autem non videtur appellare vetus teſtm̃', niſi quod datum eſt ei in monte Sina. Et in eo quod dixi de temporum hiſtoria ſecundum Ambroſium ſoluiſſe quæſtionem,tanquam coætanei fue F rint Plato & Hieremias, me fefellit memoria. Nam quid ille de hac re epiſcopus ſenſerit, in libro eius legitur, quem de ſacramentis,ſiue de prophetia ſcripſit.Hoc opus ſic incipit:Sunt præcepta quædam.

Cap. 25. Luc. 13. Cap. 8. Galat.4. Cap. 28.

Contra partẽ Donatiſt. Cap.5.

SVnt duo libri mei,quorũ titulus eſt contra partem Donati. In quorum primo libro dixi non mihi placere vllius ſecularis poteſtatis impetu ſchiſmaticos ad communionem violenter vehementerque arctari. Quod vere tunc mihi non placebat, quia nondum expertus eram,vel quantum eis in melius mutandis conferre poſſet diligẽtia diſciplinæ:Hoc opus ſic incipit. Quoniam Donatiſtæ nobis.

Confeſ. C.6.

COnfeſsionũ mearũ libri 13.& de malis & de bonis meis Deũ laudãt iuſtũ & bonũ, atq; in eũ excitant humanũ intellectũ & affectũ interim qđ (ad) me attinet, hoc in me egerũt cũ ſcriberẽt, & agunt cũ legunt. Quid de illis alij ſentiant, ipſi viderint, multis tñ fratribus eos multũ placuiſſe & placere ſcio. A primo vſq; ad decimũ G de me ſcripti ſunt.In tribus cæteris de ſcripturis ſanctis,ab eo qđ ſcriptũ eſt:In principio fecit Deus cœlũ & terrã,vſq; ad ſabbati requiẽ.In quatuor libris cũ đ amici morte aĩ me i miſeriã ꝯfiterer dicẽs qđ aĩa mea vna quodãmodo facta fuerat ex duabus, & ĩõ (inquã) forte mori metuebã,ne totus ille morerẽt, quẽ multũ amauerã: quæ mihi quaſi declamatio leuis q̃ grauis confeſsio vr̃,quãuis vtcunque tẽperata ſit hęc ineptia in eo qđ additum eſt forte.Et illud in li. 13. quod dixi firmamentũ factũ inter ſpiritales aquas ſuperiores, & corporales inferiores, non ſatis conſiderate dictum eſt:Res autem in abdito eſt valde. Hoc opus ſic incipit, Magnus es domine,& laudabilis valde.

COntra Fauſtum Manichæum blaſphemantem legem & prophetas, & eorũ Deum,& incarnationem Chriſti,& ſcripturas autem noui teſtamenti, quibus conuincitur,falſatas eſſe dicentem, ſcripſi grande opus,verbis eius propoſitis, reddens reſpõſiones meas, triginta & tres diſputationes ſunt, quas etiam libros cur non dixerim? Nam etſi ſunt in eis aliqui perbreues, tamen libri ſunt. Vnus verò eorum, vbi à nobis aduerſum eius criminationes patriar F charum vita defenditur, tantæ prolixitatis eſt, quantæ nullus ferè librorum meorum. In libro ergo tertio cum ſoluerem quæſtionem,quomodo potuerit duos patres habere Ioſeph, dixi quidem quod ex alio natus, ab alio fuerit adoptatus, ſed genus quoque adoptionis dicere debui: ſic enim ſonat qđ dixi, tanquàm eum viuus adoptauerit alius pater. Lex autem filios etiam mortuis adoptabat, iubens vt fratris ſine filiis mortui duceret frater vxorem, & fratri defuncto ſemen ex eadẽ ſuſcitaret, quæ profecto de duobus vnius hominis patribus expeditior ibi redditur ratio.Vterini aũt fratres fuerũt, in quibus hoc contingit, vt vnius defuncti, qui vocabatur Heli, duceret alter vxorẽ.i.

Iacob

Iacob, à quo Matthęus narrat genitũ eẽ Ioseph: sed vterino fra ri sũo eũ genuit, cuius filiũ Lucas dicit fuisse Ioseph, nõ vtiq; genitũ sed ex lege adoptiuũ. Hoc in eorũ literis inuẽtũ est, qui recẽti memoria post ascẽsioné dñi de hac rescripserunt. Nam etiã nomen eiusdé mulieris, q̃ peperit Iacob patré Ioseph de priore marito Nathã, qui fuit pater Iacob, auus Ioseph ẜm Matthæum, & de marito posteriore Melchi peperit Heli, cuius erat adoptiuꝰ Ioseph, nõ tacuit Aphricanus. Quod q̃dẽ cũ Fausto responderem, nondũ legerã, sed tñ per adoptionem potuisse contingere, vt vnus hõ duos haberet patres dubitare non poterã. In duodecimo, & tertiodecimo de filio Noe secundo q̃ est appellatus Chã, ita disputatũ est, tanquã nõ in filio suo Chanaan, sicut scriptura demõstrat, sed in seipso fuerit à patre maledictus. In quartodecimo de sole & luna talia dicta sunt, tanquã sentiãt, & iõ tollerẽt vanos adoratores suos, quãuis verba ibi accipi possint ab aĩali ad nõ aĩale translata, mõ locutionis q̃ vocatˀ Græce metaphora, sicut de mari scriptũ est, q̃d fremat in vtero matris suæ volẽs ꝑgredi, cũ vtiq; nõ habeat volũtaté. In vndetricesimo, Absit inquã vt sit in mẽbris sanctorũ ẽt genitalib. aliqua turpitudo. Dicuntˀ q̃dẽ inhonesta, q̃a nõ hñt ẽt speciẽ decoris, quã mẽbra, q̃ in prõptu locata sunt, sed ꝓbabilior in aliis postea scripturis nostris reddita rõ est, cur ea dixerit ẽt Apostolus inhonesta, ꝑp legẽ. s. in mẽbris repugnãtẽ legi mẽtis q̃ de peccato accidit, non de prima nostræ institutione naturæ. Hoc opus sic incipit: Faustꝰ q̃dẽ fuit genere Afer.

CОntra Manichæũ quẽdã nomine Felicẽ ꝓsente populo in ecclesia biduo disputaui. Hipponẽ quippe venerat, eundẽ seminaturus errorem, vnus. n. erat ex doctoribus eorũ, quãuis ineruditus liberalib. literis, sed tñ versutior Fortunato. Gesta sunt ecclesiastica, sed inter meos libros cõputantˀ. Duo ergo libri sunt. In quorũ secundo disputatũ est de libero volũtatis arbitrio, siue ad malũ operandũ, siue ad bonũ: sed de gratia qua vere liberi sunt, de quib. scriptũ est: Si uos filius liberauerit, tũc vere liberi eritis, diligẽtius disputare, qm̃ talis erat cum quo agebamꝰ, nulla sumꝰ necessitate cõpulsi. Hoc opus sic incipit: Honorio Augusto.

De natura boni aduersus Manichæos. cap. 8

LIber de natura boni aduersus Manichæos est, vbi ostenditˀ naturã incõmutabilẽ Deũ esse ac summũ bonũ, atq; ab illo esse cæteras naturas, siue spirituales siue corporales, atq; oẽs inquantũ naturæ sunt, bonas esse, & q̃d, vel vñ sit malũ, & quanta Mala Manichæi ponãt ĩ natura boni, & quãta bona in natura mali, quas naturas finxit error ipsorũ. Hic liber sic incipit: Summũ bonum quo superius non est, Deus est. L

Cõtra Secundinũ Manichæum. c. 10

SEcundus quidã, non ex eis quos Manichæi electos, sed ex eis quos adiutores vocãt, quẽ nec facie quidẽ nouerã, scripsit ad me velut amicus, honorifice obiurgans q̃d oppugnarẽ literis illã hæresim, & admonens ne facerẽ, atq; ad eã potius sectandam exhortãs, cũ eius defensione, & fidei catholicæ reprehensione. Huic rñdi. Sed quia in eiusdem opusculi capite nõ posui, quis cui scriberẽ, nõ in epistolis meis, sed in libris habetˀ. Illic ab exordio conscripta est etiam eius epistola. Huius autem libri mei titulus est, Contra Secũdinum Manichæum. quod mea sententia omnibus quæ aduersus illam pestem scribere potui, facile præpono. Hic liber sic incipit, Tua in me beneuolentia.

Contra Hilarium tribunitiũ. c. 11.

INter hæc Hilarius quidã vir tribunitius laicus catholicus, nescio vñ aduersus Dei ministros, vt fieri assolet, irritatus, morẽ q̃ tũc esse apud Carthaginẽ cęperat, vt hymni ad altare dicerentˀ de psalmorũ libro, siue añ oblationẽ, siue cũ distribueretˀ populo q̃d fuisset oblatũ, maledica reprehensione vbicunq; poterat, lacerabat, asserens fieri non oportere. Huic rñdi iubentibus fratribus, & vocabatur liber ipse, Contra Hilariũ. Hic liber sic incipit, Qui dñt mẽtionẽ. M

Q̃onum euangeliorum. ca. 12.

SVnt quædam expositiones quorũdã locorum ex euangelio secũdũ Matthęum, & aliæ similiter secundum Lucam, in vnũ librum illæ, in alterum istæ redactæ sunt. Titulus autem operis huius est. Quæstiones euangeliorum. Sed quare illa sola de supra dictis euãgelicis libris exposita fuerint, quę his libris meis continẽtur, & q̃ ista sint, prologus meus, adiunctis, atque enumeratis eisdem quæstionibus, ita quisque legere quod voluerit, numeros secutus inueniat, satis indicat. In primo ergo libro in eo quod positũ est Dñm seorsũ duob. discipulis suã retulisse passionẽ mẽdositas codicis nos fefellit. *Cap. 27 Matt. 29*

iõ non bñ volebat anima mea, & vlcerosa
proiiciebat se foras miserabiliter scalpi aui
da cõtactu sensibiliũ.Sed si non haberẽt ani
F mam,nõ vtiq; amarenĩ.Amare & amari dul
ce mihi erat,magis si ẽt amãtis corpore frue
rer.Venã igitur amicitiæ coinquinabã sor-
dib.concupiscentiæ,candoremq́; obnubila
bã tartarea libidine, & tñ fœdus atq; inho-
nestus,elegãs & vrbanus esse gestiebã abun
danti vanitate.Rui ẽt in amorem,quo cupie
Psal. 58. bã capi:Deus meus misericordia mea, quã
to felle mihi suauitatẽ illã,& q̃ bonus asp-
sisti,quia & amatus sum, & perueni occul-
te ad vinculũ fruendi, & colligabar lætus
erumnosis nexibus,ut cæderer virgis ferreis
ardentib.zeli,& suspitionum, & timorum,
& irarum atque rixarum.Rapiebant me spe
ctacula theatrica, plena imaginib. miseria-
rum mearum,& fomitibus ignis mei.
QVid est quod hõ ibi vult dolere, cum
spectat luctuosa atq; tragica, q tñ pa-
ti ipse nollet?Et tñ pati vult ex eis dolorem
spectator, & dolor ipse est voluptas eius.
Quid.n.est nisi miserabilis insania? Nam eo
magis eis mouet quisq;:quo minus a talib.
affectib.sanus est, quanquã cũ ipse patitur,
miseria:cum aliis cõpatiĩ,misericordia di-
ci solet.Sed qualis tandẽ misericordia in re
b.fictis & scenicis? Non.n.ad subueniendũ
prouocatur auditor,sed tm̃ ad dolendũ in-
uitaĩ.Et authori earum imaginũ amplius fa
uet cũ amplius dolet. Et si calamitates illæ
hominũ,vel antiquæ, vel falsæ sic aganĩ, vt
q spectat nõ doleat,abscedit inde fastidiens
& reprehendens.Si aũt doleat, manet intus
& graudẽs lachrymat.Ergo amanĩ & dolo-
res?Certe omnis hõ gaudere uult. An cum
miserum neminem esse libeat, libet tñ esse
misericordem?Quod qa nõ sine dolore est,
hac vna cã amantur dolores. Et hoc de illa
vena amicitiæ. Sed quo vadit,quo fluit? Vt
qd decurrit in torrẽtẽ picis buliẽtis in æstꝰ
immanes tetrarum libidinum, in quo ipsa
mutatur & vertiĩ ꝑ neutrum proprium de
cœlesti serenitate detorta atq; deiecta? Re-
pudieĩ ergo misericordia? Nequaquã.Ergo
amentur dolores aliquãdo.Sed caue immũ
ditiã anima mea sub tutore Deo meo, Deo
patrũ nostrorum,& laudabili & superexal-
tato in omnia secula,caue immunditiã.Ne-
que.n.nunc non misereor,sed tunc in thea-
tris congaudebam amantib.cum sese frue-
bantur per flagitia, quamuis hæc imagina-
rie gererenĩ in ludo spectaculi.Cũ aũt sese
amittebant,quasi misericors cõtristabar, &
vtrunq; delectabat tamen. Nũc vero magis
misereor gaudẽtem in flagitio,quàm velut
dura perpessum detrimento perniciosæ vo
luptatis,& amissione miserę fęlicitatis.Hęc
certe verior misericordia,sed nõ in ea dele
ctatur cor.Nam etsi approbatur officio cha
ritatis, qui dolet miserum, mallet tñ vtique
non esse quod doleret,qui germanitus mise
ricors est.Si enim est maleuola beneuolen-
tia,qđ fieri nõ põt, põt & ille qui veraciter
syceriterq́; miseretur, cupere esse,miseros
ut misereatur.Nonnullis itaq; dolor appro
bandus,

bandus, nullus amandus eſt. Hoc.n.tu dñe Deus q animas amas, longe alteq; purius q̃ nos & incorruptibilis miſereris, quo nullo dolore ſauciaris. Et ad hæc qs idoneus? At ego tunc miſer dolere amabã, & q̃rebã, vt eſſet qđ dolerẽ, qñ mihi in erumna aliena & falſa, & ſaltatoria, ea magis placebat actio hiſtrionis, meq; alliciebat vehemẽtiꝰ, qua mihi lachrymæ excutiebant. Quid aũt I mirũ cũ infęlix pecus aberrãs à grege tuo, & ĩpatiẽs cuſtodię tuę turpi ſcabie fędaret? Et inde erãt dolorũ amores, nõ qbꝰ altiꝰ penetrarer. nõ.n. amabã talia ꝑpeti, qualia ſpectarẽ: ſed qbꝰ auditis & fictis tãq̃ ĩ ſuꝑficie raderer: quos tñ quaſi ũgues ſcalpẽtiũ ferui dꝰ tumor & tabes, & ſanies horrida cõſeq̃bat. Talis vita mea, nũqd vita erat Deꝰ meꝰ?

ET circũuolabat ſuꝑ me fidelis a longe mĩa tua. In q̃tas iniq̃tates diſtabui, & ſacrilegã curioſitatẽ ſecutus ſum, vt deſerẽtẽ te, deduceret me ad ima infida, & circũuentoria obſeq̃a dæmoniorũ, q̃bus immolabã facta mea mala, & in oĩbus flagellabas me. Auſus ſum ẽt in celebritate ſolennitatũ tuarũ intra parietes eccleſiæ tuæ cõcupiſcere, & agere negociũ procurandi fructus mortis. Vñ me verberaſti grauibus pęnis, ſed nihil ad culpã meã. O tu ꝑgrandis mĩa mea Deus meus, refugiũ meũ a terribilibus nocentibus, in q̃bus vagatus ſum ꝑfidẽti collo ad lõge recedẽdũ à te amãs vias meas & nõ tuas, amãs fugitiuã libertatẽ. Habebãt & illa ſtudia, q̃ honeſta vocabant, ductum ſuũ intuẽtẽ fora litigioſa, vt excellerẽ in eis hoc laudabilior, quo fraudulentior. Tãta eſt cœ K citas hoĩum de cæcitate ẽt gloriantium. Et maior iã erã in ſchola rhetoris, & gaudebã ſuꝑbe, & tumebã typo: q̃q̃ longe ſedatior, dñe tu ſcis, & remotus oĩno ab euerſionibus quas faciebant euerſores. Hoc.n. nomẽ ſæuũ, & diabolicũ, velut inſigne vrbanitatis eſt: inter quos viuebã pudore impudẽti, q̃a talis non erã: & cũ eis erã, & amicitijs eorũ delectabar aliqñ, à quorum ſꝑ factis abhorrebã, hoc eſt, ab euerſionibus q̃bus ꝓterue inſectabant ignotorũ verecundiã, q̃ perturbarent gratis illudendo atq; inde paſcendo maleuolas lætitias ſuas. Nihil eſt illo actu ſimilius actibus dæmoniorũ. Quid itaq; verius q̃ euerſores vocant? Euerſi planè prius ipſi atq; peruerſi, deridentibus eos, & ſeducentibus fallacibus occulte ſpiritibus, in eo ipſo quo alios irridere amant, & fallere.

INter hos ego imbecilla tunc ętate diſcebam libros eloquentiæ, in qua eminere cupiebã fine dãnabili, & ventoſo ꝑ gaudia vanitatis humanæ, & vſitato iã diſcendi ordine peruenerã in librũ quendã cuiuſdã Ciceronis, cuius linguã ferè oẽs mirantur, pectus non ita. Sed liber ille ipſius exhortationẽ continet ad philoſophiã, & vocat Hortenſius. Ille vero liber mutauit affectũ meũ L & ad teipſum dñe, mutauit preces meas, & vota ac deſyderia mea fecit alia. Viluit mihi repente oĩs vana ſpes, & immortalitatẽ ſapientiæ concupiſcebã æſtu cordis incredibili, & ſurgere iã cœperã, vt ad te redirẽ. Non.n. ad acuendam linguam, quod videbar emere maternis mercedibus, cum agerem annũ ætatis vndeuigeſimum, iã defuncto patre ante biennium. Nõ ergo ad acuẽdam linguã referebam illũ librũ, neq; mihi locutionẽ, ſed quod loquebatur perſuaſerat. Qũo ardebam Deus meus, qũo ardebã euolare à terrenis ad te, & neſciebã q̃d ageres mecum. Apud te eſt.n. ſapientia. Amor autem ſapientiæ nomen Græcũ hẽt φιλοσοφίαν, quo me accendebant illæ lr̃æ. Sũt qui ſeducant per philoſophiã, magno & blando, & honeſto noĩe colorantes & fucantes errores ſuos. Et propè oẽs qui ex illis, & ſ̃. tꝑibus tales erant, notantur in eo libro, & demonſtrantur, & manifeſtatur ibi ſalutifera illa admonitio ſpiritus tui per ſeruũ tuũ bonũ, & piũ. Videte ne quis vos decipiat ꝑ philoſophiã, & inanẽ ſeductionem ſm traditionem hominũ, ſm elementa huius mũdi, & non ſm Chriſtum, quia in ipſo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Et ego illo tẽpore, tu ſcis lumẽ cordis mei, qm̃ nondum mihi hæc Apoſtolica nota erãt, hoc tñ ſolo delectabar in illa exhortatione, qđ non illã, aut illã ſectã, ſed ipsã q̃cunq; eſſet ſapientiã, vt diligerẽ, & quęrerem, & aſſequerer, & tenerẽ atq; amplexarer fortiter, excitabar ſermone illo, & accẽdebar, & ardebã: & hoc ſolũ me in tãta flagrantia refringebat, quod nomen Chriſti non erat ibi, qm̃ hoc nomen ſm miſericordiam tuam dñe, hoc nomen ſaluatoris mei filij tui, in ipſo adhuc lacte mr̃is tenerũ cor meũ pie biberat, & alte retinebat, & q̃cq̃d

Hortenſius Ciceronis excitauit illum ad ardorẽ philoſophiæ. Cap.4.

Aduerte qđ ethnicorum lectio librorum, non oĩno inutilis ſit ad ſalutem.

Colo. 2. M

Faſtidijt ſacras literas pp ſimplicitatē ſtyli. Cap. 5.

ſine hoc noīe fuiſſet, q̃uis literatū, & expolitum, & veridicum non me totū rapiebat.

A

ITaq; inſtitui aīum intēdere in ſcripturas ſanctas, vt viderem quales eſſent: Et ecce video rem non cōpertam ſuperbis, neque nudatam pueris, ſed inceſſu humilem, ſucceſſu excelſam, & velatā myſterijs, & non erā ego talis vt intrare in eā poſſem, aut inclinare ceruicē ad eius greſſus. Nō.n. ſicut mō loquor, ita ſenſi cū attendi ad illā ſcripturā, ſed viſa eſt mihi indigna q̃ Tullianæ dignitati cōpararē. Tumor.n. meus refugiebat modū eius, & acies mea nō penetrabat interiora eius. Veruntn̄ illa erat, q̄ creſceret cū paruulis, ſed ego dedignabar eſſe paruulus, & turgidus faſtu mihi grandis videbar.

A Manichæis qūo captus. Cap. 6.

Sic, et nō diſsimilia ſunt verba modernorū hæreticorū.

INcidi itaq; in hoīes ſuperbe delirantes, & carnales nimis & loquaces, in quorū ore laquei diaboli, & viſcū confectum cōmixtione ſyllabarum noīs tui, & dn̄i Ieſu Chriſti, & paracleti conſolatoris (nr̄i) ſpirituſſancti. Hæc. n. oīa non recedebant de ore eorū, ſonotenus, & ſtrepitu linguæ, cæterum cor inane veri. Et dicebant veritas & veritas, & multi eam dicebant mihi, & nuſquā erat in eis, ſed falſa loquebantur, nō de te tm̄, qui vere veritas es, ſed ēt de iſtius elementis huius mundi creaturis tuis, de q̄bus ēt vera dicentes philoſophos tranſgredi debui prę amore tuo, mi pr̄ ſumme bone, pulchritudo pulchrorum omnium. O veritas,

B

(veritas) q̃ intime ēt tunc medullæ aī mei ſuſpirabant tibi, cum te illi ſonarent mihi frequenter, & multipliciter voce ſola, & libris multis & ingentibus. Et illa erant fercula in quibus mihi eſurienti te, inferebant̄ p te, ſol & luna pulchra opera tua, ſed tn̄ opera tua, non tu, nec ipſa prima. Priora.n. ſpiritalia opera tua, q̃ iſta corporea, q̃uis lucida, & cęleſtia. At ego nec priora illa, ſed teipſum, te veritas, in qua nō eſt cōmutatio, nec momenti obū̃bratio, eſuriebā & ſitiebā, & apponebāt̄ adhuc mihi in illis ferculis phantaſmata ſplendida, q̄bus iā melius erat amare iſtū ſolē, ſaltē iſtis oculis verū, q̃ illa falſa animo decepto per oculos: Et tn̄ quia te putabā, manducabā, non auide quidem, q̄a nec ſapiebas in ore meo ſicuti es: neque.n. tu eras figmenta illa inania, nec nutriebar eis, ſed exhauriebar magis. Cibus.n. in ſomnis ſimillimus eſt cibis vigilantium, quo tn̄ dormientes non alunt̄, dormiunt.n. At illa nec ſimilia erant vllo mō tibi, ſicut nunc mihi locutus es: q̄a illa erāt corporalia phantaſmata, falſa corpora, quibus certiora ſunt vera corpora iſta, q̄ videmus viſu carneo, ſiue cœleſtia, ſiue terreſtria: cū pecudibus & volatilibus videmus hæc, & certiora ſunt q̃ cū imaginamur ea. Et rurſ⁹ certi⁹ imaginamur ea, q̃ ex eis ſuſpicamur alia grandiora, & infinita, q̄ omnino nulla ſunt: qualibus ego tunc paſcebar inanibus, & non paſcebar. At tu amor meus in quem deficio vt fortis ſim, nec iſta corpora es, q̄ videmus, q̃q̃ de cœlo, nec ea (es,) quæ non videmus ibi: quia tu iſta condidiſti, nec in ſummis tuis conditionibus habes. Quanto ergo longe eſt à phantaſmatibus illis meis, phantaſmatibus corporum, q̄ omnino nō ſunt: quibus certiores ſunt phantaſię corporum eorū, q̄ ſunt, & eis certiora corpora, q̄ tn̄ non es: ſed nec anima es, quę vita eſt corporum, iō melior vita corporum, certiorque q̃ corpora. Sed tu vita es aīarū, vita vitarum viuens teipſa, & nō mutaris vita aīæ meæ. Vbi ergo mihi tunc eras, & q̃ longe? Et longe peregrinabar abs te excluſus, & à ſiliquis porcorū, quos de ſiliquis paſcebā. Quanto.n. meliores grāmaticorū, & poetarū fabellæ q̃ illa decipula? Nā verſus & carmen, & Medea volans, vtiliores certe q̃ q̄nque elementa varię fucata, p p quinq; antra tenebrarū: q̄ omnino nulla ſunt, & occidūt credentem. Nā verſus & carmen ēt ad vera elementa transfero. Volantem aūt Medeā, & ſi cantabam, non aſſerebā: ſi cātari audiebam, non credebā: illa aūt credidi. Væ væ q̄bus gradibus deductus ſum in profunda inferi? q̄ppe laborans & æſtuans inopia veri, cū te (q̄rebam) Deus meus (tibi.n. confiteor q̄ me miſeratus es, & nondū confitentem,) cū te non ſecundū intellectū mentis, quo me p̄ſtare voluiſti beluis, ſed ſ̄m ſensū carnis quærerem: tu āt eras interior intimo meo, & ſuperior ſummo meo: offendi in illam mulierem audacem, inopem prudentiæ, ænigma Salomonis, ſedentem ſuper ſellam in foribus, & dicētem: Panes occultos libenter edite, & aquam dulcem furtiuā bibite. Quæ me ſeduxit, quia inuenit foris habitātem in oculo carnis meę, & talia ruminantē apud me, qualia per illam voraſſem.

Iacobi. 1.

I

P

Neſciebam

NEsciebã.n.aliud vere qđ eſt,& quaſi acutule mouebar, vt ſuffragarer ſtultis deceptoribus, cũ à me q̃rerẽt, vñ malũ, & vtrũ forma corporea Deꝰ finiret, & hr̃et capillos &vngues,&vtrũ iuſti exiſtimãdi eẽnt q hẽrent vxores multas ſimul, & occiderẽt hoĩes,& ſacrificarẽt de aĩalibus. Quibus rebus ignarus ꝑturbabar: & recedẽs à veritate,ire in eã mihi videbar, qa non nouerã malũ non eẽ niſi priuationẽ boni vſque ad qđ oĩno nõ eſt. Qđ vñ viderẽ, cuius videre vſq; ad corpꝰ erat oculis,& aĩo vſq: ad phãtaſma. Et non nouerã Deũ eſſe ſpiritũ, cui nõ mẽbra eſſent ꝑ longũ & latũ, nec cui eẽ moles eſſet: qa moles in parte minor eſt, q̃ in toto ſuo,& ſi infinita ſit, minor eſt in aliqua parte certo ſpatio definita, q̃ ꝑ infinitũ, & non eſt tota vbiq;, ſicut ſpũs, ſicut Deus. Et quid in nobis eſſet, ſm̃ qđ eſſemus ſimiles Deo,& rectè in ſcripturis diceremur ad imaginẽ Dei prorſus ignorabã. Et non nouerã iuſtitiã verã interiorẽ, nõ ex cõſuetudine iudicãtẽ, ſed ex lege iuſtiſsima Dei omnipotentis, qua formarent mores regionũ & dierũ pro regionibus & diebus, cũ ipſa vbiq; ac ſꝑ eẽt, non alibi alia, nec alias aliter, ſm̃ q̃ iuſti eſſent Abrahã & Iſaac & Iacob & Moyſes & Dauid, & illi oẽs laudati ore Dei, ſed eos ab imperitis iudicari iniquos, iudicantibus ex humano die, & vniuerſos mores humani gñis ex parte moris ſui metiẽtibus: tanq̃ ſi qs neſcius in armamẽtis, qd cuiq; mẽbro accõmodatũ ſit, ocrea velit caput cõtegi, & galea calciari, & murmuret qđ non apte ꝯueniat: aut in vno die indicto à pomeridianis horis inſtituto, qsq̃ ſtomachet nõ ſibi cõcedi qd venale ꝓponere, qa mane conceſſum eſt: aut in vna domo videat aliqd tractari manibus, à quo q̃ ſeruo, qđ facere nõ ſinat q pocula miniſtrat, aut aliqd poſt p̃ſepia fieri, qđ añ menſam ꝓhibeat, & indignet, cũ ſit vnũ habitaculũ & vna familia, nõ vbiq; atq; oĩbꝰ idẽ tribui. Sunt iſti qui indignant, cũ audierint illo ſeculo licuiſſe iuſtis aliqd, qđ iſto nõ licet iuſtis: & qa illis aliud p̃cepit Deus, iſtis aliud ꝓ tꝑalibus cauſis, cũ eidẽ iuſtitię vtrique ſeruierint, cũ in vno hoĩe, & ĩ vno die, & in vnis ædibus videãt aliud alij mẽbro cõgruere, & aliud iã dudũ licuiſſe, & poſt horã nõ licere, qddã ĩ illo angulo ꝓmitti, aut iuberi qđ in iſto iuſte vetet & vindicet. Nũquid iuſtitia varia eſt & mutabilis? Sed tꝑa quibus p̃ſidet, non pariter eunt, tꝑa.n.ſunt. Hoĩes aũt quorũ vita ſuꝑ terrã breuis eſt, qa ſenſu non valent cãs contexere ſeculorũ priorũ, aliarumq; gentiũ quas experti non ſunt, cũ his quas exꝑti ſunt, in vno aũt corpore vel die, vel domo, facile pñt videre, qd cui mẽbro, qbus momentis, qbus partibus pſonisve congruat, in illis offendũtur, his ſeruiunt. Hæc ego tunc neſciebã, & nõ aduertebã, & feriebant vndiq; iſta oculos meos, & nõ videbã. Et cantabã carmina, & non mihi licebat ponere pedẽ quẽlibet vbilibet, ſed in alio atq; alio metro, aliter, & in vno aliquo verſu, non oĩbus locis eundem pedem. Et ars ipſa qua canebam, non habebat aliud alibi, ſed oĩa ſimul. Et non intuebar iuſtitiã cui ſeruirent boni & ſancti homines, longe excellẽtius atq; ſublimius hr̃e ſimul oĩa q̃ p̃cepit, & nulla ex parte variari, & tñ varijs tꝑibus non oĩa ſimul, ſed ꝓpria diſtribuentẽ ac p̃cipientẽ. Et rep̃hendebã ſecus pios patres, nõ ſolũ ſicut Deus iuberet, atq; inſpiraret vtẽtes pñtibus verum quoq; ſicut Deus reuelaret futura prænunciantes.

Flagitia quæ q̃uo puniẽda. Cap. 8.

NVnquid aliqñ aut alicui iniuſtum eſt diligere Deũ ex toto corde, ex tota anima, ex tota mẽte, & diligere proximũ tanquam ſeipſum? Itaq: flagitia quæ ſunt cõtra naturã, vbiq; ac ſemꝑ deteſtanda atque puniẽda ſunt, qualia Sodomitarũ fuerũt. Quæ ſi omnes gentes facerẽt, eodẽ criminis reatu diuina lege terent, q̃ non ſic fecit homines, vt ſe vllo vterentur modo. Violatur qꝑpe ipſa ſocietas, q̃ cũ Deo nobis eſſe debet, cum eadẽ natura cuius ille author eſt, libidinis peruerſitate polluitur. Quæ autem cõtra mores hominum ſunt flagitia, pro morum diuerſitate vitanda ſunt, vt pactum inter ſe ciuitatis, aut gentis conſuetudine, vel lege firmatum, nulla ciuis, aut peregrini libidine violetur. Turpis enim omnis pars eſt ſuo vniuerſo nõ congruens. Cum aũt Deus aliquid contra morem, aut pactum quorũlibet iubet, & ſi nunquam ibi factũ eſt, faciẽdum eſt: & ſi omiſſum, inſtaurandum eſt, & ſi inſtitutum non erat, inſtituendum eſt. Si enim regi licet in ciuitate cui regnat iubere aliquid, quod neq; ante illũ quiſquam, nec ipſe vnquam iuſſerat, & non cõtra ſocieta-

Deut. 6. Mat. 22. 33. q. 7. c. Flagi. Gen. 19. Diſt. 8. cap. quæ contra.

tẽ ciuitatis eius obtẽperat, imò ꝯ ſocietatẽ
I non obtẽperat. Gñale quippe pactũ eſt ſocietatis humanæ, obedire regibus ſuis: q̃to magis Deo regnatori vniuerſæ creaturæ ſuæ, ad ea q̃ iuſſerit, ſine dubitatione ſeruiẽdũ eſt. Sicut.n.in ptãtibus ſocietatis humanæ, maior ptãs minori ad obediendũ ꝑponit, ita Deus omnib⁹. Itẽ in facinoribus, vbi libido eſt nocendi, ſiue ꝑ contumeliã, ſiue ꝑ iniuriã: & vtrũq; vel vlciſcendi cã, ſicut inimico inimic⁹: vel adipiſcẽdi alicuius ex̃ cõmodi, ſicut latro viatori: vel euitandi mali, ſicut ei q timet: vel inuidendo, ſicut fœliciori miſerior, aut in aliquo ꝓſperatus, ei quẽ ſibi æquari timet, aut æqualẽ dolet: vel ſola voluptate alieni mali, ſicut ſpectatores gladiatorũ, aut irriſores, aut illuſores quorũlibet. Hæc ſunt capita iniqtatis, q̃ pullulãt principãdi & ſpectandi & ſentiendi libidine, aut vna, aut duabus earũ, aut ſimul oĩb⁹.
Exo. 20. Et uiuit male aduerſus tria & ſeptẽ, pſalte-
Pſal. 32. riũ decẽ chordarũ decalogũ tuũ, De⁹ altiſſime, & dulciſſime. Sed q̃ flagitia in te q nõ corrũperis? Aut q̃ aduerſus te facinora, cui noceri nõ p̃t? Sed hoc vindicas qđ in ſe homines ꝑpetrant, qa ẽt cũ in te peccant impie faciũt in aĩas ſuas: & mentit iniquitas ſi-
K bi, ſiue corrũpendo aut ꝑuertendo naturã
Pſal. 26. ſuã, q̃ tu feciſti & ordinaſti: vel immoderate vtendo, cõceſſit rebus, uel in non cõceſſa flagrando in eũ uſum q eſt ꝯ naturã: aut
Rom. 1. rei tenent, aĩo & uerbis ſæuientes aduerſus
Acto. 9. te, & aduerſus ſtimulũ calcitrãtes: aut cũ diſruptis limitibus humanæ ſocietatis, lætant audaces priuatis cõciliationibus aut direptionibus, ꝓut qſq; delectauerit aut offenderit. Et ea fiunt cũ tu (dñe) derelinqueris fons uitæ, q es unus, & uerus creator, & rector uniuerſitatis, & priuata ſuꝑbia diligit in parte vnũ ſalſum. Itaq; pietate humili redit in te, & purgas nos à cõſuetudine mala, & ꝓpitius es peccatis confitentiũ, & exaudis gemit⁹ cõpeditorũ, & ſoluis à uinculis,
Pſ. 101. q̃ nobis fecimus, ſi iã non erigamus aduerſus te cornua falſæ libertatis, auaritia plus hñdi, & dãno totũ amittẽdi, amplius amãdo proprium nr̃m, q̃ te omnium bonum.

Diſcrimẽ inter peccata, & inter Dei SEd inter flagitia & facinora, & tã multas iniquitates, peccata ꝓficientiũ, q̃ a bene iudicãtibus, & uituperant ex regula ꝑfectionis, & laudant ſpe frugis, ſicut herba ſegetis. Et ſunt q̃dã ſimilia uel flagitio uel facinori, & non ſunt peccata, qa nec te offendunt dñm Deũ nr̃m, nec ſociale cõſortiũ: cũ concilianr aliqua in uſum uitæ congrue tꝑi, & incertũ eſt an libidine hñdi, aut puniunt corrigendi ſtudio ptãte ordinata, & incertũ eſt an libidine nocẽdi. Multa itaq; facta, q̃ hoĩbus improbanda uiderent, teſtimonio tuo approbata ſunt, & multa laudata ab hoĩbus, te teſte dãnant, cũ ſæpe ſe aliter hñt ſpẽs facti, & aliter facientis aĩus, atque articulus occulti tꝑis. Cũ uerò tu aliqd repente inuſitatũ, & imꝓuiſum imperas, ẽt ſi hoc aliqñ uetuiſti, quãuis cãm imperij tui pro tꝑe occultes, & q̃uis ꝯ pactũ ſit aliquorũ hominũ ſocietatis, qs dubitat eſſe faciendũ, qñ ea iuſta eſt ſocietas hominum, quæ ſeruit tibi? Sed beati qui te imperaſſe ſciũt. Fiunt enim omnia à ſeruientibus tibi, uel ad exhibendum, quod ad præſens opus eſt, uel ad futura prænuncianda.

HAec ergo neſciens, irridebã illos ſctõs ſeruos, & ꝓphetas tuos. Et quid agebã cũ irridebã eos, niſi ut irriderer abs te, ſenſim atq; paulatim ꝑductus ad eas nugas ut crederẽ ficũ plorare cũ decerpit, & matrẽ eius arborẽ lachrymis lacteis? Quã tñ ſi cũ ſi comediſſet aliquis ſanctus, alieno ſanè non ſuo ſcelere decerptã, miſceret uiſceribus, & anhelaret de illa angelos, imò uerò particulas Dei gemendo in orõne atq; ructando, q̃ particulæ ſummi, & ueri Dei ligatæ fuiſſent in illo pomo, niſi electi ſancti dente ac uentre ſoluerent. Et credidi miſer magis eſſe mĩam præſtandam fructibus terræ, quàm hominibus propter quos naſcerentur. Siquis.n.eſuriens peteret, qui Manichæus non eſſet, quaſi capitali ſupplicio dãnanda buccella uideretur ſi ei daretur.

ET miſiſti manum tuam ex alto, & de hac profunda caligine eruiſti animam meã, cũ pro me ploraret ad te mater mea fidelis tua, amplius quàm flent matres corporea funera. Videbat.n. illa mortẽ meam ex fide & ſpiritu, quẽ ex te habebat, & exaudiſti eã dñe. Exaudiſti eam, nec deſpexiſti lachrymas eius, cum profluentes rigarent terrã ſub oculis eius, in omni loco orõnis eius, & exaudiſti eam. Nam unde illud ſom- A
niũ quo eã cõſolatus es, ut uiuere me ſecũ crederet, & habere ſecum eandẽ mẽſam in

domo,

domo,quod nolle cœperat auerſans & de-
teſtans blaſphemias erroris mei?Vidit.n.ſtã
tem ſe in quadam regula lignea, & aduenië
të ad ſe iuuenẽ ſplendidũ,hilarem atq; arri
dentẽ ſibi,cum illa eſſet mȩrens,& mȩrore
confecta. Qui cũ cauſas quæſiſſet ab ea mȩ
ſtitiæ ſuæ, quotidianarumq; lachrymarũ,
docendi vt aſſolet non diſcendi gratia,atq;
illa rñdiſſet perditionẽ meam ſe plangere,
iusſiſſe illũ quo ſecura eſſet,atq; admonuiſ
ſe vt attenderet & videret vbi eſſet illa, ibi
8. eſſe & me.Quod illa vbi attendit, vidit me
iuxta ſe in eadem regula ſtãtẽ. Vñ hoc,niſi
quia erãt aures tuæ ad cor eius? O tu bone
oĩpotens, qui ſic curas vnumquenq; nr̃m
tanq̃ ſolum cures, & ſic oẽs tanq̃ ſingulos.
Vnde illud ẽt, ꝙ cum mihi narraſſet ipſum
viſum,& ego ad id trahere conarer, vt illa
ſe potius nõ deſperaret futuram eſſe quod
eram,continuo ſine aliqua hæſitatione, nõ
inquit,non.n.mihi dictũ eſt, vbi ille,ibi, &
tu, ſed vbi tu, ibi & ille. Confiteor tibi dñe
recordationem meã q̃tum recolo, ꝙ ſæpe
non tacui,amplius me iſto ꝑ matrem vigi-
lantem rñſo tuo, quod tam vicina interpre
tationis falſitate turbata non eſt, & tã cito
vidit qđ videndum fuit,qđ ego certe ante-
quam dixiſſet non videram, ẽt tum cõmo-
tum fuiſſe q̃ ipſo ſomnio,quo fȩminæ piæ
gaudium tanto poſt futurũ, ad conſolatio-
nem tunc pñtis ſolicitudinis,tanto añ prȩ-
dictum eſt. Nam nouem ferme anni ſecuti
ſunt,quibꝰ ego in illo limo profundi ac te-
nebris falſitatis,cum ſæpe ſurgere conarer,
& grauius alliderer,volutatus ſum, cũ tñ il
la vidua caſta, pia, & ſobria, quales amas,
iã quidẽ ſpe alacrior, ſed fletu, & gemitu
non ſegnior,non deſineret horis oĩbus ora
tionũ ſuarũ de me plãgere ad te,& intrabãt
in cõſpectũ tuũ preces eius,& me tñ dimit
tebas adhuc volui, & ĩuolui ĩ illa caligine.

ET dediſti alterũ rñſum interim qđ re-
colo.Nam,& multa ꝑtereo, ꝑꝑ quod
propero ad ea, q̃ me magis vrgent cõfiteri
tibi,& multa nõ memini. Dediſti ergo alte
C rũ ꝑ ſacerdotẽ tuũ, quendã epm̃ nutritũ in
Eccleſia,& exercitatũ in libris tuis. Quẽ cũ
illa fœmina rogaſſet,vt dignaretur mecum
colloqui,& refellere errores meos, & de-
docere me mala,ac docere bona,(faciebat
enim hoc, ſi quos forte idoneos ĩueniſſet,)
noluit ille, prudenter ſanè, q̃tum ſenſi po-
ſtea. Rñdit.n.me adhuc eſſe indocilẽ, eo ꝙ
inflatus eſſem nouitate hȩreſis illius,& nõ-
nullis q̃ſtiunculis iã multos imperitos exa-
gitaſſem, ſicut illa indicauerat ei. Sed ſine,
inq̃t,illum ibi,& tm̃ roga pro eo dñm,ipſe
legendo reperiet, quis ille ſit error, & q̃ta
impietas. Simul ẽt narrauit ſe quoq; paruu
lum à ſeducta matre ſua datum fuiſſe Mani
chæis,& oẽs penè non legiſſe tm̃, verumẽt
ſcriptitaſſe libros eorum,ſibiq; apparuiſſe
nullo ꝯ diſputante & conuincente, q̃ eſſet
illa ſecta fugienda,itaq; fugiſſe. Quæ cum
ille dixiſſet,atq; illa nollet acquieſcere,ſed
inſtaret,magis deprecando, & vbertim flẽ-
do vt me videret,& mecum diſſereret, ille
iã ſubſtomachãs tædio, vade, inquit.à me,
ita viuas:fieri.n.non poteſt vt filius iſtarum
lachrymarum pereat. Quod illa ita ſe acce
piſſe inter colloquia ſua mecum ſæpe re-
cordabatur,ac ſi de cœlo ſonuiſſet.

D. AVRELII AVGVSTINI D
CONFESSIONVM
Liber Quartus.

ER idem tp̃s annorũ nouẽ, *Quandiu & q̃uo alios ſe duxerit. c.1*
ab vndeuiceſimo anno ȩtatis
meæ, vſque ad duodetriceſi-
mum ſeducebamur, & ſedu-
cebamus, falſi atq; fallẽtes in
varijs cupiditatibus, & palã per doctrinas
quas liberales vocant,occulte aut falſo no-
mine religionis,hic ſuperbi,ibi ſuꝑſtitioſi,
vbiq; vani ac popularis gloriæ ſectãtes ina
nitatẽ, vſq; ad theatricos plauſus & conten
tioſa certamina, & agonẽ coronarũ fȩnea-
rũ,& ſpectaculorũ nugas, & intemperãtiã
libidinũ.Illac aũt purgari nos ab iſtis ſordi
bus expetentes cũ eis qui appellant̃ electi,
& ſancti,afferrebamus eſcas, de quibus no
bis in officina aqualiculi ſui fabricarent an
gelos,& Deos, ꝑ quos liberaremur: & ſe-
ctabar iſta atq; faciebã cũ amicis meis, per
me ac mecũ deceptis. Irrideãt me arrogan E
tes, & nõdũ ſalubriter proſtrati & eliſi à te
Deꝰ meꝰ.ego tñ cõfitear tibi dedecora mea
ĩ laude tua.Sine me obſecro, & da mihi cir
cũire pñti memoria ꝑteriros circũitus er-
roris mei, & ĩmolare tibi hoſtiã iubilatio- *Pſ.26*
nis.

nis.Quid.n.sũ ego mihi ſine te, niſi dux in
p̄ceps? Aut q̄d sũ cũ mihi bñ eſt, niſi ſugẽs
lac tuum, aut fruens te cibo qui non corrũ
pitur?Et quis homo eſt quilibet homo, cũ
ſit hõ? Sed irrideant nos fortes & potentes,
nos aũt infirmi,& inopes confiteamur tibi.

Rhetoricã docet, & aruſpicẽ qui victoriam promittebat contẽnit. Cap.2

DOcebã in illis annis artẽ rhetoricã, &
victorioſam loquacitatẽ victus cupi
ditate vendebã.Malebam tñ dñe,tu ſcis, bo
nos hr̃e diſcipulos,ſicut appellantur boni,
& eos ſine dolo docebã dolos,in qb⁹ ꝯ ca-
put innocentis agerent,ſed aliqñ pro capi-
te nocentis.Et tu Deus vidiſti de lõginquo
lapſantẽ in lubrico, & in multo fumo ſcin
tillantẽ fidem meã quã exhibebã ĩ illo ma-
giſterio diligentibus vanitatẽ, & quærenti-
bus mendacium, ſocius eorũ. In illis annis
vnã habebã,non eo q̄d legitimũ vocat cõ-
iugio cognitã,ſed q̄ indagauerat vagus ar-
dor inops prudentiæ,ſed vnã tñ,ei quoque
ſeruãs thori fidẽ, in qua ſanè experirer exẽ
F plo meo,quid diſtaret inter coniugalis pla-
citi modũ,q̄d fęderatũ eſſet gñandi gratia,
& pactũ libidinoſi amoris vbi proles etiã ꝯ
votum naſcitur,q̃uis iam nata cogat ſe dili
gi. Recolo ẽt cum mihi theatrici carminis
certamen inire placuiſſet,mãdaſſe mihi ne
ſcio quẽ aruſpicem,quid ei dare mercedis
vellem,vt vincerem: me aũt fęda illa ſacr̃a
deteſtatum,& abominatum rñdiſſe, nec ſi
corona illa eſſet immortaliter aurea, mu-
ſcam pro victoria mea necari ſinerem.Ne-
caturus.n.erat ille in ſacrificijs ſuis animan
tia,& illis honoribus inuitaturus mihi ſuf-
fragatura dęmonia videbatur.Sed hoc quo
que malum non ex tua charitate repudiaui
Pſal. 72. Deus cor mei.Non.n.amare te nouerã,qui
Oſee. 12. niſi fulgores corporeos cogitare nõ noue-
ram. Talibus.n. figmentis ſuſpirans anima,
nonne fornicar̃ abs te,& fidit in falſis,& pa
ſcit ventos? Sed videlicet ſacrificari ꝓ me
nollem dæmonibus, quibus me illa ſuper-
ſtitione ipſe ſacrificabam.Quid eſt.n.aliud
ventos paſcere, quã ipſos paſcere:hoc eſt,
errando eis eſſe voluptati,atque deriſui?

G

26. q. 2. c. illos planeterios. Aſtrologiæ deditus, a ſene

IDeoq; illos planetarios,quos mathema-
ticos vocant plane conſulere non deſiſte
bam,ꝙ quaſi nullum eis eſſet ſacrificiũ, &
nullæ preces ad aliquem ſpiritum ob diui
nationẽ dirigerent, q̄d tñ Chriſtiana & ve
ra pietas conſequenter repellit,& damnat.
Bonum eſt.n.cõfiteri tibi dñe,& dicere,Mi
ſerere mei,cura aĩam meam qm̃ peccaui ti
bi.Neq; ad licentiam peccandi abuti indul
gentia tua,ſed meminiſſe dñicæ vocis: Ec-
ce ſanus factus es,iam noli peccare, ne q̄d
tibi deterius contingat. Quam totã illi ſalu
britatẽ interficere conanr̃,cum dñt:De cę-
lo tibi eſt ineuitabilis cã peccandi,& Ven⁹
hoc fecit,aut Saturnus,aut Mars:ſ.vt homo
ſine culpa ſua ſit, caro & ſanguis & ſupba
putredo: culpandus ſit aũt cœli ac ſyderũ
creator,& ordinator. Et q̄s eſt hic niſi De⁹
nr̃,ſuauitas,& origo iuſtitię,qui reddis vni
cuiq; ſ̃m opera eius,& cor contritũ, & hu
miliatũ non ſpernis? Erat eo t̄pe vix ſagax,
medicinę artis peritisſimus,atq; in ea nobi
lisſimus,qui pro conſule manu ſua coronã
illã agoniſticã impoſuerat non ſano capiti
meo, ſed non vt medicus. Nã illius morbi
tu ſanator, qui reſiſtis ſuperbis, humilibus
aũt das gratiam. Nunquid tñ ẽt ꝑ illũ ſenẽ
defuiſti mihi,aut deſtitiſti mederi aĩę meę?
Quia.n.factus ei eram familiarior, & eius
ſermonibus,erant.n.ſine verborũ cultu,vi-
uacitate ſñĩarũ iocundi,&graues,asſiduus,
& fixus inhærebã, vbi cognouit ex collo-
qũio meo libris genethalicorũ eſſe me de-
ditũ,benigne ac paterne me monuit,vt eos
abijcerẽ,neq; curã, & operã rebus vtilibus
neceſſariã,vanitati fruſtra ĩpenderẽ: dicens
ita ſe illã didiciſſe, vt victus eius profesſio-
nẽ primis annis ætatis ſuę deferr̃ voluiſſet,
qua vitã degeret,&ſi Hippocratẽ intellexiſ
ſet,& illas vtiq; lr̃as potuiſſet intelligere:&
tñ nõ ob aliã cãm ſe poſtea illis relictis me
dicinã aſſecutũ,niſi, q̄d eas falſisſimas com
periſſet,& nollet vir grauis decipiendis ho
minibus victũ quærere.At tu,inquit,quo te
in hoĩbus ſuſtentans rhetoricã tenes, hanc
aũt fallaciam libero ſtudio,non neceſſitate
rei familiaris ſectaris: quo magis mihi te
oportet de illa credere, qui eã tam ꝑfecte
diſcere elaboraui, q̄ ex ea ſola viuere vo-
lui. A quo ergo cũ q̄ſiſſem qua ex cã hoc
fieret,vt multa inde vera pronunciarentur: I
Rñdit ille, vt potuit, vim ſortis hoc facere
in rerũ natura vſquequaq; diffuſam.Si.n.de
paginis poetæ cuiuſpiã longe aliud canen-
tis,atq; intendentis, cũ ſorte quis cõſuluit,
mirabiliter conſonus negocio ſæpe verſus
exiret,mirandum non eſſe dicebat, ſi ex aĩa

humana

humana ſuꝑiore aliquo inſtinctu neſciente quid in ſe fieret, non arte, ſed ſorte ſonaret aliqd qđ interrogãtis rebus factisq; conci neret. Et hoc quidẽ ab illo vel per illũ ꝓcu raſti mihi, & qd ipſe poſtea ꝑ meipſum q́rerem in memoria mea delineaſti. Tunc ãt nec ipſe, nec charisſimus meus Nebridius adoleſcẽs vãlde bonus & valde cautus, irridens totũ illud diuinationis genus, ꝑſuadere mihi potuerũt vt hæc abijcerẽ, qm̃ me amplius ipſorũ authorũ mouebat authoritas, & nullũ certũ quale quærebã documentum adhuc inuenerã, quo mihi ſine ambiguitate appareret, q̃ ab eis cõſultis vera dicerent, ſorte nõ arte ĩſpectorũ ſyderũ dici.

K IN illis annis quo primo tꝑe in municipio quo natus ſum, docere cęperã, comparauerã amicũ ſocietate ſtudiorum nimis charũ, coæuũ mihi & cõflorentẽ flore adoleſcentiæ. Mecũ puer creuerat, & pariter in ſcholã ieramus, pariterque luſeramus. Sed nondũ erat ſic amicus, q̃q̃ ne tunc quidem ſicuti eſt vera amicitia, qa non eſt vera, niſi cũ eã tu agglutinas inter inhærẽtes tibi charitate diffuſa in cordibus noſtris per ſpiritũ ſanctum, qui datus eſt nobis. Sed tñ dulcis erat nimis cocta feruore pariliũ ſtudiorũ. Nam (&) à fide vera, q̃ etſi germanit⁹ & penitus adoleſcens tenebat, deflexerã eũ in ſuperſtitioſas fabellas & ꝑnicioſas, ꝓꝑ quas me plangebat mr̃. Mecũ iam errabat in animo hõ ille, & nõ poterat aĩa mea ſine illo. Et ecce tu imminens dorſo fugitiuorũ tuorum, De⁹ vltionũ, & fons miſericordiarũ, ſimulq́; conuertens nos ad te miris modis: ecce abſtuliſti hoĩem de hac vita, cum vix annum expleuiſſet in amicitia mea, ſuauis mihi ſuper oẽs ſuauitates illius vitæ meæ. Quis laudes tuas enumerat vnus, in ſe vno quas expertus eſt? Quid tunc feciſti Deus meus, & q̃ inueſtigabilis abyſſus iudiciorũ tuorũ? Cum.n.laboraret ille febrib⁹, iacuit

L diu ſine ſenſu in ſudore letali. Et cũ deſperaretur, baptizatus eſt neſciens, me non curãte, & ꝑ̃ſumente id retinere potius aĩam ei⁹ qđ à me acceperat, non qđ in neſciẽtis corpore fiebat. Longe aũt aliter erat nã recreatus eſt & ſaluus factus. Statimq́; vt primum cũ eo loqui potui, potui aũt mox vt ille potuit, qm̃ non diſcedebam, & nimis pẽdebamus ex inuicẽ, tentaui apud illud irridere, tanq̃ & illo irriſuro mecũ baptiſmũ, quem acceperat mente, atq; ſenſu abſentisſimus, ſed tñ ſe iam accepiſſe didicerat. At ille ita me exhorruit vt inimicũ, admonuitq́; mirabili & repentina libertate, vt ſi amicus eſſe vellẽ, talia ſibi dicere deſinerem. Ego ãt ſtupefactus atq; turbatus, diſtuli omnes mot⁹ meos, vt conualeſceret prius, eſſetque idoneus viribus valetudinis cũ quo agere poſſem qđ vellem. Sed ille abreptus dementię meæ, vt apud te ſeruaret cõſolationi meæ, poſt paucos dies me abſente repetit febribus & defungit. Quo dolore contenebratũ eſt cor meũ, & qcqd aſpiciebã mors erat.

Et erat mihi patria ſuppliciũ, & paterna do M
mus mira infœlicitas, & quicquid cũ illo cõicauerã, ſine illo ĩ cruciatũ immanẽ vertebatur. Expetebant eum vndiq; oculi mei, & non dabatur mihi, & oderam oĩa; quia non hñt eum. Nec mihi iam dicere poterant. Ecce veniet, ſicut cũ viueret, qñ absẽs
erat. Et factus eram ipſe mihi magna qõ, & *Pſ.41*
interrogabam animam meam, quare triſtis eſſet, & quare cõturbaret me valde, & nihil nouerat rñdere mihi. Et ſi dicebam: Spera in Deo, iuſte non obtemperabat, qa verior erat, & melior homo quem charisſimum amiſerat, quàm phantaſma in quod ſperare iubebatur. Solus fletus erat dulcis mihi, & ſucceſſerat amico in delitijs animi mei.

ET nunc dñe iam illa tranſierunt, & tẽpore lenitum eſt vulnus meũ. Poſſem ne audire abs te qui veritas es, & admouere aurem cordis mei ori tuo, vt dicas mihi, cur fletus dulcis ſit miſeris? An tu q̃uis vbique adſis, longe abiecisti à te miſeriam noſtrã? Et tu in te manes, nos ãt in experimẽtis voluimur, & tñ niſi ad aures tuas ploraremus, nihil reſidui de ſpe nr̃a fieret. Vñ igit̃ ſuauis fructus de amaritudine vitæ carpit̃,

Lachrymæ ĩ precibus, & dolore rei charæ amiſſæ. c.5

gemere & flere & ſuſpirare & cõqueri? An A
hoc tibi dulce eſt qđ ſperam⁹ exaudire te? Recte iſtud in ꝑ̃cibus, quia deſiderium perueniendi hñt. Nunqd in dolore amiſſæ rei, & luctu quo tunc operiebar? Neq;.n.ſperabam reuiuiſcere illum, aut hoc petebam lachrymis, ſed tantũ dolebam & flebam. Miſer eram enim, & amiſeram gaudiũ meum. An, & fletus res amara eſt (&) præ faſtidio rerum, quibus prius fruebamur, & tunc dum ab eis abhorremus, delectat?

Explicat magnũ affectũ, quo diligebat amicum. Cap.6

QVid aũt ista loquor? Non.n.tp̃s q̄rẽdi nunc est, sed confitendi tibi. Miser enim erã, & miser est omnis animus vinct⁹ amicitia rerũ mortaliũ, & dilaniat̃ cũ eas amittit, & tũc sentit miseriã, qua miser est, & anteq̃ amittat eas. Sic.n.ego erã illo tp̃e, & flebã amarissime, & requiescebã in amaritudine. Ita miser erã, & habebã chariorẽ illo amico meo uitã ipsã miserã. Nã q̃uis eã mutare uellem, nollẽ tñ amittere magis q̃ illũ. Et nescio an uellẽ, uel pro illo, sicut de Oreste & Pylade tradit̃, si non fingitur, q uellẽt pro inuicẽ uel simul mori, q̃a morte peius erat non simul uiuere. Sed in me ne-

B

scio q̃s affectus nimis hũic ɔ̄rius ort⁹ erat, & tædiũ uiuendi erat in me grauissimũ, & moriẽdi metus. Credo quo magis illũ amabam, hoc magis mortẽ q̃ mihi eum abstulerat tanq̃ atrocissimam inimicã oderã, & timebã, & eã repente cõsumpturam oẽs homines putabam, quia illum potuit. Sic erã omnino, memini. Ecce cor meũ De⁹ me⁹, ecce intus vide quia memini, spes mea qui me mundas à taliũ affectionũ immunditia, dirigens oculos meos ad te, & euellẽs de la-

Ps. 124.

queo pedes meos. Mirabar.n.cæteros mortales uiuere, quia ille, quem quasi non moriturũ dilexerã, mortuus erat, & me magis, q̃a ille alter erã, uiuere illo mortuo mirabar. Bñ q̃dã dixit de amico suo, dimidium

Horatius de Virgilio nauigante: Et seruus animæ dimidium meæ.

aĩæ meæ. Nã ego sensi aĩam meã & aĩam illius unã fuisse aĩam in duobus corporibus, & iõ mihi horrori erat uita, q̃a nolebam dimidi⁹ uiuere, & iõ forte mori metuebã, ne totus ille moreretur, quẽ multũ amauerã.

O Dementiã nesciẽtẽ diligere homines humaniter, ò stultũ hominem immoderate humana patientẽ, qđ ego tunc erã. Itaq; æstuabã, suspirabã, flebam, turbabar,

C

nec req̃es erat, nec consiliũ. Portabã.n.conscissam & cruentã animã meã, impatientẽ

2, Retr. cap.6. Impatientia doloris mutat locũ. c.7.

portari à me, & vbi eam ponerẽ non inueniebã. Non in amœnis nemoribus, nõ in ludis atq; cantibus, nec in suaue olentibus locis, nec in conuiuijs apparatis, neq; in voluptate cubilis & lecti, non deniq; in libris atque carminibus acquiescebam. Horrebant omnia, & ipsa lux, & quicquid nõ erat qđ ille erat, improbũ & odiosum erat, præter gemitũ & lachymas. Nam in eis solis aliq̃tula requies. Vbi aũt inde auferebat̃ anima mea, onerabat me grandis sarcina miseriæ, q̃ à te dñe leuanda erat, & curanda, sciebã, sed nec uolebam, nec ualebã eo magis, q̃a non mihi eras aliquid solidũ, & firmũ, cũ de te cogitabã. Non.n.tu eras, sed uanũ phãtasma & error meus, erat Deus meus. Si conabar eã ibi ponere ut req̃esceret, p̃ inane labebat̃, & iterũ ruebat sup̃ me, & ego mihi remãserã ĩfęlix loc⁹, ubi nec esse possẽ, nec inde recedeř. Quo.n.cor meũ fugeret à corde meo? Quò a meipso fugerẽ? quò me nõ sequerer? Et tñ fugi de patria. Minus.n.eũ q̃rebant oculi mei, ubi uidere non solebant, atq; à Tagastensi oppido ueni Carthaginẽ.

NOn uacant tp̃a, nec ociose uoluuntur per sensus nostros, faciunt in animo mira opera. Ecce ueniebant & præteribant de die in diem, & ueniendo & prætereũdo inserebãt mihi species alias, & alias memorias, & paulatim resarciebant me pristinis generibus delectationũ: quibus cedebat dolor meus ille, sed succedebant non quidem dolores alij, causæ tñ aliorũ dolorũ. Nã vñ me facillime & in intima dolor ille penetrauerat, nisi quia fuderam in arenã animã meam, diligendo moriturũ, ac si non moriturũ? Maxime quippe me reparabant atque recreabant aliorum amicorum solatia, cũ quib⁹ amabam quod pro te amabã, & hoc erat ingens fabula & longum mendaciũ, cuius adulterina confricatione corrumpebat̃ mens nr̃a pruriens in auribus. Sed illa mihi fabula non moriebat̃, si quis amicorũ meorum moreret̃. Alia erant q̃ in eis ampli⁹ capiebant animũ, colloqui & corridere, & uicissim beneuole obseq̃, simul legere libros dulciloquos, simul nugari, & simul honestari, dissentire interdũ sine odio, tanq̃ ipse hõ secum, atq; rarissima dissensione condire consensiones plurimas, docere aliq̃d inuicem, aut discere aliquid ab inuicẽ: desyderare absentes cum modestia, suscipere uenientes cũ lætitia. His atq; huiusmodi signis, à corde amantiũ & redamantium procedẽtibus per os, per linguã, per oculos, & mille motus gratissimos quasi fomitibus conflare animos, & ex pluribus unum facere.

HOc est qđ diligitur in amicis, & sic diligitur, ut rea sibi sit humana conscĩa, si non amauerit redamantem, aut si amantẽ non redamauerit, nihil quærens ex eius

corpore

corpore p̃ter indicia beneuolẽtiæ.Hinc il-
le luctus si q̃s moriat̃,& tenebræ dolorũ,&
versa dulcedine in amaritudinẽ cor madi-
dũ & ex amissa vita moriẽtiũ mors viuẽtiũ.
Beatus q̃ amat te,& amicũ in te,& inimicũ
pp te. Solus.n.nullũ charũ amittit, cui oẽs
in illo chari sũt q̃ nõ amittit̃. Et q̃s est iste,
nisi Deus nr̃, Deus q̃ fecit cœlũ & terrã, &
F implet ea,q̃a implẽdo ea,facit ea? Te nemo
amittit nisi qui dimittit.Et qui dimittit,quò
it,aut quò fugit,nisi à te placido ad te iratũ?
Nam vbi non inuenit legem tuam in pęna
sua? Et lex tua veritas,& veritas tu.

8. DEus virtutũ cõuerte nos,& ostende fa
ciẽ tuã,& salui erimus. Nã quaqua-
9. uersum se verterit aĩa hoĩs ad dolores figi-
tur,alibi p̃terq̃ in te.Tñ figit̃ in pulchris ex-
tra te & extra se, q̃ tñ nulla essent nisi essent
abs te,q̃ oriunt̃ & occidunt,& oriẽdo qua-
si esse incipiunt, & crescunt vt perfician-
tur, & perfecta senescunt, & intereunt; et-
10. enim oĩa senescunt,& oĩa intereunt. Ergo
cũ oriunt̃ & tendũt esse, quo magis celeri-
ter crescunt vt sint,eo magis festinant vt nõ
sint. Sic est modus eorũ. Tm̃ dedisti eis,q̃a
partes sunt rerũ q̃ nõ sunt oẽs simul,sed de-
cedendo ac succedẽdo agũt oẽs vniuersũ,
cuius partes sunt.Ecce sic peragit̃ & sermo
nr̃ p signa sonantia. Nõ.n.erit totus sermo,
si vnũ verbũ nõ decedat cũ sonuerit p par-
tes suas vt succedat aliud. Laudet te ex illis
aĩa mea Deus creator oĩum, sed non infiga
tur ĩ eis glutino amoris p sensus corporis.
G Eunt.n.quo ibant vt non sint, & cõscindũt
eã desiderijs pestilẽtiosis: qm̃ ipsa esse vult,
& requiescere amat in eis q̃ amat.in illis ãt
non est,vbi quia non stant, fugiunt, & quis
ea sequitur sensu carnis, aut quis ea cõpre-
hendit, vel cum præsto sunt? Tardus est.n.
sensus carnis,quoniã sensus carnis est, & ip
se est modus eius. Sufficit ad aliud,ad quod
factus est:ad illud aũt non sufficit vt teneat
transcurrentia ab initio debito vsque ad fi-
nẽ debitum. In verbo enim tuo per quod
creantur,ibi audiunt hinc & hucusque.

NOli esse vana aĩa mea, & obsurdesce-
re ĩ aure cordis,tumultu vanitatis tuę.
Audi & tu. Verbũ ipsum clamat vt redeas,
& ibi est locus q̃etis imp̃turbabilis, vbi nõ
deserit̃ amor si ipse nõ deserat.Ecce illa di-
11. scedũt vt alia succedãt, & oĩbus suis parti-
bus ɔstet infima vniuersitas Nũquid ego ali
quo discedo,ait verbũ Dei? Ibi fige mãsio-
nẽ tuã,ibi cõmẽdã q̃cq̃d inde hẽs aĩa mea,
saltẽ fatigata fallacijs. Veritati cõmenda q̃c
quid tibi est à veritate, & nõ p̃des aliquid,
& reflorescent putrida tua, & sanabunt̃ oẽs
languores tui,& fluxa tua reformabunt̃, &
renouabunt̃ & cõstringent̃ ad te, & nõ te
deponent quò descendunt,sed stabũt tecũ, H
& permanebunt ad semp̃ stantẽ ac p̃manẽ
tẽ Deũ. Vt quid p̃uersa sequeris carnẽ tuã?
Ipsa te sequat̃ conuersa. Quicquid p̃ illam
sentis in parte est, & ignoras totũ cuius hæ
partes sunt, & delectat te tñ. Sed si ad totũ
cõprehendendũ esset idoneus sensus carnis
tuæ, ac nõ & ipse in parte vniuersi accepis-
set p̃ pœna tua iustum modũ,velles vt trã-
siret, quicquid existit in p̃nti vt magis tibi
oĩa placerent. Nã & q̃d loquimur p̃ eundẽ
sensum carnis audis, & non vis vtiq; stare
syllabas,sed transuolare vt aliæ veniant, &
totũ audias. Ita semper omnia quibus vnũ
aliquid cõstat, & nõ simul sunt omnia ea,
quibus constat, plus delectant omnia quã
singula,si posśint sentiri omnia. Sed longe
his melior qui fecit omnia,& ipse est De⁹
nr̃ & non discedit, quia nec succeditur ei.
Si placent corpora, Deum ex illis lauda, &
in artificem eorum retorque amorem, ne
in his quæ tibi placent tu displiceas.

SI placent aĩæ,in Deo ament̃, q̃a & ipsæ *Amor nõ*
mutabiles sunt,& in illo fixæ stabiliunt̃, *improba-*
alioq̃n irent & perirent. In illo ergo amen *tur, mõ ĩ*
tur, & rape ad eũ tecũ quas potes: & dic *his q̃ pla-*
eis,Hunc amemus, hũc amemus, ipse fecit *cẽt ame-*
hæc, & nõ est lõge. Non.n. fecit atq; abijt: *mus Deũ.* *Cap. 12.*
sed ex illo, in illo sũt.Ecce vbi est,vbi sapit I
veritas.Intimus cordi est,sed cor errauit ab
eo.Redite p̃uaricatores ad cor, & inhærete
illi,q̃ fecit uos.State cũ eo,& stabitis.Req̃e
scite in eo,& q̃eti eritis.Quò itis in aspera?
quò itis?Bonũ q̃d amatis ab illo est,sed q̃tũ *Esa. 46.*
ẽ ad illũ, bonũ est & suaue. Sed amarũ erit
iuste,q̃a iniuste amat̃ deserto illo,quicquid
ab illo est. Quò vobis adhuc & adhuc am-
bulare vias difficiles & laboriosas? Nõ est
req̃es vbi q̃ritis eã. Quærite q̃d q̃ritis, sed
ibi non est vbi quæritis. Beatã vitam quæri
tis in regione mortis: non est illic. Q̃uo.n.
beata vita, vbi nec vita? Et descẽdit huc ipsa
vita nostra,& tulit mortẽ nostram, & occi-

dit eã de abundantia vitæ suæ, & tonuit cla
mãs, vt redeamus hinc ad eũ in illud secre-
tũ vñ ꝓcessit ad nos, in ipsũ primũ virgina
Ps.18 lẽ vterũ, vbi ei nupsit humana creatura ca-
ro mortalis ne sp̄ esset mortalis, & inde ve
lut spõsus ꝓcedens de thalamo suo, exulta-
uit vt gigas ad currendã viã. Nõ.n.tardauit,
sed cucurrit clamãs dictis, factis, morte, vi-
ta, descẽsu, ascẽsu, clamans vt redeamus ad
eum. Et discessit ab oculis, vt redeamus ad
cor, & inueniamus eũ. abscessit.n.& ecce
K hic est. Noluit nobiscũ diu esse, & non reli
quit nos. Illuc.n.abscessit, vñ nũq̃ recessit,
Io.1. qa mundus ꝑ eũ factus est, & in hoc mũdo
1. Ti. 1. erat, & venit in hunc mũdũ peccatores sal-
uos facere, cui confitet̃ aĩa mea vt sanet eã,
qa peccauit illi. Filij hoĩum vsquequo gra
Ps.40. ues corde? Nunqd & post descensum uitæ
Ps.4. nõ vultis ascendere & viuere? Sed quò ascẽ
Ps.72 ditis, qñ in alto estis, & posuistis in cęlũ os
vestrũ? Descẽdite, vt ascendatis, & ascenda
tis ad Deũ. Cecidistis.n.ascendendo ꝯ eũ.
Dic eis ista vt plorẽt in cõualle ploratiõis,
& sic eos rape tecũ ad Deũ, qa de spũ eius
hæc dicis eis, si dicis ardens igne charitatis.

Amor unde proueniat. Cap.13.

HAec tunc non nouerã, & amabã pul-
chra inferiora, & ibã in ꝓfundum, &
dicebã amicis meis: Nõ amamus aliqd nisi
pulchrũ? Quid est ergo pulchrũ? & qd est
pulchritudo? Quid est qđ nos allicit & con
ciliat rebus quas amamus? Nisi.n.esset in eis
decus & spẽs, nullo mõ nos ad se mouerẽt.
Etenĩ animaduertebã & uidebã in ipsis cor
porib⁹ aliud esse quasi totũ, & iõ pulchrũ,
aliud aũt quod ideo deceret, qm̃ apte accõ
modaret̃ alicui sicut pars corporis ad vni-
uersum suũ, aut calceamentũ ad pedem, &
L similia. Et ista consideratio scaturiuit in ani
mo meo ex intimo corde meo, & scripsi li
bros de pulchro & apto, puto duos aut tres:
Tu scis Deus. Nã excidit mihi. Nõ.n.hẽm⁹
eos, sed aberrauerunt à nobis, nescio quõ.

Liber de apto & pulchro. Cap. 14.

QVid est aũt qđ me mouit Dñe Deus
meus, vt ad Icheriũ Romanæ vrbis
oratorẽ scriberẽ illos libros, quẽ nõ noue-
ram facie, sed amauerã hominẽ ex doctri-
næ fama q̃ illi clara erat, & quædam uerba
eius audierã, & placuerant mihi? Sed magis
quia placebat alijs, & efferebant eũ laudib⁹
stupentes, quod ex hoĩe Syro docto prius
Græcæ facundiæ, postea in latina ẽt doctor
mirabilis extitisset, & esset scientissimus re-
rum ad studiũ sapientiæ ꝑtinentium, mihi
placebat. Laudat̃ homo & amatur absens.
Vtrum nam ab ore laudãtis intrat in cor au
dientis amor ille? Absit. Sed ex amante alio
accendit̃ alius. Hinc.n.amat̃ qui laudat̃, dũ
non fallaci corde laudatoris ꝑdicari credi-
tur.i.cũ amans eũ laudat. Sic.n.tunc amabã
homines ex hoĩum iudicio: non. n. ex tuo
Deus meus, in quo nemo fallitur. Sed tamẽ
cur non sicut auriga ille nobilis, sicut vena-
tor, studijs popularibus diffamatus, sed lon
ge aliter, & grauiter, & ita quẽadmodũ &
me laudari vellẽ? Non aũt vellẽ ita laudari
& amari me, vt histriones, q̃q̃ eos & ipse
laudarem & amarẽ, sed eligens latere q̃ ita
notus esse, & velle hr̃i odio q̃ sic amari. Vbi
distribuunt̃ ista pondera uariorũ & diuer-
sorũ amorũ in aĩa vna? Quid est qđ amo in
alio, qđ rursus nisi odissem, non à me dete-
starer & repellerẽ, cum sit uterq; nostrum
hõ? Nõ.n.sicut equus bonus amatur ab eo,
qui nollet hoc esse, ẽt si posset, hoc & de hi
strione dđm est, qui naturæ nostræ socius
est. Ergone amo in hoĩe quod odi esse, cũ
sim hõ? Grande profundum est ipse hõ, cu-
ius ẽt capillos tu dñe numeratos habes, &
non minuunt̃ in te, & tñ capilli eius magis
numerabiles sunt q̃ affectus eius, & motus
cordis ei⁹. At ille rhetor ex eo erat gñe, quẽ
sic amabam, ut uellem me esse talẽ, & erra-
bam typo, & circunferebar omni uento, &
nimis occulte gubernabar abs te. Et unde
scio, & unde certus confiteor tibi, ꝙ illũ in
amore laudantiũ magis amauerã, q̃ in reb⁹
ipsis, de quibus laudabatur. Quia si non lau
datũ eũ uituperarent cũ ijdem ipsi & uitu-
perando atq; spernendo ea ipsa narrarent,
non accenderer in eum, & non excitarer:
& cecte res non alię forent, nec homo ipse
alius, sed tm̃modo alius affectus narrantiũ.
Ecce ubi iacet aĩa infirma, nondũ hærẽs so
liditati ueritatis. Sicut auræ linguarũ flaue-
rint à pectoribus opinãtiũ, ita fert̃ & uerti-
tur, torquet̃ ac retorquet̃, & obnubilat̃ ei
lumẽ, & nõ cernit̃ ueritas: Et ecce est ante
nos. Et magnũ qdã mihi erat, si sermo me⁹
& studia mea illi uiro innotescerẽt. Quæ si
ꝓbaret, flagrarẽ magis: si aũt improbaret,
sauciaret̃ cor uanũ, & inane soliditatis tuæ.
Et tamen pulchrum illud atq; aptum, unde

ad eum scrip seram, libenter animo versa-
bam, ob os contemplationis meæ, & nullo
collaudatore mirabar.

SEd tantæ rei cardinẽ in arte tua nõdũ vi
debã oĩpotens, q facis mirabilia solus,
& ibat aĩus meus p formas corporeas, &
pulchrũ qđ p seipsum, aptũ ãt qđ ad aliqd
accõmodatũ deceret definiebam & distin-
guebã, & exẽplis corporeis astruebã. Et cõ-
uerti me ad animi naturã, & nõ me sinebat
5. falsa opinio, q̃ de spiritalibus habebã, verũ
1. cernere. Et irruebat in oculos meos ipsa vis
B veri, & aduertebã palpitantẽ mentẽ ab in-
corporea re ad liniamenta & colores, & tu
mentes magnitudines, Et qa nõ poterã ea vi
dere in aĩo, putabã me nõ posse videre ani-
mũ meũ. Et cũ in virtute pacẽ amarẽ, in ui-
tiositate ãt odissem discordiã, in illa vnita-
tẽ: in ista, quandã diuisionẽ notabã. Inque il
la vnitate mens rõnalis & natura veritatis ac
summi boni mihi esse videbat̃: in ista verò
diuisione irrõnalis vitæ, nescio q̃ subam &
naturã summi mali, q̃ non solũ esset suba,
sed oĩno vita esset, & tñ abs te non eẽt Deus
meus, ex quo sunt oĩa, miser opinabar. Et tñ
illã monadẽ appellabam, tanquã sine vllo
sexu mentẽ, hãc vero dyadẽ irã in facinori-
bus, libidinẽ in flagitiis, nesciẽs quid loque
rer. Non .n. nouerã neq; didicerã, nec vllã
subam malũ esse, nec ipsam mentẽ nostrã
summũ atq; incõmutabile bonũ. Sicut.n. fa-
cinora sunt, si vitiosus est ille animi motus,
in quo est impetus, & se iactat insolẽter ac
C turbide, & flagitia, si ẽ immoderata illa ani-
mæ affectio, qua carnales hauriuntur volu-
ptates: ita errores & falsæ opiniones vitam
contaminãt, si rõnalis mens ipsa vitiosa est;
qualis in me tunc erat, nesciente alio lumi-
ne illã illustrandã esse, vt sit particeps veri-
7. tatis, qa nõ est ipsa natura veritatis: Qm̃ tu il
luminabis lucernã meã, dñe Deus meus, il-
luminabis tenebras meas: Et de plenitudine
1. tua nos oẽs accepimus: Es.n. tu lumen verũ,
qđ illuminat oẽm hoĩem venientẽ in hunc
mundũ, qa in te non est transmutatio, nec
5. momẽti obũbratio. Sed ego conabar ad te,
& repellebar abs te, vt saperẽ mortẽ, qm̃ su
pbis resistis. Quid aũt supbius, q̃ vt assererẽ
mira dementia me id esse naturaliter qđ tu
es? Cum.n. ego essem mutabilis, & eo mihi
manifestũ eẽt, qꝓ iõ vtiq; sapiẽs esse cupie-
bã, vt ex deteriore melior fierẽ, malebã tñ
ẽt te opinari mutabilẽ, q̃ me non hoc esse
qđ tu es. Itaq; repellebar, & resistebas vẽto
sç ceruici meæ, & imaginabar formas cor-
poreas, & caro carnẽ accusabã, & spũs am
bulans nondũ reuertebar ad te, & ambulan *Psal. 17.*
do ambulabã in ea q̃ nõ sunt, neq; in te, ne-
que in me, neq; in corpore, neq; mihi crea
bant̃ à veritate tua, sed à mea vanitate finge
bant̃ ex corpore, & dicebã paruulis fidelib[9]
tuis, ciuibus meis, à qbus nesciens exulabã,
dicebã illis garrulus & ineptus. Cur ergo
errat aĩa mea q̃ fecit Deus? Et mihi nolebã
dici, cur ergo errat Deus? Et contẽdebã ma D
gis incõmurabilẽ tuã subam coactã errare,
q̃ meã mutabilẽ spõte deuiasse, & penè er-
rare confitebar. Et erã ætate annorũ fortasse
vigintisex aut septẽ, cũ illa volumina scri-
psi, voluẽs apud me corporea figmẽta ob-
strepẽtia cordi meo & auribus, quas inten-
debã, dulcis veritas, in interiorẽ melodiam
tuam, cogitans de pulchro & apto, & stare
cupiẽs & audire te, & gaudio gaudere pro
pter vocem sponsi, & nõ poteram, quia vo
cibus erroris mei rapiebar foras, & põdere
superbiæ meæ in ima decidebam. Nõ enim
dabas auditui meo gaudium & lætitiã, aut
exultabant ossa quæ humiliata non erant.

ET qd mihi pderat qꝓ annos natus fer-
me viginti, cũ in manus meas venisset *Ioan. 3.* *Psal. 50.*
Aristotelica q̃dã, quas appellant decẽ cathe *Prædica-*
gorias, quarũ noĩe cũ eas rhetor Carthagi- *mẽta pse*
nensis magr̃ meus buccis typo crepantibus *intellexit*
cõmemoraret, & alij qui docti habebant̃, *Cap. 16.*
tanq̃ in nescio qd magnũ & diuinũ suspen- E
sus inhiabã, legi eas solus & intellexi? Quas *Hat ca-*
cũ ꝯtulissẽ cũ eis, q se dicebãt vix eas a ma *thegorias*
gistris eruditissimjs, non loquẽtibus tm̃, sed *postea trã*
multa in puluere depingẽtibus intellexisse, *stulit pro*
nihil ĩde aliud mihi dicere potuerũt, q̃ ego *filio suo.*
solus apud meipsum legẽs cognoueram. Et
satis aperte mihi videbant̃ loquẽtes de sub-
stãtijs, sicuti est homo, & q̃ in illis essent, si-
cuti est figura hominis, qualis sit, & statura,
quot pedum sit, & cognatio, cuius frater
sit, aut vbi sit constitutus, aut qñ natus, aut
stet, aut sedeat, aut calceat[9], vel armatus sit,
aut aliquid faciat, aut patiatur aliquid; & q̃-
cunque in his nouem generibus, quorũ ex-
empli gratia quædã posui, vel in ipso sub-
stantiæ genere innumerabilia reperiuntur.

Notent hæc ponē tes ī Deū prædicamento.

Quid hoc mihi ꝓderat, qn̄ & oberat: cū ēt te Deus meus mirabiliter simplicē atq; incōmutabilē, illis decē p̄dicamentis putans ꝗcquid esset oīno cōprehensum, sic intelligere conarer, quasi & tu subiectus esses maguitudini tuæ aut pulchritudini, vt illa essent in te quasi (in) subiecto, sicut in corpore: cū tua magnitudo, & tua pulchritudo tu ipse sis: corpus aūt nō eo sit magnū & pulchrū quo corpus est, qa & si minꝰ pulchrū esset, nihilominus corpus esset. Falsitas .n. erat, q̄ de te cogitabam nō veritas, & figmēta miserię meæ, non firmamenta btītudinis tuę. Iusseras.n. & ita fiebat in me, vt terra spinas, & tribulos pareret mihi, & cū labore ꝑuenirem ad panē meū. Et quid mihi proderat, qd̄ oēs libros artium quas liberales vocant, tunc nequissimus malarū cupiditatū seruus ꝑ meipsum legi, & intellexi quoscūque legere potui, & gaudebā in eis, & nesciebam vnde esset ꝗcquid ibi verū, & certū eēt? Dorsum.n. (semꝑ) habebā ad lumē, & ad ea, q̄ illuminanṫ faciē, vnde ipsa facies mea qua illuminata cernebā, nō illuminabatur. quicquid de arte loquendi, & disserendi, quicquid de dimensionibus figurarū, & de musicis, & de numeris sine magna difficultate, nullo hominū tradēte intellexi, scis tu dn̄e Deus meus qa & celeritas intelligēdi, & dicendi acumē, donū tuū est, sed non inde sacrificabā tibi. Itaq; mihi nō ad vsum sed ad ꝑnitiē magis valebat, qa tā bonā partē subͣæ meæ sategi hr̄e in ptāte: & fortitudinē meā non ad te custodiebā, sed ꝓfectus sum abs te in longinquā regionē, vt eā dissiparē in meretricias cupiditates. Nā qd mihi proderat bona res non vtenti bene? Non .n. sentiebā illas artes, ēt ab studiosis & ingeniosis difficillime intelligi, nisi cū eis easdē conabar exponere, & erat ille excellētissimus in eis, qui me exponentē, non tardius sequereṫ. Sed qd ergo mihi hoc proderat, putanti ꝙ tu dn̄e Deus meus veritas corpus esses lucidū & immēsum, & ego frustū de illo corpore? Nimia ꝑuersitas. Sed sic erā, nec erubesco Deus meus cōfiteri tibi in me misericordias tuas, & inuocare te, ꝗ non erubui tūc profiteri hoībus blasphemias meas, & latrare aduersum te. Quid ergo mihi tūc ꝓderat, ingeniū ꝑ illas doctrinas agile, & nullo adminiculo humani magisterij tot nodosissimi libri enodati, cū deformiter, & sacrilega turpitudine in doctrina pietatis errarē? Aut qd tm̄ oberat paruulis tuis longe tardius ingeniū, cū à te longe nō recederēt, vt in nido. Ecclesiæ tuæ tuti plumescerēt, & alas charitatis alimento sanæ fidei nutrirēt. O dn̄e Deus nr̄, in velamento alarū tuarum sperēmꝰ, & ꝓtege nos, & porta nos, Tu portabis & paruulos, & vsq; ad canos tu portabis: qm̄ firmitas nr̄a qn̄ tu es, tunc est firmitas. Cū āt nr̄a est, infirmitas est. Viuit apud te semꝑ bonū nr̄m, & quia inde auersi sumus, peruersi sumus. Reuertamur iā dn̄e vt non euertamur, quia viuit apud te sine vllo defectu bonū nostrum quod tu ipse es, & nō timebimus, ne non sit quò redeamus, quia nos inde ruimus, nobis autem absentibus non ruit domus nostra æternitas tua.

F

Gen. 3.

Hinc coniicere possumus Aug. diuinum ingenium.

G

Psal. 58.
Luc. 15.

Creaturæ non sunt de substātia creatoris.

H

Psal. 61
Esai. 46

D. AVRELII AVGVSTINI CONFESSIONVM

Liber quintus.



ACcipe sacrificium confessionum mearum de manu linguæ meæ, quam formasti, & excitasti, vt confiteatur nomini tuo, & sana omnia ossa mea, & dicant: Domine quis similis tibi? Neque enim docet te quid in se agatur qui tibi confitetur, quia oculum tuum non excludit cor clausum, nec manum tuam repellit duritia hominum, sed soluis eam cū voles, aut miserās aut vindicans, & non est qui se abscondat a calore tuo. Sed te laudet anima mea, vt amet te: & confiteatur tibi miserationes tuas vt laudet te. Non cessat nec tacet laudes tuas vniuersa creatura tua, nec spiritus omnis per os conuersum ad te, nec animalia, nec corporalia per os considerantium ea, vt exurgat in te à lassitudine anima nostra, innitens eis, quæ fecisti, & trāsiens ad te qui fecisti hæc mirabiliter: & ibi refectio, & vera fortitudo.

EAnt, & fugiant à te inquieti & iniꝗ, & tu vides eos, & distinguis vmbras, & ecce pulchra sunt cū eis oīa, & ipsi turpes sunt. Et qd nocuerūt tibi, aut in quo imperium tuū dehonestauerūt, à cœlis vsque in nouissima iustum, & integrum? Quò.n. fugerunt

138. gerunt cũ fugerẽt a facie tua,aut ubi tu non inuenis eos?Sed fugerũt ut nõ viderẽt te uidẽtẽ ſe,atq; excæcati in te offenderẽt, q͂a nõ
K deſeris aliq͂d eorũ q̃ feciſti. In te offenderẽt
11. iniuſti,& iuſte vexarent̃,ſubtrahẽtes ſe lenitati tuæ, & offendẽtes in rectitudinẽ tuã, & cadentes in aſperitatẽ tuã,uidelicet neſciũt q͂d vbiq; ſis, quẽ nullus circũſcribit locus, & ſolus es p̃ſens,ẽt ijs q͂ longe fiũt a te. Conuertant̃ ergo,& q̃rant te,q͂a nõ ſicut ipſi deſeruerunt te creatorẽ ſuũ, ita & tu deſeruiſti creaturã tuã.Ipſi conuertant̃,& q̃rant te, & ecce ibi es ĩ corde eorũ,in corde ꝯfitẽtiũ tibi,& ꝓiiciẽtiũ ſe in te,& plorantiũ in ſinu tuo poſt uias ſuas difficiles,& tu facilis terges lachrymas eorũ,ut magis plorẽt,& gaudeant in fletib. q͂m tu dñe, non aliquis hõ caro,& ſanguis,ſed tu dñe q͂ feciſti, reficis & conſolaris eos.Et ubi ego erã q͂n te quærebam?Et tu eras ante me,ego aũt, & à me diſceſſerã,nec me ĩueniebã, quãto min⁹ te.

PRroloquar in cõſpectu Dei mei annũ illũ vndetriceſimũ ætatis meæ.Iã venerat Carthaginẽ q͂dã Mnnichæorũ eps̃ Fauſtus nomine,magnus laqueus diaboli, & multi
3. implicabant̃ in eo ꝑ illecebrã ſuauiloquẽtiæ,quã ego tametſi laudabã, diſcernebã tñ à veritate rerũ,quarũ diſcendarũ auid⁹ erã, nec quali uaſculo ſermonis, ſed quid mihi ſciẽtiæ comedẽdum apponeret nominatus apud eos ille Fauſtus,intuebar.Fama.n. de illo ꝓlocuta mihi erat,q͂d eſſet honeſtarũ omniũ doctrinarũ ꝑitiſsimus, & apprime diſciplinis liberalibus eruditus. Et q͂m multa
5. philoſophorũ legerã, memoriçq; mãdata
3. ꝛtinebã,ex eis q̃dã cõparabã illis Manichęorum lõgis fabulis,& mihi probabiliora iſta uidebant̃,q̃ dixerũt illi,q͂ tm̃ potuerũt ualere,ut poſſunt ęſtimare ſeculũ,quanquã eius
7. dñm minime inuenerint.Q͂m magn⁹ es dñe, & humilia reſpicis excelſa ãt à lõge cognoſcis.Nec ꝓpinquas niſi obtritis corde, nec inueniris à ſuperbis,nec ſi illi curioſa peritia numerẽt ſtellas,& arenã,& dimetiant̃ ſydereas plagas,& inueſtigẽt uias aſtrorũ.Mẽte.n.ſua q̃runt iſta, & ingenio q͂d tu dediſti eis,& multa inuenerũt,& prænũciauerũt ante multos annos defect⁹ luminariũ ſolis, & lunæ,quo die,qua hora, qua ex parte futuri eſſent, & non eos fefellit numerus, & ita factũ eſt ut pręnunciauerũt,& ſcripſerũt regulas indagatas,& legunt̃ hodie, atq; ex eis M
pręnunciat̃ quo anno,& quo mẽſe anni, & quo die menſis, & qua hora diei, & quota parte luminis ſui defectura ſit luna uel ſol, & ita fiet vt p̃nunciat̃.Et mirant̃ hæc hoĩes, & ſtupent qui neſciunt ea,& exultãt atq; extolluntur qui ſciunt, & per impiã ſuperbiã recedentes,& deficientes à lumine tuo,tãto añ ſolis defectũ futurũ ꝓuidẽt,& in p̃ſentia ſuũ nõ uidẽt. Nõ. n.religioſe quærunt unde *Pſal.* 8.
habeãt ingeniũ quo iſta quęrũt.Et inuenientes q͂a tu feciſti eos,nõ ipſi dãt tibi ſe ut ſerues q͂d feciſti,& quales ſe ipſi fecerãt,occi- *Deut.* 4.
dũt ſe tibi,& trucidãt exultationes ſuas ſicut *Ioann.* 1.
uolatilia,& curioſitates ſuas ſicut piſces maris q͂b.perambulãt ſecretas ſemitas abyſi,& luxurias ſuas ſicut pecora cãpi,ut tu Deus ignis edax conſumas mortuas curas eorum recreãs eos immortaliter.Sed nõ nouerunt, *Pſ.* 148.
uiã,uerbũ tuũ,ꝑ q͂ꝑ feciſti oĩa ea, q̃ numerãt,& ipſos q͂ numerãt,& ſenſum quo cernũt,q̃ numerant,& mentẽ de qua numerãt, & ſapientiæ tuæ non eſt numerus.Ipſe autẽ vnigenitus factus eſt nobis ſapientia, & iuſtitia, & ſanctificatio & numerus eſt inter A
nos,& ſoluit tributũ Cæſari.Non nouerunt *Mat.* 22.
hãc viã,qua deſcendãt ad illũ à ſe,& per eũ aſcendant ad eũ.Non nouerunt hãc viã, & putant ſe excelſos eſſe cum ſyderibus, & lucidos,& ecce ruerunt in terrã,& obſcuratũ *Rom.* 1.
eſt inſipiens cor eorũ.Et multa vera de creatura dicũt,& uerum creaturæ artificem nõ pie quærunt,& ideo non inueniũt, aut ſi inueniũt, cognoſcẽtes Deũ nõ ſicut Deũ honorãt,aut gratias agũt:ſed euaneſcunt in cogitationib.ſuis,& dicũt ſe eſſe ſapiẽtes, ſibi tribuẽdo quæ tua ſunt,ac per hoc ſtudẽt ꝑuertiſsima cæcitate etiã tibi tribuere, q̃ ſua ſunt,menda.ſ.in te conferentes, qui veritas es, & immutantes gloriam incorrupti Dei in ſimilitudinẽ imaginis corruptibilis hoĩs, & uolucrum, & quadrupedũ, & ſerpentũ, & conuertunt ueritatem tuã in mendaciũ, & colunt & ſeruiunt creaturæ potius quàm creatori.Mula tamen ab eis ex ipſa creatura uera picta retinebam,& occurebat mihi ratio per numeros & ordinẽ temporum,& uiſibiles atteſtationes ſyderum,& conferebã cum dictis Manichæi,qui de his reb. multa ſcripſit copioſiſsime delirãs, & nõ mihi oc B
currebat ratio,nec ſolſtitiorũ, & æqnoctio

rum,

rum,nec defectũ luminariũ, nec qcq̃d tale in libris secularis sapientiæ didiceram. Ibi autem credere iubebar, & ad illas rationes numeris,& oculis meis exploratas non occurrebat,& longe diuersum erat.

Sola Dei cognitio, beat.c.4.

NVnquid dñe Deus ueritatis qsqs nouit ista,ipse placet tibi?Infelix.n.hõ q scit illa oĩa,te autem nescit,beatus autem qui te scit,ẽt si illa nesciat. Qui uero,& te,& illa nouit,non pp illa beatior, sed pp te solum beatus est,si cognoscens te,sicut Deũ glorificet,& gratias agat,& non euanescat in cogitationib.suis. Sicut enim melior est qui nouit possidere arborẽ,& de usu eius tibi gratias agit, quãuis nesciat uel quot cubitis alta

Hier. in prologo Bibliæ. cap.8.

sit,uel quãta latitudine diffusa, q̃ ille qui eã metit,& oẽs ramos eius numerat, & neque possidet eã, neq; creatorẽ eius nouit aut diligit:Sic fidelis hõ,cuius totus mundus diuitiarũ ẽ,& quasi nihil habẽs, oĩa possidet, inhærẽdo tibi,cui seruiũt oĩa,quãuis nec saltem Septemtrionum gyros nouerit,dubita-

1.Cor.6.

re,stultum est,quin utique melior sit q̃ men-

C

sor cœli,& numerator syderum, & pensor elementorum,& negligẽs tui,q omnia mẽ-

Sap. 11.

sura,& numero,& pondere disposuisti.

Temeritas. Fausti docentis, quod nesciebat. Cap.5.

SEd tñ quis quærebat Manichæum nescio quem etiam ista scribere,sine quorũ peritia pietas disci poterat?Dixisti.n. homini: Ecce pietas est sapientia, quã ille ignorare posset,ẽt si ista perfecte nosset:ista uerò, qa non nouerat,impudentissime audens doce-

Iob. 28.

re,prorsus illã nosse non posset.Vanitas est enim mundana ista etiã nota profiteri. pietas aũt tibi confiteri. Vñ ille deuius ad hæc ista multum loquutus est,ut cõuictus ab eis q ista uere didicissent,qs eius sensus in cæteris,q abditiora sunt,manifeste cognosceretur.Non.n.parui existimari se uoluit,sed spiritum sanctum consolatorem,& ditatorem fidelium tuorum,authoritate plenaria personaliter in se esse psuadere conatus est.Itaque cum de cælo ac stellis,& de solis ac lunæ motib.falsa dixisse deprehenderet, q̃uis ad doctrinam religionis ista non ptineant, tñ ausus eius sacrilegos fuisse satis emineret, cum ea non solum ignorata, sed etiam falsa uel falsata,tã uesana superbiæ uanitate

D

diceret,ut ea tanquã diuinæ psonæ tribuere sibi niteretur.Cum enim audio Christianũ aliquem fratrem illum aut illum ista nesciẽtem,& aliud pro alio sentientẽ,patiẽter intueor opinantem hominẽ,nec illi obesse uideo, cũ de te dñe creator omnium nõ credat indigna, si forte situs,& habitus creaturæ corporalis ignoret. Obest aũt si hoc ad ipsam doctrinæ pietatis formã ptinere arbitretur,& ptinacius affirmare audeat qđ ignorat.Sed etiã talis infirmitas in fidei cunabulis à charitate matre sustinetur,donec assurgat nouus hõ in uirum perfectum,& circũferi non possit omni uento doctrinæ. In illo aũt q doctor,q author, q dux & prĩceps eorũ,quib.illa suadere ita fieri ausus est, ut q eũ sequerentur,non quẽlibet hoĩem, sed spiritum tuũ sanctum se seq arbitrarentur, qstm̃ dementiã sicubi falsa dixisse conuinceret: non detestandã longeq; abiiciendã esse iudicaret?Sed tñ nondũ liquido compereram,utrũ etiam s̃m eius uerba uicissitudines longiorum,& breuiorum dierũ atque noctium,& ipsius noctis,& diei,& deliquia luminũ,& si q̃d eiusmodi in aliis libris legerã,posset exponi:ut si forte posset, incertũ qdem mihi fieret,utrũ se res ita haberet,an non ita,sed ad fidem meã illius authoritatẽ pp creditam sanctitatẽ pponerẽ.

ET per annos fermè ipsos nouẽ,q̃b. eos eos animo uagabundus audiui, nimis extento desyderio uẽturum expectabã istũ Faustum.Cæteri.n.eorum,in quos forte incurrissem,qui talium rerũ qõnib.à me obiectis deficiebant, illum mihi promittebant: cuius aduẽtu collatoq; colloqo facillime mihi hæc,& si qua forte maiora q̃rerẽ, enodatissme expedirentur.Ergo ubi uenit,expertus sum hominem gratũ & iucundum uerbis,& eaipsa,q illi solent dicere, multo suauius garrientem. Sed q̃d ad meã sitim preciosiorum poculorum decentissimus ministrator?Iam reb.talib.satiatæ erãt aures meæ, nec ideo mihi meliora uidebant, quia melius dicebant:nec ideo uera,qa diserta, nec ideo sapiens aĩa,quia uultus cõgruus & decorũ eloquium.Illi aũt qui eum mihi promittebãt,non boni rerũ existimatores erãt, & ideo illis uidebatur prudens, & sapiens, quia delectabat eos loquẽs. Senfi aũt aliud genus hominum etiã ueritatẽ habere suspectam,& ei nolle acquiescere si compto atq; uberi sermone promeretur. Me autem iam docueras Deus meus miris, & occultis mo

dis : &

dis: & propterea credo quod tu me docue
ris, qm̃ uerum est, nec quisquã p̃ter te alius
est doctor ueri, ubicũque, & undecunq; cla
ruerit. Iã ergo abs te didiceram, nec eò de-
bere uideri aliq̃d uerũ dici, q̃a eloquẽter di
cit, nec eò falsum, quia incomposite sonãt
signa labiorum. Rursus nec ideo uerũ, quia
impolite enũciatur, nec iõ falsum, quiã splẽ
didus sermo est, sed perinde esse sapientiã,
& stultitiam, sicut sunt cibi utiles, & inuti-
les: uerbis aũt ornatis, & inornatis sicut ua-
sis urbanis, & rusticanis utrosq; cibos pos-
se ministrari. Igit̃ auiditas mea, qua illũ tã-
to tp̃e expectaueram hoĩem, delectãbat̃ q̃-
dem motu affectuq; disputãtis. & uerbis cõ
gruentib. atq; ad uestiendas sententias faci-
le occurrentibus. Delectabar aũt, & cũ mul
tis uel etiã præ multis laudabã ac efferebã,
sed moleste habebã qđ in cœtu audiẽtium
non sinerer illi ingetere, & partiri cũ eo cu
ras q̃õnum mearũ, cõferendo familiariter,
& accipiendo ac reddẽdo sermonẽ. Quod
ubi potui, & aures eius cũ familiarib. meis
eo quoq; tẽpore occupare cœpi, quo non
dedeceret alterius differere, & protuli q̃dã,
q̃ me mouebant, expertus sum prius homi-
nẽ expertẽ liberaliũ disciplinarũ nisi gram
maticæ, atq; eius ipsius usitato mõ, & quia
legeret aliquas Tullianas orationes, & pau-
cissimos Senecæ libros, & nonnulla poeta
rũ, & suæ sectæ siqua uolumina latine atq;
cõposite cõscripta erãt: & q̃a aderat quoti-
diana sermocinãdi exercitatio, inde suppe-
tebat eloquiũ, qđ fiebat acceptius magisq;
seductoriũ moderamine ingenij, & quodã
lepore naturali. Itane est ut recolo dñe De[9]
meus arbiter cõsciẽtiæ meæ? Coram te cor
meum, & recordatio mea, qui me tunc age
bas abdito secreto prouidentiæ tuæ, & in-
honestos errores meos iam conuertebas an
te faciem meam, ut uiderem, & odissem.

G

NAm posteaquã ille mihi imperitus ea-
rũ artiũ, quib. eum excellere putaue-
rã, satis apparuit, desperare cœpi posse eũ
mihi illa q̃ me mouebãt aperire atq; dissol
uere, quorũ quidẽ ignarus posset ueritatẽ te
nere pietatis, sed si Manichæus nõ esset. Li-
bri q̃ppe eorũ pleni sunt lõgissimis fabulis,
de cœlo, & syderib. & sole, & luna, q̃ mihi
eũ, qđ utiq; cupiebã, collatis numerorũ rõ
nib. quos alibi ego legerã utrũ potius ita es-

H

sent, ut Manichæi libris cõtinebat̃, an certe
uel par ẽt inde rõ redderet̃, subtiliter expli-
care posse iã non arbitrabar. Quæ tñ ubi cõ
syderãda, & discutiẽda protuli, modeste sa-
nè ille nec ausus est subire ipsam sarcinam.
Nouerat. n. se ista nõ nosse, nec eũ puduit
cõfiteri. Nó erat de talib. quales multos lo-
quaces passus erã, conãtes ea me docere, &
dicẽtes mihi nihil. Iste uero cor habebat, &
si nõ rectũ ad te, nec tñ nimis incautũ ad se
ipsum. Nõ usquequaq; ĩperitus erat imperi
tiæ suæ, & noluit se temere disputãdo in ea
coarctari, uñ nec exitus ei ullus, nec facilis
esset reditus. Etiã hinc mihi ampli[9] placuit.
Pulchrior est. n. tẽperãtia cõfitentis aĩ, q̃ illa
q̃ nosse cupiebã, & eũ in oĩb. difficiliorib: I
& subtiliorib. q̃õnib. talẽ inueniebã. Refra-
cto itaq; studio quo intenderã Manichęi li
teras, magisq; đsperãs đ cęteris eorũ docto
rib. qñ in multis q̃ me mouebãt ita ille no-
minatus apparuit, cępi cũ eo pro studio ei[9]
agere uitã, quo ipse flagrabat in eas literas,
quas tũc iã rhetor Carthaginis adolescẽtes *Infra. c.*
docebam, & legere cũ eo, siue ille, q̃ audita 10.
desyderaret, siue q̃ ipse tali ingenio apta exi
stimarẽ. Cęterũ omnis conatus me[9] quo ꝓ
ficere ĩ illa secta statuerã, illo hoĩe cognito
prorsus ĩtercidit, nõ vt ab eis oĩno separa-
ret, sed quasi meli[9] q̃cq̃ nõ inueniẽs eo, quo
iã quoquo mõ irruerã, cõtẽtus interim esse
decreuerã, nisi aliq̃d forte qđ magis eligen
dũ esset, eluceret. Ita ille Faustus, q̃ multis la
q̃us mortis extitit, meũ quo capt[9] erã relaxa
re iã cœperat, nec uolẽs nec sciẽs. Manus. n.
tuæ Deus meus in abdito ꝓuidẽtiæ tuæ, nõ
de erebãt aĩam meã, & de sanguine cordis
matris meæ ꝑ lachrymas eius dieb. ac nocti
bus ꝓ me sacrificabat̃ tibi, & egisti mecum
miris & occultis modis. Tu illud egisti De[9] *Psal. 36.*
meus Nã à dño gressus hoĩs dirigent̃, & uiã
eius uolet. Aut quæ procuratio salutis præ-
ter manum tuam reficientem quæ fecisti.

EGisti ergo mecũ ut mihi persuaderetur K
Romã pergere, & potius ibi docere *Profici-*
qđ docebã Carthagine. Et hoc vñ mihi per *scitur Ro-*
suasum sit, non præteribo cõfiteri tibi, quo *mam con-*
niã, & in his altissimi tui recessus, & præsen *tra ma-*
tissma in nos misericordia tua cogitãda, & *tris uolũ-*
ꝓdicãda est. Non ideo Romã ꝑgere uolui, *tatem.*
quod maiores q̃stus, maiorque mihi digni- *Cap. 8.*
tas ab amicis, qui hoc suadebant, promitte

batur, quanq̃ & iſta ducebāt animum tunc meũ, ſed illa erat tunc cã maxima, & penè ſola, quod audiebã quietius ibi ſtudere adoleſcentes, & ordinatiore diſciplinæ coertione ſedari, ne ĩ eius ſcholã quo magiſtro nõ vtunt̃, paſsim & proterue irruãt, nec eos admitti oĩno niſi ille permiſerit. Cõtra apud Carthaginẽ fœda eſt, & intemperans licentia ſcholaſticorũ: Irrumpunt impudẽter, & prope furioſa fronte perturbãt ordinẽ, quẽ quiſq; diſcipulis ad proficiendũ inſtituerit. Multa iniurioſa faciũt mira hebetudine, & punienda legib. niſi cõſuetudo patrona ſit, hoc miſeriores eos oſtendẽs, quo iã quaſi liceat faciũt, qđ per tuã æternã legẽ nũquã licebit, & impune ſe facere arbitrant̃, cũ ipſa faciendi cæcitate puniantur, & incõparabiliter

L patiantur peiora, q̃ faciũt. Ergo quos mores cum ſtuderẽ meos eſſe nolui, eos, cũ docerẽ cogebar perpeti alienos: & iõ placebat ire vbi talia non fieri oẽs qui nouerãt

Ps. 411. indicabãt. Verum aũt tu ſpes mea, & portio mea in terra uiuentiũ, ad mutandum terrarum locum pro ſalute aĩæ meæ, & Carthagine ſtimultos qũib. inde auellerer, admouebas, & Romæ illecebras quib. attraherer, proponebas, mihi q hoĩes p diligebãt vitã mortuã, hinc inſana faciẽtes, inde vana pollicẽtes, & ad corrigẽdos greſſus meos vtebaris occulte, & illorũ & mea peruerſitate. Nã & q perturbabãt ociũ meũ, fœda rabie cęci erant: & q inuitabant ad aliud, terrã ſapiebãt. Ego aũt qui deteſtabar hic verã miſeriã, illic falſam fælicitatem appetebã. Sed quare hinc abirem, & illuc irem, tu ſciebas Deus, nec indicabas mihi nec matri, q̃ me profectũ attociter planxit, & vſq; ad mare ſecuta eſt, ſed fefelli eã violenter me tenentẽ, vt aut reuocaret, aut mecũ pgeret, & finxi me amicũ nolle deſerere, donec vento

M facto nauigatet. Et mẽtitus ſum matri, & illi matri, & euaſi. Quia & hoc tu dimiſiſti mihi miſericorditer, ſeruãs me ab aqs maris, plenũ execrãdis ſordib. vſq; ad aquã gratię tuæ, qua me abluto ſiccarent̃ flumina maternorũ oculorũ, quib. pro me quotidie tibi rigabat terrã ſub vultu ſuo, & tñ recuſanti ſine me redire vix perſuaſi, vt in loco q pximꝰ noſtræ naui erat memoria beati Cypriani, maneret ea nocte. Sed in ea nocte clãculo ego pfectus ſum: illa ãt remãſit orando,

Põdus hic adfert ſermoni qua ſi dicat, tali matri, iam non uulgari matrum more me amanti.

& flẽdo. Et qd à te petebat Deus meus tãtis lachrymis, niſi ut nauigare me nõ ſineres? Sed tu altè ↄſulẽs, & exaudiẽs cardinẽ deſyderii eius, nõ curaſti qđ tũc petebat, ut ĩ me faceres qđ ſemper petebat. Flauit ventus, & ĩpleuit uela noſtra, & litus ſubtraxit ſe aſpectib. noſtris. In quo mane illa inſaniebat, dolore & q̃relis, ac gemitu ĩplebat aures tuas cõtemnẽtes iſta, cũ & me cupiditatib. meis raperes ad finiẽdas ipſas cupiditates, & illiꝰ carnale deſyderiũ iuſtũ dolorũ flagello vapularet. Amabat. n. ſecũ pſentiã meã more matrũ, ſed multis multo amplius, & neſciebat qd illi gaudiorũ facturus eſſes de abſentia mea. Neſciebat, iõ flebat, & eiulabat, atq; illis cruciatib. arguebatur in ea reliquiarũ Euæ, cum gemitu q̃rens qđ cum gemitu pepererat. Et tñ poſt accuſationẽ fallaciarũ, & crudelitatis meæ conuerſa rurſus ad deprecãdũ te p me, abiit ad ſolita, & ego Romã.

ET ecce excipior ibi flagello ægritudinis corporalis, & ibã iã ad inferos portans oĩa mala, q̃ commiſeram, & in te & in me, & in alios multa, & grauia ſup originalis peccati vinculũ, quo omnes in Adã morimur. Non. n. quicquã eorũ mihi donaueras in Chriſto, nec ſoluerat ille in carne ſua inimicitias, quas tecũ ↄxerã peccatis meis. Qũo. n. eas ſolueret in cruce phantaſmatis, qđ de illo crediderã? Quam ergo falſa mihi uidebat̃ mors carnis eiꝰ, tã vera aĩę meę: & q̃ vera erat mors carnis eius, tã falſa vita animæ meæ, q̃ id non credebat. Et ingraueſcentibus febrib. iã ibã, & peribã. Quo. n. irẽ, ſi tunc hinc abirẽ, niſi in ignẽ atq; tormenta digna factis meis in ueritate ordinis tui? Et illa hoc neſciebat, & tñ pro me orabat abſens. Tu aũt ubique præſens, ubi erat exaudiebas eã, & ubi erã miſerebaris mei, vt recuperarem ſalutem corporis mei, adhuc inſanꝰ corde ſacrilego. Neq; enim deſyderabã in illo tanto periculo baptiſmũ tuũ, & melior eram puer, qñ illum de materna pietate flagitaui, ſicut iã recordatus atq; cõfeſſus ſum, ſed iã in dedecus meũ creuerã, & conſilia medicinæ tuæ demens irridebã, qui me nõ pmiſiſti talẽ bis mori. Quo vulnere ſi feriretur cor matris, nũquam ſanaretur. Non enim ſatis eloquor qd erga me habebat animi, & quãto maiore ſolicitudine me parturiebat ſpiritu, q̃ carne pepererat.

Non

Non itaq; video quo sanaretur, si mea talis illa mors trãsuerberasset viscera dilectionis eius. Et vbi essent tantæ p̃ces & tã crebræ sine intermissione? Nusquã nisi ad te. An verò tu Deus misericordiarũ sperneres cor cõtritũ & humiliatũ viduæ castæ ac sobriȩ, frequentantis eleemosynas, obsequentis atque seruientis sanctis tuis, nullũ diẽ p̃termittentis oblationẽ ad altare tuũ: bis in die, mane & vespere ad ecclesiam tuam sine vlla intermissione venientis, non ad vanas fabulas & aniles loquacitates, sed vt te audiret ĩ tuis sermonibus, & tu illã in suis orõnibus? Huiusne tu lachrymas, quibus non à te aurũ &
C argentũ petebat, nec aliquid mutabile, aut volubile bonũ, sed salutẽ aĩæ filij sui, tu, cuius munere talis erat, contẽneres, & repelleres ab auxilio tuo? Nequaq̃ dñe: immo verò aderas, & faciebas ordine quo p̃destinaueras esse faciendũ. Absit vt tu falleres eã in illis visionibus & rñsis tuis, q̃ iã cõmemoraui, & q̃ nõ memoraui, q̃ illa fideli pectore tenebat, & semp̃ orãs tanq̃ chirographa tua ingerebat tibi. Dignaris.n. qm̃ in seculũ misericordia tua, eis quibus omnia debita dimittis, ẽt promissionibus tuis debitor fieri.

Recreasti ergo me ab illa ȩgritudine, & saluũ fecisti filium ancillæ tuæ, tũc interim corpore, vt esset cui salutẽ meliorem atq; certiorẽ dares. Et iungebar ẽt tunc Romæ falsis illis atq; fallentibus sanctis: nõ.n. tm̃ auditoribus eorũ, quorũ è numero erat ẽt is, in cuius domo ægrotaueram & cõualuerã, sed eis ẽt quos electos vocant. Adhuc .n. mihi videbatur non esse nos qui peccamus, sed nescio q̃ aliã in nobis peccare naturã & delectabar superbiã meã extra cul-
D pã esse. Et cũ aliquid mali fecissem, non cõfiteri me fecisse, vt sanares aĩam meam, qm̃ peccaui tibi: sed excusare me amabã, & accusare nescio quid aliud qđ mecũ esset, & ego non essem. Verũ aũt totũ ego erã, & aduersum me impietas mea me diuiserat: & id erat peccatũ insanabilius, quo me peccatorẽ nõ esse arbitrabar, & execrabilis iniq̃tas, te Deus oĩpotẽs te à me ad p̃niciẽ meã, q̃ me à te ad salutẽ malle superari. Nondũ ergo posueras custodiã ori meo, & ostium continentiæ circa labia mea, vt non declinaret cor meũ in verba maligna, ad excusandas excusationes in peccatis cũ hoĩbus operantibus iniquitatẽ, & iõ adhuc conuiuebã cũ electis eorũ. Sed tñ iã desperans in ea falsa doctrina me posse proficere, eaq; ipsa, q̃bus si nihil melius reperirẽ, contentus esse decreuerã, iã remissius negligentiusq; retinebã. Etenim suborta est ẽt mihi cogitatio, prudẽtiors cȩteris fuisse illos philosophos, quos Academicos appellant, qđ de oĩbus dubitandũ esse censuerant, nec aliquid veri ab hoĩe cõprehẽdi posse decreuerãt. Ita.n. & mihi liquido sensisse videbant, vt vulgo hr̃ ẽt illorũ inuentionẽ nondũ intelligenti. Nec dissimulaui eundẽ hospitẽ meũ reprimere à nimia fiducia q̃ sensi eũ hr̃e de reb. fabulosis, q̃bus Manichæi libri pleni sunt. *Lib.4. de ciui. Dei. c.30. & li.8.c.12 de utilitate credendi.c.16.*
E Amicitia tñ eorũ familiarius vtebar, q̃ cæterorũ hoĩm, q̃ in illa hr̃si nõ fuissent. Nec eã defendebã pristina animositate, sed tñ familiaritas eorũ: plures.n. eos Roma occultat, propriũ est oĩum hr̃ticorũ occultari, pigriͤ me faciebat aliud q̃rere, p̃sertim desperantẽ in ecclesia tua dñe cœli & terræ, creator oĩum visibiliũ & inuisibiliũ posse inueniri verũ, vnde me illi auerterant. Multumq; mihi turpe videbat, credere figurã te hr̃e humanæ carnis, & mẽbrorũ nostrorũ lineamẽtis corporalib. terminari. Et qm̃ cũ de Deo meo cogitare vellẽ, cogitare nisi moles corporũ non nouerã: neq;.n. videbat mihi esse quicquã, qđ tale non esset, & ea maxima & prope sola cã erat ineuitabilis erroris mei. Hinc.n. & mali substantiã quandã credebã esse talẽ, & hr̃e suã molẽ tetrã & deformẽ, siue crassam, q̃ terram dicebant, siue tenuẽ atq; subtilẽ, sicut est aeris corp⁹, q̃ malignã mentẽ per terram repentẽ imaginantur. Et quia Deũ bonũ, nullã malam naturã creasse qualiscunq; pietas me credere cogebat, cõstituebã ex aduerso sibi duas moles vtrãque infinitam, sed malã angustius, bonam grandius, & ex hoc initio pestilentioso me F
cætera sacrilegia sequebantur. Cũ.n. conaretur animus meus currere in catholicã fidẽ, repercutiebar, quia non erat catholica fides quam esse arbitrabar. Et magis pius mihi videbar, si te Deus meus, cui confitentur ex me miserationes tuæ, vel ex cæteris partib. infinitũ crederẽ, q̃nuis ex vna qua tibi moles mali opponebat, cogerer finitũ fateri, q̃ si ex omnibus partibus in corporis humani forma te opinarer finiri. Et melius mihi vi-

debar credere nullũ malũ te creaſſe, qđ mihi neſcienti, nõ ſolũ aliqua ſuƀa, ſed ẽt corporea videbatur, quia & mentẽ cogitare nõ nouerã, niſi eã ſubtile corpus eſſe, qđ tñ ꝑ loci ſpatia diffunderet̃ abs te, q̃ crederẽ abs te eſſe, qualẽ putabã nãm mali. Ipſum quoque

G

Saluatorẽ nr̃m vnigenitũ tuũ, tanq̃ de maſſa lucidiſsima molis tuę porrectũ ad noſtram ſalutẽ, ita putabã, vt aliud de illo nõ crederẽ, niſi qđ poſſem vanitate imaginari. Talem itaq; naturã eius naſci non poſſe de Maria virgine arbitrabar, niſi carni cõcernere t̃. Concerni aũt & non inquinari nõ videbam, qđ mihi tale figurabã. Metuebã itaque credere in carne natum, ne credere cogerer ex carne inquinatũ. Nunc ſpiritales tui blande & amanter ridebunt me, ſi has confeſsiones meas legerint: ſed tamen talis eram.

Qualiter Auguſtinus cõtulerit cum catholicis.
Cap. 11.

DEinde quæ illi in ſcripturis tuis reprehenderant defendi poſſe non exiſtimabã: ſed aliqñ ſanè cupiebã cũ aliquo illorũ librorũ doctiſsimo conferre ſingula, & experiri quid inde ſentiret. Iã. n. Helpidij cuiuſdã aduersꝰ eoſdẽ Manichęos corã loquẽtis & differẽtis ſermones, ẽt apud Carthaginẽ mouere me cœperant, cũ talia de ſcripturis proferret, q̃bus reſiſti facile nõ poſſet, & imbecilla mihi rñſio videbat̃ iſtorũ. Quã quidẽ nõ facile palã ꝓmebam, ſed nobis ſecretius, cũ dicerẽt ſcripturas noui teſtĩ falſatas fuiſſe à neſcio quibus, qui Iudæorũ

H

legẽ inſerere Chriſtianæ fidei voluerũt, atq; ipſi incorrupta exẽplaria nulla ꝓferrẽt. Sed me maxime captũ & offocatũ quodãmodo deprimebãt corporalia cogitãtẽ, moles illæ, ſub q̃bus anhelãs in aurã tuæ veritatis liquidam & ſimplicẽ reſpirare non poterã.

Fraus diſcipulorũ Romæ in præceptores.
Cap. 12.

SEdulo ergo agere cœperã, ꝓp qđ venerã, vt docerẽ Romæ artẽ rethoricã, & prius domi congregare aliquos, quibus & ꝑ quos innoteſcere cęperã, & ecce cognoſco alia Romæ fieri, q̃ nõ patiebar In Aphrica. Nã reuera illas euerſiones ꝑ ꝑditis adoleſcentibus ibi non fieri manifeſtũ eſt mihi. Sed ſubito (inquiunt) ne mercedẽ magiſtro reddant, conſpirant multi adoleſcentes, & transferunt ſe ad aliũ deſertores fidei, & q̃bꝰ

Pſ. 138.

p̃ pecuniæ charitate iuſtitia vilis eſt. Oderat ẽt iſtos cor meũ, q̃uis nõ ꝑfecto odio. Qđ .n. ab eis paſſurus erã, magis oderã fortaſſe, q̃ eo qđ cuilibet illicita faciebant. Certe tñ turpes ſunt tales, & fornicant̃ abs te, amãdo volatica ludibria tẽporũ & lucrũ luteũ: qđ cũ apprehendit̃, manũ inquinat, & amplectendo mundũ fugientẽ, contẽnendo te manentem & reuocantẽ, & ignoſcentẽ redeũti ad te meretrici aĩæ humanæ. Et nunc tales odi prauos & diſtortos, q̃uis eos corrigendos diligã, vt pecuniæ doctrinã ipſam q̃ diſcunt præferant, ei verò te Deũ veritatẽ & vbertatem certi boni & pacẽ caſtiſſimam. Sed tunc eos magis pati nolebam malos ꝓpter me, q̃ fieri propter te bonos volebam.

ITaque poſteaquã miſſum eſt à Mediolano Romã ad præfectũ vrbis, vt illi ciuitati rhetoricæ magiſter prouideretur, impꝛtita etiam euectione publica, ego ipſe ambiui ꝑ eoſipſos Manichęis vanitatibus ebrios, quibus vt carerem ibam, ſed vtrique neſciebamus, vt dictione peopoſita me probatũ præfectus tunc Symmachus mitteret. Et veni Mediolanum ad Ambroſium epiſcopum in optimis notum orbi terræ, pium cultorẽ tuũ, cuius tunc eloquia ſtrenue miniſtrabãt adipem frumẽti tui, & lætitiã olei, & ſobriã vini ebrietatẽ populo tũo. Ad eũ autẽ ducebar abs te neſciens vt per eum ad te ſciens ducerer. Suſcepit me paterne ille hõ Dei, & peregrinationem meam ſatis epiſcopaliter dilexit. Et eum amare cœpi, primo quidem non tanquam doctorem veri, quod in eccleſia tua prorſus deſperabam, ſed tanquã hominem benignum in me. Et ſtudioſe audiebam diſputantem in populo, nõ intentione qua debui, ſed quaſi explorãs eius facũdiã, vtrũ conueniret famæ ſuæ, an maior minorue proflueret quàm prædicabatur, & verbis eius ſuſpendebar intentus. Rerum autem incurioſus & contemptor aſtabam, & delectabar ſuauitate ſermonis, quamquam eruditioris, minus tamen hilareſcentis atque mulcientis quàm Fauſti erat, quod attinet ad dicendi modum. Cæterum rerum ipſarum nulla comparatio. Nam illæ per Manichæas fallacias aberrabat, iſte autem ſaluberrime docebat ſalutem. Sed longe eſt à peccatoribus ſalus, qualis ego tũc aderam, & tamen propinquabam ſenſim & neſciui.

CVm .n. non ſatagerẽ diſcere quæ dicebat, ſed tantum quemadmodũ dicebat ea audire, mihi quippe iam deſperãti ad te viam patere homini: inanis cura remãſerat.

Sed

Sed veniebant in aĩum meũ ſimul cum verbis, quæ diligebam, res etiam quas negligebam. Neq;.n. ea dirimere poterã. Et dũ cor aperirem ad excipiendum quam diſerte diceret, pariter intrabat & q̃ verè diceret, gradatim quidem. Nam primo etiã ipſa defendi poſſe mihi iam cœperant videri, & fidẽ catholicam, pro qua nihil poſſe dici aduerſus oppugnantes Manichæos putauerã, iam non impudenter aſſeri exiſtimabam, maxime audito vno atq; altero, & ſæpiꝰ ænigmate ſoluto de ſcripturis veteribus: vbi cũ ad literam acciperem, occidebar ſpiritaliter. Itaque pleriſq; illorũ librorũ expoſitis locis, iam reprehẽdebam deſperationẽ meã, illam duntaxat qua crediderã legẽ, & ꝓphetas deteſtantibus atq; irridentibus reſiſti oĩno non poſſe, nec tñ iam ideo mihi catholicã viam tenendã eſſe ſentiebam, quia & ipſa poterat hr̃e doctos aſſertores ſuos, q copioſe, & non abſurde obiecta refellerẽt, nec ideo iam damnandum illud quod tenebã, quia defenſionis partes æquabantur. Ita.n. catholica non mihi victa videbatur, vt nõdum etiã victrix appareret. Tunc vero fortiter intendi animũ, ſi quo modo poſſem certis aliquibus documentis Manichæos conuincere falſitatis. Quod ſi poſſem ſpiritalẽ ſubſtantiam cogitare, ſtatim machinamẽta illa omnia ſoluerentur, & abijcerent ex aĩo meo, ſed non poteram. Veruntamẽ de ipſo mundi huius corpore omniq; natura, quã ſenſus carnis attingeret, multo probabiliora pleroſq; ſenſiſſe philoſophos, magis magiſq; conſyderans atq; comparans iudicabam. Itaq; Academicorum mõ, ſicut exiſtimant, dubitans de omnibus, atq; inter omnia fluctuans, Manichæos quidem relinquẽdos eſſe decreui, non arbitrans eo ipſo tempore dubitationis meæ in illa ſecta mihi permanendum eſſe, cui iam nonnullos philoſophos præponebam, quibus tamen philoſophis, quod ſine nomine ſalutaris Chriſti eſſent, curationem languoris animę meę committere omnino recuſabam. Statui ergo tandiu eſſe cathecumenus in catholica eccleſia à parentibus commendata, donec aliquid certi eluceret quo curſum dirigerem.

D. AVRELII AVGVSTINI

CONFESSIONVM

Liber ſextus.

Auguſt. nec Manichæus nec catholicus. Cap. 1.

SPes mea à iuuentute mea, vbi mihi eras, & quo receſſuras? An verò non tu feceras me, & diſcreueras me à quadrupedibus & volatilibus cœli? Sapiẽtiorem me feceras, & ambulabã p̃ tenebras, & lubricũ, & quærebã te foris à me, & non inueniebam Deum cordis mei, & veneram in profundum maris, & diffidebã, & deſperabam de inuentione veri. Iã venerat ad me mr̃ pietate fortis, terra mariq; me ſequens, A
& in periculis oĩbus de te ſecura. Nam & p̃ marina diſcrimina ipſos nautas conſolabatur, à quibus rudes abyſsi viatores cum perturbantur conſolari ſolent, pollicens eis p̃uentionem cũ ſalute, quia hoc ei tu p̃ viſũ pollicitus eras. Et inuenit me periclitantem quidẽ grauiter deſperatione indagandæ veritatis. Sed tñ ei cum indicaſſem, non me q̃dem iam eſſe Manichæum, ſed neq; catholicum Chriſtianum, quaſi inopinatũ aliquid audierit, exiliuit lætitia, cũ iam ſecura fieret ex ea parte miſeriæ meę, in qua me tanquã mortuum, ſed reſuſcitandum tibi flebat, & feretro cogitationis efferebat, vt diceres filio viduæ. Iuuenis tibi dico, ſurge: & reuiui- Luc. 7.
ſceret, & inciperet loqui, & redderes illum matri ſuæ. Nulla ergo turbulenta exultatione trepidauit cor eius, cum audiſſet ex tãta parte iam factũ, quod tibi quotidie plangebat, vt fieret, veritatem me nõdum adeptũ, ſed falſitati iam ereptũ: imò verò quia certa erat, & quod reſtabat te daturum, qui totũ B
promiſeras, placidisſime, & pectore pleno fiduciæ rñdit mihi credere ſe in Chriſtum, quod priuſquam de hac vita emigraret, me viſura eſſet fidelem catholicum: & hoc quidem mihi, tibi autem fons miſericordiarũ preces, & lachrymas denſiores, vt accelerares adiutorium tuum, & illuminares tenebras meas, & ſtudioſius ad eccleſiam currerem, & in Ambroſij ora ſuſpẽderer ad fontem ſalientis aquæ in vitam æternam. Diligebat autem illum virũ ſicut angelum Dei, quod per illum cognouerat me interim ad Ioan. 4.
illã ancipitem fluctuationem iam eſſe per-

ductum, per quem transiturum me ab ægri-
tudine ad sanitatem intercurrente acriore
periculo, quasi per accessionem, quam cre
ticam medici vocant, certa præsumebat.

Epulæ & synaxis apud sepulchra, martyrũ. c. 2.

ITaq; cum ad memorias sanctorum, sicut
in Aphrica solebat, pultes & panẽ, et me
rũ attulisset, atq; ab hostiario prohiberetur,
vbi hoc ep̃m vetuisse cognouit, tã pie atq;
obedienter amplexata est, vt ipse mirarer,
qđ tã facile accusatrix potius cõsuetudinis
suæ, q̃ disceptatrix illius prohibitionis effe-
cta sit. Non.n. obsidebat sp̃ũm eius vinolen
C tia, eamq; stimulabat in odiũ veri amor vi-
ni, sicut plerosq; mares & fœminas, qui ad
canticũ sobrietatis, sicut ad potionẽ aquatã
madidi nauseant. Sed illa cũ attulisset cani-
strũ cũ solennibus epulis p̃gustãdis atq; lar-
giendis, plus ẽt q̃ vnum potillũ pro suo pa-
lato satis sobrio tẽperatũ, vnde indignatio-
nem sumeret non ponebat. Et si multæ essẽt
q̃ illo modo videbantur honorandę memo
riæ defunctorũ, idem ipsum vnũ qđ vbiq;
poneret circunferebat, quo iam non solum
aquatissimo, sed ẽt tepidissimo cũ suis prę-
sentibus p sorbitiones exiguas partiret, qa
pietatem ibi q̃rebat, non voluptatẽ. Itaque
vbi cõperit à præclaro p̃dicatore atq; anti-
stite pietatis p̃ceptum esse, ista non fieri, nec
ab eis qui sobrie facerent, ne vlla occasio se
ingurgitãdi daret ebriosis, & quia illa quasi
parentalia superstitioni gentiliũ essent simil
lima, abstinuit se libentissime, & p canistro
pleno terrenis fructibus, plenum purgatiri
bus votis pectus ad memorias martyrũ af-
ferre didicerat, & vt quod posset daret egẽ-
tibus, & si cõicatio dñici corporis illic ce-
lebraret, cuius passionis imitatione immo-
lati, & coronati sũt martyres. Sed tñ vr̃ mi-
D hi dñe Deus meus, & ita est in cõspectu tuo
de hac re cor meũ, nõ facile fortasse de hac
amputanda consuetudine mr̃em meã fuisse
cessurã, si ab alio prohiberet, quẽ non sicut
Ambrosiũ diligebat, quẽ p p salutem meam
maxime diligebat: eã verò ille p p eius reli-
giosissimã cõuersationẽ, qua in bonis ope-
ribus tã feruens spiritu frequentabat eccle-
siam, ita vt sæpe erũperet cũ me videret in
eius prædicatione, gratulans mihi quod ta-
lem mr̃em haberem, nesciens qualem illa
me filium, qui dubitabam de illis omnibus,
& inueniri posse viam minime putabam.

Memorias sepulchra vocat.

NEc iam ingemiscebã orando, vt subue
nires mihi, sed ad q̃rendũ intentus, &
ad disserendũ inquietus erat aĩus meus. Ip-
sumq; Ambrosium fœlicẽ quendã hoĩem
ſm seculũ opinabar, quẽ sic tãtæ potestates
honorarẽt, cęlibatus tñ eius mihi laborio-
sus videbat. Quid aũt ille spei gereret, & ad-
uersus ipsius excellentiæ tentamenta, qd lu-
ctaminis hr̃et quidve solaminis in aduersis,
& occultũ os eius qđ erat in corde eius, q̃
sapida gaudia de pane tuo ruminaret, nec
conijcere nouerã, nec expertus erã, nec ille
sciebat æstus meos, nec foueam p̃iculi mei.
Non.n. q̃rere ab eo poterã qđ volebã sicut
volebã, secludẽtib⁹ me ab ei⁹ aure atq; ore
cateruis negociosorũ hoĩum, quorũ ĩfirmi
tatibus seruiebat. Cũ qbus qñ nõ erat, quod
perexiguum tp̃is erat, aut corpus reficiebat
necessarijs sustentaculis, aut lectione aĩum.
Sed cũ legebat, oculi ducebãtur p paginas,
& cor intellectũ rimabatur, vox aũt, & lin-
gua quiescebant. Sępe cũ adessemus, non.n.
vetabatur quisquã ingredi, aut ei veniẽtem
nunciari mos erat, sic eũ legentẽ vidim⁹ ta-
cite, & aliter nunq̃. sedentesq; in diuturno
silentio, (quis.n. tã intento esse oneri aude-
ret) discedebamus, & coniectabamus eum
paruo illo tp̃e, qđ reparandæ menti suę nã-
ciscebat feriatũ ab strepitu causarũ aliena-
rũ, nolle in aliud auocari, & cauere fortas-
se, ne auditore suspẽso, & intẽto, si qua ob-
scur⁹ posuisset ille quẽ legeret, ẽt exponere
necesse esset, aut de aliqbus difficiliorib⁹ di
sceptare q̃onibus, atq; huic operi tp̃ib. im-
pensis, minus q̃ vellet voluminum euolue- F
ret, q̃q̃, & causa seruandę vocis, quę illi fa-
cillime obtundebat, poterat esse iustior ta-
cite legẽdi. Quolibet tñ aĩo id ageret, bono
vtiq; ille vir agebat. Sed certe mihi nulla da
bat copia sciscitandi, q̃ cupiebam de tã san
cto oraculo tuo pectore illius, nisi cum ali
quid breuiter esset audiendũ. Aestus aũt illi
mei ociosum eũ valde cui effunderent req-
rebant, nec vnq̃ inueniebant. Et eũ quidẽ in
populo verbũ veritatis recte tractantem, oĩ
die dñico audiebã, & magis magisq; mihi
confirmabat, oẽs versutarum calumniarũ
nodos, quos illi deceptores nr̃i aduersus di G
uinos libros innectebãt, posse dissolui. Vbi
vero etiam cõperi, ad imaginem tuam ho-
minem à te factum, à spiritualibus filijs tuis

quos

quos de mr̄e catholica per grām regenera-
sti, non sic intelligi, vt humani te corporis
forma determinatū crederent atque cogita
rent, q̄q̄ qūo se hr̄et spiritalis sub̄a, ne qui-
dem renuiter atq; in ænigmate suspicabar,
tñ gaudens erubui non me tot annos aduer
sus catholicam fidem, sed ɔ̈ carnaliū cogi-
tationum figmenta latrasse. Eo quippe teme
rarius, & impius fueram, qđ ea q̄ debebam
q̄rendo discere, accusando dixeram. Tu.n.
G altissime & proxime secretissime, & præsē-
tissime, cui mēbra non sunt alia maiora &
alia minora, sed vbiq; totus es, & nusquā lo
corū es, non es vtiq; forma ista corporea,
tñ fecisti hominem ad imaginem tuā, & ec-
ce ipse à capite vsque ad pedes in loco est.

CVm ergo nescirem qūo hęc subsisteret
imago tua, pulsansq; proponerē qūo
credendū esset, non insultans opponerem
quasi ita creditū esset. Tanto igit̄ acrior cu-
ra rodebat intima mea qd certi retinerem,
q̄to ne magis pudebat tandiu illusum, & de
ceptū ꝓmissione certorū, puerili errore &
aīositate tā multa incerta quasi certa garris-
se. Quod.n. falsa essent postea mihi claruit.
Certū tñ erat qđ incerta essent, & à me ali-
qñ pro certis habita fuissent, cū catholicam
tuā veritatē cæcis cōtentionibus accusarē,
& si nondū cōpertā vera dicentē, non tñ ea
docentem, q̄ grauiter accusabam. Itaq; cō-
fundebar, & conuertebar, & gaudebā Deus
me⁹, qđ Ecclesia tua vnica corp⁹ unici tui,
in qua mihi nomen Chr̄i infanti est inditū,
non saperet infantiles nugas, neq; hoc hr̄et
H in doctrina sua sana, qđ te creatorē oīum
in spatiū loci q̄uis summū, & amplū, tñ vn-
diq; terminatū mēbrorū humanorū figura
contruderet. Gaudebā ēt qđ vetera scripta
legis & prophetarū, iā non illo oculo mihi
legenda proponerent, quo antea videbaut
absurda, cū arguebā tanq̄ ita sentientes san-
ctos tuos, verum aūt non ita sentiebant, &
tanq̄ regulā diligentissime cōmendaret, sæ-
pe in popularibus sermonibus suis dicentē
Ambrosiū lætus audiebā, Lr̄a occidit, spiri-
tus aūt viuificat, cū ea q̄ ad literā peruersita
tem docere videbant, remoto mystico vela
mento spiritaliter aperiret, non dicens qđ
me offenderet, q̄uis ea diceret, quæ vtrū ve
ra essent adhuc ignorarem. Tenebam.n. cor
meum ab oī assensione, timens ꝑcipitiū, &
suspendio magis necabar. Volebā.n. eorū,
q̄ non viderē ita me certū fieri, vt certus es-
sem qđ septē & tria decē sint. Neq;.n. tā in-
sanus erā, vt ne hoc quidā putarē posse cō-
prehendi. sed sicut hoc, ita cætera cupiebā,
siue corporalia q̄ corā sensibus meis nō ad-
essent, siue spiritalia, de q̄bus cogitare nisi
corporaliter nesciebam. Et sanari credēdo I
poteram, vt purgatior acies mentis meæ di
rigeretur aliquo mō in veritatē tuā sp ma-
nentē, & ex nullo deficientē. Sed sicut eue-
nire assolet, vt malū medicū expertus, ēt bo
no timeat se cōmittere: ita erat valetudo aīę
meæ, q̄ vtiq; nisi credendo sanari non pote
rat, & ne falsa crederet curari recusabat, re
sistens manibus tuis, q medicamenta fidei
confecisti, & sparsisti sup morbos orbis ter
rarū, & tantam illis authoritatem tribuisti.

EX hoc tñ quoq; iam præponēs doctri
nā catholicā, modestius ibi minimeq;
fallaciter sentiebā iuberi vt crederetur qđ
non demonstrabat, siue esset quid, sed cui
forte non esset, siue nec quid esset, q̄ illic te
meraria pollicitatione sciæ credulitatē irri
deri, & postea tā multa fabulosissima, & ab
surdissima, quia demonstrari non poterant
credenda imperari. Deinde paulatim ru do
mine manu mitissima, & misericordissima
ꝑtractans, & cōponens cor meū, consyde-
ranti q̄ innumerabilia crederem quæ nō vi
derem, neq; cum gererent affuissem, sicut
tā multa in historia gentiū, tā multa de lo-
cis atq; vrbibus q̄ non viderā, tā multa ami
cis, tā multa medicis, tā multa hoībus alijs, K
atq; alijs, quæ nisi crederentur omnino, in
hac vita nihil ageremus. Postremo q̄ incon
cusse fixum fide retinerem, de quibus parē-
tibus ortus essem, qđ scire non possem, nisi
audiendo credidissem. Persuasisti mihi non
q crederent libris tuis, quos tanta in oībus
ferè gentibus authoritate fundasti, sed q nō
crederent esse culpandos; nec audiendos es
se, si qui forte mihi dicerent. Vnde scis illos
libros vnius veri, & veracissimi Dei spiritu
esse humano generi ministratos? Idipsū.n.
maxime credendum erat, qm̄ nulla pugna-
citas calumniosarū q̄onum, per tam multa
quę legeram inter se cōfligentium philoso-
phorū extorquere mihi potuit, vt aliqñ nō
crederem te esse quicqd esses quod ego ne-
scirem, aut administrationem rerum huma

De sacrorū librorū authoritate, & necessario usu. ca. 5.

narem ad te minime ptinere. Sed id credebã aliqñ robustius, aliqñ exilius, sp tñ credidi & esse te, & curã nr̃i gerere, ẽt si ignorabã vel quid sentiendũ esset de subã tua, vel, q̃ via duceret aut reduceret ad te. Ideoq; cũ essemus infirmi ad inueniẽdã liquida rõne veritatẽ, & ob hoc nobis opus esset authori-
I tate sanctarũ literarum, iã credere cœperã nullo mõ te fuisse tributurũ tã excellentem illi scripturæ p oẽs iam terras authoritatẽ, nisi & p ipsam tibi credi, & p ipsam te q̃ri voluisses. Iam.n. absurditatẽ, q̃ me in illis literis solebat offendere, cũ multa ex eis pba biliter exposita audissem, ad sacrorum altitudinẽ referebam: eoq; mihi illa venerabilior, & sacrosancta fide dignior apparebat authoritas, quo, & oĩbus ad legendũ esset in prõptu, & secreti sui dignitate in intellectu pfundiore seruaret, verbis apertissimis, & humillimo gñe loquendi se cunctis pbens, & exercens intentionẽ eorũ, qui nõ sunt leues corde: vt exciperet oẽs populari sinu, & p angusta foramina paucos ad te traijceret, multo tñ plures, q̃ si nec tanto apice authoritatis emineret, nec turbas gremio sãctę humilitatis hauriret. Cogitabam hæc & aderas mihi: suspirabã, & audiebas me: fluctuabam, & gubernabas me: ibam per viam seculi latam, nec deserebas me.

De miseria ambitiosorũ, adducto exemplo mendici lætantis. Cap. 6. De uita beata in proœmio. Lib. 3. cõtra Petilianum. Cap. 25.

ET tibi oīno non est malū, non solū tibi, sed & vniuersæ creaturæ tuæ, qa extra te non est aliqd qđ irrūpat & corrūpat ordinē, quē posuisti eis. In partibus aūt eius q̄dā quibusdā quia nō conueniunt mala putantur: & eadem ipsa conueniunt alijs & bona sunt, & in semetipsis bona sunt. Et oīa hæc, q̄ sibi inuicem non conueniunt, cōueniunt inferiori parti rerū, q̄ terrā dicimus, habentē cœlū suū nubilosum atq; vētosum congruū sibi. Et absit iā vt dicerē nō eē ista: quia & si sola ista cernerē, desiderarē quidē meliora, sed iā ēt de solis istis laudare te deberem: qm̄ laudandū te ostendunt de terra dracones & oēs abyssi: Ignis, grādo, nix, glacies, spiritus tēpestatis: quæ faciunt verbum tuū. Montes & oēs colles, ligna fructifera & oēs cedri: Bestiæ & oīa pecora, reptilia & volatilia pennata: Reges terræ & oēs populi, principes & oēs iudices terræ: Iuuenes & virgines, seniores cū iunioribus laudent nomen tuū. Cū vero ēt de cęlis te laudent, laudent te Deus nr̄ in excelsis oēs angeli tui, omnes virtutes tuæ, sol & luna, omnes stellæ & lumen, cęli cęlorū & aquæ, quæ super cęlos sunt laudent nomen tuum. Non iā desiderabā meliora, quia omnia cogitabam, & meliora quidem superiora quam inferiora, sed meliora omnia quam sola superiora iudicio saniore pendebam.

Sanæ mē tis hoī nihil displicet inter creaturas Dei. Cap. 14.

NOn est sanitas eis, quib. displicet aliquid creaturæ tuæ, sicut mihi nō erat cū displicerent multa quæ fecisti. Et qa non audebat aīa mea vt ei displiceret Deus me⁹, nolebat esse tuū quicquid ei displicebat, & inde ierat in opinionē duarū substantiarū, & non requiescebat, & aliena loquebat̄, & inde rediens fecerat sibi Deū p infinita spatia locorū oīum, & eū putauerat te esse, & eū collocauerat in corde suo, & facta erat rursus templum idoli sui abominandū tibi. Sed posteaquā fouisti caput nescientis, & clausisti oculos meos, ne viderent vanitatē, cessaui de me paululū, & cōsopita est insania mea: & euigilaui in te, & vidi te infinitū aliter, & visus iste non à carne trahebatur.

Ps. 118
L

Q̄uo veritas & falsitas in creaturis. Cap. 15.

ET respexi alia, & vidi tibi debere quia sunt, & in te cuncta infinita finita: sed aliter, nō quasi in loco, sed quia tu es omnitenēs manu veritate, & omnia vera sunt inquantū sunt, nec quicquam est falsitas, nisi cū putatur esse qđ non est. Et vidi quia non solū locis sua quæq; suis conueniunt, sed ēt tpibus: & quia tu solus, quia æternus es, nō post innumerabilia spatia temporū cœpisti operari: quia omnia spatia tēporū, & q̄ præterierunt, & quæ pteribunt, nec abirent, nec venirent, nisi te operante, & manente.

Oīa bona, licet quibusdā non apta. Cap. 16.

ET sensi & expertus sum nō esse mirum, qđ palato non sano pœna est panis, q sano suauis est: & oculis ægris odiosa lux, q̄ puris amabilis est. Et iustitia tua displicet iniquis: nedum vipera & vermiculus, quæ bona creasti, apta inferioribus creaturæ tuæ partibus, quibus & ipsi iniqui apti sunt quāto dissimiliores sunt tibi: apti autem superioribus quanto similiores fiunt tibi. Et quæsiui quid esset iniquitas, & non inueni substantiam, sed à summa substantia te Deo detortę in infima voluntatis peruersitatem, proijcientis intima sua, & tumescētis foras.

Peccatū nihil.

M

Quæ retardent a cognitione diuinorum. Cap. 17.

ET mirabar ꝙ iam te amabā, non pro te phantasma. Et non instabam frui Deo meo, sed rapiebar ad te decore tuo, moxq; deripiebar abs te pondere meo, & ruebā in ista cum gemitu, & pondus hoc consuetudo carnalis. Sed mecum erat memoria tui,

neq; vllo mõ dubitabam esse cui cohęrerẽ,
sed nondũ esse me qui cohærerẽ, qm̃ cor-
pus qđ corrũpitur aggrauat aĩam,& depri-
Sap. 9. Rom. 1. mit terrena inhabitatio sensum multa cogi-
tantẽ.Erámq; certissimus, ꝙ inuisibilia tua
à constitutione mundi ꝑ ea,q̃ facta sunt,in-
tellecta conspiciunť,sempiterna quoq; vir-
tus,& diuinitas tua. Quærens.n.vnde appro
barẽ pulchritudinẽ corporũ, siue cęlestiũ,
siue terrestriũ, & quid mihi p̃sto esset inte-
gre de mutabilibus iudicãti,& dicenti, hoc
ita esse debet,illud non ita. Hoc ergo q̃rẽs,
vnde iudicarẽ cũ ita iudicarẽ, inuenerã in-
cõmutabilẽ, & veram veritatis æternitatem
supra mentẽ meã cõmutabilẽ:atq; ita grada
tim à corporibus ad sentientem per corpus
A aĩam,atq; inde ad ei⁹ interiorẽ vim, cui sen
sus corporis exteriora annunciaret,& quo-
usq; pñt bestiæ, atq; inde rursus ad rõcinan
tẽ potentiã,ad quã referť iudicandũ qđ su-
miť à sensibus corporis. Quæ se quoq; in
me cõperiens mutabilẽ, erexit se ad intelli-
gentiã suã, & abduxit cogitationẽ à cõsue-
tudine, subtrahens se à ꝯdicentibus turbis
phãtasmatũ,vt inueniret quo lumine asper-
gereť, cũ sine vlla dubitatione clamaret,in-
cõmutabile p̃ferendũ esse mutabili:vñ nos-
set ipsum incõmutabile, qđ nisi aliquo mõ
nosset, nullo mõ illud mutabili certa præ-
poneret,& ꝑueniret ad id qđ est in ictu tre-
pidantis aspectus. Tum vero inuisibilia tua
ꝑ ea, q̃ facta sunt intellecta ꝯspexi, sed aciẽ
figere non valui: & repercussa infirmitate
redditus solitis,nõ mecũ ferebam,nisi amã-
tem memoriam, & quasi, olfacta desideran
tem,quæ comedere nondum possem.

Sol⁹ Christus via ad salutem. c. 18 ET quærebã viam comparandi roboris
qđ esset idoneũ ad fruẽdum te, nec in-
uenìebam donec amplecterer mediatorem
Dei, & hoĩum hoĩem Christũ Iesum, q̨ est
B super oĩa Deus benedictus in secula,vocã-
1. Ti. 2. tẽ,& dicentẽ;Ego sum via,veritas,& vita.Et
Rom. 9. cibũ cui capiendo inualidus eram, miscen
Ioan. 14. tẽ carni:qm̃ verbũ caro factum est,vt infan-
Ioan. 1. tiæ nostræ lactesceret sapientia tua, ꝑ quam
creasti oĩa. Non .n. tenebã dñm meum Ie-
sum Christũ,humilis humilẽ, nec cuius rei
magistra esset eius infirmitas nouerã.Verbũ
.n.tuũ æterna veritas,superioribus creaturæ
tuæ partibus supereminens, subditos erigit
ad seipsam:in inferioribus aũt ædificauit si-
bi humilem domũ de limo nr̃o: per quam
subdẽdos deprimeret à seipsis, & ad se traij
ceret sanans tumorem, & nutriens amorẽ:
ne fiducia sui progrederẽtur lõgius, sed po
tius infirmarentur,videntes ante pedes suos
infirmam diuinitatem ex participatione tu-
nicæ pelliceæ nostræ, & lassi prosterneren-
tur in eam,illa autem surgens leuaret eos.

EGo vero aliud putabã,tm̃q; sentiebam
de dño Christo meo,quantũ de excel-
lentis sapiẽtiæ viro,cui nullus posset æqua-
ri: p̃sertim q̨a mirabiliter natus ex virgine,
ad exemplũ contẽnendorũ tpalium ꝓ adi-
piscẽda immortalitate, diuina ꝓ nobis cura
tantã authoritatẽ magisterij meruisse vide-
bať. Quid aũt sacri haberet, Verbũ caro fa-
ctũ,ne suspicari quidẽ poterã.Tm̃ cognoue
rã ex ijs,q̃ de illo scripta traderenť, q̨a mã-
ducauit,bibit, dormiuit,ambulauit, exhila-
ratus est,cõtristatus est,sermocinatus est,nõ
hæsisse carnẽ illã verbo tuo, nisi cũ aĩa, &
mẽte humana. Nouit hoc oĩs, qui nouit in-
commutabilitatẽ verbi tui, quã ego iã no-
ueram quantũ poteram, nec omnino quic-
quam inde dubitabã. Etenim nunc mouere
mẽbra corporis ꝑ voluntatẽ, nunc nõ mo-
uere,nunc aliquo affectu affici, nunc nõ af-
fici, nunc proferre ꝑ signa sapientes sñĩas,
nunc esse in silentio:propria sunt mutabili-
tatis aĩæ,& mentis. Quæ si falsa de illo scri-
pta essent:ẽt oĩa periclitarenť mẽdacio,ne-
que in illis literis vlla fidei salus generi hu-
mano remaneret. Quia itaq; vera scripta
sunt,totũ hoĩem in Christo agnoscebã,non
corpus tm̃ hoĩs, aut cũ corpore sine mente
aĩam, sed ipsum hoĩem nõ ꝑsona veritatis,
sed magna quadã naturæ humanæ excellẽ-
tia,& ꝑfectiore participatione sapientiæ p̃-
ferri cæteris arbitrabar. Alipius aũt Deũ car D
ne indutũ,ita putabat credi à catholicis, vt
p̃ter Deũ,& carnẽ,non esset in Christo aĩa,
mentemq; hominis non existimabat in eo
prędicari.Et quoniam bene persuasum tene
bat, ea quæ de illo memoriæ mandata sunt
sine vitali,& rõnali creatura non fieri,ad ip
sam christianam fidem pigrius mouebať.
Sed postea hæreticorum Appollinaristarũ
hunc errorẽ esse cognoscẽs,catholicæ fidei
collætatus, & contemperatus est. Ego autẽ
aliquanto posterius didicisse me fateor, in
eo quòd verbũ caro factum est, quomodo

catholica veritas à Fotini falſitate dirimat.
Improbatio quippe hęreticorum facit emi
nere quid eccleſia tua ſentiat, & quid hēat
ſana doctrina. Oportuit.n. & hæreſes eſſe,
vt probati manifeſti fierent inter infirmos.

SEd tunc lectis Platonicorum illis libris,
poſteaq̃ inde admonitus quærerē incor
poream veritatē, inuiſibilia tua p ea quæ fa
cta ſunt intellecta cōſpexi, & repulſus ſenſi,
q p tenebras aīæ meæ contemplari non ſi-
nerer certius eſſe, te & infinitum eſſę, nec tñ
E p locos finitos infinitosue diffundi, & vere
te eſſe qui ſp idem ipſe eſſes, ex nulla parte
nulloq; motu aliter, aut aliter: cætera vero
ex te eſſe oīa, hoc ſolo firmiſſimo documē
to quia ſunt. Certus quidem in iſtis eram, ni
mis tñ infirmus ad fruendum te. Garriebam
planè quaſi peritus, & niſi in Chriſto Salua
tore nr̃o viam tuā q̃rerem, non peritus, ſed
periturus eſſem. Iā.n. cœperam velle videri
ſapiens, plenus pœna mea, & non flebā, in-
ſuper inflabar ſcīa. Vbi.n. erat illa ædificans
charitas à fundamento humilitatis quod eſt
Chriſtus Ieſus? Aut qñ illi libri me docerēt
eam, in quos me ppea priuſquā ſcripturas
tuas conſiderarē, credo voluiſti incurrere,
vt imprimeretur memoriæ meæ qũo ex eis
affectus eſſem, & cũ poſtea in libris tuis mā
ſuefactus eſſem & curantibus digitis tuis cō
trectarentur vulnera mea, diſcernerem atq;
diſtinguerē quid intereſſet inter pſumptio-
nē & confeſſionē, inter vidētes quò eundũ
ſit, nec uidentes quà, & viā ducentē ad bea-
tificā patriā, non tm̃ cernendā, ſed & inha-
bitandā? Nā ſi primo ſanctis tuis lr̃is infor-
matus eſſem, & in earũ familiaritate obdul-
cuiſſes mihi, & poſtea in illa volumina inci
diſſem, fortaſſe aut abripuiſſent me à ſolida
mento pietatis: aut ſi in affectu quē ſalubrē
imbiberā pſtitiſſem, putarē ēt ex illis libris
eũ poſſe cōcipi, ſi eos ſolos qſq̃ didiciſſet.

ITaq; auidiſſime arripui venerabilem ſty
lum ſpiritus tui, & præ cæteris apoſtolũ
Paulum, & perierunt illæ qōnes, in quibus
mihi aliqñ uiſus eſt aduerſari ſibi, & nō cō-
gruere teſtimoniis legis & prophetarũ te-
xtus ſermonis eius. Et apparuit mihi vna fa-
cies eloquiorũ caſtorũ, & exultare cum tre
more didici. Et cępi, & inueni quicquid il-
lac verũ legerā, hac cum commendatione
gratiæ tuæ didici, ut qui videt nō ſic glorie-
tur quaſi non acceperit, nō ſolum id quod
uidet, ſed ēt ut uideat. Quid.n. habet qđ nō 1. Co. 4.
accepit? Et ut te qui es ſp idem, non ſolum
admoneatur vt uideat, ſed etiā ſanetur ut te
neat. Et qui de longinquo uidere nō poteſt
uiam, tñ ambulet qua ueniat, & uideat & te
neat, quia & ſi cōdelectetur homo legi Dei
ſm interiorem hominē, quid faciet de alia
lege in membris ſuis, repugnante legi men Rom. 7.
tis ſuæ, & ſe captiuũ ducente in lege pecca- Dan. 3.
ti, quæ eſt in membris eius? Qm̃ iuſtus es do
mine, nos autem peccauimus, iniq; fecim⁹, G
impie geſſimus, & grauata eſt ſuper nos ma
nus tua, & iuſte traditi ſumus antiquo pec-
carori præpoſitæ mortis, quia perſuaſit uo-
luntati noſtræ ſimilitudinem uolũtatis ſuæ,
qua in ueritate tua nō ſtetit. Quid faciet mi- Ioan. 8.
ſer hō? Quis eum liberabit de corpore mor Rom. 7.
tis huius, niſi gratia tua per Ieſum Chriſtũ
dñm noſtrum, quem genuiſti coæternum,
& creaſti in principio uiarum tuarũ, in quo
princeps huius mundi non inuenit quicq̃ Prou. 8.
morte dignum, & occidit eum, & euacuatũ Ioan. 14.
eſt chirographum quod erat ɔ̈rium nobis? Col. 2.
Hoc illæ literæ non habent. Non habent il-
læ paginę uultum pietatis huius, lachrymas
confeſſionis, ſacrificium tuum ſpiritum cō
tribulatum, cor contritum & humiliatum,
populi ſalutem, ſponſam, ciuitatem, arram
ſpiritusſancti, poculũ precij noſtri. Nemo Pſ. 50.
ibi cantat: Nonne Deo ſubdita erit aīa mea?
Ab ipſo.n. ſalutare meum. Etenim ipſe eſt
Deus meus & ſalutaris me⁹, ſuſceptor me⁹, Pſal. 61.
non mouebor amplius. Nemo ibi audit uo Mat. 21.
cantem: Venite ad me qui laboratis. Dedi- H
gnantur ab eo diſcere, qm̃ mitis eſt & humi
lis corde. Abſcondiſti enim hæc à ſapienti-
bus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis.
Et aliud eſt de ſylueſtri cacumine videre pa
triam pacis, & iter ad eam non inuenire, &
fruſtra conari per inuia, circum obſidenti-
bus & inſidiantibus fugitiuis deſertoribus
cũ principe ſuo leone & dracone: & aliud
tenere uiam illuc ducentem cura cœleſtis
imperatoris munitam, ubi non latrocinan-
tur, qui cœleſtem militiam deſeruerunt. Vi
tant enim eam ſicut ſupplicium. Hæc mihi
inuiſcerabantur miris modis, cum minimũ
apoſtolorum tuorum legerem, & conſide-
raueram opera tua & expaueram.

D. AVRELII AVGVSTINI

CONFESSIONVM

Liber octauus.

Accensus amore diuinorum ad Simplicianũ ire statuit. *Cap. I.*



DEus meus recorder in gratiarũ actione tibi, & confitear misericordias tuas sup me. Perfundantur ossa mea delectatione tua, & dicant: Dñe quis similis tibi? Dirupisti vincula mea, sacrificẽ tibi sacrificium laudis. Qũo dirupisti ea narrabo, & dicent oẽs qui adorant te, cum au-
Ps. 115.
I diunt hæc: Benedictus dñs in cœlo & in terra, magnũ & mirabile nomen eius. Inhæserant pcordijs meis verba tua, & vndiq; circumuallabar abs te. De vita tua æterna cert⁹ eram, q̃uis eam in ænigmate & quasi p speculum viderã. Dubitatio tñ oĩs de incorruptibili sũba, & qđ ab illa esset oĩs sũba, ablata mihi erat: nec certior de te, sed stabilior in te esse cupiebam. De mea vero tpali vita nutabant oĩa, & mundandum erat cor à fermento veteri, & placebat via ipse Saluator, & ire per eius angustias adhuc pigebat. Et immisisti in mentẽ meam, uisumq; est bonum in conspectu meo pergere ad Simplicianũ, q mihi bonus apparebat seruus tuus, & lucebat in eo gratia tua. Audierã ẽt, quod à iuuentute sua deuotissime tibi uiueret. Iã vero tunc senuerat, & longa ætate in tã bono studio sectandæ viæ tuę, multa expertus, multa edoctus mihi uidebatur, & uere sic erat. Vñ mihi vt proferret uolebã conferẽti secum æstus meos, q̃s esset aptus modus sic affecto, ut ego eram ad ambulandum in uia tua. Videbam.n. plenam Ecclesiam tuam, &
K alius sic ibat, alius aũt sic. Mihi aũt displicebat qđ agebam in seculo, & oneri mihi erat ualde, non iã inflammantibus cupiditatibus ut solebant spe honoris & pecuniæ, ad tolerandã illam seruitutem tam grauem. Iã.n. me illa non delectabant præ dulcedine tua
Ps. 25. & decore domus tuæ quã dilexi, sed adhuc tenaciter colligebar ex fẹmina. Nec me phibebat Apostolus coniugari, q̃uis exhorta
1. Co. 7. retur ad melius, maxime uolens oẽs homines sic esse, ut ipse erat. Sed ego infirmior eligebam molliorẽ locum: & pp hoc unũ uoluebar in cæteris languidus, & tabescens curis marcidis, quod & in alijs rebus, quas

1. Co. 12.

nolebam pati, congruere cogebar uitę coniugali, cui deditus cõstringebar. Audieram ex ore ueritatis, esse spadones q seipsos ab- *...t. 19.*
sciderunt pp regnum cœlorum, sed qui potest (inquit) capere capiat. Vani sunt certe oẽs hoĩes, quibus non inest Dei scĩa, nec de *...13.*
ijs quæ vñr bona, potuerunt inuenire eum qui est. At ego iam non erã in illa uanitate, transcenderã eã, & contestãte uniuersa creatura tua, inuenerã te creatorẽ nr̃m, & uerbũ tuum apud te Deũ, tecumq; cũ spiritusancto unũ Deum, p qđ creasti oĩa. Et est aliud genus impiorũ qui cognoscentes Deũ non sicut Deũ glorificauerunt, aut g̃as egerunt. In hoc quoq; inciderã, & dextera tua Deus suscepit me, & inde ablatũ posuisti ubi conualescerẽ, quia dixisti hoĩ: Ecce pietas est sapientia, & noli uelle uideri sapiens, qm̃ dicentes se esse sapiẽtes, stulti facti sunt. Et inueneram iã bonam margaritam, & uenditis oĩbus quæ hr̃em emenda erat, & dubitabã.

PErrexi ergo ad Simplicianum patrẽ in accipienda gratia tunc epi Ambrosij, & quæ uere ut patrem diligebat. Narraui ei circumitus erroris mei. Vbi aũt commemoraui legisse me quosdam libros Platonicorum, quos Victorinus quondam rhetor urbis Romæ, quem Christianum defunctum esse audieram, in Latinam linguam transtulisset, gratulatus est mihi quod non in aliorum philosophorũ scripta incidissem, plena fallaciarum & deceptionum s̃m elemẽta huius mundi, in istis autem omnibus modis insinuari Deũ & eius uerbum. Deinde ut me exhortaretur ad humilitatem Christi, sapientibus abscõditã, & reuelatam paruulis, Victorinum ipsum recordatus est, quẽ Romæ cum esset familiarissimè nouerat, deq; illo mihi narrauit, quod non silebo. Habet enim magnam laudem gratiæ tuæ confitendam tibi, quemadmodũ ille doctissimus senex, & oĩum liberalium doctrinarum peritissimus, quiq; philosophorum tam multa legerat, & diiudicauerat, & dilucidauerat, doctor tot nobilium Senatorum, qui ẽt ob insigne præclari magisterij, quod ciues huius mundi eximium putãt, statuã Romano foro meruerat & acceperat, usque ad illam ætatem uenerator idolorum, sacrorumque sacrilegorũ princeps, quib⁹ tunc tota ferè Romana nobilitas inflata spirabat populi u-

siam,

ſiam,& omnigenũ Deum,monſtra, & Anubem latronem,quę aliqñ ɔ̈ Neptunũ,& Venerem,ɔ̈q; Mineruam tela tenuerãt, & à ſe victis iam Roma ſupplicabat, q̃ iſte ſenex Victorinus tot annos orre terricrepo defenſitauerat, non erubuerit eſſe puer Chr̃i tui, & infans fontis tui,ſubiecto collo ad humilitatis iugũ,& edomita fronte ad crucis opprobriũ. O dñe qui inclinaſti cœlos & deſcendiſti,tetigiſti montes,& fumigauerunt, qbus modis te inſinuaſti illi pectori? (Psal. 17.) Legebat,ſicut ait Simplicianus,ſanctam ſcripturam, oẽſq; Chriſtianas literas inueſtigabat ſtudioſiſſime,& pſcrutabat̃, & dicebat Simpliciano,nõ palam ſed ſecretius,& familiarius: Noueris me iã eſſe Chriſtianũ. Et rñdebat ille:Non credã,nec deputabo te inter Chriſtianos, niſi in eccleſia Chriſti te videro.Ille aũt irridebat eũ dicẽs: Ergone parietes faciunt Chriſtianos?Et hoc ſępe dicebat iam ſe eſſe Chriſtianum,& Simplicianus illud ſæpe rñdebat,& ſæpe ab illo parietũ irriſio repetebatur.Amicos.n.ſuos verebatur offendere ſuperbos dæmonicolas,quorum ex culmine Babylonicæ dignitatis, quaſi ex cedris Libani,quas nondũ contriuerat dñs, grauiter ruituras in ſe inimicitias arbitrabatur.Sed poſteaq̃ legendo,& inhiando auxit firmitatem,timuitq; negari à Chriſto corã angelis ſanctis,ſi eũ timeret corã hoĩbus cõfiteri,reuſq; ſibi magni crĩs apparuit, erubeſcẽdo de ſacr̃is humilitatis verbi tui, & ñ erubeſcendo de ſacris ſacrilegis ſuperborũ dæmoniorũ,quæ imitator ſuperbus acceperat:depuduit vanitati,& erubuit veritati, ſubitoq;,& inopinatus ait Simpliciano,vt ipſe narrabat; Eamus in eccleſiã,Chriſtianus volo fieri.At ille non capiens ſe lætitia prexit cũ eo. Vbi aũt imbutus eſt primis inſtructionum ſacr̃is, non multo poſt ẽt nomen dedit,vt p baptiſmum regeneraret̃,mirante Roma,gaudente eccleſia. Superbi videbãt, & iraſcebant̃,dentibus ſuis ſtridebant, & tabeſcebant: ſeruo aũt tuo dñs Deus erat ſpes eius,& non reſpiciebat in vanitates, & inſanias mendaces.Deniq;,vt ventum eſt ad horam profitendæ fidei:q̃ verbis certis conceptis retentiſq; memoriter de loco eminentiore in cõſpectu populi fidelis Romæ reddi ſolet ab eis,qui acceſſuri ſunt ad gratiam tuã, oblatũ eſſe dicebat Victorino à presbyteris,vt ſecretius redderet,ſicut nonnullis q verecundia trepidaturi videbantur, offerri mos erat:ille aũt maluiſſe ſalutẽ ſuã in conſpectu ſanctæ multitudinis profiteri. Nõ.n. erat ſalus, q̃ docebat in rhetorica, & tñ eã publice profeſſus erat. Quanto minus ergo minus vereri debuit manſuetũ gregẽ tuum pronuncians verbũ tuũ,qui non verebatur in verbis ſuis turbas ĩſanorũ?Itaq; vbi aſcẽdit,vt redderet oẽs ſibimet inuicẽ quiſque, vt eũ nouerat inſtrepuerunt nomẽ eius ſtrepitu congratulationis. Quis aũt ibi eũ non nouerat? Et ſonuit preſſo ſonitu p ora cunctorũ collætantium:Victorinus, Victorin[9]. Cito ſonuerunt exultatione, quia videbant eum,& cito ſiluerunt intentione,vt audirẽt eum.Pronunciauit ille fidem veracem pręclara fiducia, & volebant eum omnes rapere intro in cor ſuum, & rapiebant amando, & gaudendo. Hæ rapientium manus erant.

Quod Deus, & angeli magis gaudẽt in peccatorũ conuerſione. Cap. 3

DEus bone quid agit̃ in hoĩe,vt pl[9] gaudeat de ſalute deſperatæ aĩæ, & de maiore periculo liberatæ, q̃ ſi ſpes ei ſp affuiſſet,aut periculorũ minus fuiſſet? Etenim tu quoque miſericors pr̃, plus gaudes de vno pœnitente,q̃ de nonagintanouẽ iuſtis,quibus non eſt opus pnĩa. (*Luc. 15.*) Et nos cũ magna iocunditate audimus cũ audimus, q̃ exultãtis paſtoris humeris reportetur ouis,q̃ errauerat: & drachma referat̃ ĩ theſauros tuos collætantibus vicinis mulieri,quę inuenit:& lachrymas excutit gaudiũ ſolẽnitatis domus tuę,cũ legitur in domo tua de minore filio, qm̃ mortuus erat,& reuixit,perierat, & inuentus eſt. (*Ibidem.* *Luc. 15.*) Gaudes qppe in nobis,& in angelis tuis ſancta charitate ſanctis. Nã tu ſẽper idẽ,qui ea,q̃ non ſp nec eodem mõ ſunt,eodem modo ſp noſti oĩa. Quid ergo agitur in aĩa,cum amplius delectatur inuentis,aut redditis reb[9], quas diligit, q̃ ſi eas ſp habuiſſet? Conteſtantur.n.& cætera,& plena ſunt oĩa teſtimonijs clamantibus,ita eſt. Triumphat victor Imperator, & non uiciſſet niſi pugnauiſſet. Et quãto maius periculum fuit in prælio,tanto maius gaudium eſt in triumpho.Iactat tempeſtas nauigantes, minaturque naufragium, omnes futura morte palleſcunt.Trãquillatur cœlum,& mare,& exultant nimis,quoniam timuerũt nimis. Aeger eſt charus, & vena eius malum renunciat: omnes qui eum ſaluũ cupiunt, ægrotant ſi-

mul animo.Fit ei recte, & nondũ ambulat
priſtinis virib.& fit iam tale gaudium,quale
nõ fuit cũ antea ſaluus & fortis ambularet.
Eaſq; ipſas voluptates humanæ vitæ ẽt non
inopinatis,& præter voluntatẽ irruentibus,
ſed inſtitutis,& voluntarijs moleſtiis hoĩes
acquirunt.Edendi & bibendi voluptas nul-
la eſt,niſi pcedat eſuriendi, & ſitiendi mole
ſtia. Et ebrioſi q̃dã falſiucſula comedunt,
E quò fiat moleſtus ardor,quẽ dum extinguit
potatio,fit delectatio.Et inſtitutũ eſt,vt iam
24.qc.2. pactæ ſponſæ non tradant̃ ſtatim,ne vilẽ ha
c. inſtitu beat maritus datã, quam non ſuſpirauerit
tũ.4.ſen. ſponſus dilatã.Hoc in turpi, & execrãda læ
diſ.27.c. titia,hoc in ea,q̃ cõceſſa & licita eſt,hoc in
de nuptia ipſa ſyncerißima honeſtate amicitiæ, hoc
libus. in eo,q mortuus erat,& reuixit; perierat &
Luc.15. inuẽtus eſt.Vbiq; maius gaudium, moleſtia
maior pcedit. Quid eſt hoc dñe Deus meᵘ,
cũ tu æternũ tibi tuipſe ſis gaudiũ, & q̃dam
de te circa te ſp gaudeant?Quid eſt qđ hęc
rerũ pars alternat defectu & profectu,offen
ſionib,& conciliationibus.An is eſt modus
earũ,& tm̃ dediſti eis,cum à ſummis cœlo-
rũ vſq; ad ima terrarũ,ab initio vſq; in finẽ
ſeculorũ,ab angelo vſque nd vermiculum,
à motu primo vſque ad extremũ,omnia ge
nera bonorũ,& oĩa iuſta opera tua ſuis quę
que ſedibus locares,& ſuis quæque tempo
ribus ageres?Hei mihi q̃ excelſus es in excel
ſis, & quam profundus es in profundis, &
F nuſquam recedis,& vix redimus ad te.

Quare plus lætã dũ ſit in magni pec catoris cõ uerſione. Cap.4.

AGe dñe,& ſac excita & reuoca nos, ac
cende & rape,flagra, dulceſce,iã ame
mus,& curramus.Nonne multi ex profun-
diore tartaro cæcitatis,q̃ Victorinus redeũt
ad te,& accedũt & illuminant̃ recipiẽtes lu
men?Qđ ſiqui recipiũt, accipiũt à te pote-
ſtatẽ,vt filii tui fiãt. Sed ſi minus noti ſint po
pulis,minus de illis gaudẽt, ẽt qui nouerũt
eos.Qñ enim cum multis gaudet̃, & in ſin-
gulis uberius eſt gaudiũ, qa feruere faciunt
ſe,& inflammantur ex alterutro.Deinde qđ
multis noti,multis ſunt authoritati ad ſalu-
tẽ,& multis præeunnt ſecuturis,ideoq; mul
tum de illis,& qui eos pceſſerunt lætantur,
qa non de ſolis lætantur.Abſit.n.vt in taber
naculo tuo præ pauperibus accipiantur p-
ſonæ diuitũ, aut præ ignobilibus nobiles,
1.Cor.1. qñ potius infirma mundi elegiſti, vt cõfun
deres fortia,& ignobilia huius mũdi elegi-
ſti, & contemptibilia,& ea, quæ nõ ſunt tã
quam,q̃ ſunt,vt ea quę ſunt euacuares.Et tñ
idem ipſe minimus Apoſtolorũ tuorũ, per
cuius linguam tu iſta verba ſonuiſti, cũ Pau Co.15.
lus proconſul per eius militiam debellata
ſuperbia, ſub leui iugo Chriſti cui miſſus
eſſet, regis magni prouincialis effectus, ipſe
quoq; ex priore Saulo Paulus vocari ama-
uit, ob tã magnę inſigne victoriæ.Plus.n.ho
ſtis vincitur in eo quẽ plus tenet, & de quo
plures tenet.Plus autẽ ſuperbos tenet nomi
ne nobilitatis, & de his plures nomine au-
thoritatis. Quanto igit̃ gratius cogitabat̃ Vi
ctorini pectᵘ, qđ tãquã inexpugnabile rece
ptaculũ diabolus obtinuerat Victorini lin-
gua, quo telo grandi, & acuto multos per-
emerat,abundãtius exultare oportuit filios
tuos,quia rex noſter alligauit fortẽ,& vide-
bãt vaſa eius erepta mũdari, & aptari ĩ ho-
norẽ tuũ,& fieri vtilia dño ad oẽ opᵘ bonũ.

SEd ubi mihi hõ tuus Simplicianus de Vi
ctorino iſta narrauit, exarſi ad imitãdũ.
Ad hoc.n, & ille narrauerat. Poſteaquã ve-
ro, & illud addidit, q imperatoris Iuliani
tẽporibus lege data prohibiti ſunt Chriſtia
ni docere literaturã, & oratoria, quã legẽil
le amplexus, loquacẽ ſcholã deſerere ma-
luit, q̃ uerbum tuum, quo linguas infantiũ
facis diſertas, non mihi fortior q̃ fœlicior
viſus eſt,qa inuenit occaſionẽ vacandi tibi.
Cui rei ego ſuſpirabã ligatus,nõ ferro alie
no, ſed mea ferrea uoluntate. Velle meũ te-
nebat inimicᵘ,& ĩde mihi catenã fecerat,&
conſtrinxerat me.Quippe ex volũtate per-
uerſa facta eſt libido, & dũ ſeruit̃ libidini,
facta eſt cõſuetudo, & dũ conſuetudini nõ
reſiſtitur,facta eſt neceßitas.Quib. quaſi an
ſulis quibuſdã ſibimet innexis, vnde catenã
appellauit,tenebat me obſtrictũ dura ſerui-
tus.Voluntas aũt noua, quæ mihi eſſe cœpe
rat,vt te colerem fruiq; te vellem Deus ſo-
la cẽrta iocũditas, nondũ erat idonea ad ſu
perandã priorẽ vetuſtate roboratã. Ita duæ
voluntates meæ, una uetus, alia noua, illa
carnalis,illa ſpiritalis confligebant inter ſe,
atque diſcordando dißipabant animã meã.
Sic intelligebam meo ipſo experimento,id
quod legeram,quomodo caro concupiſce
ret aduerſus ſpiritũ,& ſpiritus aduerſus car G
nem.Ego quidem in vtroq; ſed magis ego
in eo quod in me approbabam,quàm in eo
quod

quod in me improbabam. ibi.n. magis iam
non ego, quia ex magna parte id patiebar in
uitus, q̃ faciebam volens: Sed tñ cõsuetudo
aduers⁹ me pugnatior ex me facta erat, qm̃
I volens, quo nollem perueneram. Et q̷s iure
ↄ̈ diceret, cum peccantem iusta pęna seque
retur? Et non erat iam vlla excusatio, qua vi
deri mihi solebam, ꝓpea nondum me con-
tẽpto seculo seruire tibi, quia incerta mihi
esset perceptio veritatis. Iam.n. & ipsa certa
erat, ego aũt adhuc terra obligatus, militare
tibi recusabam, & impedimentis oĩbus sic
timebam expediri, quemadmodum impedi
ri timendum est. Ita sarcina seculi velut sõ-
no assolet dulciter premebar, & cogitatio-
nes quibus meditabar in te, similes erãt co-
natibus expergisci volentium qui tñ supe-
rati soporis altitudine remergunt. Et sicut
nemo est qui dormire ſꝑ velit, omniumq;
sano iudicio vigilare præstat: differt tñ ple-
rumq; hõ somnum excutere, cũ grauis tor-
por in mẽbris est, cumq; iam displicentem
carpit libentius, q̃uis surgẽdi tp̃s aduenerit:
ita certum habebã esse melius tuę charitatis
me dedere, q̃ meæ cupiditati cedere. Sed il-
lud placebat & vincebat, hoc libebat & vin
ciebat. Non.n.erat qđ tibi rñderem dicenti
mihi: Surge q̷ dormis, & exurge à mortuis,
5. & illuminabit te Christus: & vndiq; ostẽdẽ-
K ti vera te dicere, non erat oĩno, quod rñde-
rem veritate conuictus, nisi tm̃ verba lenta
& somnolenta: Modo, ecce mõ, sine paulu-
lum. Sed mõ, & mõ non habebant modum,
& sine paululũ, in longum ibat. Frustra con
delectabar legi tuæ ſm interiotem hoĩem,
cũ lex alia in membris meis repugnaret legi
mentis meæ, & captiuũ me duceret in lege
peccati, q̃ in mẽbris meis erat. Lex.n.pecca
ti est violentia consuetudinis, qua trahit, &
tenetur ẽt inuitus aĩus, eo merito, quo in eã
volens illabitur. Miserum ergo me quis li-
beraret de corpore mortis huius, nisi gratia
tua per Iesum Christũ dominum nostrum?

Cap. ET de vinculo quidẽ desyderij concubi
natus, quo arctissime tenebar, & secu-
larium negociorũ seruitute, quemadmodũ
me exemeris narrabo, & cõfitebor nomini
tuo dñe adiutor meus & redemptor meus.
Agebã solita crescente anxietudine, & quo
tidie suspirabam tibi: Frequentabã Ecclesiã
tuam quantum vacabã ab eis negocijs, sub
quorũ pondere gemebam. Mecum erat Ali
pius ociosus ab opere iurisperitorũ post as L
sessionẽ tertiã, expectans quibus iterũ cõsi-
lia venderet, sicut ego vendebã dicẽdi facul
tatẽ, si qua docẽdo præstari pőt. Nebridius
aũt amicitiæ nostræ cesserat, vt oĩum nr̃m
familiarissimo Verecundo Mediolanẽsi &
ciui & grammatico subdoceret, vehemen-
ter desideranti & familiaritatis iure flagitan
ti, de numero nr̃o fidele adiutoriũ quo indi
gebat nimis. Non itaq; Nebridium cupidi-
tas commodorũ eò traxit, maiora.n.posset
si vellet de literis agere, sed officio beneuo-
lentiæ petitionem nr̃am contemnere noluit
amicus dulcissimus, & mitissimus. Agebat
aũt illud prudentissime, cauens innotescere
personis ſm hoc seculum maioribus, deui-
tans in eis oẽm inquietudinem aĩ, quem uo
lebat hr̃e liberum, & q̃ multis posset horis
feriatum ad q̃rendum aliquid, vel legendũ,
vel audiendũ de sapientia. Quodã igit̃ die,
non recolo causam, qua erat absens Nebri-
dius, cũ ecce ad nos domũ uenit, & ad me,
& Alipiũ Potitianus quidã ciuis nr̃ inquan-
tum Afer, ꝓclare in palatio militans, nescio
q̷d à nobis volebat. Et consedimus, vt collo
queremur, & forte s̃. mensam lusoriã, quæ
ante nos erat, attendit, codicẽ tulit, aperuit, M
inuenit Apostolũ Paulum, inopinate sane:
putauerat.n.aliquid de libris, quorũ profes-
sio me conterebat. Tũ vero arridens meq;
intuens, gratulatorie miratus est, qđ eas, &
solas præ oculis meis literas repente cõpe-
risset, Christianus quippe, & fidelis erat, &
sæpe tibi Deo nr̃o prosternebatur in Eccle-
sia crebris, & diuturnis orõnibus, Cui ego
cũ indicassem illis me scripturis curã maxi
mã impendere, ortus est sermo ipso narran
te de Antonio Aegyptio monacho, cui⁹ no *Antonius*
men excellenter clarebat apud seruos tuos, *mona-*
non aũt vsq; in illam horã latebat. Quod il- *chus.*
le ubi comperit, immoratus est in eo sermo
ne, insinuans tm̃ uirũ ignorantibus, & admi
rans eandem nostram ignorantiam. Stupe-
bamus autem audientes tam recenti memo
ria, & propè nostris tẽporibus, testatissima
mirabilia tua ĩ fide recta & catholica eccle
sia: Omnes mirabamur, & nos, quia tã ma-
gna erant, & ille, quia inaudita nobis erant.
Inde sermo eius deuolutus est ad monaste-
riorum greges, & mores suaueolentiæ tuæ,

& ubera

& vbera deserta eremi, quorũ nos nihil scie
A bamus. Et erat monasterium Mediolani ple
num bonis fratribus extra vrbis mœnia sub
Ambrosio nutritore, & nõ noueramus. Per-
tendebat ille, & loquebatur adhuc, & nos
intenti tacebamus. Vñ incidit vt diceret ne-
scio qñ se, & tres alios contubernales suos
Treueri. nimirũ apud Treueros, cum Imperator ꝓ-
meridiano Circensium spectaculo teneret,
exisse deambulatum in hortos muris conti-
guos, atque illic vt forte cõbinati spatiaban
tur, vnum secum seorsum, & alios duos iti-
dem seorsum pariterq; digressos: sed illos
vagabundos irruisse in quãdam casam, vbi
habitabãt quidã serui tui, spiritu pauperes,
qualiũ est regnum cœlorum, & inuenisse
Matt. 5. ibi codicẽ in quo scripta erat vita Antonij.
Quam legere cæpit vnus eorũ, & mirari, &
accendi, & inter legendum meditari arripe
re talem vitam, & relicta militia seculari ser
uire tibi. Erat aũt ex eis quos dñt agentes in
rebus. Tũc subito repletus amore sancto, &
sobrio pudore, iratus ita sibi coniecit ocu-
los in amicum, & ait illi: Dic quæso te, om-
nibus istis laboribus nostris quò ambimus
ꝑuenire? Quid q̃rimus? Cuius rei cã milita-
B mus? Maiorne esse poterit spes nr̃a in pala-
tio, q̃ vt amici Imperatoris simus? Et ibi q̃d
non fragile, plenumq; periculis? Et ꝑ quot
pericula ꝑuenitur ad grandius periculũ? Et
quandiu istud erit? Amicus aũt Dei si volue
ro, ecce nunc fio. Dixit hoc, & turbidus par
turitione nouæ vitæ, reddidit oculos pagi-
nis, & legebat, & mutabat̃ intus vbi tu vide-
bas, & exuebat̃ mundo mẽs eius, vt mox ap
paruit. Nanq; dũ legit, & voluit fluctus cor
dis sui, infremuit aliqñ, & discreuit, decre-
uitq; meliora, iã iamq; tuus, ait amico suo;
Ego iã abrupi me ab illa spe nr̃a, & Deo ser
uire statui, & hoc ex hora hac, in hoc loco
aggredior. Te si piget imitari, noli aduersa-
ri. Rñdit ille adhærere se socio tantę merce
dis tantæq; militiæ. Et ambo iam tui ædifica
bãt turrim sumptu idoneo relinquẽdi oĩa,
& sequendi te. Tũ Potitianus, & qui cum eo
ꝑ alias horti partes deambulabant, q̃rentes
eos, deuenerunt in eundem locum, & inue-
nientes admonuerunt vt redirent, qm̃ decli
nasset dies. At illi narrato placito, & propo
sito suo, quoq; modo in eis talis volũtas or
ta esset, atq; firmata, petiuerunt ne sibi mo-
lesti essent, si adiũgi recusarent. Isti aũt nihi-
lo mutati à pristinis, fleuerunt se tñ vt dice-
bat, atq; illis pie congratulati sunt, & cõmẽ
dauerunt se orationibus eorum, & trahẽtes
cor in terra abierunt in palatium, illi autem
affigentes cor cœlo, manserunt in casa. Et
ambo habebant sponsas. Quæ posteaquam
hoc audierunt, dicauerunt etiam ipsæ virgi
nitatem tibi. Narrabat hæc Potitianus.

TV autem dñe inter verba eius retor-
quebas me ad meipsum auferens me à
dorso meo vbi me posueram, dum nollem
me attendere, & constituebas me ante faciẽ
meam, vt viderem q̃ turpis essem, q̃ distor-
tus, & sordidus, maculosus, & vlcerosus. Et
videbam, & horrebam, & quo à me fugerẽ
nõ erat. Et si conabar à me auertere aspectũ,
narrabat ille quod narrabat, & tu me rursus
opponebas mihi, & impingebas me in ocu
los meos, vt inuenirem iniquitatem meam,
& odissem. Noueram eam, sed dissimula-
bam, & conuiuebam, & obliuiscebar. Tunc
vero, quanto ardentius amabam illos de q̃-
bus audiebam salubtes affectus, quod se to-
tos sibi sanandos dederant, execrabilius me
comparatum eis oderam. Quoniam multi
mei anni mecũ effluxerant, forte duodecim
anni, ex quo ab vndeuicesimo anno ætatis
meæ, lecto Ciceronis Hortensio, excitatus
eram studio sapientiæ, & differebam contẽ
pta fœlicitate terrena ad eam inuestigandã
vacare, cuius non inuentio, sed vel sola in-
quisitio iam præponenda erat, etiam inuen
tis thesauris regnisq; gentium, & ad nutum
circunfluentibus corporis voluptatibus. At
ego adolescens miser valde, miser in exor-
dio ipsius adolescentiæ etiam petieram à te
castitatem, & dixeram: Da mihi castitatem,
& continentiam, sed noli modo. Timebam
enim ne me cito exaudires, & cito sanares à
morbo concupiscentiæ, quam malebã ex-
pleri quàm extingui. Et ieram per vias pra-
uas superstitione sacrilega, non quidem cer
tus in ea, sed quasi præponens eam certis,
quæ non pie quęrebam, sed inimice oppu-
gnabam. Et putaueram me propterea de
die in diem contempta spe seculi te solum
sequi, quia non mihi apparebat certum ali-
quid, quò dirigerem cursum meum. Et ve-
nerat dies quo nudarer mihi, & increparet
me conscientia mea: Vbi es lingua? Nem-

pe

pe tu dicebas ꝓꝓ incertum verum nolle te
abijcere sarcinã veritatis. Ecce iã certũ est,
& illa te adhuc premit, humerisq; liberio-
ribus pennas recipiũt, q neq; in q̄rendo ita
E attriti sunt, nec decẽnio, & amplius ista me
ditati. Ita rodebar intus, & confundebar pu
dore horribili vehemẽter, cũ Potitianus ta-
lia loqueret̃. Terminato aũt sermone, & cã
qua venerat, abiit ille. Et ego ad me. Quę nõ
in me dixi? Quibus sñiarum uerberibus nõ
flagellaui aĩam meam, vt sequeret̃ me conã
tem post te ire. Et renitebatur, recusabat, &
non se excusabat. Consũpta erant, & conui
cta argumẽta oĩa, remãserat muta trepida-
tio, & quasi mortẽ reformidabat restringi à
fluxu cõsuetudinis quo tabescebat ĩ mortẽ.

TVm in illa grandi rixa interioris dom⁹
meæ, quam fortiter excitaueram cũ
aĩa mea in cubiculo nostro corde meo, tã
vultu, q̃ mente turbatus, inuado Alipiũ, &
exclamo: Quid patimur? Quid est hoc, qđ
audisti? Surgunt indocti, & cœlum rapiũt,
& nos cum doctrinis nostris sine corde, ec
ce vbi volutamur in carne & sanguine? An
quia p̄cesserunt, pudet sequi, & non pudet
nec saltem sequi? Dixi, nescio q̄ talia, & abri
puit me ab illo æstus meus, cũ taceret atto-
nitus intuens me. Neque.n. solita sonabam,
plusq; alloquebantur aĩum meũ frons, ge-
næ, oculi, color, modus vocis, q̃ verba q̄ ꝓ-
mebam. Hortulus quidam erat hospitij no-
stri, quo nos vtebamur sicut tota domo. Nã
hospes ibi non habitabat dñs domus. Illuc
me abstulerat tumultus pectoris, vbi nemo
impediret ardentem litẽ q̃ mecum aggres-
sus erã, donec exiret quà tu sciebas. Ego aũt
non sciebam, sed tm̃ insaniebam salubriter,
& moriebar vitaliter, gnarus quid mali es-
sem, & ignarus quid boni post paululum
futurus essem. Abscessi ergo in hortum, &
Alipius pedem post pedem. Neque enim
secretum meum non erat, vbi ille aderat.
Aut qñ me sic affectũ desereret? Sedimus q̃-
tum potuim⁹ remoti ab ædibus: Ego freme
bam spiritu indignans turbulantissima indi
gnatione, qđ non irem in placitum, & pa-
ctum tecum Deus meus, in quod eundũ es-
se oĩa ossa mea clamabant, & in cœlum tol
lebant laudibus, & non illuc ibat̃ nauibus,
aut quadrigis aut pedibus, q̃tum saltẽ de do
mo in eũ locũ ierã vbi sedebamus. Nam nõ
solum ire, uerumetiã peruenire illuc, nihil
erat aliud q̃ velle ire, sed velle fortiter & in G
tegre, non semisauciam hac atq; hac versa-
re & iactare voluntatẽ, partem assurgentem
cum alia parte cadente luctantẽ. Deniq; tã
multa faciebam corpore in ipsis cunctatio-
nis æstibus, q̄ aliqñ volunt homines & non
valent, si aut ipsa membra non habeant, aut
ea vel colligata vinculis, vel resoluta lãguo
re, vel quoquo modo impedita sint. Si vulsi
capillum, si percussi frontẽ, si consertis digi
tis amplexatus sum genu, q̄a volui feci. Po-
tui autem velle, & non facere, si mobilitas
membrorum non obsequeretur. Tam mul-
ta ergo feci, vbi non hoc erat velle qđ pos-
se: & non faciebam, quod & incomparabili
affectu ampli⁹ mihi placebat, & mox vt vel-
lem, possem, quia mox vt vellem vtiq; vel-
lem. Ibi.n. facultas ea quæ voluntas, & ipsũ
velle iam facere erat, & tñ non fiebat: faci-
liusq; obtemperabat corpus tenuissimę vo
luntati aĩæ, vt ad nutum membra moueren-
tur, quàm ipsa sibi anima ad voluntatẽ suã
magnam in sola voluntate perficiendam.

VNde hoc mõstrum? & quare istud? Lu *Animus*
ceat misericordia tua, & interrogẽ si *quare ad*
forte mihi rñdere possint latebræ pœnarũ *bonum*
hominum, & tenebrosissimæ contritiones *tardus.*
filiorum Adam. Vnde hoc monstrũ, & qua- *Cap. 9.*
re istud? Imperat animus corpori, & paret̃ H
statim, imperat animus sibi, & resistitur. Im
perat animus vt moueat̃ manus, & tanta est
facilitas, vt vix à seruitio discernatur impe-
rium: Et aĩus aĩus est, manus aũt corpus est.
Imperat aĩus, vt velit animus, nec alter est,
nec facit tñ. Vnde hoc monstrum, & quare
istud? Imperat (inq̃) vt velit, qui nõ impera-
ret nisi vellet, & non fit quod imperat. Sed
non ex toto vult, non ergo ex toto imperat.
Nam intantum imperat, inquantum vult, &
intantum non fit quod imperat, inquantum
non vult. Quoniam voluntas imperat vt sit
voluntas, nec alia sed ipsa. Non vtique ple-
na imperat, ideo non est quod imperat. Nã
si plena esset, nec imperaret vt esset, quia iã
esset. Non igitur monstrum partim velle,
partim nolle, sed ægritudo animi est, quia
non totus assurgit veritate subleuatus, con-
suetudine prægrauatus. Et ideo sunt duæ vo
luntates, quia vna earum tota non est, &
hoc adest alteri quod deest alteri.

Varia hominis voluntas.
Cap. 10.

PEreant à facie tua Deus, ſicuti pereũt va-
niloqui,& mentis ſeductores, qui cum
duas volũtates ĩ deliberãdo aĩaduerterint,
I duas naturas duarũ mentium eſſe aſſeuerãt,
vnã bonã, alterã malã. Ipſi vero mali ſunt,
cũ iſta mala ſentiũt, & ijdẽ ipſi boni erũt ſi
vera ſenſerint, veriſq; conſenſerint, vt dicat
Ephes. 5. eis Apoſtolus tu⁹: Fuiſtis aliqñ tenebrę, nũc
aũt lux in dño. Illi.n.dũ volũt eſſe lux, nõ in
dño, ſed in ſeipſis, putando aĩæ naturã hoc
eſſe qđ Deus eſt, ita facti ſunt dẽſiores tene-
bræ: qm̃ lõgius à te receſſerũt horrẽda arro
gantia, à te vero lumine illuminante omnẽ
hoĩem venientẽ in hunc mundũ. Attendite
Io. 1. qd dicatis,& erubeſcite, & accedite ad eũ,
Pſ. 33 & illuminamini, & vultus veſtri non erube
ſcent. Ego cũ deliberabã vt iã ſeruirẽ dño
(Deo) meo, ſicut diu diſpoſuerã, ego erã q
volebã, ego qui nolebã, ego ego eram. Nec
plene volebã, nec plene nolebã. Ideo mecũ
contendebã,& diſſipabar à meipſo. Et ipſa
diſſipatio me inuito qdẽ fiebat, nec tñ oſtẽ
debat naturã mẽtis alienæ, ſed pœnã meã.
Et iõ iã ego operabar illã, ſed qđ habitabat
Rom. 7. ĩ me pctm̃ de ſupplicio liberioris peccati,
qa erã filius Adã. Nã ſi tot ſunt ɔ̃riæ naturę,
K quot voluntates ſibi reſiſtunt: non iã duæ,
ſed plures erunt. Si deliberet quiſq̃ vtrũ ad
conuenticulũ eorũ pergat, an ad theatrum:
clamãt iſti, Eccæ duæ naturæ, vna bona hac
ad conuenticulũ ducit, altera mala illac ad
theatrũ reducit. Nã vñ iſta cũctatio ſibimet
aduerſantiũ voluntatũ? Ego aũt dico ambas
malas,& q ad illos ducit, & q ad theatrũ re
ducit. Sed non credunt niſi bonã eſſe qua iẽ
ad eos. Quid ſi ergo quiſquã noſtrũ delibe-
ret, & ſecũ altercantibus duabus voluntati-
bus fluctuet, vtrũ ad theatrũ pgat, an ad ec-
cleſiã nr̃am, nonne,& iſti quid rñdeant flu-
ctuabunt? Aut.n.fatebunt quod nolunt, bo-
na voluntate pgi in eccleſiã nr̃am, ſicut in
eã pergunt qui ſacris eius imbuti ſunt atq;
detinent: aut duas malas naturas,& duas ma
las mentes in vno hoĩe confligere putabũt,
& non erit verũ qđ ſolent dicere, vnam bo
nã,& alterã malam, aut conuerterent ad ve
rũ,& non negabunt, cũ quiſq; deliberat ani
mã vnã diuerſis voluntatibus æſtuare. Iã er-
go non dicant, cũ duas voluntates in hoĩe
vno aduerſare ſibi ſentiunt, duas ɔ̃rias men
tes de duabus ɔ̃riis ſubſtantiis, & de duob⁹
ɔ̃riis principiis contendere: vnã bonã, alte-
ram malã. Nã tu Deus verax improbas eos,
& redarguis atq; cõuincis eos, ſicut in vtra-
que mala volũtate, cũ quiſq; deliberat vtrũ
hoĩem veneno interimat an ferro: vtrũ fun-
dũ alienũ, illũ, an illum inuadat, qñ vtrunq;
nõ poteſt: vtrum emat voluptate.n luxuria,
an pecuniã ſeruet auaritia? vtrũ ad circũ p
gat, an ad theatrũ, ſi vno die vtrunque exhi-
beatur: addo ẽt tertium, an ad furtũ de do-
mo aliena ſi ſubeſt occaſio: addo & quartũ
an ad cõmittendũ adulteriũ, ſi & inde ſimul
facultas aperitur, ſi oĩa concurrant in vnũ
articulũ tpis, pariterq; capiantur omnia, q
ſimul agi nequeunt. Diſcerpunt.n. aĩum ſi-
bimet aduerſantibus quatuor volũtatibus,
vel ẽt pluribus in tanta copia rerum, q appe
tuntur, nec tñ tantam multitudinem diuer-
ſarum ſubarum ſolẽt dicere: ita & in bonis
voluntatibus. Nam q̃ro ab eis, vtrũ bonũ ſit
delectari lectione Apoſtoli,& vtrũ bonum
ſit delectari pſalmo ſobrio,& vtrũ bonũ ſit
Euangeliũ diſſerere? Rñdebunt ad ſingula:
Bonũ. Quid ſi ergo pariter delectent oĩa ſi-
mulq; vno tpe? Nonne diuerſæ voluntates
diſtendunt cor hoĩs cũ deliberatur quid po
tiſſimũ arripiamus? Et oẽs bonæ ſunt,& cer
tant ſecũ donec eligatur vnũ quo feratur to
ta voluntas vna, q in plures diuidebatur. Ita
ẽt cum æternitas delectat ſuperius, & tpalis
boni voluptas retentat inferius, eadẽ anima
eſt non tota voluntate illud aut hoc volẽs,
& iõ diſcerpit graui moleſtia, dum illud ve
ritate pponit, hoc familiaritate non ponit.

SIc ægrotabam, & excruciabar accuſans
memetipſum ſolito acerbius nimis, ac
voluens,& verſans me in vinculo meo, do
nec abrumperetur totũ quo iam exiguo te-
nebar, ſed tenebar tñ: & inſtabas tu in occul
tis meis dñe ſeuera mĩa, flagella ingeminãs
timoris,& pudoris, ne rurſus ceſſarẽ, & nõ
abrumperetur idipſum exiguũ & tenue qđ
remanſerat,& reualeſceret iterũ, & me ro-
buſtius alligaret. Dicebam.n.apud me int⁹:
Ecce modo fiat, modo fiat. Et cum verbo iã
ibam in placitum, iam penè faciebã,& non
faciebam: nec relabebar tamen in priſtina,
ſed de proximo ſtabam & reſpirabam, &
item conabar, & paulominus ibi eram,
& paulominus iam iamque attingebam, A
& tenebam, & non ibi eram nec attinge-
bam

bam nec tenebã,hæſitans mori morti,& vi-
tæ viuere, plusq; in me valebat deterius in-
olitũ q̃ melius inſolitũ,pũctũq; ipſum tp̃is
quo aliud futurus erã, q̃to proprius admo-
uebat̃ , tanto ampliorẽ incutiebat horrorẽ,
ſed nõ recutiebat retro,nec auertebat,ſed ſu
ſpendebat.Retinebãt me nugę nugarũ,& va
nitates vanitatũ antiquæ amicæ meæ, & ſuc
cutiebãt veſtem meã carneã,& ſubmurmu-
rabant: Dimittisne nos? Et à momento iſto
non erimus tecũ vltra in ęternũ,& à momẽ
to iſto nõ tibi licebit hoc,& illud vltra in ę-
ternũ?Et q̃ ſuggerebant in eo qđ dixi hoc &
illud,q̃ ſuggerebant Deus meus , auertat ab
aĩa ſerui tui mĩa tua : Quas ſordes ſuggere-
bant,q̃ dedecora? Et audiebã eas iã lõge mi
nus q̃ dimidius, non tanq̃ libere ꝯ dicentes
eundo in obuiã,ſed veluti à dorſo muſsitan
tes & diſcedentẽ quaſi furtim vellicantes vt
reſpicerẽ,retardabant tñ me cunctantẽ abri
pere atq; excutere ab eis,& trãſilire quò vo
cabar,cũ diceret mihi ꝯſuetudo violẽta:Pu
taſne ſine iſtis poteris? Sed iã tepidiſsime
hoc dicebat.Aperiebat̃.n.ab ea parte qua in
tenderẽ faciẽ,& quo tranſire trepidabã, ca-
ſta dignitas ꝯtinentiæ,ſerena, & nõ diſſolu-
te hilaris, honeſte blandiẽs vt venirẽ neque
dubitarẽ , & extendens ad me ſuſcipiendũ,
& amplectendũ pias manus plenas gregib.
bonorũ exẽplorũ. Ibi tot pueri & puellæ ,
ibi iuuentus multa & oĩs ętas , & graues vi-
duæ,& virgines anus,& in oĩb.ipſa cõtinẽ-
tia nequaq̃ ſterilis, ſed fœcũda mr̃ filiorum
gaudiorũ de marito te dñe. Et irridebat me
irriſione exhortatoria, quaſi diceret : Tu nõ
poteris qđ iſti & iſtæ? An vero iſti & iſtæ in
ſemetipſis pñt , ac nõ in dño Deo ſuo? Dñs
Deus eorũ me dedit eis . Quid in te ſtas, &
nõ ſtas? Proijce te in eũ,noli metuere,nõ ſe
ſubtrahet vt cadas. Proijce te ſecurus, exci-
piet te,& ſanabit te.Et erubeſcebã nimis q̃a
illarũ nugarũ murmur adhuc audiebã , &
C cunctabundus pendebã.Et rurſus illa, quaſi
diceret:Obſurdeſce aduers⁹ ĩmũda illa mẽ-
Col. 3 bra tua ſup terrã,vt mortificent̃.Narrãt tibi
Pſal. 118. delectationes , ſed nõ ſicut lex dñi Dei tui.
Iſta ꝯtrouerſia in corde meo,ñ niſi de meip
ſo aduerſus meipſũ. At Alipi⁹ affixus lateri
meo,ĩuſitati mot⁹ mei exitũ tacit⁹ o p̃iebat̃.

VBi vero à fundo arcano alta ꝯſidera-
tio ꝯ̈xit,& ꝯgeſsit totã miſeriã meam
in conſpectũ cordis mei, oborta eſt ,p̃cella *quo totus*
ingens,ferens ingentẽ imbrẽ lachrymarum. *cõuerſus.*
Et vt totũ effunderem cũ vocibus ſuis,ſurre *Cap. 12.*
xi ab Alipio. Solitudo mihi ad negociũ flẽ-
di aptior ſuggerebatur. Et ſeceſsi remotius
q̃ vt poſſet mihi oneroſa eſſe ẽt eius pñtia.
Sic tunc erã,& ille ſenſit neſcio quid.Aliq̃d
.n.puto dixerã, in quo apparebat ſonus vo-
cis meæ iam fletu grauidus , & ſic ſurrexe-
ram.Manſit ergo ille vbi ſedebamus, nimie
ſtupẽs.Ego ſub quadã fici arbore ſtraui me,
neſcio q̃uo,& dimiſi habenas lachrymis,&
& proruperunt flumina oculorũ meorum ,
acceptabile ſacrificium tuum . Et non qui-
dem his verbis , ſed in hac ſentẽtia multa di
xi tibi : Et tu domine vſquequo ? Vſquequo
domine iraſceris in finem ? Ne memor fue *Pſal.6.*
ris iniquitatum noſtrarum antiquarum.Sen *Pſal. 78.*
tiebam enim me ab eis teneri , & iactabam
voces miſerabiles : Quandiu, quãdiu, cras D
& cras? Quare non mõ, quare non hac ho-
ra finis turpitudinis meæ? Dicebã hæc & fle
bam amariſsima contritione cordis mei .
Et ecce audio vocẽ de vicina domo cũ can
tu dicentis, & crebro repetentis quaſi pue-
ri an puellæ , neſcio : Tolle lege, tolle lege.
Statimq; mutato vultu intẽtiſsimus cogita-
re cœpi,vtrũ nã ſolerent pueri in aliquo ge
nere ludendi cãtare tale aliquid, nec occur
rebat omnino audiuiſſe me vſpiã . Repreſ-
ſoque impetu lachrymarum ſurrexi , nihil
aliud interpretãs diuinitus mihi iuberi, niſi
vt aperirem codicem , & legerẽ qđ primũ
caput inueniſſem. Audieram enim de Anto
nio,quod ex Euangelica lectione, cui forte *Mat. 19.*
ſuperuenerat , admonitus fuerit tanquã ſibi
diceretur quod legebatur : Vade vende oĩa
q̃ habes,& da pauperibus,& habebis theſau
rũ in cœlis, & veni ſequere me. & tali ora-
culo ꝯfeſtim ad te eſſe cõuerſum. Itaq; con
citus redij ad eum locum , vbi ſedebat Ali-
pius : Ibi enim poſuerã codicem Apoſtoli
cũ inde ſurrexeram. Arripui,aperui, & legi
in ſilentio capitulũ, quo primũ ꝯiecti ſunt E
oculi mei.Nõ in comeſſationibus,& ebrie-
tatibus, nõ in cubilibus & impudicitiis,nõ *Ro. 13.*
in cõtẽtione,& æmulatione, ſed induite do
minũ Ieſum Chriſtũ, & carnis prouidentiã
ne feceritis in ꝯcupiſcẽtijs . Nec vltra volui
legere,nec opus erat. Statim quippe cũ fine
huiuſce ſñiæ quaſi luce ſecuritatis infuſa

cordi

cordi meo, oẽs dubitationis tenebrę diffu-
gerunt. Tũ interiecto aut digito, aut nescio
quo alio signo, codicẽ clausi, & tranquillo
iã vultu indicaui Alipio. At ille q̃d in se age
ret, qđ ego nesciebã, sic indicauit: Petit vi-
dere q̃d legissem, Oñdi, & attendit ẽt vltra
q̃ ego legerã, & ignorabã q̃d sequeret. Se-
quebat vero, Infirmũ aũt in fide assumite.
Rom. 14. Qđ ille ad se retulit, mihiq́; aperuit. Sed ta-
li admonitione firmatus est, placitoq́; ac ꝓ
posito bono, & congruentissimo suis mori
bus quib. a me in melius iã olim valde lon
geq́; distabat, sine vlla turbulenta cũctatio-
ne ꝯiunctus est. Inde ad matrẽ ingredimur,
Ephe. 3. indicamus, gaudet, narramus quẽadmodũ
gestũ sit, exultat, & triũpat, & bñdicit tibi q̃
potens es vltra q̃ petimus, aut intelligimus
facere, q̃a tãto amplius sibi à te ꝯcessum de
F me videbat, q̃ petere solebat miserabilibus
Supra li. 3. c. 11. eius flebilibusq́; gemitib. Conuertisti.n. ita
Psal. 29. me ad te, vt nec vxorẽ quærerẽ, nec aliquã
spẽ seculi huius, stans in ea regula fidei, in
qua me añ tot annos ei reuelaueras Et con-
uertisti luctũ eius in gaudiũ multo vberius
q̃ voluerat, & multo charius atque castius
quàm de nepotibus carnis meę requirebat.

D. AVRELII AVGVSTINI CONEFSSIONVM

Liber nonus.

Ps. 115. Laudat Dei bonitatem agnoscens suam miseriam.



DOmine ego seruus tuus, ego
seruus tuus, & filius ancillæ
tuæ: Dirupisti vincula mea, ti
bi sacrificabo hostiã laudis.
Laudet te cor meũ, & lingua
mea & oĩa ossa mea dicant: Dñe quis simi-
Cap. 1. lis tibi? Dicant, & rñde mihi, & dic animæ
Psal. 82. meæ, salus tua ego sum. Quis igitur ego, &
Psal. 34. qualis? Quid nõ mali ego, An facta mea: aut
si non facta, dicta mea, aut si non dicta volũ
tas mea fuit? Tu aũt dñe bonus, & miseri-
G cors, & dextera tua respiciens profunditatẽ
mortis meæ, & à fundo cordis mei exhau-
riẽs abyssum corruptionis. Et hoc erat totũ
nolle qđ volebas, & velle qđ nolebas. Sed
Mat. 11. vbi erat tã annoso tpe, & de quo imo alto-
q́ue secreto euocatũ est in momẽto liberũ
arbitriũ meũ, quo subderẽ ceruicẽ leni iu-
go tuo, & humeros leui sarcinæ tuæ, Chri-
ste Iesu adiutor meus, & redemptor meus?
Quã suaue mihi subito factũ est carere sua-
uitatib. nugarũ, & quas amittere metus fue-
rat, iã dimittere gaudiũ erat. Eiiciebas.n. eas
à me, vera & tu summa suauitas, eijciebas,
& intrabas pro eis omni voluptate dulcior,
sed nõ carni, & sanguini: omni luce clarior,
sed oĩ secreto iterior, oĩ honore sublimior,
sed nõ sublimibus in se. Iam liber erat ani-
mus meus à curis mordacibus ambiẽdi, &
acquirẽdi, & volutãdi atq; scalpendi scabiẽ
libidinum, & garriebã tibi claritati meæ, &
diuitiis meis, & saluti meæ dño Deo meo.

ET placuit mihi in cõspectu tuo non tu
multuose abripere, sed leniter subtra-
here ministeriũ linguæ meæ nũdinis loqua-
citatis, ne vlterius pueri meditantes, non le-
gẽ tuã, non pacẽ tuã, sed insanias mẽdaces,
& bella forensia mercarent ex ore meo ar-
ma furori suo. Et opportune iã paucissimi
dies supererãt ad vindemiales ferias, & sta-
tui tollerare illos, vt solẽniter abscederẽ. &
redẽptus à te iã non redirẽ venalis. Consi-
liũ ergo nrm erat corã te, corã hoĩbus autẽ
nisi nris non erat. Et conuenerat inter nos
ne passim cuiquam effunderet, quanquã tu
nobis à conualle plorationis ascendẽtibus,
& canticũ graduũ, dederas sa-
gittas acutas, & carbones vastatores aduer-
sus linguã subdolã, velut consulendo ꝯdicẽ
tem, & sicut cibũ assolet amando consumẽ
tẽ. Sagittaueras tu cor nrm charitate tua, &
gestabamus verba tua trãsfixa visceribus, &
exempla seruorũ tuorũ, quos de nigris luci
dos, & de mortuis viuos feceras, ꝯgesta in
sinũ cogitationis nræ vrebant, & absume-
bant grauẽ torporẽ, ne in ima vergeremus,
& accendebant nos valide, vt omnis ex lin-
gua subdola contradictionis flatus inflãma
re nos acrius posset, non extinguere. Verun
tamen quia propter nomen tuum quod san
ctificasti per terras etiam laudatores vtique
haberet votum, & propositum nrm, iactan-
tiæ simile videbatur nõ operiri iam proxi- I
mum feriarũ tempus, sed de publica ꝓfes-
sione, atq; ante oculos oĩum sita ante disce-
dere, vt conuersa in factũ meũ ora cuncto-
rũ intuentiũ, q̃ vicinũ vindemialium diem
ꝑuenire voluerim, multa dicerent qđ quasi
appetissem magnus videri. Et quo mihi erat Ro
istud, vt putaret, & disputaret anima mea,

&

& blaſphemaretur bonũ noſtrũ? Quinetiã
quod ipſa æſtate literario labori nimio pul
mo meus cedere cœperat,& difficulter tra
here ſuſpiria,doloribusq; pectoris teſtari ſe
ſauciũ,uocéq; clariorẽ productioremue re
cuſare,primo ꝑturbauerat me, q̃a magiſte-
rij illius ſarcinã pene iã neceſsitate depone
re cogebar,aut ſi curari,& cõualeſcere po-
tuiſſem,certe intermittere.Sed vbi plena vo
lũtas uacãdi,& uidendi,qm̃ tu es dñs obor
ta mihi eſt atq; firmata, noſti Deus meus ẽt
gaudere cępi,qđ hæc quoq; ſuberat nõ mẽ
dax excuſatio, q̃ offenſionẽ hoĩum tẽpera-
ret q̃ ꝑꝑ liberos ſuos me liberũ eſſe nũquã
volebat. Plenus igit̃ tali gaudio tollerabam
illud interuallũ tẽpis,donec decurreret, ne-
ſcio vtrũ vel viginti dies erãt, ſed tñ fortiter
tollerabantur,q̃a receſſerat cupiditas, q̃ me
cũ ſolebat ferre graue negociũ, & ego pre-
mendus remanſerã, niſi patientia ſuccede-
ret: Peccaſſe me in hoc quiſquã ſeruornm
tuorũ fratrum meorũ dixerit, quod iã ple-
no corde militia tua paſſus me fuerim, vel
vna hora ſedere in cathedra mendacij. At
ego nõ ꝯtendo. Sed tu dñe miſericordiſsi-
me, nonne, & hoc peccatum cum cæteris
horrẽdis,& funereis in aqua ſancta ignoui
ſti,& remiſiſti mihi?

MAcerabat̃ anxietudine Verecũdus de
iſto noſtro bono, ꝙ ꝑꝑ vincula ſua
q̃b.tenaciſsime tenebat̃,deſeri ſe noſtro cõ
ſortio videbat nondũ Chriſtianus coniuge
fideli,ea ipſa tñ arctiore prę cæteris cõpede
ab itinere qđ aggreſsi eramus retardabatur.
Nec Chriſtianũ eſſe alio mõ ſe uelle dice-
bat,q̃ illo quo nõ poterat. Benigne ſanè ob
tulit,vt q̃diu ibi eſſemus,in rure eis eſſem⁹.
Retribues illi dne in reſurrectione iuſtorũ,
q̃a iã ipſam ſortẽ retribuiſti ei.Quãuis.n.ab
ſentib.nobis cũ Romæ iã eſſemus, corpora
li ęgritudine correptus,& in ea Chriſtian⁹,
& fidelis factus ex hac vita emigrauit.Ita mi
ſertus es,non ſolũ eius ſed ẽt nr̃i,ne cogitã-
tes egregiã erga nos amici humanitatẽ, nec
in grege tuo numerãtes,dolore intellerabi-
li cruciaremur, Gratias tibi dñe Deus no-
ſter,tui ſumus,indicãt hortationes tuæ, fide
lis ꝓmiſſor,reddes Verecũdo pro rure illo
eius Caſsiciaco, vbi ab æſtu ſeculi reqeui-
mus in te,amœnitatẽ ſempiterni virẽtis pa
radiſi tui, qm̃ dimiſiſti ei peccata ſuꝑ terrã
in monte incaſeato, mõte tuo mõte vberi. *gulatur*
Angebat̃ ergo tunc ipſe,Nebridus aũt col- *in pſal--*
lętabat̃.Quãuis.n.& ipſe nondũ Chriſtian⁹ *mis, uide*
in illã foueã pernicioſiſsimi erroris incide- *tur affe-*
rat, vt veritatis filij tui carnẽ phantaſma cre *ctaſſe fi-*
deret,tñ inde emergens ſic ſibi erat, nondũ *guram*
vllis eccleſiæ tuæ ſacramẽtis imbutus,ſed in *παρανο-*
quiſitor ardentiſsimus veritatis.Quem non *μασίαν* *alludẽs ad*
multo poſt conuerſionẽ noſtrã, & regene- *nomen ru*
rationẽ per baptiſmũ tuũ,ipſum etiã fidelẽ *ris.*
Catholicũ caſtitate pfecta atq; continentia *Caſsicia-*
tibi ſeruientẽ in Aphrica apud ſuos,cum to *ci.*
ta domus eius per eũ Chriſtiana facta eſſet,
catne ſoluiſti,& nũc ille viuit in ſinu Abra-
hã. Quicquid illud eſt qđ illo ſignificat̃ ſi- *Luc. 16.*
nu,ibi Nebridius meus uiuit, dulcis amicus M
meus, tuus aũt dñe adoptiuus ex liberto fi-
li⁹, ibi uiuit.Nã q̃s a⁹li tali aĩæ locus? Ibi ui
uit, uñ me multa ĩterrogabat homuncionẽ
inexpertũ.Iã non ponit aurẽ ad os meũ,ſed
ſpiritale os ad fontem tuum, & bibit quãtũ
poteſt ſapientiã pro auiditate ſua ſine fine
fœlix.Nec ſic eũ arbitror inebriari ex ea,ut
obliuiſcatur mei,cum tu dñe quem potat il
le,noſtri ſis memor.Sic Ergo eramus Vere
cundũ conſulantes triſtem, ſalua amicitia
de tali cõuerſatione noſtra, & exhortantes
ad fidẽ gradus ſui,uitæ.ſ.coniugalis. Nebri-
diũ aũt operientes qñ ſequeret̃, qđ de tã ꝓ-
ximo poterat, & erat iam iamq; facturus.
Cum ecce euoluti ſunt dies illi tandẽ, nã lõ
gi & multi uidebant̃ præ amore libertatis
ocioſæ,ad cantandũ de medullis omnibus:
Ti dixi cor meum quæſiui vultum tuũ, uul-
tum tuum domine requiram.

ET venit dies in quo ẽt actu ſoluerer à ꝓ *Pſal. 26.*
feſsione rhetorica,vñ iam cogitatu ſo *quæ ſcri-*
lutus erã.Et factũ eſt.Et eruiſti linguã meã, *pſerit cũ*
vñ iã erueras cor meũ, & benedicebã tibi *Nebridio*
gaudens profectus in villã cum meis omni *de pſal--*
bus.Ibi quid egerim in literis,iam quidã ſer A
uientib.tibi, ſed adhuc in ſuperbiæ ſcholã, *misac do-*
tanquã in pauſatione anhelantib.teſtant̃ li- *lore dẽ--*
bri diſputati cnm præſentib. & cũ ipſo me *tium.*
ſolum corã te, quæ autẽ cũ abſente Nebri- *Cap. 4.*
dio,teſtant̃ epiſtole.Et qñ mihi ſufficiat tẽ-
pus commemorandi omnia magna erga
nos beneficia tua in illo tempore præſer-
tim ad alia maio.ra properanti. Reuocat. n.
me recordatio mea,& dulce mihi ſit dñe cõ
fiteri tibi,quibus internis me ſtimulis ꝑdo
mueris,

mueris, & quemadmodũ me complanaue-
ris humilitatis montib. & collibus cogita-
tionum mearum, & tortuosa mea direxe-
ris, & aspera lenieris, quoq; modo ipsum ēt
Alipium fratrẽ cordis mei subegeris nomi
ni vnigeniti tui dñi, & saluatoris nostri Iesu
Christi, qđ primo dedignabať inseri literis
nostris. Magis.n.eas volebat redolere gym-
nasiorũ cedros, quas iã cõtriuit dñs, q̃ salu-
bres herbas Ecclesiasticas aduersas serpenti
bus. Quas tibi Deus meus voces dedi cũ le-
gerẽ psalmos Dauid, cãtica fidelia, & sonos
pietatis, excludẽs turgidũ spiritũ, rudis in
B germano amore tuo, cathecumenus in vil-
la, cũ cathecumeno Alipio feriatus, matre
adhærẽte nobis muliebri habitu, virili fide,
anili securitate, materna charitate, Christia
na pietate. Quas tibi voces dabã in psalmis
illis, & qũo in te inflãmabar ex eis, & accen
debar eos recitare si possem toto orbe terra
rũ aduersus typũ generis humani? Et tñ toto
orbe cantať, & nõ est q se abscondat à calo
re tuo. Quã vehemẽti, & acri dolore indi-
gnabar Manichæis, & miserebar eos rursus,
ꝙ illa sacrã, illa mendicamẽta nescirent, &
insani essent aduersus antidotũ quo sani (es-
se) potuissent. Vellem ut alicui iuxta essent,
ignorãte me, vtrũ audiret tũc, & me nesciẽ-
te ꝙ ibi essent, intuerenť faciẽ meã, & audi-
rẽt voces meas, qñ legi quartũ psalmũ, in il
lo tũc ocio, qd de me fecerit ille psalmus:
Explicatio psalmi quarti Cum inuocarem. Cũ inuocarẽ (te,) exaudisti me Deus iusti-
tię meę, ĩ tribulatiõe dilatasti mihi. Miserere
mei dñe, & exaudĩ orationẽ meã. audirent
ignorante me, vtrũ audirẽt, nec me pp se il
la dicere putarẽt, q̃ ĩter hæc verba dixerim,
C qa, & reuera nec ea dicerẽ, nec sic ea dice-
rẽ, si me ab eis audiri uideriq; sentirẽ, nec
si dicerẽ sic acciperent, qũo mecũ, & mihi
corã te de familiari affectu aĩ mei, inhorrui
timẽdo, ibidemq; inferbui sperãdo, & exul
tãdo in tua misericordia pr̃. Et hæc oĩa exi-
bãt p oculos meos & uocẽ meã, cũ cõuer-
sus ad nos spiritus tuus bonus, ait bonis: Fi-
lii hominũ quousq; graues corde? ut qd di
ligitis vanitatẽ, & q̃ritis mẽdaciũ? Dilexerã
enim uanitatem, & quæsierã mendaciũ, &
tu domine iam magnificaueras sanctũ tuũ,
suscitãs eũ à mortuis, & collocans ad dexte
Marc. 16 rã tuã, vnde mitteret ex alto promissionem
Act. 2 suã paracletum spiritũ ueritatis: & miserat
eum iã, sed ego nesciebã. Miserat eum, quia
iam magnificatus erat, resurgens à mortuis,
& ascendens in cęlũ. Añ aũt spiritus nondũ
erat datus, quia Iesus nondũ erat clarifica-
tꝰ. Et clamat Propheta: Quousq; graues cor
de, vt qd diligitis uanitatẽ, & q̃ritis menda-
ciũ? Et scitote qm̃ dñs magnificauit sanctũ
suũ. Clamat, quousq; clamat scitote, & ego
tãdiu nesciens vanitatẽ dilexi, & mendaciũ
q̃siui, & iõ audiui, & contremui, qm̃ talibus
dr̃, qualẽ me fuisse rem iniscebar. In phãtas-
matib.n. quas pro veritate tenuerã, uanitas
erat, & mendaciũ, insonui multa grauiter,
& fortiter in dolore recordationis meæ.
Quæ vtinã audissent, q adhuc diligũt vanita
tẽ, & quærunt mendaciũ, forte conturbarẽ-
tur, & euomuissent illud, & exandires eos
cũ clamarent ad te, qm̃ vera morte carnis
mortuus est pro nobis, qui te interpellat p
nobis. Legebam; Irascimini, & nolite pecca
re. & qũo mouebar Deus meus, qui iã didi-
cerã irasci mihi de præteritis, vt de cætero
nõ peccarẽ? Et merito irasci, qa nõ alia natu
ra gẽtis tenebrarũ de me peccabat, sicut di-
cũt q sibi non irascuntur, & thesaurizãt sibi
iram in die irę, & reuelationis iusti iudicii
tui. Nec iã bona mea foris erãt, nec oculis
carneis in isto sole q̃rebanť. Volẽtes.n. gau-
dere forinsecus, facile euanescũt, & effun-
dunť in ea q̃ uidenť, & tẽporalia sunt & ima
gines eorũ famelica cogitatione lãbunt. Et
ò si fatigẽtur inedia, & dicant: Quis osten-
det nobis bona? Et dicamus, & audiant: Si-
gnatũ est super nos nomen vultus tui dñe.
Non.n.lumen nos sumus qđ illuminat om
nẽ hoĩem uenientem in hunc mundũ, sed il
luminamur à te, ut qui fuimus aliqñ tene-
bræ, simus lux in te. O si uiderent internum
lumẽ ęternũ, qđ ego quia gustaueram, fren
debam, quoniam non eis poteram ostende
re, si afferent ad me cor in oculis suis foris
à te, & dicerent. Quis ostendet nobis bona?
Ibi enim ubi mihi iratus in cubili, ubi com
punctus eram, ubi sacrificaueram mactans
vetustatem meam, & incohata meditatione
renouationis meæ sperans in te, ibi mihi
dulcescere cœperas, & dederas lætitiam in
corde meo. Et exclamabam legens hęc fo-
ris, & agnoscens intus. Nec volebam mul-
tiplicari terrenis bonis deuorans tempora,
& deuoratus temporalibus, cum haberem

in æterna simplicitate aliud frumentum, & vinum & oleũ. Et clamabã in consequenti versu clamore alto cordis mei: O in pace, O in idipsum, O q̃d dixit, Obdormiã, & sõ nũ capiã? Qm̃ quis resistet nobis, cum fiet sermo q̃ scriptus est: Absorpta est mors in victoria? Et tu es idipsum valde, q̃ non mutaris, & in te requies obliuiscens laborum omniũ, qm̃ nullus alius tecum, nec ad alia multa adipiscenda, q̃ non sunt quod tu, sed tu dñe singulariter in spe cõ stituisti me. Legebã, & ardebã, nec inueniebã q̃d facerem surdis mortuis, ex quibus fueram pestis, latrator amarus, & cæcus aduersus literas dẽ melle cęli melleas, & d̃ lumine tuo luminosas, & sup̃ inimicis scripturis scripturæ huius tabescebã, qm̃ recordabar oĩa dierũ illorum feriatorum. Sed nec oblitus sum nec silebo flagelli tui asperitatẽ, & misericordiæ tuæ mirabilẽ celeritatẽ. Dolore dentiũ tunc excruciabas me, & cum tm̃ ingrauesceret, vt non ualerẽ loqui, ascendit in cor meũ admonere oẽs meos qui aderant, vt deprecarentur te pro me Deũ salutis omnimodę, & scripsi hoc in cæra, & dedi eis ut legeretur. Mox ut genua supplici affectu fiximus, fugit dolor ille. Sed q̃s dolor? aut q̃uo fugit? Expaui fateor dñe meus, Deus meus, nihil. n. tale ab ineunte ætate expertus fuerã. Et insinuati sunt mihi in profundo nutus tui, & gaudens in fide laudaui nomen tuum, & ea fides me securum esse non sinebat de præteritis peccatis meis, quæ mihi per baptismũ tuum remissa nondum erant.

Renunciaui peractis vindemialibus, vt scholasticis suis Mediolanẽses venditorẽ verborum aliũ prouiderẽt, quod & tibi ego sentire delegissem, & illi professioni præ difficultate spirãdi ac dolore pectoris non sufficerem. Et insinuaui p̃ literas antistiti tuo, viro sancto Ambrosio pristinos errores meos, & p̃sens votum meũ, vt moneret quid potissimum mihi de libris tuis legendum esset, quo percipiendæ tantæ gratiæ paratior aptiorq; fierem. At ille iussit Esaiam prophetã, credo ꝙ prę cæteris euangelii vocationisque gentium sit prænunciator aptior. Veruntamen ego primam huius lectionem non intelligens, totumque talẽ arbitrans, distulisti repetedũm exercitatior in dominico eloquio.

Mediolani baptizatus. Cap. 6.

Miles dat nomẽ cũ H iurat duci suo.

Inde vbi tp̃s aduenit, quo nomen darẽ oporteret, relicto rure Mediolanum remeauimus. Placuit & Alidio renasci in te mecũ, iã induto humilitate sacramẽtis tuis cõgrua, & fortissimo domitore corporis, vsq; ad Italicũ solũ glaciale nudo pede obterendũ insolito auxu. Adiunximus ẽt nobis puerũ adeodatũ ex me natũ carnaliter de peccato meo. Tu bñ feceras eũ. Annorũ erat fermè q̃ndecim, & ingenio p̃ueniebat multos graues, & doctos uiros. Munera tibi cõfiteor dñe Deus meus, creator oĩum, & multũ potẽs reformare nostra deformia, nã ego in illo puero p̃ter delictũ nihil habebã. Q̃d n. enutriebat à nobis in disciplina tua, tu inspiraueras nobis, nullus alius. Munera tua tibi cõfiteor. Est liber noster q̃ inscribitur de magistro. ipse ibi mecũ loquit. Tu scis illi[9] esse sensa oĩa, q̃ inserunt ibi persona colloquutoris mei, cũ esset ĩ annis sexdecim. Multa eius alius mirabiliora expertus sum. Horrori mihi erat illud ingeniũ, & q̃s præter te taliũ miraculorũ opifex? Cito de terra abstulisti vitã eius, & securior eũ recordor, nõ timens quicquã pueritiæ, nec adoscentiæ, nec oĩno homini illi. Sociauim[9] eũ coæuũ nobis in gratia tua, educãdum in disciplina tua, & baptizati sumus, & fugit à nobis solicitudo vltæ p̃teritæ. Nec satiabar illis dieb. dulcedine mirabili, cõsiderare altitudinem consilii tui super salulem generis humani. Quantum fleui in hymnis, & canticis tuis suaue sonantis ecclesiæ tuæ uocibus commotus acriter. Voces illæ influebãt auribus meis, & eliquabat veritas tua in cor meũ, & ex ea æstuabat inde affect[9] pietatis, & currebãt lachrymæ, & bene mihi erat cum eis.

1. Retra. Cap. 11.

I

Quæ Mediolani u derit. Cap. 7.

Non longe cęperat Medionẽsis ecclesia genus hoc consolationis, & exhortationis celebrare, magno studio fratrũ cõtinentiũ uocibus, & cordibus. Nimirũ annus erat, aut non multo amplius, cum Iustina Valentiniani regis pueri mater, hominẽ tuum Ambrosiũ persequeretur hæresis suæ causa, qua fuerat seducta ab Arrianis. Excubabat pie plebs in ecclesia, mori parata cũ ep̃o suo, seruo tuo. Ibi mater mea, ancilla tua, solicitudinis & vigiliarum primas partes tenẽs, orationib. uiuebat. Nec adhuc frigidi à calore spiritus tui, excitabamur tamẽ ciuitate attonita atq; turbata. Tunc hymni,

Cantus ec clesiasti- cus. & psalmi vt canerent ſm morē Oriētalium
partiū,ne populus mȩroris tædio contabe-
ſceret, institutū eſt: & ex illo in hodiernum
retētū, multis iā ac penè oīb, gregib: tuis, &
ꝑ cætera orbis imitantib. Tunc memorato
K antiſtiti tuo ꝑ viſum aperuiſti, quo loco la-
Protaſius, & Geruaſius. terētmartyrū corpora, Protaſij, & Geruaſii,
q̄ ꝑ tot annos incorrupta in theſauro ſecre
ti tui recōdideras, vñ opportune ꝓmeres ad
coercendā rabiē fȩmineā, ſed regiā. Cū. n.
prolata, & effoſa digno cū honore trāsfer-
rent ad Ambroſianā baſilicā, nō ſolū quos
immundi vexabāt ſpiritus, cōfeſsis eiſdē dæ
monib. ſanabant, verumetiā quidam plures
annos cȩcus ciuis, ciuitatiq; notiſsimus, cū
De ciuitate Dei. li. 22. c. 8. populi tumultuātis lætitiæ cām quæſiſſet at
que audiſſet, exiluit, eoq; ſe vt duceret, ſuū
ducē rogauit. Quo ꝑductis, impetrauit ad-
mitti, vt ſudario tāgeret pheretrū ꝑcioſȩ in
Pſa. 115. cōſpectu tuo mortis ſanctorū tuorū. Quod
vbi fecit atq: admouit oculis, cōfeſtim aper
ti ſunt. Inde fama diſcurrēs, inde laudes tuæ
feruētes lucentes, inde illius inimicæ anim⁹
etſi ad credendi ſanitatē non applicitus, à ꝑ
ſequendi tñ furore cōpreſſus eſt. Gratias ti-
bi Deus meus. Vñ, & quò eduxiſti recorda-
tionē meā, vt hæc ēt cōfiterer tibi q̄ magna
oblitus p̄terierā? Et tñ tunc cū ita fragraret
odor unguentorum tuorū, nō currebamus
poſt te, & ideo plus flebā inter cātica hym
L norum tuorū, olim ſuſpirans tibi, & tādem
reſpirans quantū patet aura in domo fȩnea.

QVi habitare facis vnanimes in domo,
Can. 1. Euodii cōuerſio. Cap. 8. Pſal. 67. conſociaſti nobis & Euodium iuue-
nē ex noſtro municipio. Qui cū agēs in reb.
militaret prior nobis ad te cōuerſus eſt, &
baptizatus; & relicta militia ſeculari accin-
ctus eſt in tua. Simul eramus, ſimul habita-
bamus placito ſancto, q̄rebam⁹ qſnā locus
nos vtilius haberet, ſeruiētes tibi, pariter re-
meabamus ī Aphricā. Et cū apud hoſtia Ty
Municæ mors. berina eſſemus, mr̄ defuncta eſt. Multa ꝑte-
reo, qa multū feſtino. Accipe confeſsiones
meas, & gratiarū actiones Deus meus, de re
bus innumerabilib. ēt in ſilentio. Sed non p̄
teribo qcquid mihi aīa parturit de illa fa-
mula tua, q̄ me parturiuit, & carne vt in hāc
tꝑalem, & corde vt in æternā lucē naſcerer.
Nō eius, ſed tua dicā dona in ea, neq;. n. ſeip
ſam fecerat, aut educauerat ſeipsā. Tu crea
ſti eā, nec pater nec mater ſciebat qualis ex
eis fieret illa. Et erudiuit eā ī timore tuo vir
ga Chriſti tui regimē vnici filij tui in domo
fideli bono mēbro eccleſiæ tuæ. Nec tātā er
ga ſuā diſciplinā diligentiā matris p̄dica- M
bat, quantā famulæ cuiuſdā decrepitæ, q̄ pa
trē eius infantē portauerat, ſicut dorſo gran
diuſcularū puellarū paruuli portari ſolent.
Cuius rei gratia, & ꝑꝑ ſenectā ac morēs op
timos in domo chriſtiana ſatis à dñis hono
rabat. Vnde ēt curam dñicarū filiarum com
miſſam ſibi diligēter gerebat, & erat in eis
coercēdis, cū opus eſſet ſancta ſeueritate ve
hemēs, atq; in docēdis ſobria prudētia. Nā
eas p̄ter illas horas quib. ad mēſam parentū
moderatiſsime alebant, ēt ſi exardeſcerent
ſiti, nec aquā bibere ſinebāt, p̄cauēs conſue
tudinē malā, & addēs uerbū ſanū: Mō aquā
bibitis, qa in poteſtate vinū nō habetis: cū
aūt ad maritos veneritis, factæ dñe apothe-
carū, & collariorū, aqua ſordebit, ſed mos
potādi p̄ualebit; Hac rōne p̄cipiendi, & au
thoritate imperandi frenabat auiditatē tene
rioris ætatis, & ipſam puellarū ſitim forma
bat ad honeſtum modū, vt iam nec liberet
quod non deceret. Et ſurrepſerat tamē ſicut
mihi filio famula tua narrabat, ſurrepſerat ei
vinolentia. Nā cū de more tāquā puella ſo-
bria iuberetur à parentib. de cuppa vinū de
promere, ſubmiſſo poculo qua deſuper pa-
tet, priuſquā in lagunculā funderet merum,
primoribus labris ſorbebat exiguū, qa non
poterat amplius ſenſu recuſante. Nō. n. vlla
temulenta cupidine faciebat hoc, ſed qbuſ-
dam ſuperfluentib. ætatis exceſsib. qui ludi-
cris motib. ebulliunt, & in puerillib. animis
maiorū pondere præmi ſolent. Itaq; ad il-
lud modicū quotidiana modica addendo,
qm̄ qui modica ſꝑnit paulatim decidit, in
eā conſuetudinē lapſa erat, vt ꝓpè iā plenos
mero caliculos inhiāter hauriret. Vbi tunc
ſagax anus, & vehemēs illa ꝓhibitio? Nun-
qd valebat aliqd aduerſus latētē morbum,
niſi tua medicina domine vigilaret ſuper
nos? Abſente patre, & matre, & nutritoribus
tu præſens qui creaſti, qui vocas, qui etiā ꝑ
præpoſitos hoīes boni aliquid agis ad ani-
marum ſalutē, qd tunc egiſti domine Deus
meus? Vnde curaſti? Vnde ſanaſti? Nonne ꝓ
tuliſti durū, & acutū ex altera anima conui-
tium tanquam medicinale ferrum ex occul
tis prouiſionibus tuis, & vno ictu putredi-

nem illā ꝑcidiſti? Ancilla .n. cũ qua ſolebat
accedere ad cuppā,litigans cũ dn̄a minore,
B vt fit,ſola cũ ſola , obiecit hoc crimē ama-
riſsima inſultatione , vocans meribibulam.
Quo illa ſtimulo ꝑcuſſa , reſpexit fœditatē
ſuā, confeſtimq́; dānauit atque exuit. Sicut
amici adulantes ꝑuertunt , ſic inimici litigā
tes plerunq; corrigunt. Nec tu qđ per eos
agis,ſed qđ ipſi voluerunt retribuis eis. Illa
.n.irata , exagitare appetiuit minorē dn̄am
non ſanare,& iā clanculo : aut q̄a ita eas in-
uenerat locus & tp̄s litis:aut ne forte, & ip-
ſa periclitaret̄ qđ tam ſero prodidiſſet. At
tu dn̄e rector cœleſtiũ,& terrenorũ ad vſus
tuos contorquēs profunda torrentis , fluxũ
ſeculorũ ordinans turbulentũ,ēt de alterius
aīæ inſaniæ inſania ſanaſti alteram,ne quiſ-
quā cũ hoc aduertit, potētiæ ſuæ tribuat, ſi
uerbo eius alius corrigat̄ quē vult corrigi.
EDucata itaq; pudice ac ſobrie,potiuſ-
que à te ſubdita parentibus,q̃ a paren-
tibus tibi,vbi pleniꝰ annis nubilis facta eſt,
tradito viro ſeruiuit veluti dn̄o , & ſategit
eũ lucrari tibi,loquens te illi morib.ſuis,q̄-
bus eā pulchrā faciebas , & reuerenter ama
bilē atq; mirabilē viro. Ita aũt tollerauit cu
bilis iniurias , vt nullā de hac re cũ marito
haberet nunq̃ ſimultatē.Expectabat.n.miſe-
ricordiā tuā ſuꝑ eũ, vt in te credens caſtifi-
caret̄.Erat vero ille ꝓterea ſicut bn̄uolentia
ꝑcipuus,ita ira feruidꝰ. Sed nouerat hæc nō
reſiſtere irato viro,non tm̄ facto,ſed ne ver
bo quidē. Iā vero refracto, & q̄eto cũ op-
portunũ videret , rōnem facti ſui reddebat,
ſi forte ille inconſideratius cōmotus fuerat.
Deniq; cũ matronæ multæ quarũ viri man-
ſuetiores erant,plagarũ veſtigia,ēt de hone
ſtata facie gererent , inter amica colloquia
illæ arguebant maritorũ vitam, hæc earum
linguā , ueluti per iocũ grauiter admonens,
ex quo illas tabulas q̃ matrimoniales uocan
tur,recitari audiſſent,tanquā inſtr̄a, q̄b. an-
cillę factæ eſſent deputare debuiſſent : ꝓin-
de memores ꝯdōnis, ſuperbire aduerſus do
minos non oportere.Cumq́; mirarent̄ illę,
ſcientes q̃ ferocē coniugē ſuſtineret , nunq̃
fuiſſe auditũ : aut aliquo indicio claruiſſe,
qđ Patricius ceciderit vxorē,aut qđ à ſein-
uicē vel unum diem domeſtica lite diſſen-
ſerint,& cām familiariter quærerent, doce
bat illa inſtitutum ſuum,quod ſupra memo
raui.Quæ obſeruabāt, expertæ gratulaban-
tur:quæ non obſeruabant ſubiectæ uexaban
tur. Socrum etiam ſuā primo ſuſurrijs ma- D
larũ ancillarũ aduerſus ſe irritatā , ſic uicit
obſequiis,ꝑſeuerans tollerantia, & manſue
tudine,ut illa ultro filio ſuo medias linguas
famularum proderet,quibus inter ſe,& nu-
rũ pax domeſtica turbabatur, expeteretq́ue
uindictam.Itaque poſteaq̃ ille & matri ob-
temperās,& curans familiæ diſciplinam,&
cōcordiæ ſuorũ conſulens, proditas ad pro
dentis arbitriũ uerberibus coercuit, promi
ſit illa talia de ſe præmia ſperare debere, q́-
cunq; de ſua nuru ſibi , quo placeret , mali
aliquid loqueret̄:nullaq́; iā audēte,memo-
rabili inter ſe beneuolentiæ ſuauitate uixe-
rũt. Hoc quoq; illi bono mācipio tuo , in
cuius utero me creaſti, Deus meꝰ,mīa mea
munus grande donaueras,quod inter diſsi-
dentes atq; diſcordes quaslibet aīas, ubi po
terat tam ſe præbebat pacificam, ut cum ab
utraq; multa de inuicē audiret amariſsima
qualia ſolet eructare turgēs atq; indigeſta
diſcordia , qn̄ pn̄ti amicæ de abſente inimi E
ca per acida colloquia crudelitas exhalatur
odiorũ,nihil tn̄ alteri de altera ꝓderet , niſi
quod ad eas reconciliandas ualeret. Paruũ
hoc bonum mihi uideretur , niſi turbas in-
numerabiles triſtis experirer, neſcio, qua
horrēda peſtilētia peccatorũ latiſsime ꝑua
gante,nō ſolũ iratorũ inimicorũ iratis ini-
micis dicta prodere , ſed ēt, q̃ nō dicta ſunt
addere , cum ꝯ̈ animo humano parum eſſe
debeat inimicitias hoīm nec exagitare nec
augere male loquendo , niſi eas ēt extingue
re bene loquendo ſtuduerit, qualis illa erat
docente te magiſtro intimo in ſchola pecto
ris. Deniq; etiam virum ſuum iam in extre-
ma uita temporali eius lucrata eſt tibi, nec
in eo iam fideli planxit,quod in nondũ fide
li tollerauerat. Erat ēt ſerua ſeruorũ tuorũ.
Quisquis.n.eorũ nouerat eā, multum in ea
laudabat & honorabat,& diligebat te: quia
ſentiebat pn̄tiam tuam in corde eius ſanctæ
conuerſationis fructibus teſtibus. Fuerat 1. Ti. 5.
enim unius uiri uxor , mutuā uicē parenti-
bus reddiderat,domum ſuam pie tractaue-
rat,in operibus bonis teſtimoniũ habebat.
Nutrierat filios,toties eos parturiens, quo-
ties abs te deuiare cernebat. Poſtremo no-
bis dn̄e omnibus q̄ ex munere tuo ſinis lo-

F qui ſeruis tuis, q ante dormitionem eius in
te iam cõſociati viuebamus, percepta gratia
baptiſmi tui, ita curam geſsit quaſi omnes
genuiſſent, ita ſeruiuit quaſi ab omnibus ge
nita fuiſſet.

Colloqum cũ matre de regno cœlorum. Cap. 10.

IMminẽte aũt die, quo ex hac vita erat exi
tura, quẽ diẽ tu noueras ignorantib. no-
bis, ꝓuenerat, vt credo, ꝓcurãte te occultis
tuis modis, vt ego & ipſa ſoli ſtaremus incũ
bentes ad quandã feneſtrã, vñ ortus intra do
mũ, q̃ nos habebat ꝓſpectabat̃, illic apud
oſtia tyberina, vbi remoti à turbis poſt lõgi
itineris laborẽ inſtaurabamꝰ nos nauigatio-
ni. Colloq̃bamur ergo ſoli valde dulciter,
Phil. 3. & p̃terita obliuiſcentes, in ea, q̃ añ ſunt extẽ
ti, q̃rebamus inter nos apud pñtẽ veritatem
qđ tu es, qualis futura eſſet vita æterna ſan-
ctorũ, q̃ nec oculus vidit, nec auris audiuit,
1. Cor. 2. nec in cor hoĩs aſcendit. Sed inhiabamꝰ ore
cordis in ſupna fluẽta fontis tui, fontis vitæ
Pſal. 35. q eſt apud te, vt inde ꝑ captu nr̃o aſpſi quo-
quo mõ rẽ tantam cogitaremus. Cumq; ad
eũ finẽ ſermo pduceret̃, vt carnaliũ ſenſuũ
delectatio q̃talibet luce corporea p̃ illius vi
tæ iucunditate, non cõparatione, ſed ne cõ-
G memoratione quidẽ digna videret̃: erigẽtes
nos ardẽtiore affectu in idipſum, ꝑambula-
uimus gradatim cũcta corporalia, & ipſum
cœlũ, vñ ſol, & luna, & ſtellæ lucent ſup ter
rã. Et adhuc aſcendebamus interius cogitã-
do, & loquẽdo te, & mirando opera tua, &
venimus in mentes nr̃as, & tranſcendimus
eas, vt attingeremus regionẽ vbertatis inde-
ficientis, vbi paſcis Iſrael in eternũ veritatis
pabulo, & vbi vita ſapiẽtia eſt, p q̃ fiunt oĩa
iſta, & q̃ fuerunt, & q̃ futura ſunt: & ipſa nõ
fit, ſed ſic eſt, vt fuit, & ſic erit ſemp: quin po
tius fuiſſe, & futurũ eſſe nõ eſt in ea, ſed eſſe
ſolũ, qm̃ æterna eſt. Nam fuiſſe, & futurum
eſſe non æternũ. Et dum loquimur, & inhia
mus illi, attigimus eã modice toto ictu cor-
dis, & ſuſpirauimus, & reliquimus ibi reli-
gatas primitias ſpũs, & remeauimus ad ſtre-
pitũ oris nr̃i, vbi verbũ, & incipit̃, & finitur.
Et quid ſimile verbo tuo dño nr̃o in ſe pma
nenti ſine vetuſtate, atq; innouãti oĩa? Dice-
bamus ergo: Si cui ſileat tumultus carnis, ſi-
leant phantaſiæ terræ, & aquarũ, & aeris, ſi-
H leant & poli, & ipſa ſibi aĩa ſileat, & trãſeat
ſe non (ſe) cogitãdo, ſileant ſomnia, & ima
ginariç reuelationes, oĩs lingua & oẽ ſignũ,
& quicquid tranſeundo fit, ſi cui ſileat oĩno:
qm̃ ſi quis audiat, dñt hæc oĩa. Nõ ipſa nos
fecimus, ſed fecit nos qui manet in æternũ.
His dictis ſi iã taceant, qm̃ erexerunt aurẽ in
eũ qui fecit ea, & loquat̃ ipſe ſolus, nõ p ea,
ſed per ſeipſum, vt audiamus verbũ eius, nõ
per linguã carnis, neq; p vocẽ angeli, neq;
per ſonitũ nubis, neq; p ænigma ſimilitudi
nis, ſed ipſum quẽ in his amamus, ipſum ſi-
ne his audiamus: ſicut nũc extendimus nos,
& rapida cogitatione attingimus æternã ſa-
pientiã ſup oĩa manentẽ, ſi continuet̃ hoc,
& ſubtrahuntur aliæ viſiones longe impa-
ris gñis, & hæc vna rapiat, & abſorbeat, &
recõdat in interiora gaudia ſpectatorẽ ſuũ,
vt talis ſit ſempiterna vita, q̃le fuit hoc mo-
mentũ intelligentiæ, cui ſuſpirauimus. Nõ-
ne hoc eſt, Intra in gaudiũ dñi tui? Et iſtud
qñ? An cũ oẽs reſurgemus. ſed non oẽs im-
mutabimur. Dicebamus talia, & ſi non iſto
mõ, & his verbis, tñ dñe tu ſcis qđ illo die
cũ talia loqueremur, & mundus iſte nobis
inter verba vileſceret cũ oĩb. delectationib.
ſuis. Tunc ait illa: Fili quantũ ad me attinet, I
nulla iã re delector in hac vita. Quid hic fa-
ciam adhuc, & cur hic ſim neſcio, iã cõſum
pta ſpe huius ſeculi. Vnũ erat pp quod in
hac vita aliquantũ immorari cupiebã, vt te
Chriſtianũ catholicũ viderẽ priuſquã mo-
rerer. Cumulatius hoc mihi Deus meus p̃-
ſtitit, vt te etiam contempta fœlicitate terre
na, ſeruum eius videam. Quid hic facio?

AD hæc ei quid rñderim, non ſatis reco
lo. Tũ interea vix ĩtra quinq; dies, aut
non multo amplius decubuit febrib. Et cũ
ægrotaret quodã die, defectũ aĩæ paſſa eſt,
& paululum ſubtracta à pñtib. Nos cõcur-
rimus, ſed cito reddita eſt ſenſui, & aſpexit
aſtantes me, & fratrẽ meũ, & ait nobis quaſi
q̃renti ſimilis: Vbi erã? Deinde nos intuens
mœrore attonitos: Ponetis hic (inquit) ma
trem veſtram. Ego ſilebam, & fletum frena-
bã. Frater aũt meus quiddã locutus eſt, quo
eam nõ peregre, ſed in patria defungi tanq̃
fœlicius optaret. Quo audito, illa vultu an-
xio reuerberãs eũ oculis qđ talia ſaperet, at-
que inde me ĩtuẽs vide, ait, qd dicit. Et mox
ambobus Ponite, inquit, hoc corpus vbicũ- K
que, nihil vos eius cura conturbet, Tantum
illud vos rogo, vt ad domini altare memine
ritis mei vbi fueritis. Cumq; hãc ſnĩam ver-
bis

his quib.poterat explicasset, cõticuit, & ingrauescēte morbo exercebatˉ. Ego uero cogitans dona tua Deus meus inuisibilis, q̃ immittis in corda fideliũ tuorũ, & proueniũt inde fruges admirabiles: gaudebã, & gratias agebã tibi, recolens quod nouerã quãta cura sp̃ æstuasset de sepulchro, qđ sibi prouiderat, & p̃parauerat iuxta corpus viri sui. Quia.n. valde concorditer vixerant, id etiã uolebat, ut est animus humanus minus capax diuinorũ, adiũgi ad illã fœlicitatem, & cõmemorari ab hominib. cõcessum sibi esse post transmarinã peregrinationē, vt coniũcta corpora amborũ ɔiugũ terra tegerēt. Qñ autē ista inanitas plenitudinē bonitatis tuæ cæperat in eius corde non esse, nesciebã, & lętabar admirãs qđ sic mihi apparuisset, quanquã, & illo sermone nostro ad fenestram cum dixit, iã quid hic facio, nõ apparuit desiderare in patria mori. Audiui ēt
L postea, qđ iã cum Ostijs essemus, cum quibusdã amicis meis materna fiducia colloq̃batˉ quodã die de cõtēptu vitæ huius, & bono mortis, vbi ipse nõ aderã: Illisq; stupentib. virtutē fœminæ, quã tu dederas ei, q̃rentibusq; utrum non formidaret tam longe à sua ciuitate corpus relinquere: nihil (inqt) lõge est Deo, neq; timendũ est ne ille non agnoscat in fine seculi, vñ me resuscitet. Ergo die nono ægritudinis suæ, quinquagesimo & sexto anno ætatis suæ, & tricesimo, & tertio ætatis meæ, anima illa religiosa, & pia, corpore soluta est.

PRemebã oculos eius, & cõfluebat in p̃cordia mea męstitudo ingēs, & transfluebat in lachrymas, ibidēq̃: oculi mei violento aĩ imperio resorbebãt fontē suũ vsq; ad siccitatē, & in tali luctamine valde male mihi erat. Tũ uero ubi efflauit extremũ spiritũ, puer Adeodatus exclamauit in planctũ, atque ab oĩbus nobis coercitus tacuit. Hoc mõ etiã meũ quiddã puerile quod labebatur in fletus, iuuenili voce cordis coercebatur, & tacebat. Neq;.n. decere arbitrabamur funus illud q̃stib. lachrymosis gemitibusq; celebrare, qa his plerũq; solet deplorari q̃dã miseria morientiũ, aut quasi omnimoda extinctio. At illa nec misere moriebatˉ, nec
I oĩno moriebatˉ. Hoc & documētis morum eius, & fide nõ ficta rõnibusq; certis tenebamus, Quid ergo erat qđ intus mihi grauiter dolebat, nisi ex cõsuetudine simul viuendi dulcissima, & charissima repēte simul dirupta, uulnus recēs? Gratulabar q̃dē testimonio eius, qđ in ea ipsa ultima ægritudine obseqjs meis ĩterblãdiēs appellabat me piũ, & cõmemorabat grãdi dilectionis affectu nunquã se audisse ex ore meo iaculatũ in se durũ aut cõtumeliosum sermonē. Sed tñ q̃d tale Deus me⁹ q̃ fecisti nos, q̃d cõparabile habebat honor à me delatus illi, & seruitus ab illa mihi? Qm̃ itaq; deserebar tã magno ei⁹ solatio, sauciabatˉ aĩa mea, & quasi dilaniabatˉ vita, q̃ una facta fuerat ex mea, & illius. Cohibito ergo à fletu illo puero, psalteriũ aperuit Euodius, & cantare cœpit psalmũ. Ps. 110.
Cui rñdebamus oĩs domus. Misericordiã, & iudiciũ cantabo tibi domine. Audito autem quid ageretˉ, cõuenerũt multi fratres ac A
religiosæ fœminæ, & de more illis, quorũ officiũ erat funus curantib. ego in parte ubi decenter poterã cũ eis q̃ me non deserendũ esse cēsebãt, qđ erat tempori congruum disputabã, eoq; fomento veritatis mitigabã cruciatũ tibi notũ, illis ignorantib. & intente audientib. & sine sensu doloris me esse arbitrãtib. At ego in aurib. tuis, vbi eorũ nullus audiebat, increpabã molliciē affectus mei, & cõstringebã fluxũ męroris, cedebatque mihi paululũ, rursusq; impetu suo ferebatˉ, nõ vsq; ad eruptionē lachrymarũ, nec vsq; ad vultus mutationē, sed ego sciebã q̃d corde premerē. Et q̃a mihi vehemēter displicebat tm̃ in me posse hæc humana, q̃ ordine debito, & sorte conditionis nr̃ę accidere necesse est, alio dolore dolebã dolorem meũ, & duplici tristitia macerabar. Cũ ecce corpus elatũ est, im⁹ & redimus sine lachrymis. Nã neq; in eis p̃cib. quas tibi fudimus, cũ offerretˉ p̃ ea sacrificiũ p̃cij nr̃i, iã iuxta sepulchũ posito cadauere priusquã deponeretˉ, sicut illic fieri solet, nec in p̃cib. ego fleui, sed toto die grauiter in occulto mœstus erã, & mēte turbata rogabã te ut poterã, qđ sanares dolorē meũ, nec faciebas, credo commēdãs memoriæ meæ, uel hoc vno documēto oĩs cõsuetudinis vinculum, ētad uersus mentē, q̃ iã nõ fallaci uerbo pascitur. Visum etiam mihi est ut irem lauatum, quod audieram inde balneis nomen inditum, quia Græci, ,,βαλανεῖον,, dixerint, qđ anxietatem pellat ex animo. Ecce, & hoc

Mißa prp defunctis.

παρὰ τὸ ἀποβάλλειν τὰς ἀνίας.

confiteor m̃iæ tuæ pr̃ orphanorum, qm̃ laui,& talis eram qualis priusquam lauissem. Neque.n. exudauit de corde meo mœroris amaritudo. Deinde dormiui & euigilaui,& non parua ex parte mitigatum inueni dolorem meũ,atq; vt erã in lecto meo solus,recordatus sũ veridicos versus Ambrosij tui: Tu es.n.Deus creator oı̃um, Poliq; rector: vestiens Diem decoro lumine, Noctem soporis gratia. Artus solutos vt quies, Reddat laboris vsui: Mentesq; fessas alleuet, Luctusque soluat anxios. Atq; inde paulatim reducebã in pristinũ sensum ancillam tuam,cõuersationemq; eius piam in te,& sanctã, in nos blandam atq; morigerã, qua subito destitutus sum:& libuit flere in conspectu tuo de illa,& pro illa,de me,& ꝑ me. Et dimisi lachrymas quas continebã, vt effluerẽt quã-

C tum vellent, substernens eas cordi meo, & requieuit in eis,qm̃ ibi erant aures tuæ,non cuiusquã hoı̃s superbe interpretantis plora tum meum. Et nunc dñe confiteor tibi in literis. Legat qui volet, & interpretetur vt volet, & si pctm̃ inuenerit fleuisse me matrem exigua parte horæ, mr̃em oculis meis interim mortuã,q̃ me multos annos fleuerat, vt occultis tuis viuerẽ:nõ irrideat, sed potius, si est grãdi charitate,pro peccatis meis fleat ipse ad te patrem oı̃um fratrum Christi tui.

Orat pro matre defuncta. Cap. 13.

EGo aũt iam sanato corde ab illo vulnere in quo poterat redargui carnalis affectus,fundo tibi De⁹ noster pro illa famula tua lõge aliud lachrymarũ genus,qđ manat de concusso spũ consideratione pericu-

1.Co.15. lorum oı̃s aı̃æ,quæ in Adam morit. Quanq̃ illa in Christo viuificata,ẽt nondum carne resoluta sic vixerit vt laudetur nomẽ tuum in fide moribusq; eius: nõ tñ audeo dicere, ex quo eã per baptismum regenerasti, nullum verbum exisse ab ore eius ꝯ præceptũ

D tuum. Et dictũ est à veritate filio tuo: Si qs dixerit fratri suo, fatue, reus erit gehennæ

Matt. 5. ignis. Et væ ẽt laudabili vitæ hominum,si remota mı̃a discutias eam. Quia verò non exquiris delicta vehementer, fiducialiter speramus aliquẽ apud te locum inuenire indulgentiæ. Quisquis aũt tibi enumerat vera merita sua, qđ tibi enumerat nisi munera tua? O si cognoscant se oẽs hoı̃es,& qui gloriã-

2.Co.10. tur in dño glorientur. Ego itaque laus mea, & vita mea Deus cordis mei sepositis paulisper bonis eius actibus,pro quib.tibi gaudens gratias ago nunc pro peccatis matris meæ deprecor te, exaudi me per medicinã vulnerum nr̃orum, quæ pependit in ligno, & sedens ad dexteram tuã, te interpellat ꝑ nobis. Scio misericorditer operatam, & ex corde dimisisse debita debitoribus suis: dimitte illi & tu debita sua,si qua ẽt ꝯxit ꝑ tot annos post aquã salutis. Dimitte dñe,dimitte obsecro,ne intres cum ea in iudiciũ. Superexaltet mı̃a iudiciũ, qm̃ eloquia tua vera sunt, & promisisti mı̃am misericordib⁹. Quod vt essent,tu dedisti eis, qui miserebe ris cui misertus eris, & mı̃am tuam p̃stabis cui misericors fueris. Et credo iam feceris qđ te rogo, sed volũtaria oris mei approba dñe. Namq; illa imminẽte die resolutionis suæ nõ cogitauit suũ corpus sumptuose cõtegi,aut condiri aromatibus,aut monumentum electum concupiuit,aut curauit sepulchrũ patrium. Non ista mandauit nobis,sed tm̃modo memoriam sui ad altare tuũ fieri desiderauit,cui nullius diei prætermissione seruierat, vnde sciret dispensari victimam sanctã, qua deletum est chirographũ quod erat ꝯrium nobis, qua triumphat⁹ est hostis computans delicta nr̃a, & quærens qđ obijciat,& nihil inueniens in illo in quo vincimus. Quis ei refundet innocentẽ sanguinẽ? Quis ei restituet preciũ quo nos emit vt nos auferat ei? Ad cuius precij nostri sacr̃m ligauit ancilla tua aı̃am suam vinculo fidei. Nemo à protectione tua dirumpat eam. Non se interponat nec vi nec insidijs, leo,& draco: neque.n.rñdebit illa nihil se debere, ne conuincatur, & obtineatur ab accusatore callido: sed respondebit,dimissa debita sua ab eo, cui nemo reddet quod pro nobis nõ debens reddidit. Sit ergo in pace cum viro, ante quẽ nulli, & post quẽ nulli nupta est, cui seruiuit,fructũ tibi afferens cum tolerãtia,vt eum quoque lucraretur tibi. Et inspira domine De⁹ meus,inspira seruis tuis fratribus meis,filijs tuis dominis meis, quibus & voce,& corde, & literis seruio, ut quotquot hęc legerint,meminerint ad altare tuũ Monicæ famulæ tuæ, cum Patricio quondam eius coniuge, per quorũ carnem intro duxisti me in hanc vitam quemadmodum nescio. Meminerint cum affectu pio parentum meorum in hac luce transitoria,& fra-

trum

trũ meorũ sub te patre, in matre catholica, & ciuiũ meorũ in æterna Hierusalẽ, cui suspirat peregrinatio populi tui ab exitu vsq; ad reditũ, vt qđ à me illa poposcit extremũ, vberius ei pstet in multorũ orõnibus, tam per cõfessiones quàm per orationes meas.

D. AVRELII AVGVSTINI CONEFSSIONVM

Liber decimus.



Ognoscã te cognitor meus, cognoscã te, sicut, & à te cognitus sum. Virtus aĩæ meæ, intra in eã, & coapta tibi, vt habeas, & possideas sine macula, & ruga. Hæc est spes mea, iõ loquor, & in ea spe gaudeo, qñ sanum gaudeo. Cætera vero vitæ huius tanto minus flenda, q̃to magis fletur: & tanto magis flenda, quãto minus flẽtur in eis. Ecce enim veritatẽ dilexisti, qm̃ q facit eã, venit, ad lucẽ. Volo eã facere in corde meo corã te in cõfessione: in stylo autem meo coram multis testibus.

ET tibi quidẽ dñe, cuius oculis nuda est abyssus humanæ cõscientiæ, qd occultũ esset in me, ẽt si nollẽ confiteri tibi? Te.n. mihi absconderẽ, non me tibi. Nunc aũt qđ gemitus meus testis est displicere me mihi, tu refulges & places, & amaris, & desideraris, vt erubescã de me, & abijciã me atq; eligã te, & nec tibi nec mihi placeã nisi de te. Tibi ergo dñe manifestus sum quicũq; sim, & quo fructu tibi confitear dixi. Neq;. n.id ago verbis carnis, & vocibus, sed verbis animæ, & clamore cogitationis, quẽ nouit auris tua. Cũ.n. malus sum, nihil est aliud confiteri tibi quàm displicere mihi: cũ verò pl⁹, nihil est aliud cõfiteri tibi, q̃ hoc nõ tribuere mihi: qm̃ tu dñe bñdicis iustũ: sed prius eũ iustificas impiũ. Cõfessio itaq; mea De⁹ meus in conspectu tuo tibi tacite fit, & non tacite. Tacet.n. strepitu, clamat affectu. Neq;.n. dico rectè aliquid hominibus, qđ non a me tu prius audieris, aut ẽt tu aliquid tale audies à me quod non mihi tu prius dixeris.

QVid mihi ergo est cum hominibus vt audiant confessiones meas, quasi ipsi sanaturi sint oẽs languores meos? Curiosum genus ad cognoscendã vitã alienã desidiosum ad corrigendã suã. Quid à me q̃runt audire qui sim, qui nolunt à te audire qui sint? Et nunc sciunt cũ à meipso de meipso audiũt, an verũ dicam, qñquidẽ nemo scit hoĩum quid agat in hoĩe, nisi spũs hoĩs qui in ipso est? Si aũt à te audiant de seipsis non poterunt dicere, mentit dñs. Quid est .n. à te audire de se, nisi cognoscere se? Quis porrò cognoscit, & dicit falsum est, nisi ipse mentiat? sed quia charitas oĩa credit, inter eos vtiq; quos connexos sibimet vnũ facit, ego quoque dñe ẽt sic tibi confiteor, vt audiant homines, quibus demonstrare non possum an vera confitear, sed credunt mihi quorũ aures charitas aperit. Verumtñ tu me dice meus intime, quo fructu ista faciã, eliqua mihi: nam confessiones præteritorũ malorum meorum, quæ remisisti, & texisti vt beares me in te, mutans animam meam fide & sacramento tuo, cũ legunt, & audiuntur, excitãt cor ne dormiat in desperatione, & dicat, non possum: sed euigilet in amore misericordiæ tuæ, & dulcedine grẽ tuæ, qua potens est oĩs infirmus, qui sibi per ipsam fit conscius infirmitatis suæ. Et delectat bonos audire præterita mala eorum qui iam carent eis: nec ideo delectat quia mala sunt, sed quia fuerunt, & non sunt. Quo itaque fructu domine Deus meus cui quotidie cõfitetur conscientia mea, spe misericordiæ tuæ securior quàm innocentia sua. Quo fructu quæso etiam hominibus coram te cõfiteor per has literas adhuc quis ego sim, non quis fuerim? Nam illum fructum vidi, & cõmemoraui. Sed quis adhuc sim, ecce in ipso tempore confessionum mearum, & multi hoc nosse cupiunt qui me nouerunt, & nõ me nouerunt, qui ex me vel de me aliquid audierunt, sed auris eorum non est ad cor meum, vbi ego sum quicunque sim. Volũt ergo audire confitentem me quid ipse intus sim, quò nec oculum, nec aurẽ, nec mẽtem possunt intendere, creditum tamen volunt, nunquid cognituri? Dicit enim eis charitas qua boni sunt, non mentiri me de me confitentem, & ipsa in eis credit mihi.

SEd quo fructu id volunt? An congratulari mihi cupiunt cum audierint quãtũ ad te accedã munere tuo, & orare ꝑ me cũ audierint quantum retarder põdere meo? Indicabo me talibus. Nõ enim paruus est

Ps. 102.

I.Co.2.

I

I.Co.13.

Psal. 31.

K

Qđ magni sint fructus cõfessionis. Cap. 4.

fructus dñe Deus meus, vt a multis tibi gra-
tiæ agantur de nobis, & à multis rogeris ꝓ
nobis. Amet in me fraternus aĩus. qđ aman-
L dũ doces, & doleat in me qđ dolendũ do-
Ps. 143. ces. Aĩus ille hoc faciat fraternus, nõ extra-
neus, non filiorum alienorũ, quorũ os locu
tum est vanitatẽ, & dextera eorũ dextera ini
quitatis: sed fraternus ille qui cũ approbat
me, gaudet de me: cũ aũt imꝓbat me, ꝯtrista
tur de me: qa siue approbet me, siue imꝓ-
bet, diligit me. Indicabo me talibus, respi-
rẽt in bonis meis, suspirẽt in malis meis. Bo
na mea instituta tua sunt, & dona tua: mala
mea delicta mea sunt, & iudicia tua. Respi-
rent in illis & suspirent in his, & hymnus &
fletus ascendant in conspectũ tuũ de frater-
nis cordibus thuribulis tuis. Tu aũt dñe de-
Apoc. 8. lectatus odore sancti tẽpli tui, miserere mei
Psal. 50. ẽm magnã mĩam tuã, ꝑꝑ nomen tuũ, & ne-
quaquã deserens cœpta tua, consumma im
perfecta mea. Hic est fructus confessionum
mearũ, non qualis fuerim, sed qualis sim, vt
hoc confitear, non tñ corã te secreta exul-
Phil. 2. tatione cũ tremore & secreto mœrore cum
spe, sed ẽt in aurib. credentium filiorũ homi
nũ, sociorũ gaudij mei, & consortiũ morta
litatis meæ, ciuiũ meorũ & mecũ peregri-
norũ, p̃cedentium & cõsequentiũ, & comi-
M tum viæ meæ. Hi sunt serui tui fratres mei,
quos filios tuos esse voluisti, dños meos q-
bus iussisti vt seruiam, si volo tecũ de te vi-
uere. Et hoc mihi verbũ tuũ parũ erat, si lo-
quendo p̃ciperet, nisi & faciendo p̃iret. Et
ego id ago factis & dictis, id ago sub alis
tuis nimis cũ ingenti periculo: nisi quia sub
alis tuis tibi subdita est aĩa mea, & infirmitas
mea tibi nota est. Paruulus sum, sed viuit
semꝑ pr̃ meus, & idone⁹ est mihi tutor me⁹.
Idẽ ipse est. n. qui genuit me & tuetur me:
& tuipse es omnia bona mea, tu oĩpotẽs q
mecũ es, & priusquã tecũ sim. Indicabo er-
go talib. qualib. iubes vt seruiã, nõ quis fue-
rim, sed quis iam sim, & quis adhuc sim, sed
neque meipsum diiudico. Sic itaque audiar.

Hoĩem se se totum non nosse. Deum in ænigmate cognoscere. c. 5.

TV. n. dñe diiudicas me, quia etsi nemo
scit hominũ q̃ sunt hoĩs, nisi spũs ho-
minis, qui in ipso est: tñ est aliquid hoĩs, qđ
nec ipse scit spiritus hoĩs qui in ipso est: tu
aũt dñe scis eius omnia qui fecisti eũ. Ego
vero q̃uis p̃ tuo conspectu me despiciã, &
æstimem me terrã & cinerẽ, tñ aliquid de te
scio quod de me nescio. Et certe nunc vide Co. 1
mus ꝑ speculũ in ænigmate, nondũ facie ad n. 1
faciẽ, & iõ quandiu peregrinor abs te, mihi Co. 13
sum p̃ntior q̃ tibi, & tñ te noui nullo modo
posse violari. Ego uerò quibus tentationib. o. 5.
resistere ualeam, quibusue non ualeam, ne- o. 10.
scio. Et spes es, quia fidelis es, qui nos nõ si-
nis tentari supra id q̃ possumus ferre, sed fa
cis cũ tentatione ẽt exitũ vt possimus susti-
nere. Cõfitear ergo quid de me sciã, ꝯfitear
& qd de me nesciã. Qm̃ & qđ de me scio,
te mihi lucẽte scio: & qđ de me nescio, tam
diu nescio, donec fiãt tenebræ meę sicut me
ridies ĩ vultu tuo, nõ dubia sed certa ꝯsciã.

DOmine amo te. Percussisti cor meum
verbo tuo, & amaui te. Sed & cœlũ &
terra, & oĩa quæ in eis sunt, ecce vndiq; mi
hi dicunt vt te amem, nec cessant dicere om
nibus vt sint inexcusabiles. Altius aũt tu mi
sereberis cui misertus eris, & misericordiã
præstabis cui misericors fueris. Alioquin cę
lum & terra surdis loquuntur laudes tuas.
Quid aũt amo cum te amo? Non speciem
corporis, nec decus temporis, nec candorẽ
lucis. etiã istis amicũ oculis, nõ dulces me-
lodias suauiũ cantilenarũ omnimodarũ, nõ
florum, & vnguentorũ & aromatũ suaueo-
lentiã, nõ manna & mella, non membra ac-
ceptabilia carnis amplexibus. Nõ hæc amo I
cum amo Deũ meũ, & tamen amo quandã
lucem, & quãdam vocẽ, & quendã odorẽ,
& quendã cibũ, & quendã amplexũ, cum
amo Deũ meũ, lucẽ, vocẽ, odorẽ, cibũ, am-
plexum interioris hoĩs mei: ubi fulget ani-
mę meę, quod nõ capit locus, & ubi sonat
quod non rapit tempus, & ubi olet qđ non
spargit flatus, & ubi sapit quod nõ minuit
edacitas, & vbi hæret quod nõ diuellit satie
tas. Hoc est qđ amo cũ Deũ meum amo. Et
quid est hoc? Interrogaui terram, & dixit:
Non sum & quæcunq; in eadẽ sunt, idẽ cõ
fessa sunt. Interrogaui mare & abyssos, & re
ptilia animarũ uiuarũ, & rñderunt: Non su-
mus Deus tuus, quære super nos. Interroga-
ui auras flabiles, & inqt uniuersus aer cũ in
colis suis: Fallitur Anaximenes, non sum
Deus tuus. Interrogaui cęlũ, solem, lunam,
stellas, neq; nos sumus Deus quẽ quæris, in-
quiunt. Et dixi omnibus ijs quæ circũstant
fores carnis meæ: Dicite mihi de Deo meo,
qđ uos non estis, dicite mihi de illo aliqd.

C Et clamauerũt voce magna: Ipſe fecit nos.
Pſ. 9. Interrogatio mea, intẽtio mea, & rñſio eo-
rũ, ſpẽs eorũ. Et direxi me ad me, & dixi mi-
hi. Tu qs es? Et rñdi, hõ. Et ecce corp⁹ & aĩa
in me mihi p̃ſto ſunt, vnũ exterius, & alterũ
interius. Quid horũ eſt vñ q̃rere debui Deũ
meũ, quẽ iã q̃ſiuerã per corpus à terra vſq;
ad cęlũ, quouſq; potui mittere nũcios, ra-
dios oculorũ meorũ? Sed melius qđ interi⁹
eſt: Ei qppe renunciabant oẽs nũcij corpo-
rales p̃ſidenti & iudicanti de ſingulis rñſio-
nibus cęli & terræ, & oĩum q̃ in eis ſunt di-
centiũ, Nõ ſumus Deus, ſed ipſe fecit nos:
hõ interior cognouit hæc ꝑ exterioris mini
ſteriũ, ego interior cognoui hæc, ego ego
aĩus ꝑ ſenſus corporis mei. Interrogaui mũ
di molẽ de Deo meo, & rñdit mihi: Non
ego ſum, ſed ipſe me fecit. Nõne oĩb. quib.
integer ſenſus eſt, apparet hæc ſpẽs? Cur nõ
oĩb. eadẽ loquit̃? Aĩalia puſilla & magna vi-
dent eã, ſed interrogare nequeũt. Non. n. p̃-
poſita eſt in eis nunciantib. ſenſib. iudex rõ.
Homines aũt pñt interrogare, vt inuiſibilia
Dei ꝑ ea q̃ facta ſunt intellecta cõſpiciant̃.
Sed amore ſubdunt̃ eis, & ſubditi iudicare
non pñt. Nec rñdent iſta interrogantib. niſi
iudicantibus: nec vocẽ ſuã mutant. i. ſpẽm
ſuã, ſi alius tm̃ videat, alius aũt videns inter-
roget, vt aliter illi appareat, aliter huic: ſed
eodẽ mõ vtriq; apparens, illi muta eſt, huic
loquit̃: imò verò oĩbus loquit̃, ſed illi intel-
ligunt qui eius vocẽ acceptã foris, intus cũ
veritate conferunt. Veritas. n. dicit mihi: Nõ
eſt Deus tuus cęlũ & terra, neq; oẽ corpus.
Hoc dicit eorũ nã. Vide, En moles minor
eſt in parte q̃ in toto. Iã tu melior es, tibi di
co aĩa, qm̃ tu vegetas molẽ corporis tui p̃-
bens ei vitam, qđ nullum corpus p̃ſtat cor-
pori: Deus autem tuus etiam tibi vita eſt.

QVid ergo amo cũ Deũ meũ amo? Quis
eſt ille ſuper caput animæ meæ? Per
ipſam aĩam meã aſcẽdã ad illũ. Trãſibo vim
meã, qua hæreo corpori & vitaliter cõpa-
gẽ eius repleo. Non ea vi reperio Deũ meũ,
nã reperiret e quus & mulus in q̃bus nõ eſt
intellectus, & eſt eadẽ vis qua viuunt ẽt eo-
rũ corpora. Eſt alia vis non ſolũ qua viuifi-
co, ſed ẽt qua ſenſifico carnẽ meã, quã mi-
Pſal. 1. hi ſabricauit dñs, iubẽs oculo vt nõ audiat,
& auri vt non videat, ſed illi ꝑ quẽ videam,
huic ꝑ quã audiã, & propria ſigillatim cæ-
teris ſenſibus ſedibus ſuis, & officiis ſuis, q̃
diuerſa ꝑ eos ago, vnus ago animus. Tranſi- E
bo & iſtam vim meã. Nã & hanc hẽt equus
& mulus, ſentiũt enim etiã ipſi per corpus.

TRanſibo ergo & iſtã vim naturæ meæ *Memoriæ vis. Cap. 8.*
gradibus aſcendẽs ad eũ qui fecit me,
& venio in cãpos & lata p̃toria memoriæ
meę, vbi ſunt theſauri innumerabiliũ imagi
nũ de huiuſcemodi reb. ſenſib. ĩuectarũ. Ibi
reconditũ eſt q̄cquid ẽt cogitamus, vel au-
gendo, vel minuendo, vel vtcunq; variãdo
ea q̃ ſenſus attigerit, & ſi quid aliud cõmen
datũ & repoſitũ eſt, qđ nondũ abſorbuit &
ſepeliuit obliuio. Ibi qñ ſum poſco & vt ꝓ-
ferat̃ quicquid volo, & quædã ſtatim pro-
deunt, quædã requirunt̃ diutius, & tanq̃ de
abſtruſioribus quibuſdã receptaculis eruũ-
Tentamur his tẽtationib. quotidie dñe, sine cessatione tentamur. Quotidiana fornax nr̃a est humana lingua. Imperas nobis, & in hoc gñe cõtinentiã. Da qđ iubes, & iube qđ vis. Tu nosti de hac re ad te gemitũ cordis mei, & flumina oculorũ meorũ. Neque. n. facile colligo, q̃ sim ab ista peste mundatior, & multũ timeo occulta mea, q̃ norunt oculi tui, mei aũt non. Est. n. qualiscunq; in aliis gñibus tentationũ mihi facultas explorandi me, in hoc pene nulla est. Nã & à voluptatibus carnis, & à curiositate superuacanea cognoscendi, video quantũ assecutus sim posse refrenare aĩum meũ, cum eis rebus careo, vel voluntate, vel cum absunt. Tunc. n. me interrogo q̃ magis minusue mihi molestũ sit non hr̃e. Diuitiæ verò, q̃ ob hoc expetuntur, vt alicui istarũ trium cupiditatum vel duabus earũ vel oĩbus ser
D uiant, si per se discere non põt aĩus vtrum eas habens contẽnat, pñt & dimitti, vt se probet. Laude verò vt careamus, atq; in eo experiamur, quid possumus? Nunquid male viuendũ est, & tã perdite atq; inaniter, vt nemo nos nouerit qui non detestet? Quæ maior dementia dici aut cogitari põt? At si bonæ vitæ bonorumq; operũ comes, & solet, & debet esse laudatio: tã comitatũ eius, q̃ ipsam bonã vitam deseri non oportet. Non autẽ sentio sine quo esse aut æquo animo, aut ægre possim, nisi cum affuerit. Quid igitur tibi in hoc genere tentationis dñe confiteor? Quid? nisi delectari me laudibus, sed amplius ipsa veritate, quàm laudibus. Nam si mihi proponatur, vtrum malim furens aut in omnibus rebus errans ab omnibus hominibus laudari, an cõstans & in ve-

ritate certisſimus ab oīb⁹ vituperari,'video
quid eligam. Veruntn̄ nollem,vt vel auge-
ret mihi gaudiú cuiuslibet boni mei ſuffra-
gatio oris alieni.Sed auget fateor non ſolú,
ſed & vituperatio minuit.Et cum iſta miſe-
ria mea perturbor, ſubintrat mihi excuſa-
tio,quæ qualis ſit,tu ſcis Deus,nam me in-
E certum facit.Quia.n.nobis imperaſti nō tm̄
continentiam,i.a quibus rebus amorē cohi
beamus,verumetiam iuſtitiam, i.quò eū cō
feramus:nec te tm̄ voluiſti à nobis, verum-
etiam proximum diligi, ſæpe mihi videor
de profectu,aut ſpe proximi delectari,cum
bene intelligentis laude delector: & rurſus
eius malo contriſtari,cum eum audio vitu-
perare quod aut ignorat,aut bonum eſt.Nā
& contriſtor aliqn̄ laudibus meis, cum vel
ea laudantur in me, in quibus mihi ipſe di-
ſpliceo, vel ēt bona minora & leuia pluris
æſtimantur q̄ ęſtimanda ſunt.Sed rurſus vn-
de ſcio,an propterea ſic afficior,quia nolo
de meipſo à me diſſentire laudatorē meū,
non quia illius vtilitate moueor, ſed qa ea-
dem bona,quæ mihi in me placent, iocun-
diora mihi ſunt cum & alteri placent?Quo
dammodo.n. non ego laudor, cum de me
ſnīa mea non laudatur,quandoquidē aut il
la laudantur,quæ mihi diſplicēt,aut illa am
plius, quæ mihi minus placent. Ergone de
hoc incertus ſum mei?Ecce in te,veritas,vi
deo, non me laudibus meis pp me, ſed pp
proximi vtilitatē moueri oportere. Et vtrū
F ita ſit neſcio.Minus mihi in hac re notus sū
ipſe, q̄ tibi. Obſecro De⁹ me⁹,& meipſum
mihi indica, vt cōfitear oraturis pro me fra
tribus meis, quod in me ſauciū cōperero.
Iterum me diligentius interrogem. Si vtili-
tate proximi moueor in laudibus meis,cur
minus moueor ſi quisq̄ alius iniuſte vitupe
ret,q̄ ſi ego?Cur ea contumelia magis mor
deor quæ in me,q̄ quæ in alium eadem ini-
quitate corā me iacitur? An & ego hoc ne-
ſcio?Etiamne id reſtat vt ipſe me ſeducā,&
verum non faciam coram te in corde & lin
gua mea?Inſaniam iſtā dn̄e longe fac à me,
140. ne oleum peccatoris mihi ſit os meū,ad im
pinguandum caput meum. Egenus & paup
108. ego ſum,& melior in occulto gemitu diſpli
cens mihi, & quærens m̄iam tuam, donec
reficiatur defectus meus,& perficiatur vſq;
in pacem, quam neſcit arrogantis oculus.

SErmo aūt ore procedens,& facta q̄ inno *Et uirtuti pericu-*
teſcunt hoībus, habent tentationē peri- *lū a uana*
culoſisſimā ab amore laudis,qui ad priuatā *gloria.*
quandam excellentiam ɔ̄here emendicata *cap.38.*
ſuffragia tentat:& cū à me in me arguit eo-
ipſo quo arguitur. Et ſæpe hō de ipſo vanæ
gloriæ contemptu vanius gloriatur,ideoq;
non iam de ipſo gloriæ contemptu gloria- G
tur. Non.n.eā cōtemnit cum gloriat intus.

ETiam intus eſt aliud in eodem gn̄e ten- *Φιλαυ-*
tationis malum, quo inaneſcunt q pla *τία.*
cent ſibi de ſe,q̄uis alijs vel placeant, vel di *Cap. 39.*
ſpliceant,nec placere affectent cęteris. Sed
ſibi placentes multū,tibi diſplicent,non tm̄
de bonis quaſi bonis,verumēt de bonis tuis
quaſi ſuis:aut ēt ſicut de tuis,ſed tanq̄ ex me
ritis ſuis:aut etiā ſicut ex tua gratia, ſed non
ſua merita:non tn̄ ſocialiter gaudentes, ſed
aliis inuidentes ea.In his oībus atq; huiuſce
modi periculis & laboribus vides tremorē
cordis meis, & vulnera magis ſubinde à te
ſanari,quàm mihi non infligi ſentio.

VBi non mecū ambulaſti veritas, docēs *Contra ui*
quid caueā, & quid appetā, cū ad te *tia lucta.*
referrē inferiora viſa mea,q̄ potui,teq; con *cap.40.*
ſulerem?Luſtraui mundum foris ſenſu quo
potui,& attendi uiā corporis mei de me, sē
ſusq; ipſos meos. Inde ingreſſus ſum in re-
ceſſus memoriæ meæ multiplices amplitu-
dines, plenas miris modis copiarū innume
rabiliū,& cōſideraui & expaui,& nihil eo- H
rū diſcernere potui ſine te,& nihil eorū eſ-
ſe te inueni: nec ego ipſe inuentor qui per-
agraui oīa,& diſtinguere & pro ſuis q̄q; di
gnitatibus æſtimare conatus ſum,excipiens
alia nūciantibus ſenſibus, & interrogās alia
mecū cōmixta ſentiens, ipſosq; nuncios di
gnoſcens atq; dinumerās,iamq; in memo-
ria elatis oībus alia ptractans, alia recōdēs,
alia eruens.Nec ego ipſe cū hæc agerē.i.vis
mea qua id agebam, nec ipſa eras tu, qa lux
es tu pmanens,q̄ de oībus conſulebā, an eſ
ſent,qd eſſent,quanti pēdenda eſſent.Et au-
diebā dicentē ac iubentem. Et ſæpe iſtud fa
cio.Hoc me delectat, & ab oībus actionib⁹
neceſſitatis quantū relaxari poſſum ad iſtā
voluptatē refugio. Neq; in his omnibus, q̄
percurro conſulens te, inuenio tutum locū
animæ meę niſi in te, quo colligātur ſparſa
mea,nec à te quicq̄ recedat ex me. Et aliqn̄
intromittis me in affectū multū inuſitatum

introrsus,ad nescio quã dulcedinẽ:q̃ si perficiatur in me, nescio quid erit qđ uita ista non erit. Sed recido in hæc erũnosis ponderibus,& resorbeor solitis,& teneor,& multum fleo,sed multũ teneor. Tm̃ consuetudi
I nis sarcina degrauat.Hic esse valeo,nec volo,illic volo,nec valeo,miser vtrobique.

Triplex cupiditas carnis. Cap. 41.

IDeoque consyderaui languores pctõrum meorum in cupiditate triplici, & dexterã tuã inuocaui ad salutẽ meam.Vidi.n.splẽdorem tuũ corde saucio, & repercussus dixi, Quis illuc põt?Proiect⁹ sum à facie oculorum tuorũ. Tu es veritas super oĩa p̃sidẽs.

Psal. 30.

At ego per auaritiã meã non amittere te volui,sed volui tecum possidere mendacium: sicut nemo vult ita falsum dicere,vt nesciat ipse quid verum sit.Itaque amisi te,quia nõ dignaris cum mendacio possideri.

Remedia uitiorũ a dæmonibus. Cap. 42.

QVem inuenirem, qui me recõciliaret tibi?An eũdum mihi fuit ad angelos? Qua prece? quibus sacr̃is?Multi conãtes ad te redire,neq; per seipsos valentes,sicut audio,tentauerunt hæc,& inciderunt in desyderiũ curiosarũ visionũ, & digni habiti sũt illusionibus. Elati.n.te q̃rebant doctrinę fastu,exerentes potius q̃ tundentes pectora,et adduxerunt p̱ verisimilitudinem cordis sui conspirantes, & socias superbiæ suæ ptãtes aeris huius, à quibus p̱ potẽtias magicas de
K ciperentur,q̃rentes mediatorem p̱ quẽ purgarentur,& non erat. Diabolus.n.erat trãsfigurans se in angelũ lucis, & multũ illexit superbã carnẽ,quod carneo corpore ipse nõ esset.Erant.n.illi mortales & peccatores, tu aũt dñe cui reconciliari superbe quærebãt, immortalis & sine pctõ. Mediator aũt inter Deũ & hoĩes,oportebat,vt hr̃et aliqd simile Deo aliqd simile hoĩb⁹, ne ĩ vtroq; hoĩbus similis, lõge esset à Deo: aut in vtroque Deo similis,lõge esset ab hoĩb⁹: atq; ita mediator non esset. Fallax itaq; ille mediator, quo p̱ secreta iudicia tua superbia mereẽ illudi,vnũ cũ hoĩbus habet, i.pctm̃,aliud videri vult hr̃e cum Deo: vt qa carnis mortalitate non tegitur, pro immortali se ostentet. Sed quia stipendium peccati mors est, hoc habet commune cum hominibus, vnde simul damnentur in mortem.

Ephe. 2. 2.Co.11. Li.2. Rom.6.

Christus intercessor efficax.c.43.

VErax autem mediator, quẽ secreta tua miã demonstrasti humilibus,& misisti,vt eius exemplo ẽt ipsam discerent humilitatem,mediator ille Dei, & hominum hõ Christus Iesus inter mortales peccatores & immortalem iustũ apparuit:mortalis cũ hominibus,iustus cum Deo: vt qm̃ stipẽdium iustitiæ vita,& pax est,per iustitiam coniunctam Deo enacuaret mortem iustificatorũ impiorum, q̃ cum illis voluit hr̃e communem.Hic demonstratus est antiquis sanctis, vt ita ipsi per fidem futuræ passionis eius,sicut nos per fidem præteritæ salui fierẽt. Inquantum.n.homo,intantum mediator: inquantum aũt verbum,non medius,qa ęqualis Deo,& Deus apud Deum, & simul cum spiritusancto vnus Deus.Qũo nos amasti pr̃ bone,qui filio tuo vnico nõ pepercisti, sed pro nobis impiis tradidisti eum? Qũo nos amasti pro quibus ille qui non rapinã arbitratus est esse æqualis tibi, factus est subdit⁹ vsq; ad mortem crucis:vnus ille in mortuis liber, potestatem hñs ponendi aĩam suam, & potestatem hñs iterum sumendi eam: p̱ nobis tibi victor & victima, & ideo victor quia victima:pro nobis tibi sacerdos & sacrificium, & ideo sacerdos,quia sacrificiũ, faciens tibi nos de seruis filios, de te nascendo,nobis seruiendo? Merito mihi spes valida in illo est,ꝙ sanabis oẽs lãguores meos, per eum qui sedet ad dexteram tuã, & te interpellat pro nobis, alioquin desperarem. Multi.n. & magni sunt ijdẽ languores mei, multi sunt & magni, sed maior & amplior est medicina tua. Potuimus putare verbum tuũ remotũ esse à coniunctione hoĩs,& desperare de nobis, nisi caro fieret, & habitaret in nobis.Cõterritus peccatis meis & mole peccatorum & miseriæ meæ,agitaueram in corde meditatusq́; fueram fugam in solitudinem,sed prohibuisti me, & cõfirmasti me dicens, Ideo pro omnibus Christ⁹ mortuus est,vt qui viuunt iã non sibi viuant,sed ei qui pro ipsis mortuus est. Ecce dñe iacto in te curã meam,vt viuam, & consyderabo mirabilia de lege tua.Tu scis imperitiã meã & infirmitatem meã, doce me & sana me. Ille tuus vnicus in quo sunt oẽs thesauri sapientiæ,& sciæ absconditi,redemit me sanguine suo.Non calumnientur mihi superbi qm̃ cogito precium meum,& manduco & bibo & erogo, & pauper cupio saturari ex eo inter illos qui edunt & saturantur, & laudabunt Dominum qui requirunt eum.

M. Mt. 1. 1. 2. Io. Ro. Pli. Ps. Ion. L. Ps. Ro. Ps. 2. Ps. Ps. Col. Ps. Ps.

Diui

D. AVRELII AVGVSTINI
CONFESSIONVM
Liber vndecimus.



cō- Vnquid Dñe cũ tua ſit æterni-
ir tas ignoras q́ tibi dico, aut ad
cien tp̃s vides quod fit in tpe? Cur
.I. ergo tibi tot rerũ narrationes
digero? Non vtiq; vt per me
noueris ea, ſed affectũ meũ excito in te, &
eorum, qui hæc legunt, vt dicamus oẽs: Ma
95. gnus dñs & laudabilis valde. Iam dixi, & di
cã, amore amoris tui facio iſtud. Nã & ora-
6. mus, & tñ veritas ait: Nouit pr̃ veſter quid
vobis opus ſit priusq̃ petatis ab eo. Affectũ
ergo nr̃m patefacimus in te, confitendo tibi
miſerias nr̃as, & mĩas tuas ſup nos, vt libe-
res nos oĩno qm̃ cœpiſti, vt deſinamus eſſe
.5 miſeri in nobis, & beatificemur ĩ te qm̃ vo
caſti nos, vt ſimus pauperes ſpũ, & mites &
lugentes, & eſurientes ac ſitientes iuſtitiã, &
B miſericordes, & mundi corde, & pacifici.
Ecce narraui tibi multa, q̃ potui, & q̃ volui,
qm̃ tu prior voluiſti, vt confiterer tibi dño
L Deo meo qm̃ bon⁹ es, qm̃ ĩ ſeculũ mĩa tua.
17. QVando aũt ſufficio calami lingua enũ
libe ciare oĩa hortamenta tua, & oẽs ter-
pec rores tuos, & conſolationes, & gubernatio-
& nes, quibus me perduxiſti p̃dicare verbum
ori tuum, & ſacr̃m tuũ diſpenſare populo tuo?
du Et ſi ſufficio hæc enumerare ex ordine, ca-
erā rò mihi valent ſtillæ temporũ, & olim inar
io- deſco meditari in lege tua, & in ea tibi con
2. fiteri ſcĩam & imperitiã, primordia illumi
nationis tuæ, & reliquias tenebrarũ mearũ,
quouſq; deuoret à fortitudine infirmitas.
Et nolo in aliud horæ diffluant, quas inue-
nio liberas a neceſſitatibus reficiẽdi corpo
ris, & intentionis aĩ, & ſeruitutis q̃ debem⁹
hoĩbus, & quam non debemus, & tñ reddi-
mus. Dñe Deus intende or̃oni meæ, & mĩa
tua exaudiat deſiderium meũ: qm̃ non mihi
ſoli æſtuat, ſed vſui vult eſſe fraternæ chari-
tati, & vides in corde meo quia ſic eſt, ut ſa
crificem tibi famulatum cogitationis, & lin
guæ meæ, & da quod offeram tibi. Inops.n.
85. & pauper ſum, tu diues in oẽs inuocãtes te,
C qui ſecurus curam noſtri geris. Circuncide
ab omni temeritate, ab omniq́; mendacio
interiora, & exteriora labia mea. Sint caſtæ
delitiæ meæ, ſcripturæ tuæ, nec fallar in eis,
nec fallam ex eis. Dñe attende & miſerere
mei dñe Deus meus, lux cęcorũ & uirtus in
firmorũ, ſtatimq́; lux videntiũ & uirtus for
tium, attende aĩam meam, & audi clamantẽ
de profundo. Nam niſi adſint & in p̃fundo Pſ.73.
aures tuæ, quò ibimus? Quò clamabimus?
Tuus eſt dies, & tua eſt nox. Ad nutũ tuum
momenta tranſuolant. Largire inde ſpatiũ
meditationibus noſtris in abdita legis tuæ,
neq; aduerſus pulſantes claudas eam. Neq;
eñ fruſtra ſcribi voluiſti tot paginarũ opa-
ca ſecreta. Aut nõ hñt illæ ſyluę ceruos ſuos
recipientes ſe in eas, & reſumẽtes, & ambu-
lantes, & paſcentes, recubantes, & ruminan
tes. O dñe perfice me, & reuela mihi eas. Ec
ce uox tua gaudiũ meũ, uox tua ſup affluen
tiam voluptatũ. Da quod amo. Amo enim,
& hoc tu dediſti. Nec dona tua deſeras, nec
herbam tuã ſpernas ſitientem. Cõfitear tibi
quicquid inuenero in libris tuis, & audiam
uocem laudis & te bibam, & conſiderẽ mi- D
rabilia de lege tua, ab vſque in principio in Pſ. 118.
quo feciſti cœlum & terram, vſq; ad regnũ
tecum perpetuum ſanctæ ciuitatis tuæ. Dñe
miſerere mei, & exaudi deſideriũ meũ. Pu-
to.n. qđ non ſit de terra, nõ de auro & argẽ-
to, aut de lapidibus, aut decoris ueſtib⁹, aut
honoribus, & ptãtibus, aut voluptatibus car
nis, neq; de neceſſitate corporis, & huic vi-
tæ peregrinationis nr̃ę, q́ oĩa nobis apponũ
tur quærentibus regnũ & iuſtitiã tuam. Vide
dñe Deus meus, vnde ſit deſiderium meum. Matt. 6.
Narrauerũt mihi iniuſti delectationes ſuas, Pſ. 118.
ſed non ſicut lex tua dñe. Ecce vñ eſt deſide
rium meũ. Vide pr̃, aſpice & uide & appro
ba, & placeat in conſpectu mĩæ tuæ inueni
re me gr̃am ante te: vt aperiant pulsãti mihi
interiora ſermonũ tuorũ. Obſecro per do- Pſ.79.
minum nr̃m Ieſum Chriſtũ, filium tuũ, ui-
rũ dexteræ tuę, filiũ hoĩs, quẽ confirmaſti ti
bi mediatorẽ tuum & nr̃m, p quem nos q̃ſi
ſti non q̃rentes te, q̃ſiſti au em ut q̃reremus
te, uerbum tuum per qđ feciſti oĩa, in qui- Io. 1.
bus & me unicũ tuum per quem uocaſti in Ro.8.
adoptionẽ populum credentium, in quo &
me, per eum te obſecro qui ſedet ad dexte-
ram tuã, & te interpellat pro nobis, in quo E
ſunt omnes theſauri ſapientię & ſciẽtię ab-
ſconditi. Ipſum quęro in libris tuis. Moyſes Col. 2.
de illo ſcripſit, Hoc ipſe ait, hoc ueritas ait. Io.5.

Creatio cœli ac terræ. Cap. 3 Gene. 1.

AVdiam & intelligã, quõ in principio fecisti cœlum, & terram. Scripsit hoc Moyses, scripsit, & abijt, trãsiuit hinc ad te. Neq; n. nunc ante me est: Nam si esset, tenerem eũ, & rogarem eũ, & per te obsecrarẽ vt mihi ista panderet, & pberẽ aures corporis mei sonis erumpentibus ex ore eius. Et si Hebrȩa voce loqueretur, frustra pulsaret sẽsum meum, nec inde mentẽ meã quicq̃ tangeret. Si aũt Latine, scirem quid diceret. Sed vnde scirẽ an verũ diceret? Quod si & hoc scirẽ, num, & ab illo scirem? Intus vtiq; mihi, intus in domicilio cogitationis, nec Hebrȩa, nec Grȩca, nec Latina, nec Barbara veritas sine oris, & linguæ organis, sine strepitu syllabarũ diceret, verum dicit: & ego statim certus cõfidenter illi hoĩ tuo dicerẽ, verũ dicis. Cũ ergo illũ interrogare non possim: te, quo plenus, vera dixit, veritas, rogo te Deus meus, rogo parce peccatis meis, &
F qui illi seruo tuo dedisti hæc dicere, da & mihi hæc intelligere.

Creatura clamat creatorẽ Deum. Cap. 4.

ECce sunt cœlum, & terra, clamant qđ facta sint. Mutantur. n. atque variantur. Quicq̃d aũt factũ nõ est, & tñ est, nõ est in eo quicq̃ quod ante non erat, qđ est mutari atq; variari. Clamant ẽt quod seipsa non fecerint, iõ sumus, quia facta sumus. Nõ ergo eramus anteq̃ essemus, vt fieri possemus à nobis. Et vox dicentium est ipsa euidentia. Tu ergo dñe fecisti ea, quia. n. pulcher es, pulchra sunt: quia bonus es, bona sunt: Quia es, sunt. Nec ita pulchra sunt, nec ita bona sunt, nec ita sunt, sicut conditor eorum, cui comparata, nec pulchra sunt nec bona sũt, nec sunt. Scimus hæc, gratias tibi. Et scia nostra scientiȩ tuæ comparata, ignorantia est.

Ex nihilo conditus mundus. Cap. 5.

IN principio fecit Deus cœlum, & terrã. Qũo autem fecisti cœlum, & terrã, & q̃ machina tam grandis operationis tuæ? Nõ enim sicut homo artifex formãs corpus de corpore, arbitratu animæ valentis imponere vtcũq; speciẽ, quam cernit in semetipsa
G interno oculo. Et vñ hoc valeret, nisi q̃a tu fecisti eam? Et imponit speciẽ iã existẽti, & habẽti vt esset, veluti terræ aut lapidi aut ligno, aut auro, aut id genus rerũ cuilibet. Et vñ ista essent nisi tu fecisses ea? Tu fabricatus corpus, tu aĩum mẽbris imperitãtẽ fecisti: tu materiã vnde facit aliq̃d: tu ingenium quo artem capiat, & videat intus quid faciat foris: sensũ corporis quo interprete traijciat ab aĩo ad materiam id quod facit, & renunciet aĩo quid factum sit, vt ille intus consulat p̃sidentem sibi veritatem an bene factũ sit. Te laudãt hæc oĩa creatorem oĩum. Sed tu qũo facis ea? Qũo fecisti Deus cœlum, et terrã? Non vtiq; in cœlo neq; in terra fecisti cœlum & terrã, neq; in aere, aut in aq̃s, q̃m & hæc pertinent ad cœlum, & terram: neq; in vniuerso mundo fecisti vniuersum mundum, quia non erat vbi fieret anteq̃ fieret vt esset: nec manu tenebas aliquid vñ faceres cœlum, & terram. Nam vnde tibi hoc quod tu non feceras vnde aliquid faceres? Quid. n. est, nisi quia tu es? Ergo dixisti, & facta sunt, atque in verbo tuo fecisti ea.

SEd qũo dixisti? Nunquid illo modo quo facta est vox de nube, dicens: Hic est filius meus dilectus? Illa. n. vox acta atq; transacta est, cœpta, & finita. Sonuerunt syllabȩ atq; transierunt, secunda post primã, tertia H post secundã, atq; inde ex ordine donec vltima post cæteras, silentiumq; post vltimã. Vñ claret atq; eminet, qđ creaturæ motus expressit eã, seruiens æternæ voluntati tuæ ipsa t̃palis, & hæc ad t̃ps facta verba tua nũciauit auris exterior menti prudenti, cuius auris interior posita est ad æternũ verbum tuũ. Ad illa cõparauit hæc uerba t̃paliter sonantia, cum ȩterno in silentio verbo tuo, & dixit, Aliud est longe, longe aliud est. Hæc longe infra me sunt, nec sunt, quia fugiunt, & p̃tereũt, Verbum aũt tuum dñi mei s̃. me manet in æternũ. Si ergo verbis sonãtibus, & p̃tereuntib. dixisti vt fieret cęlũ, & terra, atq; ita fecisti cęlũ, & terrã: erat iã creatura corporalis ante cœlũ, & terrã, cuius motibus t̃palibus t̃paliter vox illa percurreret. Nullũ aũt corpus ante cœlum & terrã. Aut si erat, id certe sine transitoria voce feceras, vñ transitoriã vocẽ faceres, qua diceres ut fieret cęlũ, & terra. Quicquid. n. illud esset, vñ talis vox fieret, nisi abs te factũ esset, om I nino non esset. Vt ergo fieret corpus vnde ista verba fierent, quo verbo à te dictũ est?

VOcas itaq; nos ad intelligendum verbum Deum apud te Deum, quod sẽpiterne dr̃., & eo sempiterne dicuntur omnia. Neque. n. finitur quod dicebatur, & dicitur aliud vt possint dici omnia, sed simul ac sempiterne omnia. Alioquin iã tempus

& mu-

&c mutatio, &c non vera æternitas, nec uera
Io.1. immortalitas. Hoc noui Deus meus, &c gra-
tias ago. Noui, cõfiteor tibi dñe, mecumq;
nouit, &c benedicit te quiſquis ingratus nõ
eſt certæ veritati. Nouimus dñe, nouimus,
qm̃ inquãtum quicquid non eſt qđ erat, &c
eſt qđ non erat, intm̃ morit̃, &c orit̃. Non er
go quicq̃ verbi tui cedit atq; ſuccedit, qm̃
vere immortale atq; æternũ eſt. Et iõ uerbo
tibi coæterno, ſimul &c ſẽpiterne dicis oĩa,
q̃ dicis, &c fit quicquid dicis vt fiat. Nec ali-
ter q̃ dicendo facis, nec tamen, &c ſimul &c
ſempiterna fiunt omnia, quę dicendo facis.

CVr quæſo te dñe Deus meus, vtcunque
video, ſed qũo id eloquar, neſcio: niſi
quia oẽ quod eſſe incipit, &c eſſe deſinit, tũc
eſſe incipit, &c tunc deſinit qñ debuiſſe inci
pere uel deſinere in æterna ratione cogno-
K ſcitur, vbi nec incipit aliquid nec deſinit? Ip
ſum eſt verbum tuum, qđ &c principiũ eſt,
Io.8. qui &c loq̃tur nobis. Sic in euangelio p̃ car-
H nem ait, &c hoc inſonuit foris aurib. homi-
num, vt crederet̃, &c intus q̃reret̃, &c inueni-
ret̃ in æterna ueritate, vbi oẽs diſcipulos bo
nus, &c ſolus magiſter docet. Ibi audio dñe
23. vocẽ tuã dicentem mihi, qm̃ ille loq̃tur no
bis qui docet nos. Quia aũt non docet nos,
ẽt ſi loquitur, non nobis loquitur. Quis por
rò nos docet niſi ſtabilis veritas? Quia, &c p̃
creaturã mutabilẽ cum admoneremur, ad
ueritatẽ ſtabilẽ ducimur, ubi uere diſcim⁹,
cũ ſtamus, &c audimus eũ, &c gaudio gaude
mus p̃p̃ uocem ſponſi, reddentes nos unde
ſumus. Et ideo principium, quia niſi mane-
o.3. ret cũ erraremus, non eſſet quò rediremus.
Cum aũt redimus ab errore, cognoſcendo
o.8. vtiq; redimus. Vt autem cognoſcamus, do-
cet nos, quia principiũ eſt, &c loquit̃ nobis.

L IN hoc principio Deus fecit cœlũ, &c ter
ram: in verbo tuo, in filio tuo, in uirtute
tua, in ſapiẽtia tua, in veritate tua, miro mo
do dicens, &c miro modo faciens. Quis cõ-
prehendet? Quis enarrabit? Quid eſt illud
9. quod interlucet mihi, &c percutit cor meũ
e. 1. ſine lęſione, &c inhorreſco, &c inardeſco? In-
horreſco inquantum diſſimilis ei ſum, inar
deſco inquantum ſimilis ſum. Sapientia
ipſa eſt quæ interlucet mihi, diſcindens nu-
bilum meũ, quod me rurſus cooperit defi-
cientem ab ea, caligine atq; aggere pęnarũ
mearum, qm̃ ſic infirmat⁹ eſt in egeſtate vi-
gor meus, ut non ſufferã bonũ meũ, donec Pſ. 30.
tu dñe qui propitius factus es oĩbus iniqui-
tatibus meis, ẽt ſanes oẽs languores meos: Pſ. 102.
quia &c redimes de corruptione uitã meã,
&c coronabis me in miſeratione &c mĩa, &c
ſatiabis in bonis deſiderium meum: qm̃ re-
nouabitur iuuentus mea ſicut aquilę. Spe.n. Rom. 8.
ſalui facti ſumus, &c promiſſa tua p̃ patien-
tiã expectamus. Audiat te intus ſermocinan
tem qui põt. Ego fidẽter ex oraculo tuo cla
mabo: Quàm magnificata ſunt opera tua Pſ. 103.
dñe, oĩa in ſapiẽtia feciſti, &c illa principiũ,
&c in eo principio feciſti cęlum, &c terram. M

NOnne ecce pleni ſunt uetuſtatis ſuæ q̃ *Voluntas*
nobis dñt, Quid faciebat Deus anteq̃ *Dei prin-*
faceret cœlum, &c terram? Si.n. vacabat (in- *cipium ne*
quiunt) &c non operabat̃ aliquid, cur nõ ſic *ſcit. c.10.*
ſp̃, &c deinceps, quemadmodum retro ſem-
per ceſſauit ab opere? Si.n. vllus motus in
Deo nouus extitit, &c voluntas noua ut con
deret creaturã, quam nunquã ante condide
rat: qũo iam uera æternitas ubi oritur uolũ-
tas, quæ non erat? Neq;.n. uolũtas Dei crea-
tura eſt, ſed ante creaturã: quia non crearet̃
aliquid, niſi creatoris uoluntas præcederet.

AD ipſam ergo Dei ſubſtantiam perti- *Aeterni-*
net uoluntas eius. Quod ſi exortũ eſt *tas Dei*
aliquid in Dei ſubſtantia, quod prius non *neſcit tẽ-*
erat, non ueraciter dr̃ æterna illa ſub̃a. Si ãt *pora.*
uoluntas Dei ſempiterna erat, ut eſſet crea- *cap. 10.*
tura: cur non ſempiterna creatura? Qui hæc
dicunt, nondum te intelligunt. O ſapientia
Dei lux mentium, nondum intelligunt qũo
fiant quæ per te atque in te fiunt, &c conan-
tur æterna ſapere: ſed adhuc in præteritis, &c
futuris rerum motibus cor eorum uolitat,
&c adhuc uanum eſt. Quis tenebit illud, &c
figet illud, ut paululum ſtet, &c paululum ra
piat ſplendorem ſemper ſtantis æternitatis, A
&c comparet cum temporibus nunquã ſtan
tibus, &c uideat eſſe incomparabilem: &c ui-
deat longum tempus, niſi ex multis pręter-
euntibus motibus, q̃ ſimul extendi non poſ
ſunt, longum non fieri: non autem præteri-
re quicquam in æterno, ſed totum eſſe præ-
ſens, nullum uero tempus totum eſſe pñs:
&c uideat omne præteritum propelli ex fu-
turo, &c omne futurum ex præterito conſe-
qui, &c omne præteritum ac futurum ab eo
quod ſemper eſt præſens, creari, &c excur-
rere? Quis tenebit cor hominis, vt ſtet, &c
uideat

videat qũo ſtans dictet futura & præterita tp̃a, nec futura, nec prȩterita æternitas? Nunquid manus mea valet hoc, aut manus oris mei per loquelas agit tam grandem rem?

Quid Deus fecerit ante mundi creationem. Cap. 12.

ECce rñdeo dicenti, quid faciebat Deus anteq̃ faceret cœlum & terram: rñdeo non illud quod quidam rñdiſſe perhibetur ioculariter eludens q̃onis violentiam. Alta, inquit, ſcrutantibus gehẽnas parabat. Aliud eſt videre, aliud ridere. Hæc non rñdeo. Libentius.n. rñderem, neſcio quod neſcio: q̃ illud vñ irridet qui alta interrogauit, & laudatur qui falſa rñdit. Sed dico te De⁹ nr̃ oĩs B creaturæ creatorem. Et ſi cœli & terrȩ noĩe oĩs creatura intelligitur: audenter dico, Antequã faceret Deus cœlũ & terrã, nõ faciebat aliquid. Si.n. faciebat, quid niſi creaturã faciebat? Et vtinã ſic ſciã, quicquid vtiliter ſcire cupio, quemadmodũ ſcio qđ nulla fiebat creatura, antequam fieret vlla creatura.

Quod ante tẽpora a Deo creata nulla fuerint tempora. Cap. 13.

AVt ſi cuiuſquam volatilis ſenſus vagat̃ per imagines retro tẽporũ, & te Deũ oĩpotentem, & oĩcreantem, & omnitenentem, & cœli & terræ artificem, ab opere tãto anteq̃ id faceres, per innumerabilia ſecula ceſſaſſe miratur: euigilet atq; attendat, q̃a falſa miratur. Nam vnde poterant innumerabilia ſecula p̃terire, quæ ipſe nõ feceras, cum ſis oĩum ſeculorũ author & conditor? Aut quæ tp̃a fuiſſent, quæ abs te condita nõ eſſent? Aut qũo præteriiſſent ſi nunq̃ fuiſſẽt? Cum ergo ſis operator omnium temporũ, ſi fuit aliquod tp̃s antequam faceres cȩlum & terram, cur dr̃ quod ab opere ceſſabas? Idipſum.n. tempus tu feceras, nec præterire potuerunt tempora antequam faceres tempora. Si aũt ante cœlum & terram nullum erat tp̃s, cur quæritur quid tũc faciebas? Nõ C enim erat tunc vbi non erat tp̃s, nec tu tempore tempora præcedis, alioquin non oĩa tempora præcederes. Sed præcedis oĩa tempora præterita? celſitudine ſp̃ præſentis ȩternitatis, & ſuperas omnia futura, quia & illa futura ſunt, & cum venerint, præterita erũt: tu aũt idem ipſe es, & anni tui non deficiẽt.

Pſ. 101.

Anni tui nec eunt, nec veniunt: iſti.n. noſtri & eunt & veniunt, vt omnes veniant. Anni tui omnes ſimul ſtant, quoniam ſtant, nec euntes à venientibus excluduntur, quia nõ tranſeunt: iſti autem noſtri omnes erunt, cũ omnes non erunt. Anni tui dies vnus, & dies tuus non quotidie, ſed hodie, quia hodiernus tuus nõ cedit craſtino, neq;.n. ſuccedit heſterno. Hodiernus tuus æternitas, iõ coȩternũ genuiſti, cui dixiſti: Ego hodie genui te. Oĩa tp̃a tu feciſti, & ante omnia tempora tu es, nec aliquo tẽpore non erat tempus.

NVllo ergo tp̃e non feceras aliquid, q̃a ipſum tp̃s tu feceras. Et nulla tempora tibi coæterna ſunt, quia tu permanes. At illa ſi ſp̃ manerent, non eſſent tp̃a. Quid.n. eſt tp̃s? Quis hoc facile breuiterq; explicauerit? Quis hoc ad verbum de illo proferẽdum, vel cogitatione comprehẽderit? Quid aũt familiarius & notius in loquendo commemoramus q̃ tp̃s? Et intelligimus vtiq; cũ id loquimur: intelligimus ẽt, cũ alio loquẽte id audim⁹. Quid eſt ergo tp̃s? Si nemo ex me quærat ſcio, ſi quærenti explicare velim neſcio: fidenter tñ dico ſcire me, quod ſi nihil præteriret, non eſſet prætȩritum tp̃s, & ſi nihil adueniret, non eſſet futurum tempus, & ſi nihil eſſet, non eſſet præſens tp̃s. Duo ergo illa tempora, præteritum & futurum quomodo ſunt, qñ & præteritum iam non eſt, & futurum nondum eſt? Præſens autem ſi ſemper eſſet præſens, nec in præteritum tranſiret, iam non eſſet tempus, ſed æternitas. Si ergo præſens vt tẽpus ſit, ideo ſit, quia in præteritum tranſit, quomodo & hoc eſſe dicimus, cui cauſa vt ſit illa eſt, quia non erit, vt ſcilicet non vere dicamus tempus eſſe, niſi quia tendit in non eſſe.

ET tñ dicimus longum tempus & breue tempus, neque hoc niſi de præterito, aut futuro dicimus. Præteritum tempus longum (verbi gratia) vocamus ante cẽtum annos, futurum itidem longum poſt centum E annos. Breue aũt præteritum, ſicut puta, dicimus ante decẽ dies, & breue futurũ poſt decem dies. Sed quo pacto longum eſt, aut breue quod non eſt? Præteritum enim iam non eſt, & futurum nondum eſt. Non itaq; dicamus, longum eſt, ſed dicamus de præterito, longum fuit, & de futuro longum erit. Domine Deus meus, lux mea, nonne & hic veritas tua deridebit hominẽ? Quod enim longum fuit præteritum tempus, cum iam eſſet præteritum, longum fuit, an cũ adhuc præſens eſſet? Tunc enim poterat eſſe longum, quando erat quod eſſet lõgum. Præteritum verò iam non erat, vnde nec longum

esse poterat, qd̃ oĩno non erat. Non ergo di
camus, longum fuit p̃teritum tp̃s: neq;.n.in
ueniemus quid fuerit longũ, qñ ex quo p̃te-
ritum est, non est. Sed dicamus, lõgum fuit
illud præsens tp̃s, quia cum præsens esset, lõ
gum erat. Nondum.n. præterierat vt non es-
set, & ideo erat quod lõgum esse posset. Po
stea verò q̃ præterijt, simul & longum esse
destitit quod esse destitit. Videamus ergo ò
aĩa humana, vtrum & præsens tp̃s possit es-
se longum. Datum.n. tibi est sentire moras
atq; metiri. Quid rñdebis mihi? An centum
anni præsentes longum tp̃s est? Vide prius
vtrum possint præsentes esse centum anni.
F Si.n. primus eorum annus agitur, ipse p̃sens
est, nonaginta verò & nouem futuri sunt, et
ideo nondum sunt. Si aũt secũdus annus agi
tur, iam vnus est præteritus, alter pñs, cęteri
futuri. Atq; ita si mediorum quemtibet cẽte
narij huius numeri annum præsentem po-
suerimus, ante illum præteriti erunt, post il-
lum futuri. Quocirca centũ anni pñtes esse
non potuerũt. Vide saltẽ vtrũ qui agit̃ vnus
ipse sit pñs. Et eius.n. si primus agitur mẽsis,
futuri sunt cæteri. Si secũdus iam & primus
p̃terijt, & reliqui nondũ sunt. Ergo nec an-
nus qui agitur totus est pñs. Et si non totus
est pñs, nõ est annus præsens. Duodecim.n.
menses annus est, quorũ quilibet vnus men
sis q agit̃, ipse pñs est, cæteri ãt præteriti aut
futuri. Quanquam neq; mensis qui agit̃ pręsens est, sed vnus dies. Si primus, futuris cæ-
teris, si nouissimus, præteritis cæteris, si me-
diorũ quilibet inter p̃teritos & futuros. Ec-
ce pñs tp̃s quod solum inueniebamus lon-
gum appellandũ, vix ad vnius diei spatiũ ꝯ-
G ctum est. Sed discutiamus ẽt ipsum, qa nec
vnus dies totus est pñs. Nocturnis.n. & diur
nis horis oĩbus viginti quatuor explet̃, qua-
rum prima cæteras futuras hẽt, nouissima
p̃teritas, aliqua verò interiectarũ ante se p̃te
ritas, post se futuras. Et ipsa vna hora fugiti
uis particulis agitat̃. Quicqd eius auolauit,
p̃teritum est, qcquid eius restat, futurum. Si
quid intelligitur tp̃is quod in nullas iã vel
in minutissimas momentorũ partes diuidi
possit, id solũ est quod pñs dicatur. Quod
tñ ita raptim à futuro in præteritum trãsuo
lat, vt nulla morula extendatur. Nã si exten-
ditur, diuiditur in præteritum & futurum.
Præsens aũt nullum habet spatium. Vbi est
ergo tp̃s quod longum dicamus? An futurũ?
Non quidem dicimus longũ est, quia non-
dum est qd̃ longum sit, sed dicimus lõgum
erit. Qñ igitur erit? Si.n. & tunc cum adhuc
futurũ erit, non erit longũ, quia quod sit lõ
gum, nondum erit. Si aũt tunc erit longum
cũ ex futuro, quod nondũ est, esse iã cœpe-
rit, & si pñs factum erit, vt possit esse quod
longũ sit, iam superioribus uocibus clamat
præsens tempus, longum se esse non posse. H

Quale tẽpus metiri liceat, & quale non. Cap. 16.

ET tamen domine sentimus interualla
temporum, & comparamus sibimet,
& dicimus alia longiora, & alia breuiora.
Metimur ẽt quanto sit breuius, aut longius
illud tempus q̃ illud, & respondemus du-
plum esse hoc, vel triplum, illud autem sim
plum, aut tm̃ hoc esse quantum illud. Sed
prætereuntia metimur tempora cũ sentien-
do metimur, præterita verò quæ iam non
sunt, aut futura q̃ nondum sunt, quis metiri
potest, nisi forte audebit quis dicere metiri
posse quod non est? Cum ergo præterit tẽ-
pus, sentiri & metiri potest, cum autem pręterierit, quoniam non est, non potest.

Tempus præteritũ, & futurũ ubi sint. Cap. 17.

QVæro pater, non affirmo, Deus meus
præside mihi & rege me. Quisnam
est qui dicat mihi nõ esse tria tp̃a, sicut pue-
ri didicimus, puerosq; docuimus, præteri-
tum, pñs & futurum: sed tm̃ præsens: qm̃ il-
la duo non sunt? An & ipsa sunt, sed ex ali- I
quo procedit occulto, cũ ex futuro fit præ-
sens: & in aliquod recedit occultum, cum
ex præsenti fit præteritum? Nam ubi ea uide
runt qui futura cecinerunt si nondum sunt?
Neque enim potest uideri id, quod non est.
Et qui narrant præterita, non vtiq; vera nar
rarent, si animo illa non cernerent? Quæ si
nulla essent, cerni omnino non possent.
Sunt ergo & futura & præterita.

Quõ præterita & futura tẽpora præsentia sũt. Cap. 18.

SIne me dñe amplius quærere, spes mea,
nõ conturbetur intentio mea. Si.n. sunt
futura & p̃terita, uolo scire ubi sint. Quod
si nondum ualeo, scio tñ vbicunq; sunt, nõ
ibi ea futura esse, aut præterita, sed præsen-
tia. Nam si & ibi futura sunt, nondũ ibi sunt:
si & ibi præterita sunt, iam nõ ibi sunt. Vbi-
cunque ergo sunt quæcunque sunt, nõ sunt
nisi præsentia: quanquam præterita cũ nar-
rantur, ex memoria proferuntur, non res
ipsæ, quæ præterierunt, sed uerba concepta
ex imaginibus earum, quæ in animo uelut

vestigia

veſtigia ꝑ ſenſus p̄tereundo fixerunt.Pueri-
tia qppe mea,q̄ iā nō eſt, in tp̄e p̄terito eſt,
qđ iā non eſt:imaginē verò eius cū eā reco
lo & narro,in pn̄ti tp̄e ītueor, qa eſt adhuc
in memoria mea. Vtrū ſimilis ſit cā ēt p̄di-
cendorū futurorū, vt rerū q̄ nondū ſunt, iā
exiſtentes pręſententur imagines,confiteor
K Deus meus neſcio. Illud ſanè ſcio,nos ple-
runq; p̄meditati futuras actiones nr̄as,easq́;
p̄meditatione eſſe præſentes,actionē aūt, q̄
p̄meditamur nōdū eſſe,quia futura eſt.Quā
cum aggreſſi fuerimus, & qđ præmeditaba
mur agere cœperimus, tunc erit illa actio,
quia tunc non futura,ſed pn̄s erit. Quoquo
mō ſe itaq; habeat arcana pn̄tia futurorum,
videri niſi quod eſt non poteſt. Quod autē
iam eſt,non futurum,ſed pn̄s eſt.Cum ergo
videri dn̄r futura,non ipſa q̄ nondū ſunt,i.
q̄ futura ſunt,ſed eorum cauſæ,vel ſigna for
ſitan vn̄r quæ iam ſunt:ideo non futura,ſed
p̄ſentia ſunt iam videntibus, ex quibus futu
ra prędicant aīo concepta.Quæ rurſus con
ceptiones iam ſunt, & eas pn̄tes apud ſe in-
tuentur qui illa p̄dicunt Loquatur mihi ali
quod exemplum tanta rerū numeroſitas.In
tueor aurorā,oriturum ſolē ꝓnuncio. Qđ
intueor,præſens eſt:quod pronuncio,futu-
rum.Non ſol futurus qui iam eſt, ſed ortus
eius qui nondum eſt. Tn̄ ēt ortum ipſū niſi
aīo imaginarer, ſicut modo cū id loquor,
non eum poſſem prædicere. Sed nec illa au
rora q̄ in cœlo video, ſolis ortus eſt, q̄uis
eum pręcedat:nec illa imaginatio in animo
meo,qua duo præſentia cernuntur,vt futu-
rus ille ante dicatur.Futura ergo nondū ſūt.
L Et ſi nondum ſunt,non ſunt. Et ſi non ſunt,
videri omnino non poſſunt, ſed p̄dici pn̄t
ex præſentibus,quæ iam ſunt & videntur.

Qūo præſciātur futura.
Cap. 19.

TV itaq; regnator creaturæ tuæ, qs eſt
modus quo doces animas ea q̄ futura
ſunt? Docuiſti.n.prophetas tuos. Quiſnam
ille modus eſt,quo docens futura, cui futu-
rum quicquā non eſt, vel potius de futuris
doces præſentia?Nam quod non eſt,nec do
ceri vtiq; poteſt. Nimis lōge eſt modus iſte
Pſ. 138.
ab acie mea.Inualuit ex me,non potero ad
illum: potero autem ex te, cum dederis tu
dulce lumen occultorū oculorum meorū.

Differentiæ tēporum qūo

QVod aūt nunc liquet & claret, nec fu-
tura ſunt,nec præterita. Nec proprie
dr̄,tempora ſunt tria, præteritum, præſens,
& futurū:ſed fortaſſe proprie diceretur tp̄a
ſunt tria, p̄ſens de p̄teritis, præſens de pn̄ti
bus,præſens de futuris. Sūt.n.hæc in anima
tria quædam, & alibi ea non video. Pn̄s de
præteritis memoria,p̄ſens de p̄ſentibus con
tuitus,p̄ſens de futuris expectatio. Si.n.hæc
ꝑmittimur dicere,tria tēpora video, fateor
q̄ue tria ſunt. Dicatur ēt, tempora ſunt tria,
præteritum,præſens,& futurum:ſicut abuti
tur conſuetudo,dicatur. Ecce nō curo,nec
reſiſto,nec reprehendo,dum tamen intelli-
gatur quod dicitur, neq; id quod futurum
eſt eſſe iam,neq; id quod præteritū eſt. Pau
ca ſunt enim quæ proprie loquimur, plura
non proprie, ſed agnoſcitur quid velimus.

DIxi ergo paulo ante,qđ p̄tereuntia tp̄a
metimur,vt poſſimus dicere duplum
eſſe hoc tp̄is ad illud ſimplum, aut tantum
hoc quantū illud,& ſi quid aliud de partibꝰ
temporum poſſumus renunciare metiēdo.
Quocirca vt dicebam prætereūtia metimur
tp̄a.Et ſi quis mihi dicat,vnde ſcis?rn̄deam,
ſcio quia metimur, nec metiri quę nō ſunt
poſſumus,& non ſunt præterita, vel futura.
Præſens verò tp̄s qūo metimur, quādo nō
habet ſpatium? Metitur ergo cum præterit:
cū autem præterierit, non metitur.Quod.n.
metiatur non erit. Sed vnde & quà & quò
præterit,cum metitur? Vnde,niſi ex futuro?
Quà,niſi per pn̄s? Quò,niſi in præteritū? Ex
illo ergo quod nondum eſt, per illud quod
ſpatio caret,in illud quod iā non eſt. Quid
aūt metimur niſi tp̄s in aliquo ſpatio? Neq;
enim dicimus ſimpla & dupla, & tripla, &
æqualia, & ſi quid hoc mō in tp̄e dicimus,
niſi inter ſpatia temporum.In quo ergo ſpa
tio metimur tp̄s præteriens? Vtrum in futu-
ro vnde præterit? Sed quod nondum eſt,nō
metimur. An in præſenti quà præterit? Sed
nullū ſpatiū non metimur. An in præterito
quò præterit? Sed quod iam non metimur.

EXarſit aīus meus noſſe iſtud implicatiſ
ſimū ænigma. Noli claudere dn̄e Deꝰ
meus bone pater,ꝑ Chriſtum obſecro, no-
li claudere deſiderio meo iſta, & uſitata &
abdita,quo minus in ea penetret, & diluce-
ſcant allucente miſericordia tua domine.
Quem percuntabor de his, & cui fructuo-
ſius cōfitebor imperitiā meam, niſi tibi cui
non ſunt moleſta ſtudia mea flammantia ve
hementer in ſcripturas tuas?Da quod amo,

amo

…att. 7. amo.n.& hoc tu dedisti. Da pr̃ q̃ vere nosti
data bona dare filiis tuis. Da qm̃ suscepi co
gnoscere te,& labor est añ me, donec ape-
rias. Per Christũ obsecro in nomine eius
sancti sanctorũ,nemo mihi obstrepat. Et e-
B go credidi, ꝓp qđ & loquor. Hæc est spes
72. mea, ad hanc viuo vt contẽpler delectatio-
115. nes dñi. Ecce veteres posuisti dies meos &
4. transeunt, & q̃uo nescio. Et dicimus tp̃s &
26. tp̃s,tp̃a & tp̃a. Quandiu dixit hoc ille, quã-
38. diu fecit hoc ille, & q̃ longo tp̃e illud non
vidi. Et duplum tp̃is habet hæc syllaba ad il
lam simplam breuem. Dicimus hęc,& audi
mus hęc,& intelligimur & intelligimus. Ma
nifestissima & vsitatissima sunt,& eadẽ rur-
sus nimis latent, & noua est inuentio eorũ.

…sit … AVdiui à quodã hoĩe docto,qđ solis,&
lunæ,ac syderum motus, ipsa sint tp̃a,
& anni,non annui. Cur.n.non potius oĩum
23. corporũ motus sint tp̃a? An vero si cessarẽt
cęli lumina,& moueret̃ rota figuli, nõ esset
tp̃s quo metiremur eos gyros, & dicerem⁹,
aut ęqualibus morulis agi, vt si alia tardius,
alia velocius moueret̃, alios magis diutur-
nos esse,alios minus? Aut cũ hoc dicerem⁹,
non & nos in tp̃e loqueremur, aut essent in
verbis nr̃is nobis aliæ longæ syllabæ, aliæ
breues,nisi quia illæ lõgiore tp̃e sonuissent,
1. istæ breuiore? Deus dona hoĩbus videre in
paruo cões notitias rerũ paruarũ atq; ma-
gnarũ. Sunt & sydera & luminaria cœli in
C signis, & tp̃ibus, & in annis,& in dieb. Sũt
vero, sed nec ego dixerim circuitũ illius
igneole rotæ diẽ esse,nec tñ ideo tp̃s nõ esse
ille dixerit. Ego scire cupio vim naturamq;
tp̃is,quo metimur corporũ motus, & dici-
mus illũ motũ, verbi grã,tp̃e duplo esse diu
turniorem q̃ istum. Nã q̃ro,qm̃ dies dr̃, nõ
tñ morula solis super terrã,sm̃ qđ aliud est
dies,aliud nox,sed ẽt totus eius circuitus ab
oriente,sm̃ qđ dicimus, Tot dies trãsierũt:
Cũ suis.n.noctibus dñr tot dies,nec extra re
putantur spatia noctium. Qm̃ ergo dies ex-
pletur motu solis atque circuitu ab oriente
vsq; ad orientem, quęro vtrũ motus ipse sit
dies, an mora ipsa quãta peragit̃,an vtrũq;.
Si.n.primũ,motus dies esset: dies ergo esset
ẽt si tanto spatio tp̃is sol cursum illũ per-
egisset,quãtũ est horæ vnius. Si sm̃:non er-
go esset dies, si ab ortu solis vsq; in ortũ al-
terũ, tã breuis mora esset q̃ est horæ vnius,
sed vicies & quater circumiret sol vt exple
ret diẽ. Si vtrumq;,motus & mora, nec ille
appellaret̃ dies, si horæ spatio sol totũ suũ
gyrum circumiret: nec illa si sole cessante
tñ tp̃is præteriret, quanto peragere sol to- D
tũ ambitum de mane assolet. Non itaq; nũc
quærã, quid sit illud quod vocat̃ dies, sed
quid sit tp̃s quo metientes solis circuitũ, di
ceremus eũ dimidio spatio tp̃is peractum
minus q̃ solet, si tanto spatio tp̃is peractus
esset, quanto peraguntur horæ duodecim.
Et vtrunque tp̃s cõparantes diceremus illud
simplũ,hoc duplũ,ẽt si aliqñ illo simplo,ali
qñ isto duplo sol ab oriente vsq; ad orien-
tem circumiret. Nemo ergo mihi dicat cœ
lestium corporũ motus esse tp̃a, quia & cu
iusdam voto cum sol stetisset, vt victor Io- *Iosue.10.*
suæ pliũ pageret sol stabat,sed tp̃s ibat. Per
suũ qppe spatiũ tp̃is qđ ei sufficeret,illa pu
gna gesta atq; finita est. Video igit̃ tp̃s quã-
dam esse distẽsionẽ,sed video, an videre mi
hi videor? Tu demonstrabis lux veritas.

IVbes vt approbem si quis dicat tp̃s esse *Tẽpus est*
motum corporis? Non iubes. Nam cor- *quo meti*
pus nullum nisi in corpore moueri audio, *mur mo-*
Tu dicis. Ipsum aũt corporis motũ tp̃s esse *tum cor-*
non audio, Non tu dicis. Cum.n.mouetur *poris.*
corpus, tp̃e metior quandiu moueatur, ex *Cap. 24.*
quo moueri incipit donec desinat. Et si non
vidi ex quo cępit & perseuerat moueri, vt
nõ videam cũ desinit,non valeo metiri, nisi
forte ex quo videre incipio donec desinã. E
Qđ si diu video, tantummõ longũ tp̃s esse
renuncio,non aũt quantũ sit: quia & quan-
tum cũ dicimus, collatione dicimus, velut
tñ hoc quantum illud, aut duplum hoc ad
illud, & si quid aliud isto mõ. Si aũt notare
potuerimus locorũ spatia,vñ & quò veniat
corpus quod mouetur,vel partes eius,si tã-
quam in torno mouetur, possumus dicere
quantum sit tp̃is,ex quo ab illo loco vsque
ad illũ locũ motus corporis vel partis eius
effect⁹ est. Cũ itaq; aliud sit mot⁹ corporis,
aliud quo metimur ipsum q̃diu sit: qs non
sentiat quid horũ potius dicẽdũ sit? Nã etsi
uarie corpus aliqñ mouet̃,aliqñ stat,nõ so-
lum motũ eius, sed ẽt statum tp̃e metimur:
& dicimus tñ stetit, quantum motum est,
aut duplo, vel triplo stetit ad id quod motũ
est, & si quid aliud nostra dimẽsio, siue cõ-
prehẽderit,siue existimauerit, vt dici solet,
plus

plus minus. Non est ergo tempus corporis
F motus.

Rursus orat. c. 25. ET confiteor tibi dñe ignorare me adhuc quid sit tempus, & rursus ꝯfiteor tibi domine scire me in tpe ista dicere, & diu me iam loqui de tempore, atque idipsum diu non esse nisi moram tpis. Quõ igitur hoc scio, quando quid sit tempus nescio? An forte nescio quemadmodum dicã quod scio? Hei mihi qui nescio saltẽ quid nesciam. Ecce Deus meus coram te, quia non mentior, sicut loquor, ita est cor meũ. Tu illuminabis lucernam meam domine. Deus meus illumina tenebras meas.

Mensura pedum & syllabarum. Cap. 26. NOnne tibi confitetur aĩa mea cõfessione veridica metiri me tpa: Itane Deus meus metior, & q̃d metiar nescio? Metior motũ corporis in tpe, itẽ ipsum tps nõ metior? An vero corporis motũ metirer quãdiu sit, & quandiu hinc illuc ꝑueniat, nisi tps, in quo moueť metirer. Ipsum ergo tps vnde metior? An tpe breuiore metimur lõgius, sicut spatio cubiti spatiũ trãsiti, trãstri. Sicut.n. videmur spatio breuis syllabæ meti-
G ri spatiũ longę syllabæ, atq; id duplũ dicere, ita metimur spatia carminũ spatiis versuũ, & versuũ spatijs pedũ, & spatia pedũ spatiis syllabarum, & spatia longarũ spatijs breuiũ, nõ in paginis. Nã eo mõ loca metimur, non tpa. Sed cũ voces pronunciando transeunt, & dicimus longũ carmen est, nã tot uersibus contexit: longi versus, nam tot pedibus constant: longi pedes, nã tot syllabis tendunť: longa syllaba, nã dupla est ad breuẽ. Sed neq; ita cõprehendiť certa mensura tpis q̃nquidẽ fieri põt, vt ampliori spatio tpis ꝑsonet versus breuior, si ꝓductius pronunciet̃, q̃ longior si correptius. Ita carmẽ, ita pes, ita syllaba. Inde mihi visum est, nihil esse aliud tps q̃ distensionẽ, sed cuius rei nescio, & mirũ si non ipsius animi. Quid enim metior obsecro Deus meus & dico, aut indefinite, lõgius est hoc tps q̃ illud, aut ẽt definite, duplum est hoc ad illud? Tẽpus metior scio, sed non metior futurum, quia nondũ est. Non metior præsens, quia nullo
H spatio tenditur. Non metior præteritum, quia iã non est. Quid ergo metior? An prætereũtia tpa non præterita? Sic. n. dixeram.

Psal. 99. INsiste aĩa mea, & attende te fortiter, Deus adiutor nr̃, ipse fecit nos, & non ipsi nos. *Quõ me-*

Attende vbi albescit veritas. Ecce, puta vox corporis incipit sonare & sonat, & adhuc sonat, & ecce desinit, iamq; silentiũ est, & vox illa ꝑterita est, & non est iã vox. Futura erat anteq̃ sonaret, & nõ poterat metiri, q͞a nondũ erat, & nunc non põt, q͞a iã non est. Tunc ergo poterat cũ sonabat, q͞a tũc erat q̃ metiri posset. Sed & tunc non stabat, ibat .n. & ꝑteribat. An iõ magis poterat? Præteriens. n. tendebat in aliq̃d spatium tpis, quo metiri posset, q̃m pñs nullum habet spatiũ. Si ergo tunc poterat, ecce puta, altera cępit sonare, & adhuc sonat cõtinuato tenore sine vlla distinctione, metiamur eã dũ sonat. Cum enim sonare cessauerit, iam præterita erit, & nõ erit quæ possit metiri. Metiamur plane & dicamus q̃ta sit. Sed adhuc sonat, nec metiri potest nisi ab initio sui quo sonare cępit, vsq; ad finẽ quo desinit. Ipsum q̃ppe interuallũ metimur ab aliquo initio vsq; ad aliquẽ finẽ. Quapropter vox quæ nondum finita est, metiri non potest, vt dicatur quàm lõga, vel breuis sit, nec dici aut æqualis alicui, aut ad aliq̃ simpla, vel dupla, vel quid aliud. Cum autem finita fuerit, iam nõ erit. Quo pacto igitur metiri poterit? Et metimur tamen tempora, nec ea quæ nondum sunt, nec ea quæ iam non sunt, nec ea q̃ nulla mora extenduntur, nec ea quæ terminos non habent. Nec futura ergo, nec præterita, nec præsentia, nec prætereuntia tempora metimur, & metimur tñ tpa. Deus creator oĩum, versus iste octo syllabarũ, breuib. & longis alternat syllabis. Quatuor itaq; breues: prima, tertia, q̃nta, septima, simplæ sunt ad quatuor longas: secundã, quartã, sextam, octauã. Hæ singulæ ad illas singulas duplũ habent temporis: pronuncio & renuncio, & ita est quãtũ sentiť sensu manifesto. Quãtum sensus manifestus est, breui syllaba longam metior, eamq; habere bis tñ sentio. Sed cũ altera post alterã sonat, si prior breuis, longa posterior qũo tenebo breuem, & qũo eam longam metiens applicabo, vt inueniam ꝙ bis tantum habeat, q̃nquidem longa sonare non incipit, nisi breuis sonare destiterit? Ipsam quoque longam nõ pręsentem metior, quando nisi finitam nõ metior. Eius autem finitio præteritio est. Quid K
ergo est quod metiar? Vbi est quam metior, breuis? Vbi est lõga quã metior? Ambe sonuerunt,

nuerunt,auolauerunt,p̃terierũt, iã nõ ſunt,
& ego metior,fidenterq; rñdeo, qñ exerci-
tato ſenſu fiditur,illã ſimplã eſſe, illã duplã
in ſpacio.ſ. tp̄is. Neque hoc poſſum niſi q̄a
præterierunt,& finitæ ſunt. Non ergo ipſas
q̃ iam nõ ſunt,ſed aliquid in memoria mea
metior qđ infixũ manet. In te anime meus
tẽpora metior,noli mihi obſtrepere:qđ eſt,
Noli tibi obſtrepere turbis affectionũ tua-
rũ.In te(inquã)tẽpora metior, affectionem
L quã res p̃tereuntes in te faciũt,& cũ illę p̃-
terierint,manet.Ipſam metior præſentẽ, nõ
eas quæ præterierunt vt fieret.Ipſam metior
cum tempora metior.Ergo aut ipſa ſunt tẽ-
pora,aut non tempora metior.Quid cũ me
timur ſilentia,& dicimus illud ſilentiũ tan-
tũ tenuiſſe tp̄is,quantũ illa vox tenuit? Non
ne cogitationẽ tẽdimus ad menſurã vocis ,
quaſi ſonaret,ut aliquid de interuallis ſilen-
tiorum in ſpacio temporis renũciare poſsi
mus?Nam,& voce atq; ore ceſſanter,pera-
gimus cogitãdo carmina & uerſus, & quẽ-
que ſermonẽ,motionũq; dimẽſiones quaſ-
libet,& de ſpatijs tẽporũ quantũ illud ad il
lud ſit renunciamus,non aliter,ac ſi ea ſonã
do diceremus.Si uoluerit aliquis ædere lon
giuſculã uocẽ, & conſtituerit præmeditan-
do q̃ longa futura ſit,egit utique iſte ſpatiũ
temporis in ſilentio, memoriæq; commen
dans cœpit edære illã uocem quæ ſonat,do
nec ad propoſitũ terminum perducat̃. Imo
ſonuit & ſonabit. Nam qđ eius iã peractũ
eſt,utiq; ſonuit:qđ autem reſtat,ſonabit : at
que ita peragitur,dum præſens intentio fu-
turum in præteritum traiicit , diminutione
futuri creſcente præterito, donec conſum-
matione futuri ſit totum præteritum.

nimo mur ora. 28. SEd quomodo minuitur aut conſumitur
futurum,quod nondũ eſt? Aut quomo-
do creſcit præteritum quod iã non eſt, niſi
quia in animo qui illud agit tria ſunt?Nam,
& expectat, & attẽdit & meminit, ut id qđ
expectat,per id quod attendit,tranſeat in id
quod meminerit. Quis igitur negat futura
nondum eſſe?Sed tamẽ iã eſt in animo expe
ctatio futurotum.Et quis negat præterita iã
non eſſe?Sed tñ adhuc eſt in animo memo-
ria præteritorũ Et quis negat præſens tem-
pus carere ſpatio , quia in puncto præterit?
Sed tamen perdurat attentio p̱ quam per-
M agat abeſſe quod aderit. Non igitur lõgum
tp̃s futurum qđ non eſt,ſed longum futurũ,
lõga expectatio futuri eſt.Neq; longum p̃-
teritũ tp̃s quod non eſt, ſed longum præte-
ritũ lõga memoria p̃teriti eſt.Dicturus ſum
canticũ quod noui, antequã incipiã in totũ
expectatio mea tenditur: cũ autem cępero,
quantũ ex illo in præteritũ decerpſero,tẽdi
tur in memoria mea:atq; diſtendit̃ vita hu-
ius actionis meæ in memoriã p̱p̱ qđ dixi ,
& in expectationẽ p̱p̱ qđ dicturus ſum , p̃-
ſens tñ adeſt attẽtio mea,p̱ quã traijciat̃ qđ
erat futurũ ut fiat præteritũ. Quod quanto
magis agitur,& agitur,tanto breuiata expe-
ctatione prolongatur memoria,donec tota
expectatio cõſumatur, cũ tota illa actio fini
ta tranſierit in memoriã.Et qđ in toto canti
co,hoc in ſingulis particulis eius fit,atq; in
ſingulis ſyllabis eius,hoc ĩ actione lõgiore,
cuius forte particula eſt illud canticũ , hoc
in tota vita hoĩs , cuius partes ſunt omnes
actiones hominis:hoc in toto ſeculo filiorũ
hoĩum , cuius partes ſunt oẽs uitæ hominũ. A

SEd qm̃ melior eſt miſericordia tua ſup̱ *Pſal. 62.*
uitas,ecce diſtinctio eſt uita mea, & me *Animi*
ſuſcepit dextera tua in domino meo media *extenſio.*
tore filio hominis inter te vnũ, & nos mul- *Cap. 29.*
tos in multis per multa,& per eũ apprehen *1. Ti. 2.*
dã in quo & apprehenſus ſum,& à ueterib. *Phili. 2.*
dieb. colligar ſequens vnũ p̃terita oblitus :
nõ in ea,q̃ futura,& trãſitura ſunt,ſed in ea,
q̃ añ ſunt,non diſtentus,ſed intẽtus,non ſ̃m
diſtenſionẽ,ſed ſ̃m intentionem ſequor ad
palmã ſupernæ vocationis,ubi audiã uocẽ
laudis tuæ, & cõtempler delectationẽ tuẽ,
nec venientẽ nec prætereuntem.Nunc vero
anni mei in gemitibus,& tu ſolatium meũ
dñe pr̃ meus æternus es. At ego in tempora
diſsilui,quorum ordinẽ neſcio , & tumul-
tuoſis varietatibus dilaniantur cogitationes
meæ,intima viſcera animæ meæ, donec ĩ te
cõfluã purgat⁹, & liquidus igne amoris tui.

ET ſtabo atque ſolidabor in te in forma *Quò extẽ*
mea ueritate tua,nec patiar quęſtiones *dẽdus ani*
hominum , qui pœnali morbo plus ſitiunt *mus.*
quam capiunt , & dicunt . Quid faciebat *Cap. 30.*
Deus antequam faceret cęlum , & terram? B
Aut quid ei uenit in mentem, ut aliquid fa-
ceret , cum antea nunquam aliquid fece-
rit? Da illis domine bene cogitare quid di-
cant , & inuenire , quia non dicitur, nun-
quam ubi non eſt tempus. Qui ergo dicitur

nunquam

nunquam feciſſe, quid aliud dr̄ niſi nullo tē pore feciſſe? Videant itaq; nullum tempus eſſe poſſe ſine creatura tua, & deſinant iſtā vanitatē loqui. Extendantur ēt in ea, q̄ ante ſunt, & intelligāt te ante omnia tēpora æternum, creatorem omniū tēporū, neque vlla tēpora tibi eſſe coęterna, nec vllā creaturā, etiam ſi eſt aliqua ſupra tempora.

Q̄uo cognoſcitur Deꝰ, q̄uo creatura. Cap. 31. DOmine Deus meus, quis ille ſinꝰ eſt alti ſecreti tui, q̄ longe inde me proiecerunt conſequētia delictorū meorū? Sana oculos meos, vt cōgaudeā luci tuæ. Certe ſi eſt tā grādi ſciētia & p̄ſcientia pollens animus, cui cūcta p̄terita & futura ita nota ſint, ſicut mihi vnū canticū notiſsimū: nimi-
C rū mirabilis eſt animus iſte, atq; ad horrorē ſtupendus. Quippe quē ita nō lateat q̄cquid peractū, & quicquid reliquū ſeculorū eſt: quemadmodū me nō latet cantantē illud cāticū, quid & quantum eius abierit ab exordio, quid & quātū reſtet ad finē. Sed abſit vt tu conditor vniuerſitatis, conditor animarū & corporū, abſit ut ita noueris oīa futura & p̄terita. Longe tu, longe mirabilius, lōgéque ſecretius. Neque.n. ſicut nota cantantis, notumve canticum audiētis, expectatione vocum futurarū, & memoria p̄teritarū variatur affectus, ſenſusq; diſtendit, ita tibi aliquid accidit incommutabiliter æterno, hoc eſt, vere æterno creatori mentiū. Sicut ergo noſti in principio cœlū & terrā ſine varie-
Gene. 1. tate notitiæ tuæ: ita feciſti in principio cęlū & terram ſine diſtinctione actionis tuę. Qui intelligit, confiteatur tibi: & qui non intelligit, confiteatur tibi. O q̄ excelſus es, & humiles corde ſunt domus tua. Tu.n. erigis eli-
Pſ. 145. ſos, & non cadunt, quorū fortitudo, tu es.

D. AVRELII AVGVSTINI CONFESSIONVM

Liber duodecimus.

D
Difficilis inquiſitio veri. c. 1.  Vlta ſatagit cor meum Domine in hac inopia uitæ meæ pulſatū verbis ſanctæ ſcripturæ tuæ. Et ideo plerūque ī ſermone copioſa eſt ēgeſtas humanæ intelligētię, q̄a plus loquitur inq̄ſitio q̄ inuentio, & longior eſt petitio q̄ impetratio, & operoſior eſt manus pulſans, quā ſumēs. Tenemus p̄miſſum, q̄s corrūpet illud? Si Deꝰ p̄ nobis q̄s ꝯ nos? Petite & accipietis, q̄rite & inuenietis, pulſate & aperiet vobis: Oīs.n. q̄ petit accipit, & q̄rēs īuenit; & pulſanti aperietur. Promiſſa tua ſunt: Et quis falli timeat, cum promittit veritas?

COnfitetur altitudini tuæ humilitas linguæ meæ, q̄m tu feciſti cœlū & terrā, hoc cœlum quod video, terramq; quā calco. Vnde eſt hæc terra quā porto, tu feciſti. Sed vbi eſt cęlū cœli, domine, de quo audiuimus in voce Pſalmi: Cęlum cœli domino, terram autē dedit filiis hominū? Vbi eſt cęlum quod non cernimus, cui terra eſt oē quod cernimus? Hoc.n. totum corporeum, non vbique totum ita cepit ſpeciē pulchrā in nouiſsimis, cui fundus eſt terra noſtra, ſed ad illud cęlū cœli, ēt tęrræ noſtræ cęlū terra eſt. Et hoc vtrunq; magnū corpus non abſurde terra eſt, ad illud neſcio quale cęlū quod domino eſt, non filiis hominum.

ET nimirū hæc terra erat inuiſibilis, & incōpoſita, & neſcio quæ profunditas abyſsi ſuper quā nō erat lux, quia nulla ſpecies illi. Vñ iuſsiſiſti, ut ſcriberet, quod tenebræ erāt ſup̄ abyſſum, q̄d aliud q̄ lucis abſentia? Vbi.n. lux eſſet, ſi eſſet, niſi ſupereſſet eminendo & illuſtrādo? Vbi ergo lux nondū erat, q̄d erat adeſſe tenebras niſi abeſſe lucē? Sup̄ itaq; erant tenebræ, quia lux ſup̄ aberat, ſicut ſonus ubi non eſt, ſilentium eſt. Et q̄d eſt eſſe ibi ſilentium, niſi ſonū ibi nō eſſe? Nonne tu dñe docuiſti hanc animam, quæ tibi confitetur? Nonne tu dñe docuiſti me quod priuſquam iſtam informem materiam formares atque diſtingueres, non erat aliquid; non color, non figura, non corpus, non ſpiritus, non tamen omnino nihil? Erat quædam informitas ſine vlla ſpecie.

QVid ergo vocaretur, quo etiam ſenſu tardioribus vtcunq; inſinuaretur, niſi vſitato aliquo vocabulo? Quid autem in omnibus mundi partibus reperiri poteſt, p̄pinquius informitati oīmodæ, q̄ terra & abyſſus? Minus. n. ſpecioſa ſunt p̄ ſuo gradu infimo, quàm cętera ſuperiora per lucida, & luculenta omnia. Cur ergo nō accipiā informitatē materiæ, quā ſine ſpecie feceras, unde ſpecioſum mundum faceres, ita commode hominibus intimatam, vt appellaretur terra inuiſibilis & incompoſita? F

Et

ET cũ in ea q̃rit cogitatio quid ſenſus at-
tingat,& dicit ſibi, non eſt intelligibi-
lis forma ſicut uita,ſicut iuſtitia,quia mate-
ries eſt corporũ,neq; ſenſibilis, qm̃ quid vi
deatur,& quid ſentiatur in inuiſibili, & in-
compoſita non eſt. Dum ſibi hæc dicit hu-
mana cogitatio,conetur eã vel noſſe igno-
rando,vel ignorare noſcendo.

G EGo vero dñe ſi totũ confitear tibi ore
meo, & calamo meo, ꝗcꝗd de iſta ma
teria docuiſti me,cuius antea nomẽ audiẽs,
& nõ intelligens narrãtib.mihi eis ꝗ non in
telligerent eã cũ ſpecieb.innumeris, & va-
riis cogitabã:& ideo non eã cogitabã, fœ-
das & horribiles formas ꝑturbatis ordinib.
voluebat animus,ſed formas tñ:& informe
appellabã,non qđ careret forma, ſed ꝙ ta-
lẽ haberet, & vt ſi appareret inſolitũ, & in-
cõgruũ, auerſaretur ſenſus meus, & contur
barẽt infirmitas hominis.Verũ aũt illud qđ
cogitabã,non priuatione oĩs forme, ſed cõ
paratione formoſiorũ erat informe, & ſua-
debat vera rõ:vt oĩs formæ qualeſcunq; reli
quias omnino detraherẽ,ſi vellẽ prorſus in
forme cogitare,& non poterã.Citius.n. nõ
eſſe cenſebam,qđ omni forma priuaretur,
q̃ cogitabã quiddã informe, & nihil forma
tum,nec nihil informe prope nihil. Et ceſ-
ſauit mens mea interrogare hinc ſpiritum
meũ plenũ imaginib. formatorũ corporũ,
& eas pro arbitrio mutantẽ atq; variantem:
Et intẽdi in ipſa corpora,eorumq́; mutabi-
litatẽ altius inſpexi, qua deſinũt eſſe qđ fue
rãt,& incipiũt eſſe qđ non erãt, eundẽque
tranſitũ de forma in formã per informe ꝗd
dã fieri ſuſpicatus ſum nõ per oĩno nihil:
ſed noſſe cupiebã,nõ ſuſpicari. Et ſi totũ ti-
H bi confiteaẽ uox,& ſtylus meus, quicꝗd de
q̃ne enodaſti mihi, ꝗs legentium capere
durabit?Nec ideo tñ ceſſabit cor meũ dare
tibi honorẽ, & cãticum laudis de ijs,quę di
ctare non ſufficit. Mutabilitas.n.rerum mu-
tabilium capax ipſa eſt formarũ omniũ, in
quas mutantur res mutabiles.Et hæc ꝗd eſt?
Nunquid animus? Nunquid corpus? Nun-
ꝗd ſpecies animi vel corporis? Si dici poſ-
ſet,nihil aliquid eſt, & nõ eſt, hoc eã dice-
rem:& tñ iam vtcunque erat,ut ſpecies ca-
peret iſta uiſibiles,& compoſitas.

ET vnde vtcunque erat niſi eſſet abs te, à
quo ſunt omnia inquãtuncunq; ſunt?
Sed tãto à te longius,quãto diſſimilius.Ne-
que.n.locis iſta,q̃ tu dñe, ꝗ nõ es alibi aliđ, *Cap. 7.*
& aliàs aliter,ſed ipſum,& idipſum,& idip
ſum:Sãctus,ſanctus,ſanctus, dñs Deus om- *Eſa. 6.*
nipotens,in principio qđ eſt de te, in ſapiẽ *Pſa. 103*
tia tua,q nata eſt de ſubſtãtia tua, feciſti ali- *Gene. 2.*
ꝗd,& de nihilo.Feciſti.n.cęlũ & terrã,non
de te:nã eſſet æquale vnigenito tuo, ac per
hoc & tibi:& nullo mõ iuſtũ eſſet, vt æqua
le tibi eſſet qđ de te nõ eſſet.Et aliud ꝑter te
nõ erat vñ faceres ea Deus vna trinitas, & I
& trina vnitas,& iõ de nihilo feciſti cœlũ,
& terrã, magnũ ꝗddã, & paruũ ꝗddã, qm̃
oĩpotẽs, & bonus es ad faciẽda oĩa bona,
magnũ cęlũ,& paruã terrã.Tu eras,& aliud
nihil vñ feciſti cœlũ,& terrã,duo q̃dã, vnũ
prope te,alterũ prope nihil:vnũ quo ſupe-
rior tu eſſes, alterũ quo inferius nihil eſſet.

SEd illud cęlũ cœli tibi dñe, terrã ãt quã *Pſ. 113.*
dediſti filiis hominũ cernendã atq; tan *Materia*
gendã,nõ erat talis qualẽ nũc cernim⁹ & tã *prima ex*
gimus.Inuiſibilis. n.erat, & incõpoſita, & *nihilo, ex*
aby ſſus erat ſuꝑ quã nõ erat lux,ſed tenebrę *hac om-*
erant ſuꝑ abyſſum, ideſt magis q̃ in abyſſo. *nia.ca. 8.*
Iſta quippe abyſſus aquarũ iã viſibiliũ,ẽt in *Gene. 1.*
profundis ſuis habet ſpeciei ſuæ lucẽ vtcun
que ſenſibilẽ piſcib.& repentib.in ſuo fun-
do animantib. Illud aũt totum prope nihil
erat,qm̃ adhuc omnino informe erat:Iã tñ
erat qđ formari poterat. Tu. n. dñe feciſti
mũdũ de materia ĩformi, quã feciſti de nul
la re penè nullã rẽ, unde faceres magna, q̃ K
miramur filii hominum. Valde.n. mirabile
hoc cęlum corporeum, quod firmamentũ
inter aquã,& aquã,ſecundo die poſt condi
tionẽ lucis dixiſti, Fiat, & ſic factũ eſt. Qđ
firmamẽtum vocaſti cęlum, ſed cęlũ terræ
huius & maris, quę feciſti tertio die,dando
ſpeciẽ uiſibilem informi materiæ quã feci-
ſti añ omnẽ diẽ. Iam.n.feceras & cęlum añ
omnẽ diem, ſed cœlũ cœli huius, quia in
principio feceras cęlum,& terrã.Terra aũt
ipſa quã feceras,informis materies erat, ꝗa
ĩuiſibilis erat,& incõpoſita, & tenebræ erãt
ſuꝑ abyſſum.De qua terra inuiſibili, & in-
cõpoſita,de qua ĩformitate,de quo penè ni
hilo faceres hæc omnia,quib.iſte mutabilis
mũdus cõſtat,& nõ cõſtat, in quo ipſa mu
tabilitas apparet,in qua ſentiri,& dinumera
ri poſſunt tẽpora,quia rerum mutationibus
fiũt tẽpora,dũ variant, & vertũtur ſpecies,

quarũ materies ꝑdicta est terra inuisibilis.

Cælũ cæli quid. Cap. 9.

IDeoq; spiritus doctor famuli tui, cũ te cõmemorat fecisse in principio cęlũ, & terrã, tacet de tẽporib. silet de dieb. Nimirũ. n. cęlũ cœli qđ in principio fecisti, creatura est aliqua intellectualis, quanquã nequaquã tibi trinitati coęterna: particeps tñ æternitatis tuæ. valde mutabilitatẽ suã præ dulcedine fęlicissimæ cõtẽplationis tuæ cohibet, & sine ullo lapsu ex quo facta est inhærendo tibi, excedit oẽm volubilẽ vicissitudinẽ tẽporũ. Ista vero informitas terræ inuisibilis, & incõpositæ, nec ipsa in dieb. numerata est. Vbi. n. nulla spẽs, nullus ordos, nec venit q̨cquã nec ꝑterit. Et vbi hoc ñ fit, ñ sunt vtiq; dies, nec vicissitudo spatiorũ tꝑaliũ.

L

Credere scripturis.

O Veritas lumen cordis mei, nõ tenebrę meę loquãtur mihi. Defluxi ad ista, & obscurat⁹ sum, sed hinc ẽt hinc adamaui te. Erraui & recordatus sum tui. Audiui vocem tuã post me vt redirẽ, & vix audiui ꝑꝑ tumult⁹ ĩpacatorũ. Et nũc ecce redeo æstuãs, & anhelãs ad fontẽ tuũ. Nemo me ꝓhibeat, huc bibã, & tũc uiuã. Nã nõ ego vita mea. Si tñ male vixi, ex me mors mihi fui, & ĩ te reuiuisco. Tu me alloq̃re, tu mihi sermocinare. Credidi libris tuis, & verba eorum arcana valde.

Quid à Deo didicerit. Cap. 11.

1. Ti. 6.

M

IAm dixisti mihi dñe uoce forti in aurẽ interiorẽ, q̨a tu ætern⁹ es, solus hñs immortalitatem, q̃ñ ex nulla spẽ motu ue mutaris, nec tẽporib. variat̃ uolũtas tua, q̨a nõ est immortalis voluntas, q̨ alia, & alia est. Hoc in cõspectu tuo claret mihi, & magis magisq; clarescat oro te, atq; in ea manifestatione ꝑsistã sobrius sub alis tuis. Itẽ dixisti mihi domine voce forti in aurẽ interiorẽ, qđ oẽs naturas atq; substãtias, q̃ nõ sunt qđ tu es, & tñ sunt, tu fecisti: & hoc solũ à te nõ est qđ nõ est, motusq; volũtatis à te q̨ es ad id qđ minus est, q̨a talis motus delictũ atq; peccatũ est. Et qđ nullius peccatũ, aut tibi nocet, aut ꝑturbat ordinẽ ĩperii tui vel in primo vel in imo. Hoc in cõspectu tuo claret mihi, & magis magisq; clarescat oro te atq; in ea manifestatione ꝑsistã sobri⁹ sub alis tuis. Itẽ dixisti mihi voce forti in aurẽ interiorẽ, qđ nec illa creatura tibi coęterna est cuius volũtas tu solus es, teq; ꝑseuerãtissima castitate hauriẽs, mutabilitatẽ suã nunq̃, & nusquã exerit, & te sibi sꝑ ꝑsente, ad quẽ toto affectu se tenet, nõ hñs futurũ qđ expectet, nec in ꝑteritũ traijciens qđ meminerit nulla vice variat̃, nec in tẽpora vlla distẽdit̃. O beata siqua ista est, inherendo beatitudini tuæ, beata sempiterno inhabitatore te atq; illustratore suo. Nec inuenio qđ libẽtius appelãdũ existimẽ, Cœlũ cęli dño; quã domũ tuã cõtẽplãtẽ delectationẽ tuã sine vllo defectu egrediẽdi in aliud, mẽtẽ purã concordissime vnã stabilimento pacis sanctorum spirituũ, ciuiũ ciuitatis tuæ in cęlestib. suꝑ ista cœlestia. Vnde intelligat aĩa cuius peregrinatio lõginqua facta est, si iã sitit tibi, si iã factæ sunt ei lachrymæ suæ panis, dũ dr̃ ei ꝑ singulos dies vbi est Deus tuus: iã petit à te vnã, & hanc req̨rit, ut inhabitet in domo tua ꝑ oẽs dies vitæ suæ. Et q̃ uitæ ei⁹ nisi tu? Tu q̨ dies tui nisi æternitas tua, sicut anni tui q̨ non deficiũt, q̨a idẽ ipse es? Hinc ergo intelligat aĩa mea, q̃ potest, q̃ longe suꝑ oĩa tempora sis æternus, q̃ñ tua domus, q̃ peregrinata non est, quãuis nõ sit tibi coęterna, tñ indesinenter, & indeficienter tibi cohærendo nullã patit̃ vicissitudinẽ tẽporũ, hoc hoc in conspectu tuo claret mihi, & magis magisq; clarescat oro te, atq; in hac manifestationes ꝑsistã subrius sub alis tuis. Ecce nescio qđ informe in istis mutationib. rerũ extremarũ atq; infirmarũ. Et q̨s dicet mihi, nisi q̨sq̨s per inania cordis sui cum sui phãtasmatib. uagat̃ & uoluit̃: q̨s nisi talis dicet mihi: qđ diminuta atq; consumpta oĩ specie, si sola remaneat informitas, ꝑ quam de specie in speciẽ res mutabat̃, & uertebatur, possit exhibere uicẽ tẽporum. Omnino. n. non potest, quia sine uarietate motionũ nõ sunt tꝑa: & nulla uarietas, ubi nulla spẽs.

A

Psal.

Psal.

B

QVibus consyderatis quantum donas Deus meus: quãtũ me ad pulsandum excitas, quantũq; pulsanti aperis. Duo reperio, q̃ fecisti carentia tẽporib: cum tibi neutrum coæternũ sit. Vnũ qđ ita formatũ est, vt sine ullo defectu contẽplationis, sine ullo interuallo mutationis q̃uis mutabile, tñ nõ mutatũ tua æternitate atq; incõmutabilitate ꝑfruatur. Alterũ qđ ita informe erat, vt ex qua forma, ĩ qua formã uel motionis uel stationis mutaret̃, quo tẽpori subderet̃ non haberet. Sed hoc ut informe esset, nõ reliq̨sti, q̃ñ fecisti añ omnẽ diẽ, in principio cęlũ, & terrã; hæc duo quę dicebã. Terra autẽ inuisi-

Certum ... Ca...

inuiſibilis erat & incōpoſita & tenebrę ſup abyſſum. Quibus verbis inſinuať informitas, vt gradatim excipiantur, qui omnimodā ſpeciei priuationē, nec tñ ad nihil peruentionē cogitare non pñt, vnde fieret alterū cœlum & terra viſibilis atq; cōpoſita, & aqua ſpecioſa, & quicquid deinceps in cōſtitutione huius mundi nō ſine diebus factū cōmemoratur, quia talia ſunt vt in eis agantur viciſsitudines tēporū pp ordinatas commutationes motionum atque formarum.

C

...tura ...alis, ...is.

Pſ. 13. Pſ. 1. Pſ. 13.

HOc interim ſentio Deus meus, cū audio loquentē ſcripturā tuā, in principio fecit Deus cœlū & terrā: terra aūt erat inuiſibilis, & incōpoſita, & tenebræ erāt ſuper abyſſum, neq; cōmemorantē quo Die feceris hæc. Sic interim ſentio, pp illud cœlum cœli cœlū intellectuale, vbi eſt intellectus noſſe ſimul: nō ex parte, nō in ænigmate, nō p ſpeculū, ſed ex toto in manifeſtatione facie ad faciē: non mō hoc, mō illud, ſed qđ dictū, eſt, noſſe ſimul ſine vlla viciſsitudine tpm: & pp inuiſibilē atq; incōpoſitā terrā ſine vlla viciſsitudine tpm, q̄ ſolet habere mō hoc, & mō illud, qa vbi nulla ſpecies, nuſquā eſt hoc aut illud. Propter duo hæc primitus formatū, & penitus informe, illud cœlum, ſed cœlum cœli, hoc vero terram, ſed terram inuiſibilem & incompoſitam, pp duo hæc interim ſentio ſine commemoratione dierū dicere ſcripturam tuā, In principio fecit Deus cęlum & terram. Statim quippe ſubiecit quā terram dixerit. Et ꝙ ſecundo die commemoratur factū firmamentū, & vocatū cęlum, inſinuat de quo cęlo prius ſine diebus ſermo locutus ſit.

D

...iptu- ...rofun ...is. ...14.

MIra pfunditas eloquiorū tuorū, quorum ecce añ nos ſuperficies blandiēs paruulis. Sed mira profunditas Deus meus, mira pfunditas. Horror eſt intēdere in eā, horror honoris, & tremor amoris. Odi hoſtes eius vehemēter. O ſi occidas eos de gladio bis acuto, & non ſint hoſtes eius. Sic.n. amo eos occidi ſibi, vt viuant tibi. Ecce aūt alij non rephēſores ſed laudatores libri Geneſeos non (inquiūt) hoc voluit in his verbis intelligi ſpūs Dei, q p Moyſen famulum eius iſta conſcripſit: nō hoc voluit intelligi quod tu dicis, ſed aliud quod nos dicimus. Quibus ego te arbitro Deus omnium noſtrorum ita reſpondeo.

E

Quantū interſit inter conditorem, & condita. Cap. 15.

NVm dicetis falſa eē, q̄ mihi veritas voce forti in aurē interiorē dicit de vera æternitate creatoris, ꝙ nequaquā eiꝰ ſubſtantia p tpa varieť, nec eius voluntas extra eius ſubām ſit? Vñ nō eū mō velle hoc, mō velle illud, ſed ſemel, & ſimul, & ſemp velle oīa, q̄ vult, nō iterū, & iterū, neq; nunc iſta nūc illa, nec velle poſtea quod nolebat, aut nolle qđ prius volebat: qa talis volūtas mutabilis eſt, & oē mutabile æternū nō ē: Deꝰ aūt nř æternus eſt. Itē qđ mihi dř in aurē interiorē, expectatio rerū venturarū fit ꝯtuitꝰ cū venerint, idemq; contuitus fit memoria, cū pterierint: oīs porrò intētio, q̄ ita variať mutabilis eſt, & oē mutabile ęternū nō eſt, Deus aūt nř ęternus eſt. Hæc colligo atq; cōiungo, & inuenio Deū meū, Deū æternum non aliqua noua voluntate ꝯdidiſſe creaturā, nec ſciā eius tranſitoriū aliqd pati. Quid ergo dicetis ꝯdictores? An falſa ſunt iſta? nō, inquiūt. Quid illud? Nunqd falſum eſt oēm nām formatā materiamue formabilē nō eē niſi ab illo qui ſumme bonus eſt, quia ſumme eſt? Neq; hoc negamus, inquiunt. Quid igitur? An illud negatis, ſublimem quandā eſſe creaturā tā caſto amore cohærētē Deo vero, & vere æterno, vt quāuis ei coæterna nō ſit: in nullam tñ tēporum varietatem, & viciſsitudinē ab illo ſe reſoluat ac defluat, ſed in eius ſolius veraciſsima cotēplatione requieſcat. Qm̄ tu Deus diligenti te quantū pcipis, oſtēdis ei te & ſufficis ei, & ideo nō declinat à te nec ad ſe. Hæc eſt domus Dei non terrena, neq; vlla cœleſti mole corporea, ſed ſpiritalis, & particeps æternitatis tuæ, quia ſine labe in ęternū. Statuiſti.n.eam in ſeculū, & in ſeculū ſeculi pceptū poſuiſti, & nō pteribit. Nec tñ tibi Deo coæterna qm̄ nō ſine initio, facta eſt.n. Nā etſi non inuenimus tps ante illā, prior qppe omnium creata eſt ſapiētia, nec vtiq; illa ſapiētia tibi Deus nř patri ſuo planè coæterna, & coæqualis, & p quā creata ſūt oīa, & ĩ quo principio feciſti cœlū & terrā, ſed pfecto ſapiētia q̄ creata eſt, intellectualis nā. ſ. quæ contemplatione luminis lumen eſt: dicitur.n. & ipſa, quāuis creata, ſapientia. Sed quantum intereſt inter lumen quod illuminat, & qđ illuminatur, tantum inter ſapientiam, quæ creat, & iſtā, quæ creata eſt: ſicut inter iuſtitiam iuſtificantem, & iuſtitiā quæ iuſtifica-

F

Pſ. 148.

Eccle. 1.

2. ſen. diſtin. 2.

G

G tione facta eſt. Nã, & nos dicti ſumus iuſti-
2. Cor. 5. tia tua. Ait.n.quidam ſeruus tuus, vt nos ſi-
Eccl. 1. mus iuſtitia Dei ĩ ipſo. Ergo q̃a prior oĩum
Gala. 4. creata eſt quædã ſapientia, q̃ creata eſt mẽs
rõnalis, & intellectualis caſtæ ciuitatis tuæ
Pſal. 13. m̃ris nr̃æ, q̃ ſurſum eſt, & libera eſt, & æter-
na in cœlis: q̃bus cęlis niſi qui te laudant cę
li cœlorum? quia hoc eſt, & cęlũ cęli dño:
& ſi non inuenimus tempus ante illã, quia
& creaturam temporis antecedit, q̃ prior
oĩum creatura eſt, añ illã tñ eſt ipſius crea-
toris æternitas, à quo facta ſumpſit exordiũ,
q̃uis non tp̃is, quia nondum erat tp̃s, ipſius
tñ ꝯdõnis ſuæ. Vnde ita eſt abs te Deo nr̃o,
vt aliud ſit planè q̃ tu, & non idipſum. Qm̃,
& ſi non ſolũ ante illam, ſed nec in illa inue
nimus tp̃s, quia eſt idonea faciẽ tuã ſemp̃ vi
dere, nec vſpiam deflectitur ab ea, quo fit vt
nulla mutatione varieť: ineſt ei tñ ipſa muta
bilitas vñ tenebreſceret, & frigeſceret, niſi
amore grandi tibi cohærens tanq̃ ſemp̃ me
Pſal. 24. ridies luceret & ferueret ex te. O domus lu-
minoſa & ſpecioſa, dilexi decorẽ tuum, &
H locũ habitationis gloriæ dñi mei fabricato
ris & poſſeſſoris tui. Tibi ſuſpiret peregrina
tio mea, & dico ei qui fecit te, vt poſſideat
Pſ. 118. & me in te, q̃a fecit & me. Erraui ſicut ouis
Luc. 15. p̃dita, ſed in humeris paſtoris mei, ſtructo-
ris tui, ſpero me reportari tibi. Quid dicitis
mihi quos alloquebar ꝯdictores, qui tñ &
Moyſen piũ famulũ Dei, & libros eius ora-
cula ſancti ſpũs creditis? Eſt ne iſta domus
Dei, non quidẽ Deo coæterna. ſed tñ ſecun
dũ modũ ſuũ æterna & in cœlis, vbi vices
tp̃m fruſtra q̃ritis, quia non inuenietis? Sup-
egreditur.n.oẽm diſtenſionẽ, & oẽ ſpatium
ætatis volubile, cui ſemp̃ inhærere Deo bo
Pſal. 72. num. Eſt, inquiunt. Quid igiť ex ijs q̃ clama-
uit cor meum ad Deum meũ, vt audiret in-
terius vocem laudis eius, quid tandẽ falſum
eſſe contenditis? An quia erat informis ma-
teries, vbi p̃p nullã formã nullus ordo erat?
Vbi aũt nullus ordo erat, nulla eſſe viciſſitu
do tp̃m poterat: & tñ hoc penè nihil, inquã
tum non oĩno nihil erat, ab illa vtique erat
a quo eſt quicquid eſt, quod vtcunq; aliq̃d
eſt. Hoc quoque, aiunt, non negamus.

Aduerſus eos q contradi- CVm his.n.volo coram te aliquid collo
qui Deus meus, qui hæc omnia q̃ in-
I tus in mente mea non tacet veritas tua ve-
ra eſſe concedunt. Nam qui hæc negant, la-
trent quantũ volunt, & obſtrepant ſibi, per-
ſuadere conabor vt q̃eſcant, & viã p̃beãt ad
ſe verbo tuo. Qđ ſi noluerint, & repulerint
me, obſecro te Deus meus, nè tu ſileas à me. Pſal. 27.
Tu loquere in corde meo veraciter: Solus
.n. ſic loqueris, & dimittã eos foris ſufflan-
tes in puluerẽ, & excitantes terrã in oculos
ſuos, & intrem in cubile meũ, & cantẽ tibi
amatoria, gemens inenarrabiles gemitus in
peregrinatione mea, & recordans Hieruſa-
lẽ, extento in eã ſurſum corde. Hieruſalem
patriã meã, Hieruſalẽ matrem meã, teq; ſu-
per eam regnatorem, illuſtratorem, patrẽ,
tutorẽ, maritum, caſtas, & fortes delitias, &
ſolidum gaudiũ, & oĩa bona ineffabilia ſi-
mul oĩa, quia vnũ ſummũ, & verũ bonũ: &
& non auertar, donec in eius pacem matris
chariſſimæ, vbĩ ſunt primitiæ ſpiritus mei,
vnde mihi iſta certa ſunt, colligas totũ qđ
ſum à diſperſione & deformitate hac, & cõ
formes atq; ꝯfirmes in æternũ Deũ meus mi
ſericordia mea. Cũ his aũt qui cuncta illa q̃
vera ſunt, falſa eſſe non dñt, honorantes, &
in culmine ſequendæ authoritatis nobiſcũ
ꝯſtituentes illã p̃ ſanctũ Moyſen æditã ſan-
ctã ſcripturã tuã, & tñ nobis aliq̃d ꝯdicũt, K
ita loquor. Tu eſto Deus noſter arbiter inter
confeſſiones meas, & ꝯdictiones eorum.

DIcunt enim, quanuis vera ſint hæc, nõ
ea tñ duo Moyſes intuebatur, cũ ſpi-
ritu reuelãte diceret: In principio fecit Deꝰ
cœlum, & terrã. Non cœli nomine ſpirita-
lem vel intellectualem illã creaturam, ſem-
per faciem Dei contẽplantem ſignificauit:
nec terræ noĩe informem materiam. Quid
igitur? Quod nos dicimus (inquiunt) hoc
ille vir ſenſit, hoc verbis iſtis elocutus eſt.
Quid illud eſt? Nomine aiunt cœli, & ter-
ræ, totũ iſtũ viſibilẽ mundũ prius vniuerſali
ter, & breuiter ſignificare voluit, vt poſtea
digereret dierũ enumeratione, quaſi articu-
latim vniuerſa, q̃ ſancto ſpiritui placuit ſic
enunciare. Tales quippe homines erant ru-
dis ille atq; carnalis populus cui loquebať,
vt eis opera Dei non niſi ſola viſibilia com
mendanda iudicaret. Terram vero inuiſibi-
lem, & incõpoſitam tenebroſamque abyſ-
ſum, vnde conſequẽter oſtenditur per illos
dies facta atque diſpoſita eſſe cuncta iſta vi-
ſibilia, quæ nota ſunt omnibus, non incon-
gruenter informem iſtam materiem intelli-
gendam

gendā esse consentit. Quid si dicat ali⁹ eandē informitatē confusionēq; materiæ, cęli & terræ noīe prius insinuatā, ꝙ ex ea mūd⁹ iste visibilis cū oībus naturis, q̄ in eo manifestissime apparēt, q̄ cęli, & terræ noīe sępe appellari solitus, cōditus atq; perfectus est? Quid si dicat, & alius, cœlū, & terrā quidē inuisibilē uisibilemq; naturā non indecenter appellatā, ac ꝑ hoc uniuersam creaturā q̄ fecit in sapientia .i. in principio Deus, huiuscemodi duobus vocabulis esse comprehensā: veruntñ q̄a non de ipsa subā Dei, sed ex nihilo cuncta facta sunt, q̄a non sūt idipsum qđ Deus, & inest q̄dā mutabilitas oībus, siue maneant, sicut æterna domus Dei: siue mutent, sicut aīa hoīs & corpus: cōem omniū rerū inuisibiliū visibiliūq; materiē adhuc informē, sed certe formabilē, vñ fieret cęlū, & terra, i. inuisibilis atq; visibilis iā vtraq; formata creatura, his noībus enūciata, q̄bus appellaret terra inuisibilis & incōposita, & tenebrę suꝑ abyssum: ea distinctione, vt terra inuisibilis & incomposita intelligat materies corporalis añ qualitatem formæ. Tenebrę āt suꝑ abyssum, spiritalis materies añ cohibitionē quasi fluentis immoderationis, & añ illuminationē sapientiæ? Est adhuc qđ dicat si q̄s alius velit, nō .s. iā ꝑfectas atq; formatas inuisibiles uisibilesq; naturas cęli & terræ noīe significari cū legit: In principio fecit Deus cęlū & terrā, sed ipsam adhuc informē inchoationē rerū formabilē creabilemq; materiā his noībus appellatā, ꝙ in ea iā essent ista confusa, nondū qualitatibus formisq; distincta, quæ nūc iā digesta suis ordinibus, uocantur cœlum & terra: illa spiritalis, hęc corporalis creatura.

Qvibus oībus auditis, & consyderatis, nolo verbis contendere: Ad nihil .n. vtile ē nisi ad subuersionē audiēti. Ad ædificationē āt bona est lex, si q̄s ea ltīme vtatur, q̄a finis eius est charitas de corde puro, & conscīa bona, & fide nō ficta. Et nouit magister nr̄ in q̄bus duobus ꝑceptis totā legem prophetasq; suspenderit. Quæ mihi ardenter cōfiteri, Deus meus lumē oculorū meorū in occulto, q̄d mihi obest, cū diuersa in his uerbis intelligi possint, q̄ tñ vera sint: q̄d inq̄ mihi obest, si aliud ego sensero q̄ sēsit alius eū sensisse qui scripsit? Oēs quidē qui legim⁹, nitimur hoc indagare atq; cōprehēdere qđ voluit ille quē legimus. Et cū eum veridicū credimus, nihil qđ falsum esse vel nouimus vel putamus, audemus eū existimare dixisse. Dū ergo quisq; conatur id sentire in scripturis sanctis, q̄đ in eis sensit ille q̄ scripsit: q̄d mali est si hoc sentiat, qđ tu lux omniū veridicarū mentiū ostendis verum esse: etiam si hoc non sensit ille quem legit, cum & ille verum, nec tamen hoc senserit?

Ti. 2. [De uerbis er]ro[re] inno[xi]is scri[ptu]ris. [Ca]p. 18. 1. Tim. 1. [Matth]æ. 22.

Verum est .n. dñe, fecisse te cœlū & terrā: & verū est principiū esse sapiētiā tuā, in qua fecisti oīa. Itē verū est, ꝙ mūdus iste uisibilis hēt magnas partes suas cœlū & terrā breui cōplexione factarū omniū conditarumq; naturarū. Et uerū est, ꝙ oē mutabile insinuat notitiæ nr̄æ quandā informitatem qua formā capit, vel qua mutat & vertitur. Verū est, nulla t̄pa ꝑpeti, quod ita cohæret formæ incōmutabili, vt q̄uis sit mutabile non mutet. Verum est, informitatem q̄ propè nihil est, vices temporū hr̄e nō posse. Verū est, quod vnde fit aliquid, pōt, quodam genere locutionis hr̄e iam nomē eius rei, q̄ inde fit, vnde potuit uocari cęlum, & terra quælibet informitas vnde factū est cęlum & terra. Verum est, omniū formatorū nihil esse informi vicinius, q̄ terrā, & abyssum. Verum est, ꝙ non solum creatum atq; formatum, sed etiam quicquid creabile atque formabile est, tu fecisti ex quo sunt omnia. Verum est, omne quod ex informi formatur prius esse informe, deinde formatū.

Quæ liquido uera. Cap. 19. Gene. 1. Ps. 103.

Ex his oībus veris, de quibus non dubitant quorū interiori oculo talia videre donasti, & q̄ Moysen famulū tuū in spiritu veritatis locutū esse immobiliter credūt. Ex his ergo oībus aliud sibi tollit qui dicit: In principio fecit Deus cęlū & terram, i. in verbo suo sibi coęterno fecit Deus intelligibilē atq; sensibilē, vel spiritalē corporalēq; creaturā. Aliud qui dicit: In principio fecit Deus cœlum & terram, i. in verbo suo sibi coæterno, fecit Deus uniuersā istā molem corporei mundi huius, cū oībus quas cōtinet manifestis notisq; naturis. Aliud qui dicit: In principio fecit Deus cęlum, & terrā, id est, in verbo suo sibi coæterno, fecit De⁹ īformē materiā creaturę spiritalis, & corporalis. Aliud q̄ dicit: In principio fecit Deus cęlū & terrā, i. in verbo suo sibi coæterno, fecit Deus informē materiam creaturę cor-

In principio creauit, &c. uarie intellectū. Cap. 20. Gene. 1.

poralis:vbi confuſum adhuc erat cęlum,&
terra, q̃ nunc iam diſtincta atq; formata in
iſtiusmundi mole ſentimus, Aliud q̄ dicit:
In principio fecit Deus cœlum, & terrã,i.
in ipſo exordio faciendi atq; operãdi fecit
Deus informem materiam confuſe haben-
tem cęlum,& terrã, vnde formata nũc emi
nent, & apparent cũ oĩbus,quæ in eis ſunt.

Terra erat inanis uarie intellectũ. Cap. 21. Gene. 1.
ITẽ qđ attinet ad intellectũ verborũ ſequẽ
tiũ,ex illis oĩbus veris, aliud ſibi tollit q̄
dicit:Terra ãt erat inuiſibilis,& incõpoſita,
& tenebræ erãt ſup̄ abyſſum: i.incorporale
illud qđ fecit De⁹, adhuc materies erat cor
porearũ rerũ informis ſine ordine, ſine lu-
ce.Aliud q̄ dicit:Terra aũt erat inuiſibilis,et
incõpoſita,& tenebræ erant ſup̄ abyſſum,i.
hoc totũ qđ cœlũ, & terra appellatum eſt,
adhuc informis, & tenebroſa materies erat
vñ fieret cœlũ corporeũ,& terra corporea
cũ oĩbus, q̃ in eis ſunt corporeis ſenſib⁹ no
ta.Aliud q̄ dicit:Terra aũt erat inuiſibilis,&
incõpoſita,& tenebræ erant ſup̄ abyſſum,i.
hoc totũ qđ cęlũ,& terra appellatũ eſt, ad-
huc informis,& tenebroſa materies erat,vñ
D fieret cœlũ intelligibile, qđ alibi dr̃ cęlum
cęli:& terra.ſ.oĩs natura corporea,ſub quo
noĩe intelligat̃ ẽt hoc cœlũ corporeũ. i.vñ
fieret omnis inuiſibilis viſibiliſq; creatura.
Ps. 113. Aliud q̄ dicit:Terra aũt erat inuiſibilis,& in
cõpoſita & tenebræ erant ſup̄ abyſſum,non
illã informitatẽ noĩe cœli,& terræ ſcriptu-
ra appellauit,ſed iã erat (inquit) ipſa infor-
mitas q̃ terrã inuiſibilẽ, & incõpoſitã tene-
broſamq; abyſſum noĩauit,de qua cœlũ,&
terrã Deum feciſſe p̄dixerat,ſpiritalẽ.ſ.cor-
poralemq; creaturã. Aliud qui dicit: Terra
aũt erat inuiſibilis,& incõpoſita,& tenebrę
erant ſuper abyſſum. i. informitas quædam
iam materies erat, vnde cœlum, & terram
Deum feciſſe ſcriptura prædixit, tam.ſ.cor
poream mundi molẽ,in duas maximas par
tes ſuperiorem atq; inferiorem diſtributã,
cũ oĩb⁹, q̃ ĩ eis sũt vſitatis notiſq; creaturis.

Et aquæ noĩe cœli ac terræ ſignificantur. c. 12. Gene. 1.
CVm.n.duab⁹ iſtis extremis ſnĩjs reſiſte-
re quiſq̃ ita tentauerit.Si nõ vultis in-
formitatẽ materię,cęli, & terræ noĩe appel
latã videri, erat ergo aliq̄d qđ non fecerat
Deus:vñ cœlũ,& terrã faceret: neq;.n.ſcri-
ptura narrauit, ꝙ iſtã materiẽ Deus fecerit,
E niſi vt intelligamus eã cœli,& terræ,aut ſo-
lius terræ vocabulo ſignificatã, cũ diceret,
in principio fecit Deus cœlũ,& terrã: & id
qđ ſequit̃.Terra aũt erat inuiſibilis,& incõ-
poſita: q̃uis informẽ materiã ſic placuerit
appellare, non tñ intelligamus niſi eã q̃ fe-
cit Deus in eo qđ ſcriptũ eſt: Fecit Deus cę
lum, & terrã. Rñdebunt aſſertores duarum
iſtarũ ſnĩarum,quas extremas poſuim⁹, aut
illius aut illius,cũ hæc audierint,& dicent.
Informẽ quidẽ iſtã materiã non negamus à
Deo factã, à quo ſunt oĩa bona valde: quia
ſicut dicimus amplius bonũ eſſe qđ creatũ
atq; formatũ eſt, ita fatemur minus bonũ eſ
ſe qđ factũ eſt creabile atq; formabile, ſed
tñ bonũ. Non aũt cõmemoraſſet ſcriptura,
ꝙ hanc informitatẽ fecerit Deus, ſicut alia
multa non cõmemorauit,ſicut cherubin,&
ſeraphin,& q̃ Apoſtol⁹ diſtincte ait: ſedes,
dñationes,principat⁹,ptãtes, quæ tñ omnia
Deũ feciſſe manifeſtũ eſt. Aut ſi in eo qđ di
ctũ eſt: Fecit cœlũ, & terrã,cõprehenſa sũt
oĩa:quid de aquis dicim⁹, ſup̄ quas ferebat̃
ſpititus Dei? Si.n.terra noĩata ſimul intelli-
guntur,qũo iam terræ noĩe materies infor-
mis accipitur,qñ tam ſpecioſas aquas vide-
mus?Aut ſi ita accipitur, cur ex eadẽ infor-
mitate ſcriptum eſt factũ firmamentũ,& vo
catum cœlum neq; ſcriptum eſt factas eſſe
aquas?Non.n.adhuc informes ſunt,& inui-
ſæ,quas ita decora ſpẽ fluere cernimus.Aut
ſi tunc acceperunt iſtã ſpeciem cum dixit
Deus:Congregetur aqua, quæ eſt ſub firma
mẽto,vt cõgregatio ſit ipſa formatio, quid
rñdebitur de aquis, quæ ſuper firmamẽtum
ſunt: quia neq; informes tam honorabilem
ſedẽ accipere meruiſſent: nec ſcriptum eſt,
qua voce formatæ ſint?Vñ ſi aliquid Gene-
ſis tacuit Deũ feciſſe,qđ tñ Deũ feciſſe, nec
ſana fides,nec certus ambigit intellect⁹,nec
iõ vlla ſobria doctrina dicere audebit iſtas
aquas coæternas ideo q̄a in libro Geneſeos
commemoratas quidẽ audiuimus, vbi aũt
factæ ſint non inuenimus.Cur non informẽ
quoq; illam materiẽ, quam ſcriptura hæc
terram inuiſibilem,& incompoſitam,tene-
broſamq; abyſſum appellat docente verita
te intelligamus ex Deo factã eſſe de nihilo, G
ideoq; illi non eſſe coæternam, quãuis ubi
facta ſit, omiſerit enunciare iſta narratio?

HIs ergo auditis atq; perſpectis, pro ca
ptu infirmitatis meę quã tibi cõfiteor
ſcienti Deo meo, duo video diſſenſionum

genera oboriri posse,cũ aliq̃d à nuncijs ve-
racibus p signa enunciatur: Vnũ si de verita
te rerũ, alterũ si de ipsius qui annunciat vo-
luntate dissensio est. Aliter.n. quærimus de
creaturæ conditione quid verũ sit, aliter au
23. tem quid in his verbis Moyses egregius do-
mesticus fidei tuæ intelligere lectorẽ audi-
toreq̃; voluerit. In illo primo gñe discedãt
à me oẽs qui ea,q̃ falsa sunt, se scire arbitrã
tur. In hoc itẽ altero discedãt à me oẽs qui
ea,q̃ falsa sunt Moysen dixisse arbitrãt. Cõ
iungar aũt illis dñe in te, & delecter cũ eis
in te, q veritate tua pascuntur in latitudine
charitatis, & accedam⁹ simul ad verba libri
tui,& q̃ramus in eis voluntatẽ tuã p volun-
tatẽ famuli tui,cuius calamo dispensasti ea.

SEd q̃s nr̃m sic inueniet eã inter tã multa
verba, q̃ in illis verbis aliter atque aliter
intellectis occurrunt q̃rentibus, vt tã fiden-
ter dicat hoc sensisse Moysen,atq; hoc in il
H la narratione voluisse ĩtelligi,q̃ fideliter di-
cit hoc verũ esse, siue ille hoc senserit siue
24. aliud? Ecce.n. Deus meus,ego seruus tuus,q
voui tibi sacrificiũ cõfessionis in his literis,
& oro vt ex mĩa tua reddã tibi vota mea. Ec
ce ego q̃ fidenter dico in tuo verbo incom
mutabili oĩa te fecisse,inuisibilia. Nunq̃d tã
fidenter dico nõ aliud q̃ hoc attẽdisse Moy
sen cũ scriberet: In principio fecit Deus cę
lũ,& terrã? Quia nõ sicut in tua veritate hoc
certũ video, ita in eius mente video id eum
cogitasse cũ hæc scriberet? Potuit.n. cogita-
re in ipso faciendi exordio,cum diceret: In
principio, potuit cœlũ, & terrã hoc loco
nullã iã formatã perfectã naturã,siue spiri-
talem siue corporalẽ,sed vtranq; inchoatã,
& adhuc informẽ velle intelligi. Video q̃p-
pe vere potuisse dici quicq̃d horum dice-
retur, sed quid horum in his verbis ille co-
gitauerit, nõ ita video q̃uis siue aliq̃d aliud
horũ,siue aliq̃d aliud qđ à me cõmemora-
tũ non est, tantus vir ille mente cõspexerit,
cũ hæc verba ꝓmeret, verũ eũ vidisse apte-
que id enunciasse nõ dubitem. Nemo mihi
I iã molestus sit dicendo mihi,non hoc sẽsit
Moyses quod tu dicis: sed hoc sensit quod
ego dico. Si.n. mihi diceret vnde scis hoc sẽ
sisse Moysẽ,quod de his verbis eius eloque
ris,æquo animo ferre deberem, & respon-
derem fortasse, quæ superius respondi, uel
aliquanto uberius si esset durior.

NVnc vero dicit: Non hoc ille sensit qđ
tu dicis,sed qđ ego dico, neq; tñ ne- *Obscuri-*
gat qđ vterq; nr̃m dicit,vtrũq; verũ esse. O *tas.*
vita pauperũ Deus meus, in cuius sinu non *Geneseos.*
est ɔ̃dictio, plue mihi mitigationes in cor, *Cap. 25.*
vt patienter tales ferã qui non mihi hoc di-
cunt quia diuini sunt,& in corde famuli tui
viderũt qđ dñt,sed q̃a superbi sunt, nec no
uerũt Moysi sñiam, sed amant suã, nõ quia
vera est,sed q̃a sua est. Alioquin & aliã ve-
rã pariter amarent, sicut & ego amo quod
dñt,qñ verum dñt,non quia ipsorũ est: sed
q̃a verum est,& iõ iam nec ipsorũ est, quia
verum est. Si aũt ideo amant illud q̃a verũ
est,iam & ipsorũ est, & meum est: qm̃ ius
cõe oĩum est veritatis amatorũ. Illud autem
qđ contendunt nõ hoc sensisse Moysen qđ K
ego dico,sed qđ ipsi dñt,nolo, nõ amo: q̃a
& si ita est tñ ista temeritas,non sciæ, sed au
daciæ est,nec visus,sed typus eã peperit. Iõ-
q̃ue dñe tremenda sunt iudicia tua,qm̃ ueri
tas tua nec mea est, nec illius aut illius, sed
oĩum nr̃m quos ad eius cõionẽ publice vo
cas, terribiliter admonens nos vt nolim⁹ eã
hr̃e priuatã, ne priuemur ea. Nã q̃squis id
qđ tu oĩbus ad fruendũ ꝓponis, sibi ꝓprie
vendicat, & suũ vult esse qđ oĩum est,à cõi
ꝓpellitur ad sua,hoc est,a veritate ad men-
daciũ. Qui.n. loquit̃ mendaciũ, de suo loq̃- *Io. 1.*
tur. Attende iudex optime Deus,ipsa veritas
attende q̃d dicã ɔ̃dictori huic, attende,co-
rã te.n. dico,& corã fratribus meis,q legiti-
me vtunt̃ lege vsq; ad finẽ charitatis, atten- *1. Ti. 1.*
de,& uide quid ei dicã si placet tibi. Hac.n.
vocẽ huic refero fraternã, & pacificam. Si
ambo videmus verũ esse qđ dicis, & ambo
videmus esse uerũ qđ dico,vbi q̃so id uide
mus? Nec ego utiq; ĩ te nec tu in me,sed am
bo in ipsa,q̃ s̃. mentes nr̃as est incommuta-
bili veritate. Cũ ergo de ipsa dñi Dei nostri L
luce non contendamus,cur de ꝓximi cogi-
tatione contendimus, q̃ sic uidere nõ possu
mus vt vr̃ incommutabilis ueritas,qñ si ipse
Moyses apparuisset nobis atq; dixisset: hoc
cogitaui,nec sic eã videremus,sed credere-
mus? Non itaq; s̃. q̃ scriptũ est, unus ꝓ alte- *1. Co. 4.*
ro infletur aduersus alterũ. Diligamus dnm
Deũ nr̃m ex toto corde,& ex tota aĩa, & ex *Deut. 7.*
tota mente nr̃a, & proximum nostrũ sicut *Matt. 22*
nosmetipsos. Propter q̃ duo p̃cepta chari- *Scripta Moysi*
tatis sensisse Moysen quicquid in illis libris *omnia.*

quorsum spectent. sensit, nisi crediderimus mendacẽ faciemus Deum, cum de aĩo conserui aliter q̃ ille docuit opinamur. Iã vide q̃ stultũ sit in tãta copia verissimarum sñiarum, q̃ de illis uerbis erui possunt, temere affirmare, quam earũ Moyses potissimũ senserit, & pniciosis contentionibus ipsam offendere charitatẽ pp q̃ dixit oĩa, cuius dicta conamur exponere.

Qui sermo deceat scripturam. Cap. 26. M

ET tñ ego Deus meus celsitudo humilitatis meæ, & requies laboris mei, q audis cõfessiones meas, & dimittis pctã mea, qm̃ tu mihi pcipis, vt diligas pximũ meũ sicut meipsũ, nõ possũ minus credere de Moyse fidelissimo famulo tuo, q̃ mihi optarem ac desiderarẽ abs te dari muneris, si tpe illo natus essẽ quo ille, eoq; loco me cõstituisses, vt p seruitutẽ cordis ac linguæ meæ, lrę illę dispensarent, q̃ tanto post essent oĩbus gẽtibus pfuturæ, & p vniuersũ orbẽ tãto authoritatis culmine omniũ falsarũ superbarũq; doctrinarũ verba superaturæ. Vellẽ qppe si tũ ego essẽ Moyses, ex eadẽ nãq; massa oẽs venimus, & qd est hõ nisi qa memor es ei⁹?
Ps. 8. Vellẽ ergo si tũc ego essem qd ille, & mihi abs te Geneseos liber scribẽdus adiũgeret, talẽ mihi eloquendi facultatẽ dari, & eũ texendi sermonis modũ, vt neq; illi q nondũ queunt intelligere, quẽadmodũ creat De⁹, tanq̃ excedentia vires suas dicta recusarẽt, & illi qui hoc iam pñt, in quamlibet veram sñiam cogitando venissent, eã non ptermissam in paucis verbis tui famuli reperirent, & si alius aliam vidisset in luce veritatis, nec ipsa in eisdem verbis intelligenda deesset.

Ex fonte melius haurimus. Cap. 27. A

SIcut.n. fons ĩ paruo loco vberior est, pluribusq; riuis ĩ ampliora spatia fluxũ ministrat, q̃ qlibet eorũ riuorũ q p multa locorũ ab eodẽ fonte deducit: ita narrõ dispẽsatoris tui sermocinaturis pluribus pfutura, paruo sermonis modulo scatet fluenta liquidæ veritatis, vñ sibi qsq; verũ qd de his rebus pt, hic illud, ille illud, p longiores loquelarũ anfractus trahat. Alijs.n. cũ hæc vera legunt vel audiũt, cogitant Deum quasi hoiem, aut quasi aliq̃ molẽ immensa pditã ptãte, nouo quodã, & repentino placito, ex seipsã tanq̃ locis distãtibus fecisse cœlũ & terrã, duo magna corpora supra, & infra, qbus oĩa continerent. Et cũ audiũt: Dixit Deus, fiat illud, & factũ est illud: cogitãt verba cœpta, & finita, sonãtia tpibus atq; transeũtia, post quorũ trãsitũ statim existere qd iussum est, vt existeret & si quid forte aliud hoc mõ ex familiaritate carnis opinant. In qbus adhuc paruulis aĩalibus dũ isto humillimo gñe verborũ, tanq̃ mĩno sinu eorũ gestat infirmitas, salubriter ædificat fides, qua certũ habeat, & teneat Deũ fecisse oẽs naturas, quas eorũ sensus mirabili varietate circũspicit. Quorũ si qspiã quasi vilitatẽ dictorũ aspernat⁹, ex nutritorias cunas supba imbecillitate se extendet, heu cadet misere. Et dñe De⁹ miserere, ne implumẽ pullũ cõcul- B
cẽt q transeunt viam, & mitte angelũ tuũ, q eum reponat in nido, vt viuat donec volet.

ALij vero qb⁹ hęc verba nõ iã nid⁹, sed opaca fruteta sũt vidẽt ĩ eis latẽtes fruct⁹, & volitãt letãtes, & garriũt scrutãtes, & carpũt eos. Vidẽt.n. cũ hæc verba legũt vel audiũt, tua De⁹ ęterna, & stabili pmãsiõe cũcta pterita, & futura tpa supari, nec tñ qcq̃ esse tpalis creaturæ, qd tu nõ feceris. Cuius volũtas qa.i. qd tu, nullo mõ mutata, vel q̃ antea nõ fuisset exorta volũtate fecisti oĩa, nõ de te similitudinẽ tuã formã oĩũ, sed de nihilo dissimilitudinẽ informẽ, q̃ formaret p similitudinẽ tuã, recurrẽs in te vnũ p captu ordinato, q̃tũ cuiq; rerũ in suo gñe datum est: & fieret oĩa bona valde, siue maneãt circa te, siue gradatim remotiori distãtia p tẽpora, & loca pulchras narratiões faciãt aut patiant. Vidẽt hæc, & gaudẽt ĩ luce veritatis tuæ quãtulũ hic valẽt. Et alius eorũ ĩtẽdit in C
id qd dictũ est: In principio fecit Deus, & *Gen. Io.*
respicit sapiẽtiã principiũ, qa & loqtur ipsa nobis. Alius itidẽ intẽdit in eadem verba, & principiũ intelligit exordiũ rerũ cõditarũ, & sic accipit: In principio fecit, ac si diceretur, primo fecit: atq; in eis q intelligunt, In principio, q ĩ sapiẽtia fecisti cęlũ, & terrã: alius eorũ ipsũ cęlũ, & terrã creabilẽ materiẽ cęli, & terræ, sic esse credit cognominatã: alius iã formatas distinctasq; naturas: ali⁹ vnã formatã eãdẽq; spiritalẽ, cęli noĩe, aliã informẽ corporalis materię, terrę nomine. Qui aũt intelligũt in noibus cœli, & terræ, adhuc informẽ materiẽ, de qua formaretur cęlũ, & terra: nec ipsi uno mõ id intelligũt, sed alius vñ cõsũmaret intelligibilis sensibilisq; creatura, alius tm̃ vñ sensibilis moles ista corporea, sinu grãdi cõtinens pspicuas promptasq; naturas. Nec illi vno mõ, qui

iam

iam dispositas digestasq; creaturas cęlũ, &
terrã vocari hoc loco credunt, sed alius in-
uisibilem atq; visibilẽ: alius solam visibilẽ
in qua luminosum cœlum suspicimus, &
terram caliginosam, quæque in eis sunt.

D

AT ille q̃ nõ aliter accipit: In principio
fecit, q̃ si diceret, primo fecit: non hẽt
quo mõ veraciter intelligat cęlum, & terrã,
nisi materiã cœli, & terræ intelligat, videli-
29. cet vniuersæ, i. intelligibilis corporalisque
creaturę. Si.n. iã formatã velit vniuersam: re
cte ab eo q̃ri poterit, si hoc prio fecit De⁹,
q̃d fecerit deinceps, & post vniuersitatẽ nõ
inueniet, ac p̃ hoc audiet inuitus, q̃uo illud
primo si postea nihil? Cũ vero dicit primo
informẽ, deinde formatã, non est absurdus,
si mõ est idoneus discernere q̃d p̃cedat ęter
nitate, q̃d tp̃e, q̃d electione, q̃d origine. Ae-
ternitate, sicut De⁹ oĩa: tẽpore, sicut flos fru
ctũ: electione, sicut fructus florẽ: origine, si
cut sonus cantũ. In his quatuor primũ, & vl
timũ q̃ cõmemoraui, difficillime intelligũ-
tur: duo media facillime. Namq; rara visio
est, & nimis ardua conspicere dñe ęternita-
tẽ tuã incõmutabiliter mutabilia faciẽtẽ, ac
p̃ hoc priorẽ. Qui deinde sic acuto cernat
aĩo, vt sine labore magno dignoscer̃ ualeat,
q̃uo sit prior sonus q̃ cantus? Iõ q̃a cãtus est
E formatus sonus, & esse vtiq; aliq̃d non for-
matũ põt: formari aũt q̃d non est, nõ p̃t. Sic
est prior materies, q̃ id q̃d ex ea fit. Non iõ
prior, q̃a ipsa efficit, cũ poti⁹ fiat, nec prior
interuallo tp̃is. Neque.n. priore tp̃e sonos
ædimus informes sine cãtu, & eos posterio
re tp̃e in formã camici coaptatus, aut fingi
mus sicut ligna q̃bus arca, vel argentũ quo
vasculũ fabricat̃. Tales quippe materiæ, tp̃e
ẽt p̃cedunt formas rerũ, q̃ fiunt ex eis. At in
cantu non ita est. Cũ.n. cãtat̃, auditur sonus
eius. Non prius informiter sonat, & deinde
format̃ in cantu. Quod.n. primo vtcunq; so
nuerit, p̃terit, nec ex eo quicq̃ reperies, q̃d
resumptũ arte cõponas: & ideo cantus in so
no suo vertit̃, q̃ sonus eius materies eius est.
Idẽ quippe format̃, vt cantus sit, & iõ sicut
dicebã, prior materies sonandi q̃ forma cã
tandi, non perficiendi potentia prior. Neq;
enim sonus est cantandi artifex, sed cantãti
aĩæ subiacet ex corpore, de quo cantum fa-
ciat. Nec tp̃e prior, simul.n. cũ cãtu æditur.
Nec prior electione, nõ.n. potior sonus q̃
cantus, q̃nquidem cantus est non tm̃ sonus,
verumẽt sonus speciosus. Sed prior est ori-
gine, quia non cantus format̃, vt sonus sit: F
sed sonus formatur, vt cantus sit. Hoc exem
plo qui p̃t intelligat materiã rerum primo
factam, & appellatã cęlum, & terrã: quia in
de facta sunt cęlum, & terra: nec tp̃e primo
factam, quia formæ rerum exerunt tp̃a, illa
aũt erat informis, iamq; in temporib. simul
animaduertitur, nec tñ de illa narrari aliq̃d
potest, nisi velut tp̃e prior sit cum pendatur
extremior: quia profecto meliora sunt for-
mata q̃ informia, & p̃cedũt ęternitate crea-
toris, vt esset de nihilo unde aliquid fieret.

IN hac diuersitate sñiarum verarũ cõcor- *Seruãdæ*
diam pariat ipsa veritas, & Deus nr̃ mise *scripturæ*
reatur nostri, vt legitime lege vtamur, p̃ce- *cum hono*
pti fine, pura charitate: ac per hoc si q̃s q̃- *re scripto*
rit ex me, quid horũ Moyses ille tuus famu- *ris.*
lus senserit, non sunt hi sermones confessio *Cap. 30.*
num mearũ, si tibi non confiteor, nescio: &
scio tñ illas veras esse sñias, exceptis carna-
libus de quibus quãtum existimaui locutus
sum. Quos tñ bonæ spei paruulos hæc uer-
ba libri tui non territant alta humiliter, &
pauca copiose, sed oẽs quos ĩ eis uerbis ue
ra cernere ac dicere fateor, diligam⁹ nos in
uicẽ, pariterq; diligam⁹ te Deũ nr̃m, fontẽ G
veritatis, si nõ vana, sed ipsam sitimus, eun-
demq; famulum tuum scripturæ huius di-
spensatorem spiritu tuo plenum ita hono-
remus, vt hoc eũ te reuelante cum hæc scri-
beret attẽdisse credam⁹, q̃d in eis maxime,
& luce ueritatis, & fruge utilitatis excellit.

ITa cum alius dixerit hoc sensit, q̃d ego: et *Veritas a*
alius, imò illud q̃d ego: religiosius me ar *quocunq;*
bitror dicere cur nõ utrunq; potius si utrũ- *dicta reci*
que uerũ est? Et si quid tertiũ, & si q̃d quar- *pienda.*
tũ, & si quid oĩno aliud uerũ quispiã in his *Cap. 31.*
uerbis uidet, cur nõ illa oĩa uidisse credat̃,
p̃ quẽ unus Deus sacras lr̃as uera, & diuersa
uisuris multorũ sensibus tẽperauit? Ego cer
te, q̃d intrepidus de corde meo p̃nuncio, si
ad culmen authoritatis aliq̃d scriberem, sic
mallẽ scribere, ut q̃d ueri q̃sq; de his rebus
capere posset, mea uerba resonarẽt, q̃ ut u-
nã uerã sñiam ad hoc aptius ponerẽ, ut ex-
cluderẽ cæteras, quarũ falsitas me nõ posset
offendere. Nolo itaq; Deus meus tã p̃ceps
esse, ut hoc illũ uirũ de te meruisse non cre
dam. Sensit ille omnino in his uerbis, atque

H cogitauit cũ ea ſcriberet, qcqd hic ueri po
tuim⁹ inuenire, & qcqd nos nõ potuimus,
aut nondũ poſſumus, & tñ in eis ĩueniri p̃t.

Veritas reuelata. Cap. 32.

POſtremo dñe q Deus es, & non caro &
ſanguis ſi qd hõ minus uidet, nũquid &
ſpiritũ tuũ bonũ qui deducet me in terrã re
ctam latere potuit quicquid eras in eis uer-
bis tuipſe reuelaturus legentibus poſteris:
ẽt ſi ille per quẽ dicta ſunt, unã fortaſſis ex
multis ueris ſñiam cogitauit? Qđ ſi ita eſt, ſit
igitur illa quam cogitauit cæteris excellen-
tior. Nobis aũt dñe, aut ipſam demonſtra,
aut q̃ placet alteram ueram: ut ſiue nobis
hoc quod etiã illi homini tuo, ſiue aliud ex
eorundẽ uerborũ occaſione patefacias, tu
tñ paſcas nos, non error illudat. Ecce dñe
Deus meus q̃ multa de paucis uerbis, q̃ mul
ta oro te ſcripſimus? Quæ noſtræ uires, q̃ tẽ
pora oĩbus libris tuis ad iſtum modum ſuf-
ficiant? Sine itaq; me breuius in eis confite-
ri tibi, & eligere unum aliquid quod tu in-
ſpiraueris uerum certum, & bonum, etiam
I ſi multa occurrerint, ubi multa occurrere
potuerint, ea fide cõfeſſionis meæ, ut ſi hoc
dixero quod ſenſit miniſter tuus, recte atq;
optime, id enim conari me oportet. Quod
ſi aſſecutus non fuero, id tamen dicã quod
mihi per eius uerba ueritas tua dicere uo-
luerit, quæ illi quoque dixit quod uoluit.

D. AVRELII AVGVSTINI CONFESSIONVM

Liber tertiuſdecimus.

Inuocat Deum. cap. I. Tim.

INuoco te Deus meus mĩa mea
qui feciſti me, & oblitũ tu *
oblitus non es. Inuoco te in
aĩam meam quam præparas
ad capiẽdum te ex deſyderio
quod inſpiras ei: nunc inuocantẽ te ne deſe
ras, qui priuſquã inuocarem præueniſti, &
inſtitiſti crebreſcens multimodis uocibus
ut audirem de longinquo, & cõuerterer, &
uocantem me inuocarem te. Tu.n.dñe dele
uiſti omnia mala merita mea, ne retribue-
res manibus meis in quibus à te defeci, &
p̃ueniſti oĩa bona merita mea, ut retribue-
res manibus tuis, quibus me feciſti, quia &
priuſquam eſſem, tu eras. Nec eram cui p̃-
ſtares, vt eſſem, & tñ ecce ſum ex bonitate
tua p̃ueniente totum hoc qđ me feciſti, &
unde me feciſti. Neq;.n.eguiſti me, aut ego K
tale bonum ſum, quo tu adiuueris dñe me⁹,
& Deus meus: non ut tibi ſic ſeruiam quaſi
ne fatigeris in agendo, aut ne minor ſit po-
teſtas tua carens obſequio meo: neq; ut ſic
te colam quaſi terrã, ut ſis incultus ſi non te
colã: ſed ut ſeruiã tibi, & colam te, ut de te
mihi bñ ſit, à quo mihi eſt, ut ſim cui bñ ſit.
EX plenitudine qppe bonitatis tuę crea
tura tua ſubſiſtit, ut bonũ qđ tibi nihil
prodeſſet, nec de te æquale tibi eſſet: tñ qa
ex te fieri potuit non deeſſet. Quid.n.te p̃-
meruit cœlũ & terra q̃ feciſti in principio?
Dicant quid te promeruerunt ſpiritalis cor
poraliſq; natura, quas feciſti ĩ ſapiẽtia tua,
ut inde penderent ẽt inchoata, & informia
quæque in genere ſuo, uel ſpiritali, uel cor
porali, euntia in immoderationem, & in lõ
ginquam diſſimilitudinem tuã. Spiritale in-
forme pręſtantius, q̃ ſi formatum corpus eſ
ſet: corporale aũt informe præſtantius, q̃ ſi
omnino nihil eſſet: atq; ita penderẽt in tuo
uerbo informia, niſi per idem uerbũ reuo-
carent ad unitatem tuam, & formarẽtur, &
eſſent ab uno te ſummo bono uniuerſa bo-
na ualde. Quid te promeruerãt, ut eſſent ſal L
tem informia, quæ neque hoc eſſent niſi ex
te? Quid te promeruit materies corporalis,
ut eſſet ſaltem inuiſibilis, & incõpoſita, qa
neq; hoc eſſet niſi quia feciſti eam: ideoque
te quia non erat, promereri ut eſſet non po
terat? Aut quid te promeruit inchoatio crea
turę ſpiritalis, ut ſaltẽ tenebroſa fluitaret, ſi-
milis abyſſo, tui diſſimilis, niſi p idẽ uerbũ
conuerteret ad idẽ a quo facta eſt, ab eo il-
luminata lux fieret, q̃uis non æqualiter, tñ
conformis formæ æquali tibi? Sicut.n.cor-
pori non hoc eſt eſſe quod pulchrum eſſe,
alioqn deforme eſſe non poſſet: ita ẽt crea-
to ſpiritui non, id eſt uiuere, qđ ſapiẽter ui-
uere, alioquin incõmutabiliter ſaperet. Bo-
num aũt illi eſt hærere tibi ſp, ne quod ade-
ptus eſt conuerſione, auerſione lumẽ amit-
tat, & relabatur in uitã tenebroſæ abyſſo ſi-
milem. Nã & nos qui ſm animam creatura
ſpiritalis ſumus, auerſi a nr̃o lumine, in ea *Ephe. 5.*
uita fuim⁹ aliqñ tenebræ, & in reliquijs ob- M
ſcuritatis noſtræ laboram⁹, donec ſimus iu- *Pſ.*
ſtitia tua in unico tuo ſicut montes Dei. Nã
iudicia tua fuimus, ſicut abyſſus multa.

Quod

QVod aũt in primis conditionibus dixi sti. Fiat lux, & facta est lux: non incongruenter hoc intelligo in creatura spiritali, q̃a erat iã qualiscunq; vita q̃ illuminares: Sed sicut nõ te ꝓmeruerat, vt esset talis vita q̃ illuminari posset, ita nec cũ iam esset promeruit te, vt illuminaret. Neq;.n. eius informitas placeret tibi, si nõ lux fieret, nõ existẽdo, sed intuendo illuminantẽ lucẽ, eiq; cohærendo: vt & q̃ vtcunq; viuit, & q̃ beate viuit, nõ deberet, nisi grãe tuæ, cõuersa ꝑ cõmutationẽ meliorẽ ad id qđ neq; in meli⁹, neq; in deterius cõmutari põt, qđ tu solus es, q̃a sol⁹ simpliciter es, cui nõ ẽ aliud viuere, aliud beate viuer, q̃a tua beatitudo tu es.

QVid ergo tibi deesset ad bonũ qđ tu tibi es, ẽt si ista vel oĩno nulla essẽt: vel informia remanerent, q̃ non ex indigẽtia fecisti, sed ex plenitudine bonitatis tuæ, cohibens atq; conuertens ad formã non vt tanq̃ tuũ gaudiũ compleat ex eis? Perfecto.n. tibi displicet eorũ imperfectio, vt ex te ꝑficiantur & tibi placeant, non aũt imperfecto, tan-A quam & tu eorũ perfectione ꝑficiẽdus sis. Spiritus.n. tuus bonus superferebatur super aquas, non ferebat ab eis tanq̃ in eis requiesceret. In quibus.n. requiescere dr̃ spũs tuus bonus, hos in se requiescere facit. Sed superferebatur incorruptibilis, & incommutabilis voluntas tua ipsa in se sibi sufficiens sup eam, q̃ feceras vitã: cui non est hoc viuere quod beate viuere, quia viuit etiam fluitans in obscuritate sua: cui restat conuerti ad eũ à quo facta est, & magis magisque uiuere apud fontem vitæ, & in lumine eius uidere lumen, & perfici, & illustrari, & beari.

ECce apparet mihi in ænigmate trinitas quod es Deus meus, qm̃ tu pr̃ in principio sapientiæ nr̃æ, quod est tua sapientia de te nata, æqua tibi & coæterna, i. in filio tuo fecisti cœlum, & terrã. Et multa dixim⁹ de cœlo cœli, & de terra inuisibili, & incõposita, & de abysso tenebrosa, ſm spiritalis informitatis vagabunda deliquia, nisi conuerteret ad eum à quo erat qualiscunq; vita, & illuminatione fieret speciosa vita, & esset cęlum cęli eius, quod inter aquam, & aquam postea factum est: & tenebam iã pa-B trem in Dei noĩe qui fecit hæc, & filium in principij noĩe, in quo fecit hæc, & trinitatẽ credens Deum meum sicuti credebã, quærebam in eloquijs sanctis eius, & ecce spiritus tuus superferebatur super aquas. Ecce trinitas Deus meus, pater & filius, & spiritussanctus, creator uniuersæ creaturæ.

SEd quæ causa fuerat, ò lumen veridicum tibi admoueo cor meũ, ne me vana doceat, discute tenebras eius, & dic mihi, obsecro te per matrẽ charitatem, obsecro te, dic mihi, quæ causa fuerat, vt post nominatum cœlum, & terram inuisibilem & incompositam, & tenebras super abyssum, tum demũ scriptura tua nominaret spiritum tuum? An quia oportebat sic eum insinuari vt diceret superferri, & non posset hoc dici, nisi prius illud commemoraretur, cui superferri spũs tu⁹ posset intelligi? Nec patri.n. nec filio superferebatur. Nec superferri recte diceret, si nulli rei superferretur. Prius ergo dicẽdũ erat cui superferret, & deinde ille quẽ non oportebat aliter cõmemorari, nisi vt superferri diceretur. Cur ergo aliter eũ insinuari non oportebat, nisi vt superferri diceretur?

Spũs sup fusus aquis. Cap. 6.

IAm hinc sequatur qui põt intellectu Apostolum tuum dicentem, quia charitas tua diffusa est in cordibus nr̃is per spiritum sanctum qui datus est nobis, & de spiritualib⁹ docentem, & demonstrantem supereminẽtem viam charitatis, & flectentem genua ꝓ nobis ad te, vt cognoscamus supereminẽtẽ sciãm charitatis Christi. Ideoq; ab initio supereminens superferebat super aquas. Cui dicam? quõ dicam de põdere cupiditatis in abruptam abyssum, & de sub leuatione charitatis per spiritum tuum, qui superferebat super aquas? Cui dicam? Quõ dicam? Mergimur & emergimus. Neq;.n. loca sunt quib. mergimur, & emergimus. Quid similius, & quid dissimilius? Affectus sunt, amores sũt, immunditia spiritus nostri defluẽs inferius amore curarũ, & sanctitas spiritus tui attollens nos superius amore securitatis, vt sursum corda habeamus ad te, vbi spiritus tu⁹ superfertur super aquas, & veniamus ad supereminentem requiem, cum pertransierit aĩa nostra aquas quæ sunt sine substantia.

C Effectus spiritus. Cap. 7. Rom. 5. Ephe. 3.

DEfluxit angelus, defluxit anima hominis, & indicauerunt abyssum uniuersę spiritales creaturæ in profundo tenebroso. Nisi dixisses ab initio fiat lux, & facta esset lux, & inhæreret tibi omnis obediẽns intelligentia cœlestis ciuitatis tuæ, & requiesce- D ret in

Ps. 123. Spũs fouens aĩas infirmas. Cap. 8.

ret in ſpiritu tuo, qui ſuperferẽ incommutabiliter ſuper oẽ mutabile. Alioquin & ipsũ cœlum cęli tenebroſa abyſſus eſt in ſe, nũc aũt lux eſt in dño. Nam & in ipſa miſeria inquietudine defluentium ſpirituũ & indicantiũ tenebras ſuas nudatas veſte luminis tui, ſatis oſtendis q̃ magnam creaturã rõnalem feceris, cui nullo modo ſufficit ad beatã requiem q̃cquid te minus eſt, ac p̃ hoc nec ipſa ſibi.

Pſal. 17. Tu.n. De⁹ nr̃ illuminabis tenebras noſtras: Ex te oriuntur veſtimenta noſtra, & tenebræ nr̃æ ſicut meridies erunt.

Pſ. 138. Da mihi te Deus meus, redde mihi te, En amo, & ſi parum eſt, amẽ validius. Non poſſum metiri, vt ſciã quãtũ deſit mihi amoris ad id quod ſatis eſt, vt currat vita mea in amplex⁹ tuos, nec auertaẽ donec abſcondaẽ in abſcõdito

Pſal. 30. vultus tui. Hoc tm̃ ſcio, q̃a male mihi eſt p̃ter te, nõ ſolũ ex̃ me, ſed & ĩ meipſo, & oĩs

E mihi copia, q̃ Deus meus nõ eſt, egeſtas eſt.

Quur ſolus ſpũs feratur ſuper aquas. Cap. 9.

NVnquid aut pr̃ aut filius nõ ſuperferebaẽ ſup̃ aquas? Si tanq̃ loco ſicut corpus, nec ſpirituſſanctus. Si aũt incommutabilis diuinitatis eminẽtia ſup̃ oẽ mutabile, & pr̃ & filius & ſpirituſſanctus ſuperferebaẽ ſuper aquas: Cur ergo tm̃ de ſpiritu tuo dictum eſt hoc? Cur de illo tm̃ dictum eſt, quaſi locus ibi eſſet, q̃ non eſt locus, de quo ſolo dictũ eſt, qđ ſit donũ tuũ, & in dono tuo requieſcimus: ibi te fruimur req̃es nr̃a, locus noſter. Amor illuc attollit nos, & ſpiritus tuus bonus exaltat humilitatẽ nr̃am de portis mortis. In bona voluntate pax nobis eſt. Corpus pondere ſuo nitiẽ ad locũ ſuũ. Pondus non ad ima tm̃ eſt: ſed ad locũ ſuũ. Ignis ſurſum tendit, deorſum lapis. Põderibus ſuis aguntẽ, loca ſua petunt. Oleũ infra aquã fuſum, s̃. aquã attollitur: aqua s̃. oleũ fuſa, infra oleũ demergitur. Ponderib⁹ ſuis, aguntur, loca ſua petunt. Minus ordinata inquieta ſunt, ordinantur & quieſcunt. Põdus meũ amor meus, eo feror quocunq; feror.

F Dono tuo accendimur, & ſurſum ferimur.

Pſal. 83. Inardeſcimus & imus. Aſcendimus aſcẽſiones in corde, & cãtamus canticũ graduum. Igne tuo, igne tuo bono inardeſcimus &

Pſ. 121. imus qm̃ ſurſum imus ad pacem Hieruſalem, qm̃ iucundatus ſum in his q̃ dixerunt mihi, in domum dñi ibimus. Ibi nos collocauit voluntas bona, vt nihil velimus aliud q̃ permanere illic in æternum.

BEata creatura q̃ nõ nouit aliud, cũ eſſet ipſa aliud niſi in dono tuo qđ ſuperfertur ſup̃ oẽ mutabile, mox vt facta eſt, attollereẽ nullo interuallo t̃pis in ea vocatione qua dixiſti: Fiat lux, & facta eſt lux. In nobis enim diſtinguiẽ t̃pe quo tenebræ fuimus & lux efficimur. In illa vero dictũ eſt q̃d eſſet niſi illuminareẽ: & ita dictũ eſt quaſi prius fuerit fluxa & tenebroſa: vt appareret cauſa qua dictũ eſt, vt aliter eſſet, i. vt ad lumen indeficiens conuerſa lux eſſet. Qui poteſt intelligat, & qui non põt, à te petat. Vt quid mihi moleſtus eſt, quaſi ego illuminem ullum hominem venientem in hunc mundũ.

TRinitatẽ oĩpotentem quis intelligit? Et quis non loquiẽ eam, ſi tñ intelligit eã rara aĩa, quæ cum de illa loquitur, ſciat q̃d loquaẽ. Et contendunt & dimicãt, & nemo ſine pace vidit iſtam viſionẽ. Vellem vt hæc tria cogitarent hoĩes in ſeipſis. Longe aliud ſunt iſta tria q̃ illa trinitas. Sed dico vbi ſe exerceant & p̃bent, & ſentiant q̃ lõge aliud ſunt. Dico aũt hęc tria: eſſe, noſſe, velle. Sum em̃, & noui, & volo: ſum ſciẽs & volens: & ſcio eſſe me, & velle vt ſim: & volo eſſe & ſcire. In his igiẽ tribus q̃ ſit inſeparabilis vita, & vna vita, & vna mẽs, & vna eſſentia, q̃ deniq; inſeparabilis diſtinctio, & tñ diſtinctio, videat q̃ põt. Certe corã ſe eſt, attendat in ſe, & videat, & dicat mihi. Sed cũ inuenerit in his aliq̃d & dixerit, non iã ſe putet inueniſſe illud qđ s̃. iſta eſt incõmutabile, qđ eſt incõmutabiliter, & ſcit ĩcõmutabiliter, & vult incõmutabiliter: & vtrũ p̃p̃ tria hæc & ibi trinitas: an in ſingulis hæc tria, *vt terna ſingulorum ſint: an vtrorumque * miris modis ſimpliciter & multipliciterr infinito inſenſibili ſine * quo eſt, & ſibi notum eſt, & ſibi ſufficit incommutabiliter idipſum copioſa vanitatis magnitudine, quis facile cogitauerit? quis vllo modo dixerit? q̃s quolibet modo temere pronunciauerit?

PRocede ĩ cõfeſſione fides mea, dic dño Deo tuo: Sãcte, ſancte, ſancte, dñe Deus me⁹, ĩ noĩe tuo baptizati ſumus, pr̃ & fili & ſpirituſsãcte, ĩ noĩe tuo baptizam⁹, pr̃ & fili & ſpirituſsãcte: q̃a & apud nos ĩ Chr̃o ſuo fecit De⁹ cęlũ & terrã, ſpiritales & carnales

H ecclefiæ ſuæ: & terra nr̃a anteq̃ acciperet formã doctrinæ: inuiſibilis erat & incõpoſita: & ignorantiæ tenebris tegebamur, qm̃

pro

al. 38. pro iniquitate erudisti hominem,& iudicia
sal. 35. tua sicut abyssus multa. Sed quia spũs tuus su
en. 4. perferebat̃ super aquã,non reliquit miseriã
nr̃am mĩa tua,& dixisti: Fiat lux. Pnĩam agi-
te, appropinquabit.n. regnũ cœlorũ: pnĩam
l. 41. agite. fiat lux,& facta est lux. Et qm̃ contur-
bata erat ad nosiipsos aĩa nr̃a, cõmemorati
sumus tui dñe de terra Iordanis, & de mõte
æquali tibi, sed paruo pp nos: & displicue-
runt nobis tenebræ nr̃æ, & conuersi sumus
ad te: & facta est lux. Et ecce fuimus aliquã-
do tenebræ, nunc autem lux in domino.

5. ET tñ adhuc per fidem, nondum per spe
ritu ciem. Spe.n. salui facti sumus. Spes au-
io tẽ, quæ vr̃ non est spes. Adhuc abyssus abys-
ro - sum inuocat, sed iam non in voce cataracta
rũ tuarũ. Adhuc, & ille qui dicit: Non potui
13. vobis loqui quasi spiritalibus, sed quasi car-
I nalibus, ẽt ipse nondũ se arbitratur cõpre-
8. hẽdisse: & q̃ retro oblitus, in ea, q̃ ante sunt
41. extenditur, & ingemiscit grauatus, & sitit
3. aĩa eius ad Deum viuum, quẽadmodũ cer-
41. uus ad fontes aquarum, & dicit: Qñ veniã?
r. 5. habitaculum suum quod de cęlo est, super
12. indui cupiens, & inuocat inferiorem abys-
sum dicens: Nolite cõformari huic seculo,
sed reformamini in nouitate mentis vestræ:
14. & nolite pueri effici mentibus, sed malitia
3. paruuli estote, vt mentibus pfecti sitis. Et, O
2. stulti Galatæ, quis vos fascinauit? Sed iã non
67. in voce sua: in tua.n. qui misisti spiritũ tuum
45. de excelsis, per eum qui ascendit in altum,
8. & aperuit cataractas donorũ suorũ, vt flu-
minis impet⁹ lætificaret ciuitatẽ tuã. Illi.n.
suspirat sponsi amicus, hñs iã spũs primitias
penes eũ, sed adhuc in semetipso ingemi-
scẽs, adoptionẽ expectãs, redemptionẽ cor
poris sui: illi suspirat, membrũ est.n. spõsæ.
3. & illi zelat: amicus est.n. spõsi, illi zelat non
41. sibi: qa in voce cataractarũ tuarũ, nõ in vo-
ce sua inuocat alterã abyssum. cui zelans: ti-
met ne sicut serpens Euã decepit astutia sua,
11. sic & eorũ sensus corrumpatur à castitate,
K quæ est in spõso nostro vnico tuo. Quæ est
3. illa speciei lux? Cum videbimus eum sicu-
41. ti est, & transierint lachrimæ, quæ mihi fa-
ctæ sunt panis die ac nocte, dum dicitur mi
hi quotidie, vbi est Deus tuus.

, & ET ego dico: Deus meus vbi es? Respiro
rro- in te paululũ, cũ effundo sup me aĩam
tur. meam in voce exultationis, & ↄfessionis so
ni festiuitatẽ celebrãtis. Et ad huc tristis est, Cap. 14.
qa relabit̃, & fit abyssus, vel poti⁹ sentit ad- Psal. 41.
huc se esse abyssum. Dicit ei fides mea, quã Ps. 118.
accendisti in nocte añ pedes meos: Quare
tristis es aĩa mea, & quare ↄturbas me? Spe-
ra in dño, Lucerna pedibus tuis verbũ eius.
Spera, & pseuera, donec transeat nos ma-
ter iniquorum, donec transeat ira dñi, cu- Ephe. 5.
ius filij, & nos fuimus aliqñ tenebræ, quarũ
residua trahimus in corpore pp peccatum Rom. 8.
mortuo, donec aspiret dies, & remoueant̃ Cant. 2.
umbræ. Spera in dño, Mane astabo tibi, & Psal. 41.
contẽplabor, semp confitebor illi. Mane a- Psal. 5.
stabo, & videbo salutare vultus mei, Deum Rom. 8.
meũ, q viuificauit & mortalia corpora nr̃a, L
pp spiritũ qui habitat in nobis: quia super
interitus nr̃m tenebrosum, & fluidũ miseri-
corditer superferebat̃. Vnde in hac peregri-
natione pignus accepimus, vt iã simus lux,
dũ adhuc spe salui facti sumus, & filij lucis, Ephe. 5.
& filij diei, nõ filij noctis neq; tenebrarum, Rom. 8.
qđ tñ fuimus. Inter quos, & nos in isto ad- 1. Th. 5.
huc incerto humanæ notitiæ, tu solus diui-
dis qui pbas corda nr̃a, & vocas lucẽ diẽ,
& tenebras noctẽ. Quis.n. nos discernit nisi
tu? Quid aũt habemus quod non accepi- 1. Cor. 4.
mus à te, ex eàdem massa vasa in honorem, Rom. 9.
ex qua sunt, & alia facta in contũmeliam?

AVt quis nisi tu Deus nr̃ fecisti nobis fir- Voce fun
mamentũ authoritatis sup nos in scri damenti,
ptura tua diuina? Cœlũ.n. plicabit̃, vt liber: scriptura,
& nunc sicut pellis extendit̃ sup nos. Subli- intelligi-
mioris.n. authoritatis est tua diuina scriptu tur. c. 15.
ra, cũ iã obierunt ista morte illi mortales, p Esa. 34.
quos eã dispensasti nobis. Et tu scis dñe, tu Apoc. 6.
scis quemadmodũ pellibus indueris hoĩes, Ps. 103.
cũ peccato mortales fierent. Vdde sicut pel- Gen. 3.
lẽ extẽdisti firmamentũ libri tui, concordes
vtiq; sermones tuos, quos p mortaliũ mini
steriũ supposuisti nobis. Nanque ipsa eorũ
morte solidamentũ authoritatis in eloquiis M
tuls p eos æditis sublimiter extenditur sup
omnia quæ subter sunt. Quod cum hic viue
rent, nõ ita sublimiter extentũ erat. Nondũ
sicut pellẽ cęlũ extẽderas, nõdũ mortis eo- Ps. 103.
rũ famã vsquequaq; dilataueras. Videamus
domine cęlos opera digitorum tuorũ, dis-
serena oculis nostris nubilum quo subte-
xisti eos. Ibi est testimoniũ tuum, sapientiã
præstans paruulis. Perfice Deus meus laudẽ Psal. 18.
tuã ex ore infantiũ, & lactentiũ. Neq; enim Psal. 8.

noui-

nouimus alios libros, ita deſtruẽtes ſuper-
biã, ita deſtruentes inimicũ & defenſorẽ, re
ſiſtentẽ reconciliationi tuæ defendẽdo pec
cata ſua. Non noui dñe non noui alia tã ca-
ſta eloquia, q̃ ſic mihi ꝑſuaderent ꝯfeſsio-
nẽ, & lenirent ceruicẽ meã iugo tuo, & in-
uitarent colere te gratis. Intelligã eã pr̃ bo-
ne, da mihi hæc ſubterpoſito, q̃a ſubterpo-
ſitis ſolidaſti ea. Sunt aliæ aq̃, q̃ ſuꝑ hoc fir-
mamentũ, credo immortales, & à terrena
corruptione ſecretæ. Laudẽt nomẽ tuũ, lau
dent te ſuꝑ cœleſtes populi angelorũ tuo-
ſuſpicere rũ, q̃ non opus hñt ſuſcipere* firmamẽtum
Mat. 18. hoc & legendo cognoſcere verbũ tuũ. Vi-
dent.n.faciẽ tuã ſemꝑ, & ibi legunt ſine ſyl-
A labis tꝑm quid velit æterna voluntas tua. Le
gunt, eligunt, & diligũt: ſemꝑ legunt, & nũ-
quã p̃terit qđ legunt. Eligendo.n.& diligẽ-
go legunt ipſam incõmutabilitatẽ conſilij
tui. Non claudiẽ codex eorũ, nec plicabiẽ li
ber eorũ, q̃a tuipſe illis hoc es, & es in æter
nũ, quia ſuꝑ hoc firmamentũ ordinaſti eos,
qđ firmaſti ſuꝑ infirmitatẽ inferiorũ popu
al. ſuſpi- lorũ, vbi ſuſciperẽt* & cognoſcerẽt mĩam
cerent tuã, tꝑaliter enunciantẽ te qui feciſti tꝑa. In
cœlo.n.dñe mĩa tua, & veritas tua vſq; ad
Pſal. 35. nubes. Tranſeunt nubes, cęlum aũt manet.
Tranſeunt p̃dicatores verbĩ tui ex hac vita
in aliã vitã, ſcriptura vero tua vſq; in finẽ
Mat. 14. ſeculi ſuꝑ populos extendiẽ. Sed & cœlum
Eſa. 40. & terra tranſibunt, ſermones autem tui non
tranſibunt. Quoniam & pellis plicabiẽ, &
fœnum ſuꝑ qđ extẽdebatur, cũ claritate ſua
p̃teriet, verbũ aũt tuum manet in æternum:
1. *Co.* 13. qđ nunc in ænigmate nubiũ & ꝑ ſpeculũ
cęli non ſicuti eſt, apparet nobis: q̃a & nos
q̃uis filio tuo dilecti ſimus, nondũ apparuit
Attendit qđ erimus. Accẽdit* ꝑ retia carnis, & blandi
tus eſt, & inflãmauit, & currimus poſt odo-
rẽ eius. Sed cũ apparuerit, ſimiles erimus,
1. *Ioan.* 3 *Cant.* 1. qm̃ videbimus eũ ſicuti eſt. Sicuti eſt dñe vi
B dere noſtrum, quod nondum eſt, da nobis.
Deus im- NAm ſicut oĩno tu es, tu ſcis ſolus q̃ es
mutabi- incõmutabiliter, & ſcis incõmutabili-
lis. c. 16. ter, & vis incommutabiliter. Et eſſentia tua
ſcit & vult incõmutabiliter, & ſcĩa tua eſt
& vult incõmutabiliter, & voluntas tua eſt
& ſcit incõmutabiliter. Nec vr̃ iuſtũ eſſe cõ
rã te, vl queẽadmodũ ſe ſcit lumen incõmu-
Pſ. 142. tabile, ita ſciaẽ ab illuminato cõmutabili.
Pſal. 35. Iõq; aĩa mea ſicut terra ſineaqua tibi: quia
ſicut ſe illuminare de ſe nõ põt, ita ſe ſatia-
re de ſe non poteſt. Sic enim apud te fons vi
tæ qũo in lumine tuo videbimus lumen.

QVis cõgregauit amaricantes in ſocie-
tatem vnam? Idem nanque illis finis
eſt temporalis & terrenæ fœlicitatis, ꝑꝑ q̃
faciunt omnia: quamuis innumerabili va-
rietate curarum fluctuẽt. Quis domine, niſi
tu qui dixiſti, vt congregarentur aquæ in
congregationem unam, & appareret arida
ſitiens tibi? Qm̃ tuum eſt & mare, & tu feci
ſti illud, & aridam terram manus tuæ for-
mauerunt: Neque enim amaritudo volunta
tum, ſed congregatio aquarum vocatur ma
re. Tu enim coerces etiam malas cupidita-
tes animarum, & figis limites quouſque ꝓ-
gredi ſinantur, atque vt in ſe comminuãtur
fluctus earum, atq; ita facis mare ordine im
perij tui ſuper omnia. At animas ſitientes ti-
bi, & apparentes tibi alio fine diſtinctas à ſo
cietate maris, occulto & dulci fonte irri-
gas, vt & terra det fructũ ſuũ, & te iubente
dño Deo ſuo germinet anima noſtra opera
miſericordiæ, ſm̃ genus diligens proximũ
in ſubſidiis neceſsitatum carnalium, habẽs
in ſe ſemen ſm̃ ſimilitudinem: qm̃ ex no-
ſtra infirmitate compatimur ad ſubuenien-
dum indigentibus, ſimiliter opitulãtes quẽ-
admodũ nobis vellemus opem ferri, ſi eo-
dem modo indigeremus, non tantum in fa-
cilibus, tanquam in herba ſeminali, ſed etià
in protectione adiutorij forti robore, ſicut
lignum fructiferum, id eſt, beneficiũ ad eri-
piendum eum, qui iniuriã patitur, de manu
potentis, & præbendo protectionis vmbra
culum valido robore iuſti iudicij.

ITa dñe, ita oro te, oriatur ſicuti facis, ſi-
cut das hilaritatem & facultatẽ, oriaẽ de
terra veritas, & iuſtitia de cęlo reſpiciat, &
fiant in firmameuto luminaria. Frangamus
eſurienti panem noſtrum, & egenũ ſine te-
cto inducamus in domum noſtram. Nudũ
veſtiamus, & domeſticos ſeminis noſtri nõ
deſpiciamus: Quib. in terra natis fructibus
vide quia bonũ eſt: & erumpat temporanea
lux noſtra, & de iſta inferiori fruge actionis
in delitias cõtẽplatiocis verbũ vitę ſuperius
obtinentes, appareamus ſicut luminaria in
mũdo cohærẽtes firmamẽto ſcripturæ tuæ.
Ibi enim nobiſcũ diſputas, vt diuidamus in-
ter intelligibilia & ſenſibilia, tanquam inter
diem

diem,& noctẽ, uel inter animas alias intelli
gibilib. alias ſenſibilib. deditas: ut iã nõ tu ſo
lus in abdito diiudicationis tuæ, ſicut ante-
quã fieret firmamentũ diuidas inter lucẽ &
tenebras, ſed ẽt ſpiritales tui in eodẽ firma-
mẽto poſiti, atq; diſtincti, manifeſtata ꝑ or-
bẽ gratia tua, luceant ſuper terrã, & diuidãt
r.5. inter diem & noctẽ, & ſignificent tẽpora:
13. qa uetera tranſierunt, ecce facta ſunt noua,
& qa proprior eſt noſtra ſolus q̃ cũ credidi
E mus, & qa nox ꝓceſsit, dies aũt apropinqua
64. uit: & qa benedices coronã anni tui, mittẽs
9. operarios in meſſem tuã, in qua ſeminanda
4. alijs laborauerũt, mittẽs ẽt in aliã ſementẽ,
cuius meſsis in fine eſt. Ita das uota optãti,
01. & benedicis annos iuſti: tu aũt idẽ ipſe es, &
in annis tuis q non deficiẽt, horreũ ꝓparas
annis tranſeuntib. Aeterno qppe conſilio ꝓ
prijs tẽporib. bona cœleſtia das ſuꝑ terrã.
12. Qm̃ quidẽ alii datur ꝑ ſpiritũ ſermo ſapiẽ-
tiæ tãquã luminare maius, ꝑꝑ eos q ꝑſpi-
cuæ ueritatis luce delectanẽ tanquã in prin-
cipio diei: alii aũt ſermo ſciẽtiæ ſm eũdem
ſpiritũ, tanq̃ luminare minus: alii fidei, alii
donatio curationũ alii operationes uirtutũ,
alii prophetia, alii diiudicatio ſpirituũ, alii
genera linguarũ: & hæc oĩa tanq̃ ſtellę. Oĩa
n. hæc operaẽ unus atq; idẽ ſpũs diuidẽs ꝓ-
pria unicuiq; prout uult, & faciens appare-
re ſydera in manifeſtatione ad utilitatẽ. Ser
mo aũt ſcientiæ, qua cõtinenẽ oĩa ſacra, q̃
variantur tẽporib. tanq̃ luna, & cæterę noti
tiæ donorũ, q̃ deinceps tanq̃ ſtellæ cõme-
moratæ ſunt, quãtũ differũt ab illo cãdore
ſapiẽtiæ, quo gaudet ꝓdictus dies, tm̃ ĩ prin
F cipio noctis ſunt. His. n. ſunt neceſſaria, qb.
3. prudẽtiſsimus ſeruus tuus nõ potuit, loqui,
2. quaſi ſpiritalib. ſed quaſi carnalib. ille q ſa-
piẽtiã loquiẽ inter ꝑfectos. Aĩalis ãt hõ tan-
quã paruulus in Chriſto lactiſq; potator,
donec roboreẽ ad ſolidũ cibũ, & aciẽ firmet
ad ſolis aſpectũ, nõ habeat deſertã noctem
ſuã, ſed luce lunæ ſtellarũq; cõtẽtus ſit. Hæc
nobiſcũ diſputas ſapiẽtiſsime Deus nr̃ in li
bro tuo firmamento tuo, ut diſcernam⁹ oĩa
contẽplatione mirabili, quãuis adhuc in ſi-
gnis, & in temporib. & in diebus, & ĩ annis.
SEd prius lauamini, mundi eſtote, auferte
nequitiam ab animis veſtris, atq; à cõſpe
ctu oculorum meorum, ut appareat arida.
Diſcite bonũ facere, iudicate pupilo, & iu-
ſtificate uiduã, ut germinet terra herbã pa- *capax fit*
buli & lignũ fructiferũ, & uenite diſpute- *uirtutũ.*
mus, dicit dñs, ut fiant luminaria in firma- *Cap. 19.*
mento cœli, & luceãt ſuꝑ terra. Quærebat *Mat. 19.*
diues ille à magiſtro bono, qd faceret ut ui
tã æterrnã cõſequereẽ. Dicat ei magiſter bo
nus, quẽ putabat hoĩem, & nihil amplius.
Bonus eſt aũt, qa Deus eſt: dicat ei ut ſi uult
uenire ad uitã, ſeruet mandata. Separet à ſe G
amaritudinẽ malitiæ, atq; nequitiæ: nõ occi
dat, non męcheẽ, non fureẽ, non falſum te-
ſtimoniũ dicat, ut appareat arida: & germi
net honorẽ patris & matris, & dilectionem
ꝓximi. Fecit, inqt, hæc oĩa. Vñ ergo tantæ
ſpinę, ſi terra fructifera eſt? Vade extirpa ſyl
uoſa dumeta auaritiæ, vende q̃ poſsides, &
ĩplere frugib. dãdo pauperib. & habebis the
ſaurũ in cęlis, & ſequere dñm, ſi uis eſſe ꝑfe
ctus, eis ſociatus, inter quos loquiẽ ſapiẽtiã
ille, q nouit q diſtribuat diei & nocti, ut no
ris & tu, ut fiãt & tibi luminaria in firmamẽ
to cęli. Qđ nõ fiet, niſi fuerit illic cor tuũ:
qđ itẽ non fiet, niſi fuerit illic theſaur⁹ tu⁹,
ſicut audiſti à magiſtro bono. Sed contriſtã *Matt. 6.*
ta eſt terra ſterilis, & ſpinæ ſuffocauerũt uer *Mat. 13.*
bũ. Vos aũt genus electũ, infirma mũdi, q di *1. Pet. 2.*
miſiſtis oĩa ut ſeq̃remini dñm, ite poſt eũ,
& cõfundite fortia: ite poſt eũ ſpecioſi pe- *Pſal. 18.*
des, & lucete in firmamẽto, ut cęli enarrẽt
gloriã eius, diuidẽtes inter lucẽ ꝑfectorũ,
ſed nõdũ ſicut angelorũ: & tenebras paruu-
lorũ, ſed nõ deſpectorũ: lucete ſuꝑ oẽm ter
rã, & dies ſole candẽs, eructet dieĩ uerbũ ſa
piẽtię, & nox luna lucẽs, annũciet nocti uer
bũ ſciẽtię. Luna & ſtellę nocti lucẽt, ſed nox H
nõ obſcurat eas, qm̃ illæ illuminãt pro mo- *Acto. 2.*
dulo eius. Ecce. n. tanq̃ Deo dicentẽ, fiãt lu
minaria in firmamẽto cœli, factus eſt ſubi-
to de cœlo ſonus, quaſi ferreẽ flatus vehe-
mẽs, & uiſæ ſunt linguæ diuiſæ quaſi ignis,
q & inſedit ſuꝑ vnũquenq; illorũ: & facta
ſunt luminaria in firmamẽto cęli, uerbũ ui
tę habẽtia. Vbiq; diſcurrite ignes ſãcti, ignes
decori. Vos. n. eſtis lumẽ mũdi, nec eſtis ſub *Matt. 5.*
modio. Exaltat⁹ ẽ cui adheſiſtis, & exaltauit
uos. Diſcurrite & innoteſcite oĩb. gentibus. *Creatio*
COncipiat & mare, & pariat opera ve- *ſpiritalis*
ſtra, & producant aquę reptilia anima *uirtutũ.*
rũ uiuarũ. Separantes. n. precioſum à vili, fa *Cap. 20.*
cti eſtis os Dei, per quod diceret: Producãt
aquę nõ animã uiuam, quã terra producit,
ſed

ſed reptilia animarũ viuarũ,& volatilia vo
lantia ſup terrã.Repſerunt.n.ſacramẽta tua
Deus per opera ſeruorũ ſanctorum tuorũ
inter medios fluctus tentationũ ſeculi, ad
imbuendas gentes nomini tuo,in baptiſmo
tuo.Et inter hæc facta ſunt magna mirabilia
tanquã cete grandia,& voces nunciorũ tuo
rũ volitantes ſup terrã iuxta firmamentũ li
I bri tui,ꝓpoſito illo ſibi ad authoritatẽ, ſub
Pſal. 18. quo volitatent quocũq; irẽt. Neq;.n.ſunt lo
quelæ, neq; ſermones, quorũ non audiant
voces eorũ,qñ in omnem terrã exiit ſonus
eorũ, & in fines orbis terræ verba eorum:
qm̃ tu dñe benedicendo multiplicaſti hæc.
Nunquid mentior,aut mixtione miſceo,ne
que diſtinguo lucidas cognitiones harũ re-
rũ in firmamẽto cęli, & opera corporalia ĩ
vndoſo mari,& ſub firmamento cęli? Qua
rum.n.rerum notitiæ ſunt ſolidæ, & termi-
natæ ſine incrementis generationũ, tanquã
lumina ſapientię & ſciẽtię earũdẽ rerũ ſunt
operationes corporales multæ,ac varię, &
aliud ex alio creſcendo multiplicatur in bñ
dictione tua Deus:qui conſolatus es faſtidia
ſenſuũ mortalium, vt in cognitione animi
res vna multis modis p corporis motiones
figuret atq; dicatur:aquę produxerunt hęc,
ſed in verbo tuo neceſſitates alienatorũ ab
æternitate veritatis tuæ populorũ produxe
rũt hæc,ſed in euãgelio tuo,qm̃ ipſę aq̃ iſta
eiecerunt,quarũ amarus languor fuit cã,vt
in tuo verbo iſta ꝓcederẽt. Et pulchra ſunt
K oĩa faciẽte te, & ecce tu inenarrabiliter pul
chrior qui feciſti omnia:à quo ſi non eſſet
lapſus Adam,non diffunderetur ex vtero ei
ſalſugo maris,genus humanũ profunde cu
rioſum & procelloſe tumidũ, & inſtabili-
ter fluidũ:atque ita nõ opus eſſet,vt in aquis
multis corporaliter & ſenſibiliter operaren
tur diſpenſatotes tui myſtica facta & dicta.
Sic.n.nunc mihi occurrerẽt reptilia & vola
tilia,qb. imbuti initiati hoĩes corporalibus
ſacr̃is ſubditi,nõ vltra proficerẽt, niſi ſpiri-
taliter viueſceret aĩa gradu alio,& poſt ini
tii verbum in conſummationem reſpiceret.

Allegorica interpretatio auiũ & piſciũ & cæterorũ

AC per hoc in verbo tuo nõ maris pro-
funditas,ſed ab aquarum amatitudine
terra diſcreta eijcit, non reptilia animarum
viuarũ & volatilia, ſed animã viuam. Neq;
enim iam opus habet baptiſmo quo gẽtib.
opus eſt,ſicut opus habebat cum aquis tege
retur.Non.n.intratur aliter in regnum cęlo
rũ ex illo quo inſtituiſti, vt ſic intretur nec
magnalia q̃rit mirabiliũ quib.fiat fides. Ne-
que.n.niſi ſigna & prodigia viderit,nõ cre-
dit,cum iam diſtincta ſit terra fidelis ab aq̃s
maris infidelitate amaris,& linguę in ſigno:
ſunt non fidelib.ſed infidelib. Nec iſto igit̃
genere volatili, qđ verbo tuo produxerunt
aquæ, opus habet terra, quã fundaſti ſuper
aquas. Immitte in eã verbũ tuum per nun-
cios tuos. Opera. n. eorũ narramus, ſed tu
es q operaris in eis,vt operent̃ aĩam viuam.
Terra producit eam,qa terra cã eſt, vt hæc
agãt in ea:ſicut mare fuit cã vt agerent re-
ptilia animarũ viuarũ, & volatilia ſub fir-
mamento cęli, quib. iã terra non indiget:
q̃uis piſcẽ manducet leuatũ de profundo
in ea menſa,quã paraſti in conſpectu credẽ
tiũ.Ideo. n.de profundo leuatus eſt, vt alat
aridã,& auis marina progenies, ſed tñ ſup
terram multiplicatur.Primarũ. n. vocũ euã
gelizãntiũ infidelitas hominũ cã extitit,ſed
& fideles exhortant̃,& benedicuntur ab eis
multipliciter de die in diẽ.At uero aĩa uiua
de terra ſumpſit exordiũ,qa non prodeſt iã
niſi fidelibus continere ſe amore huius ſe-
culi,vt aĩa eorũ tibi uiuat,q̃ mortua erat in
delitiis uiuens,delitiis dñe mortiferis: nam
tu puri cordis vitales delitię.Operent̃ ergo
iã in terra miniſtri tui,nõ ſicut in aquis in-
fidelitatis annunciando & loquendo p mi-
racula & ſacramẽta & voces myſticas, vbi 1 Ti.
intẽta ſit ignorãtia mater admirationis in ti
more occultorũ ſignorũ. Talis.n.eſt introi-
tus ad fidẽ filiis Adã oblitis tui,dũ abſcõdũt Gen.
ſe à facie tua,& fiunt abyſſus: ſed operentur
ẽt ſicut in arida diſcreta à gurgitib. abyſſi,
& ſint forma fidelib. viuẽdo corã eis, & ex
citando ad imitationẽ. Si. n. non tm̃ ad au-
diendũ uerbum, ſed ẽt ad faciendũ audiũt:
Quærite dominum, & uiuet anima veſtra,
vt producat terra animam viuẽtem. Nolite
cõformari huic ſeculo, cõtinete uos ab eo.
Euitando uiuit anima,quæ appetendo mo-
rit̃.Continete uos ab immani feritate ſuper
biæ,ab inerti uoluptate luxuriæ,& à fallaci
nomine ſcientiæ, ut ſint beſtiæ manſuetæ,
& pecora edomita,& innoxii ſerpẽtes.Mo-
tus enim animæ ſunt iſti in allegoria,ſed fa-
ſtus elationis,& delectatio libidinis, & ve-
nenum curioſitatis motus ſunt animæ mori

turæ:

turę,qa nõ ita morit̃,vt oĩ motu careat,qm̃
discedẽdo à fonte uitæ, morit̃,atq; ita susci
pitur à prætereunte seculo,& conformatur
ei.Verbũ aũt tuũ Deus fons uitæ ęternæ est,
& nõ præterit,ideoq; in uerbo tuo cohibet̃
ille discessus,dũ dr̃ nobis: Nolite cõforma-
A ri huic seculo,vt producat terra in fonte vi
tæ animã viuentẽ,in verbo tuo ꝑ Euangeli-
stas tuos animã continẽtẽ, imitãdo imitato
res Xp̃i tui.Hoc est.n.ꝭm genus, qm̃ ęmula
4. tio uiri ab amico est.Estote,ĩquit,sicut ego,
qa & ego sicut vos.Ita erunt in aĩa uiua be-
3. stiæ bonæ in mãsuetudine actionis. Mãda-
sti.n.dicẽs:In mãsuetudine opera tua ꝑfice,
& ab oĩ homine diligeris. Et pecora bona,
1. neq; si manducauerint, abundantia, neq; si
nõ mãducauerint,egentia,& serpẽtes boni,
nõ perniciosi ad nocendũ,sed astuti ad ca-
uendũ,& tñ explorantes tẽporalem natu-
ram, quantum sufficit, vt per ea quæ facta
sunt,intellecta conspiciatur æternitas: Ser-
uiunt.n.rationi hęc animalia, cũ à progres-
su mortifero cohibita uiuunt & bona sunt.

Gen ECce.n.dñe Deus noster creator noster,
iri- cũ cohibitæ fuerint affectiões ab amo
re seculi,quib.moriebamur male uiuendo,
12. & cœperit esse aĩa uiuens bene viuendo,cõ
pletumq; fuerit uerbum tuũ, qđ per Apo-
12. stolũ tuũ dixisti:Nolite cõformari huic se-
culo,cõsequit̃ & illud qđ adiunxisti statim,
B & dixisti:Sed reformamini in nouitate mẽ-
tis vestræ: non iã ꝭm genus tanquã imitan-
tes ꝓcedentẽ proximũ,nec ex hoĩs melioris
15 authoritate viuẽtes.Neq;.n.dixisti: Fiat hõ
ꝭm genus,sed:Faciamus hominẽ ad imagi-
nẽ & similitudinẽ nostrã, ut nos probemus
12. q̃ sit uolũtas tua. Ad hoc.n. ille dispensãtor
4. tuus generans ꝑ euangeliũ filios,ne sꝑ par-
Thes. uulos haberet,quos lacte nutriret, & tãquã
nutrix foueret.Reformamini, inqt, in noui
12. tate mẽtis vestræ,ad probandũ q̃ sit volun-
tas Dei,qđ bonũ & beneplacitũ & ꝑfectũ.
Ideoq; nõ dicis:Fiat hõ, sed:Faciamus ho-
minẽ.Nec dicis, ꝭm genus, sed:ad imaginẽ
& similitudinẽ nostrã.Mente quippe reno-
uatus,& cõspiciens intellectu veritatẽ tuã
homine demõstratore nõ indiget,vt suũ ge
nus imitetur,sed demõstrãte te, probat ipse
q̃ sit voluntas tua, qđ bonũ & beneplacitũ
& perfectum,& facis eum iam capacem vi
dere trinitatẽ vnitatis, & vnitatẽ trinitatis.

Ideoq; pluraliter dicto: Faciamus hoĩem,
singulariter tñ infertur, Et fecit Deus homi
nẽ.& pluraliter dicto, Ad imaginẽ nostrã, C
singulatiter tñ infertur,Ad imaginẽ Dei. Ita
homo renouatur in agnitionem Dei se- Col.3.
cundum imaginem eius q creauit eum, & 2. Cor.2.
spiritalis effectus iudicat omnia,quę vtique
iudicanda sunt, ipse autẽ à nemine iudicat̃.

QVod aũt iudicat oĩa,hoc est,qđ habet Christianus de qbus iudicet.
potestatẽ pisciũ maris,& volatilium
cęli,& oĩum pecorũ & ferarũ,& oĩs terræ,
& omniũ repentium quæ repunt suꝑ ter-
rã.Hoc.n.agit per mentis intellectũ, ꝑ quẽ Cap. 23.
percipit quæ sunt spiritus Dei. Alioq hõ in 2. Cor. 2.
honore positus,non intellexit: comparatus Psal. 48.
est iumẽtis insensatis, & similis factus est il
lis.Ergo in ecclesia tua Deus noster,ꝭm gra
tiam tuã,quã dedisti ei,qm̃ tuum sumus fig Ephe.2.
mentũ creati in operibus bonis, non solum
qui spiritaliter præsunt,sed ẽt ij, qui spirita Gene. 1.
liter subdunt̃ eis qui præsunt.Masculũ.n. &
fęminam fecisti hominẽ, hoc mõ in gratia
tua spiritali, ubi ꝭm sexũ corporis non est
masculus & fęmina,qa neq;seruus,neq; Iu
dæus,neq; Græcus,neq; seruus, neq; liber. Gala. 3.
Spiritales ergo,siue qui pæsunt,siue qui ob
temperãt,spiritaliter iudicãt: nõ de cogni-
tionib.spiritalib.q̃ lucent in firmamẽto. Nõ D
enim oportet de tã sublimi authoritate iu- 1. Cor.2.
dicare,neq;de ipso libro tuo,ẽt si qd ibi nõ
lucet,qm̃ submittimus ei nostrũ intellectũ,
certumq; habemus,ẽt quod clausum est aspe
ctib.nostris,recte ueraciterq; dictũ esse. Sic Col.3.
enim hõ licet iã spiritalis & renouatus in a- Ioco.4.
gnitionẽ Dei,ꝭm imaginem eius qui crea- 1. Cor.2.
uit eũ,factor tamen legis debet esse, nõ iu-
dex.Neque de illa distinctione iudicat spi-
ritalium uidelicet atque carnaliũ hominũ,
qui tuis Deus noster oculis noti sunt, & nul
lis adhuc nobis apparuerunt operib. vt ex
fructib.eorũ cognoscamus eos: sed tu do- Matt. 7.
mine iam scis eos, & diuisisti & vocasti in
occulto,añquam fieret firmamentũ. Neque
de turbidis huius seculi populis tanquã spi
ritalis homo diiudicat.Quid enim ei de ijs
q̃ foris sunt iudicare,ignorãti qs inde vẽtu
rus sit in dulcedinem gratiæ tuæ, & quis in
perpetua pietatis amaritudine remãsurus?
Ideoq; homo quẽ fecisti ad imaginẽ tuam,
nõ accepit potestatem luminarium, cęli, ne
que ipsius occulti cęli,neq; diei & noctis,

quæ ante cęli constitutioné vocasti,neq; cō
E gregationis aquarū qđ est mare,sed accepit
potestaté pisciū maris, & volatilium cœli,
& omnium pecorum , &oīs terræ, & om-
nium reptilium,q̄ repunt sup terrā. Iudicat
1.Cor.2. enim,& approbat qđ recte, improbat auté
qđ perperā inuenerit,siue in ea solennitate
sacrorum,quib.initiatur,quos pueſtigat in
aquis multis mīa tua,siue in ea, qua ille pi-
scis exhibetur,quē leuatū de profundo ter-
ra pia comedit, siue in uerborū signis voci
busq; subiectis authoritati libri tui tanquā
sub firmamēto volitantib.interpretando,ex
ponendo,differendo, disputando , benedi-
cendo , atq; inuocando te ore erūpentibus
atq; sonantib.signis,vt rńdeat popul9, amē.
Quibus oīb.vocibus corporaliter enunciā-
dis,cā est abyssus seculi,& cęcitas carnis , q̄
cogitata nō pn̄t videri,vt opus sit instrepe-
re in aub.Ita q̄uis multiplicent volatilia su
per terrā, ex aquis tn̄ originē ducūt.Iudicat
ēt spiritalis approbādo qđ rectū,improban
do autē quod pperā inuenerit in operibus
moribusq; fidelium , & eleemosynis tāquā
terra fructifera, & de aīa viua mansuefactis
F affectionib.in castitate,in ieiunijs,in cogita
tionib.piis , de ijs, quæ p sensum corporis
percipiuntur.De his.n.iudicare nunc dicit,
in quibus & potestatem corrigendi habet.

Quare Deus benedixerit hoī,piscibus,& uolatilib.& non aliis creaturis. Cap. 24.

SEc qd est hoc,& quale mysteriū est? Ec-
ce benedicis hoīes ò dn̄e,vt crescant,&
multiplicentur , & impleant terrā. Nihilne
nobis ex hoc innuis, vt intelligamus aliqd?
Cur nō ita benedixeris lucē quam uocasti
diē,nec firmamentū cœli , nec luminaria ,
nec sidera,nec terrā, nec mare? Dicerem te
Deus noster,q nos ad imaginē tuā creasti ,
dicerē, te hoc donū bn̄dictionis homini p-
prie uoluisse largiri,nisi hoc mō bn̄dixisses
pisces, & cetos,ut crescāt,& multiplicaren
tur,ut iplerēt aquas maris,& uolatilia mul
tiplicarent super terrā.Itē dicerē ad ea rerū
genera ptinere bn̄dictionē hāc,q̄ gignendo
ex semetipsis propagantur , si eā reperirē in
arbustis,& frutetis & in pecorib.terræ.Nūc
aūt nec herbis,& lignis dictū ē,nec bestiis ,
& serpentib.crescite,& multiplicamini, cū
hæc quoque oīa,sicut pisces & aues, & ho-
mines gignēdo augeant,genusq; custodiāt.
Quid igit dicā lumen meū veritas,qa vacat
hoc,quia inaniter ita dictum est? Nequaquā
pater pietatis,absit vt hoc dicat seruus verbi
tui.Et si ego nō intelligo qd hoc eloquio si-
gnifices,vtant eo melius meliores,id est, in
telligētiores q̄ ego sum,vnicuiq; quātū sape
re dedisti. Deus meus Placeat aūt & confes-
sio mea corā oculis tuis qua tibi confiteor
credere me dn̄e nō incassum te ita locutum
esse,neq; silebo qđ mihi lectionis huius oc
casio suggerit.Verū est.n. nec video qd im-
pediat, ita me sentire dicta figurata librorū
tuorū.Noui. n. multipliciter significari per
corpus,qđ vno mō mente intelligit,& mul
tipliciter mente intelligi,qđ vno mō p cor
pus significatur . Ecce simplex dilectio Dei
& proximi, quàm multiplicibus sacramen
tis & innumerabilib.linguis,& in vnaquaq;
lingua innumerabilibus locutionum modis
corporaliter enunciat,ita crescūt & multi-
plicantur fętus aquarū. Attende iterū quis-
qs hæc legis.Ecce quod uno modo scriptu
ra offert,& uox personat.In principio fecit
Deus cęlum,& terram,nonne multipliciter
intelligitur,nō errorū fallacia, sed verarum
intelligētiarū generibus:ita crescūt & mul-
H tiplicātur fœtus hominum. Itaq; si naturas
ipsas rerū nō allegorice,sed proprie cogite
mus, ad omnia,quæ de seminib. gignūtur ,
cōuenit verbū, Crescite & multiplicamini.
Si aūt figurate posita ista tractemus , quod
potius arbitror intēdisse scripturā,quæ vti-
que nō superuacue solis aquatilium, & ho-
minū fœtib. istā benedictionem attribuit,
inuenimus quidē multitudines, & in creatu
ris spiritalibus atque corporalibus, tanquā
in cęlo & in terra,& in animis iustis, & ini-
quis tanquā in luce,& tenebris,& in sanctis
authoribus,per quos lex ministrata est, tan-
quam in firmamento quod solidatum est in
ter aquam & aquā,& in societate amarican
tium populorū,tāquā in mari , & in studio
animarū piarū tanquam in arida,& in ope-
rib. misericordiæ ſm præsentē vitam , tan-
quam in herbis seminalibus, & lignis fructi
feris,& in spiritalibus donis manifestatis ad
vtilitatem, sicut in luminaribus cœli , & in
affectibus formatis ad tēperantiā tanquam
in anima uiua. In his omnibus nāciscimur
multitudines,& vbertates,& icremēta. Sed
quod ita crescat , & multiplicet vt vna res
multis modis enuncietur, & vna enunciata
I multis modis intelligat,nō inuenimus , nisi

in signis corporaliter æditis, & rebus intel-
ligibiliter excogitatis. Signa corporaliter ę-
dita, gñationes aquarũ pp necessarias cãs
carnalis pfunditatis: res ãt intelligibiliter ex
cogitatas gñationes humanas, pp rõnes fę-
cunditatẽ intelligim⁹. Et iõ credimus vtriq;
horũ gñi dictũ eẽ abs te, Crescite & multi-
plicamini. In hac. n. bñdictione ꝯcessam no
bis à te ptãtẽ & facultatem accipio, & mul-
tis modis enunciare quod vno mõ intelle-
ctũ tenuerimus, & multis modis ĩtelligere,
qđ obscure vno mõ enunciatũ legerimus.
Sic implentur aquæ maris, q̃ non mouenť,
nisi à varijs significationibus: sic & fœtibus
humanis impleť & terra, cuius ariditas ap-
paret in studio, & dominatur ei ratio.

VOlo ẽt dicere dñe Deus meus, ꝙ me
ctus ꝯñs tua scriptura cõmonet, & dicam
al- nec verebor. Verũ. n. dicã te mihi inspiran-
icè te, qđ ex eis verbis voluisti, vt dicerẽ. Neq;
offi- n. alio pter te inspirante credo me verũ di-
cia- .25. cere, cũ tu sis veritas: oĩs aut hõ mendax. Et
K iõ qui loquitur mendaciũ, de suo loquitur.
115. Ergo vt verum loquar: Ecce dedisti nobis
in escam oẽ fœnum satiuum, seminans se-
.8. men, quod est sup oẽm terram, & oẽ lignũ,
qđ habet in se fructũ seminis satiui. Nec no
bis solis, sed & oĩb. auib. cœli & bestijs terrę
atq; serpentib. piscib. aũt & cetis magnis nõ
dedisti hæc. Dicebamus. n. eis fructib. terræ
significari, & in allegoria figurari opera mi
sericordiæ, q̃ huius vitæ necessitatib. exhibẽ
.1. tur ex terra fructifera. Talis terra erat pius
.11. Onesiphorus, cuius domui dedisti mĩam,
qui * frequenter Paulũ tuum refrigerauit,
1. & catenam eius non erubuit. Hoc fecerunt
& fratres, & tali fruge fructificauerunt, qui
quod ei deerat, suppleuerũt ex Macedonia.
4. Qũo autẽ dolet quędam ligna, quę fructum
ei debitum non dederunt, vbi ait: In prima
mea defensione nemo mihi affuit, sed oẽs
me dereliquerunt, non illis imputetur? Ista
enim debentur eis qui ministrant doctrinã
rationalem per intelligentias diuinorũ mi-
steriorum, & ita eis debẽtur tanquã homi-
nibus. Debentur autẽ eis sicut animæ viuæ
præbentibus se ad imitandum in omni con
L tinentia. Item debentur eis tanquam vola-
4.18. tilibus pp benedictiones eorum, quæ mul-
tiplicantur super omnem terram, quoniam
in omnem terram exiuit sonus eorum.

PAscunť aũt his escis qui lætanť eis, nec il
li lætanť eis, quorũ Deus venter est. Ne- *Voluptas*
que. n. & in illis qui pbent ista ea q̃ dant fru- *& vtili-*
ctus est, sed quo aĩo dant. Itaq; ille qui Deo *tas ex be-*
seruiebat, non suo vẽtri, video planè vnde *neficio in*
gaudeat, video & ꝯgratulor ei valde. Acce- *proximũ*
perat. n. à Philippẽsib. q̃ p Epaphroditũ mi- *collato.*
serant, sed tñ vñ gaudeat video. Vñ ãt gau- *Cap. 26.*
det, inde pascit, qa in veritate loquẽs, Gaui
sus sum, inqt, magnifice in dño, quia tandẽ *Phil. 4.*
aliqñ repullulastis sapere p me, in quo & sa
piebatis, tædiũ aũt habuistis. Isti aũt diutur- *Ergo.*
no tædio marcuerant, & quasi exaruerãt ab
isto fructu boni operis: & gaudet eis, qa re-
pullularũt, non sibi, qa eius indigentiæ sub-
uenerunt. Iõ secutus ait: Non qđ desit aliqd
dico, Ego. n. didici in quib. sum, sufficiens
esse, scio & minus hr̃e, scio & abundare, in
oĩb. & in oĩa imbutus sum, & satiari & esu
rire & abũdare & penuriã pati: oĩa possum
in eo qui me ꝯfortat. Ergo in oĩb. gaudes ò
Paule magne. Vñ gaudes, vñ pasceris ho-
mo renouate in agnitionem Dei s̃m ima- M
ginem eius q creauit te, & anima viua tan- *Col. 3.*
ta continentia, & lingua volatilis loquens
misteria? Talibus quippe animantibus esca
ista debetur. Quid est quod te pascit? Læti- *Phil. 4.*
tia. Quod sequiť audiamus. Verumtñ, inqt,
bñ fecistis, cõicãtes tribulationi meę. Hinc
gaudet, hinc pascitur, quia illi bene fecerũt,
nõ quia eius angustia relaxata est, qui dicit *Psal. 4.*
tibi. In tribulatione dilatasti mihi: quia &
abundare & pęnuriã pati nouit in te qui cõ
fortas eum. Scitis. n. inquit. & vos Philippẽ-
ses, qm̃ in principio Euangelij, cum ex Ma-
cedonia sum profectus, nulla mihi ecclesia
cõicauit in rõne dati, & accepti nisi vos so-
li: quia & Thessalonicam & semel iterum
vsibus meis misistis. Ad hæc bona opera
eos redijsse nunc gaudet, & repullulasse læ-
tatur tanquam reuirescente fertilitate agri.
Nunquid propter vsus suos, quia dixit,
vsibus meis misistis? Nunquid propterea
gaudet? Non propterea. Et hoc vnde sci-
mus? Qm̃ ipse sequitur dicens? Non quia
q̃ro datũ, sed requiro fructum abundantẽ.
Didici à te Deus meus inter datum & fru-
ctum discernere. Datum est res ipsa, quam A
dat qui impertitur hæc necessaria, veluti
est nummus, cibus, potus, vestimentũ, te-
ctum, adiutoriũ. Fructus aũt bona & recta

voluntas datoris est. Non. n. magister bonus: Qui susceperit ꝓphetam, tm̃: sed addidit, in noīe prophetæ. Neq; ait tm̃: Qui susceperit iustũ: sed addidit, in noīe iusti. Ita
Mat. 10. quippe ille mercedẽ prophetæ, iste mercedẽ iusti accipiet. Nec solũ ait: Qui calicẽ aq̃ frigidę potũ dederit vni ex minimis meis: sed addidit, tm̃ in noīe discipuli. Et sic adiũxit: Amen dico vobis, non perdet mercedẽ suã. Datum est suscipere prophetã, suscipere iustũ, porrigere calicẽ aquæ frigidæ discipulo: fructus aũt, in noīe prophetæ, in nomine iusti, in noīe discipuli hoc facere. Fructu pascitur Helias à vidua sciente qđ hominem Dei pasceret, & propter hoc pasce-
3. Re. 17. ret. Per coruum autẽ dato pascebatur. Nec interior Helias, sed exterior pascebatur, qui posset etiam talis cibi egestate corrumpi.

B Quid per pisces, & cetos significetur. Cap. 27.

IDeoq; dicã qđ verũ est corã te dñe, cũ hoīes idiotæ atq; infideles, q̃b. initiandis atq; lucrãdis necessaria sunt sacra initiorũ, & magnalia miraculorũ, q̃ noīe pisciũ & cetorũ significari credidimus, suscipiunt corporaliter reficiendos, aut in aliquo pñtis vitę vsu adiuuandos pueros tuos, cũ id quare faciendũ sit, & quò ꝑtineat ignorẽt: nec illi istos pascũt, nec isti ab illis pascunt: q̃a nec illi hæc sancta, & recta volũtate operantur, nec isti eorũ datis vbi fructũ non vident, lætantur. Inde quippe aīus pascit, vnde lętat. Et iõ pisces & ceti nõ vescunt escis, quas nõ germinat terra, nisi iã ab amaritudine marinorum fluctuum distincta atque discreta.

Valde bona, quare postremo additum. Cap. 28.

ET vidisti Deus oīa q̃ fecisti, & ecce bona valde, q̃a & nos vidimus ea, & ecce oīa bona valde. In singulis gñib. operũ tuorũ, cũ dixisses vt fieret & facta eẽnt, illud atque illud vidisti q̃a bonũ est. Septies numeraui scriptũ eẽ, te vidisse, quia bonũ est qđ fecisti, & hoc octauũ est, quia vidisti oīa q̃ fecisti, & ecce non solum bona, sed ẽt val-
C de bona tanquam simul oīa. Nam singula tm̃ bona erant, simul autẽ omnia, & bona, & valde. Hoc mõ dicũtur ẽt quæq; pulchra corpora, quia lõge multo pulchrius est corpus, qđ ex mẽbris pulchris oībus constat, q̃ ipsa membra singula, quorum ordinatissimo conuentu completur vniuersum, quãuis & illa etiam singulatim pulchra sint.

ET attendi vt inuenirem, vtrũ septies vel octies videris, quia bona sunt opera tua cũ tibi placuerunt: & in tua visione nõ inueni tp̃a ꝑ q̃ intelligerem, quod toties videris quæ fecisti: & dixi, O dñe nonne ista scriptura tua vera est, qm̃ tu verax & veritas edidisti eã? Cur ergo tu mihi dicis nõ esse in tua visione tp̃a, & ecce scriptura tua mihi dicit per singulos dies ea q̃ fecisti te vidisse, quia bona sunt? Et cum ea numerarẽ, inueni quoties. Ad hęc tu dicis mihi, qm̃ tu es Deus meus, & dicis voce forti in aurẽ interiorem seruo tuo perrumpens meã surditatẽ, & clamãs, O homo nẽpe qđ scriptura mea dicit, ego dico. Et tñ illa tp̃aliter dicit, verbo aũt meo æterno tp̃s non accidit, quia æquali mecum æternitate consistit. Sic ea q̃ vos per spiritum meum videtis, ego video, sicut ea quę per spiritum meum dicitis, ego dico. Atque ita cum vos temporaliter ea videtis, non ego temporaliter video: quemadmodum cum vos temporaliter ea dicatis, non ego temporaliter ea dico.

ET audiui domine Deus meus, & elinxi stillã dulcedinis ex tua veritate, & intellexi quoniam sunt quidam quibus displicẽt opera tua bona, & multa eorum dicunt te fecisse necessitate compulsum, sicut fabricas cęlorum & compositiones syderum, & hæc non de tuo, sed iam fuisse alibi creata, & aliunde, quæ tu ꝯheres, & compaginares atque contexeres, cum de hostibus victis mundana mœnia molireris, vt ea constructione deuicti, aduersus te iterum rebellare non possent. Alia vero nec fecisse te, nec omnino compegisse, sicut omnes carnes, & minutissima quęq; animantia, & quicquid radicibus terram tenet: sed hostilem mentẽ naturamq; aliam, nec abs te conditam, tibique contrariam, in inferioribus mundi locis ista gignere, atque formare. Insani dicũt hæc, quoniam non per spiritum tuũ vident opera tua, nec te cognoscunt in eis.

QVi autẽ per spiritum tuum vident ea, tu vides in eis. Ergo cum vident quia bona sunt, tu vides quia bona sunt: & quæcunque propter te placent, tu in eis complaces: & quæ per spiritum tuum placent nobis, tibi placent in nobis. Quis enim scit hominum quę sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est? sic & q̃ Dei sunt nemo scit nisi spiritus Dei. Nos autem inquit non spiritum huius mundi accepimus,

sed

ſed ſpiritũ qui ex Deo eſt, ut ſciamus, quæ à Deo donata ſunt nobis. Et admoneor vt dicã. Certe nemo ſcit, q̃ Dei ſunt, niſi ſpiritus Dei, qũo ergo ſcimus et nos, q̃ à Deo donata ſunt nobis? Rñdetur mihi, qm̃, q̃ ꝑ eius ſpiritũ ſcimus, ẽt ſic nemo ſcit niſi ſpiritus Dei. Sicut.n. recte dictũ eſt: Non.n. uos
10. eſtis qui loquimini, eis q̃ in ſpiritu Dei loquerent̃, ſic recte dr̃: Nõ vos eſtis q̃ ſcitis, eis q̃ in Dei ſpiritu ſciũt. Nihilominus igit̃ recte dr̃: Nõ uos eſtis qui uidetis, eis qui in ſpiritu Dei uident. Itaq; quicquid in ſpiritu Dei uidẽt, quia bonũ eſt, non ipſi ſed Deus uidet, q̃a bonũ eſt. Aliud ergo eſt, ut putet
F quiſq; malũ eſſe qđ bonũ eſt, quales ſupradicti ſunt: aliud, ut qđ bonũ eſt, uideat hõ, q̃a bonũ eſt. Sicut multis tua creatura placet q̃a bona eſt, quib. tñ non tu places in ea, vñ frui magis ipſa, q̃ te uolunt. Aliud autẽ, ut cũ aliquid uidet hõ, quia bonũ eſt, Deus in illo uideat quia bonũ eſt, ut. ſ. ille ametur in eo quod fecit, q̃ non amaret̃ niſi ꝑ ſpiri
Rom. 5. tũ ſanctum quẽ dedit. Qm̃ charitas Dei diffuſa eſt cordib. noſtris ꝑ ſpiritũ ſanctũ qui datus eſt nobis, ꝑ quẽ uidemus q̃a bonum eſt, quicqud aliquo mõ eſt. Ab illo.n. eſt, q̃ non aliquo modo eſt, ſed quod eſt, eſt.

GRatias tibi domine, Videmus cœlũ et terrã, ſiue corporalẽ partẽ ſuperiorẽ atq; inferiorẽ, ſiue ſpiritualẽ corporalẽque creaturam, atq; in ornatu harũ partiũ, quibus conſtat vel uniuerſa mundi moles, uel
23. uniuerſa omnino creatura, uidemus lucẽ factã diuiſamq; à tenebris: uidemus firmamẽtũ cęli ſiue ĩter ſpiritales aquas ſuperiores, et corporales inferiores, primariũ corpus mundi ſuꝑ hoc ſpatiũ aeris, et q̃a hoc uocatur cęlũ, per qđ uagant̃ uolatilia cęli inter aquas, q̃ uaporaliter ei ſuperferunt̃, et ſerenis ẽt noctib. rorãt, et has q̃ in terris graues
G fluitant. Videmus congregatarum aquarum ſpeciem ꝑ cãpos maris, et aridã terram uel nudatã uel formatã, ut eſſet uiſibilis et ꝯpoſita, herbarũq; atq; arborũ materiem. Videmus luminaria fulgere deſuꝑ, ſolẽ ſufficere diei, lunã et ſtellas conſolari noctẽ, atq; his omnibus notari et ſignificari tẽpora. Videmus humidam vſquequaque naturam piſcibus et beluis et alitibus fœcundam, quod aeris corpulẽtia, quę uolatus auium portat, aquarum exhalatione concreſcit. Videmus terrenis aĩalibus faciem terræ decorari: Hominẽq; ad imaginẽ, et ſimilitudinẽ tuã cunctis irrationalib. animantib. ipſa tua imagine ac ſimilitudine, hoc eſt, rõnis et intelligẽtiæ uirtute præponi. Et quẽadmodũ in eius aĩa aliud eſt quod conſulendo dominatur, aliud qđ ſubditur, ut obtẽperet: ſic uiro factam eſſe ẽt corporaliter fęminã, q̃ haberet quidẽ in mente rõnalis intelligentiæ parem naturam, ſexu tñ corporis, ita maſculino ſexui ſubiiceret̃, quemadmodũ ſubiicitur appetitus actionis ad concipiendã de ratione mentis recte agendi ſolertiã. Videmus hæc, et ſingula bona, et omnia bona ualde.

H LAudẽt te opera tua ut amem⁹ te, et amemus te ut laudent te opera tua, q̃ habẽt initiũ et finẽ ex tꝑe, ortũ et occaſum, profectũ et defectũ, ſpeciẽ, et priuationẽ. Habent ergo cõſequentia mane et ueſperã, partim latenter, partim euidenter. De nihilo.n. à te, nõ de te facta ſunt, nõ de re aliqua nõ tua, uel q̃ antea fuerit, ſed de concreata id eſt ſimul à te creata materia, q̃a eius informitatẽ ſine ulla tꝑis ĩterpoſitione formaſti. Nã cũ aliud ſit cœli et terræ materies, aliud cęli et terrę ſpecies, materiẽ q̃dem de omnino nihilo, mundi aũt ſpeciẽ de informi materia, ſimul tamen vtrumque feciſti, ut materiam forma nulla morę intercapedine ſequeret̃.

Vt omnis creatura laudet creatorẽ. Cap. 33.

INſpeximus etiam ꝑꝑ quorum figurationem iſta uel tali ordine fieri, uel tali ordine ſcribi uoluiſti, et uidimus, quia bona ſũt ſingula, et omnia bona ualde, in uerbo tuo, in unico tuo cœlum et terrã, caput et corpus eccleſiæ in p̃deſtinatione añ oĩa tꝑa, ſine mane et ueſpera. Vbi aũt cœpiſti p̃deſtinata tẽporaliter exeq̃, ut occulta manifeſtares, et incõpoſita nr̃a cõponeres, quoniã ſuper nos erant peccata noſtra, et in ꝓfundũ tenebroſum abieramus abs te, et ſpiritus tu⁹ bonus ſuperferebat̃ ad ſubueniendũ nobis et tꝑe oportuno, et iuſtificaſti impios, et diſtinxiſti eos ab iniquis, ut ſolidaſti authoritatẽ libri tui inter ſuperiores, q̃ tibi docibiles eſſent et inferiores q̃ eis ſubderent̃, et cõgregaſti ſocietatẽ infideliũ in vnam conſpirationẽ, ut apparerẽt ſtudia fidelium, ut tibi opera miſericordiæ parerent, diſtribuẽtes etiam pauperibus terrenas facultates ad acquirẽda cęleſtia, et inde accendiſti quędã luminaria in firmamento, uerbum uitæ ha-

De ordine & uario fructu Christianæ uitæ. Cap. 34.

I

bentes sanctos tuos, & spiritualib. donis ꝑlata sublimi authoritate fulgẽtes: & inde ad imbuẽdas infideles gẽtes, sacra & & miracula uisibilia, uocesq́ uerborũ ẽm firmamẽtũ libri tui, quib. et fideles benedicerentur, ex materia corporali produxisti: & deinde fideliũ animã uiuã per effectus ordinatos cõtinentiæ uigore formasti, atque inde tibi soli mentẽ subditam, & nullius authoritatis
K humanæ ad imitãdum indigentem, renouasti ad imaginẽ & similitudinẽ tuã, ꝓstãtiq; intellectui rõnabilem actionẽ tanquam uiro fœminã subdisti, oĩbusq; tuis ministeriis ad perficiendos fideles in hac uita necessariis, ab eisdẽ fidelib. ad vsus tꝑales, fructuosa in futurũ opera ꝑberi uoluisti. Hæc omnia uidemus, & bona sunt ualde, qm̃ tu ea uides in nobis qui spiritum, quo ea uideremus, & in eis te amaremus, dedisti nobis.

Optat pacem. Cap. 35.

DOmine Deus pacẽ da nobis, oĩa. n. ꝑstitisti nobis, pacẽ quietis, pacem sabbati, pacẽ sine vespera. Omnis quippe iste ordo pulcherrimus rerum ualde bonarum modis suis peractis transiturus est, & mane quippe in eis factum est & uespera.

Deim septimũ vesperaqua re non sequatur. Cap. 36.

DIes autẽ septimus sine uespera est, nec habet occasum, quia sanctificasti eũ ad ꝑmansionẽ sempiternã, ut id qđ tu post opera tua bona ualde, q̃uis q̃etus feceris, requieuisti septimo die, hoc præloquat̃ nobis uox libri tui, qđ & nos post opera nostra, iõ bona valde, quia tu nobis ea donasti, sabbato uitæ æternæ req̃escamus in te etiam.

Deus in nobis qoãdo quiescet. Cap. 37.

L TVnc. n. sic requiesces in nobis, quẽadmodũ nunc operaris in nobis, & ita erit illa requies tua ꝑ nos quẽadmodũ sunt ista opera tua per nos. Tu aũt dñe semꝑ operaris, & semꝑ requiescis, nec uides ad tp̃s, nec operaris, & ad tp̃s, nec moueris ad tp̃s, nec q̃escis ad tp̃s, & tñ facis & uisiones tꝑales, & ipsa tempora, & quietẽ ex tempore.

Aliter Deus aliter hõ uidet creata. Cap. 38.

NOs itaq; ista, quæ fecisti uidemus, quia sunt: tu autẽ quia uides ea sunt. Et nos foris uidemus, quia sunt, & intus quia bona sunt, tu autem ubi uidisti facta, ibi uidisti facienda. Et nos alio tempore moti sumus ad benefaciendum posteaquam concepit de spiritu tuo cor nostrum. Priore autẽ tempore ad malefaciẽdum mouebamur deserentes te: tu uero Deus une bone nunquam cessasti benefacere. Et sunt quædam bona opera nostra ex munere quidem tuo, sed non sempiterna. Post illa nos requieturos in tua grandi sanctificatione speramus. Tu autẽ bono nullo indigens, bono sp̃ q̃etus es, qm̃ tua quies tuipse es. Et hoc intelligere quis hominũ dabit homini? quis angelus angelo? quis angelus homini? A te petatur, in te quæratur ad te pulsetur: sic accipietur, sic inuenietur sic aperietur. Amen.

Confessionum Libri Tertijdecimi Finis.

D. AVRELII AVGVSTINI DE GRAMMATICA Liber.



OMnia nomina tredecim literis terminantur, quinq; vocalib. a, e, i, o, u. sexsemiuocalibus, l, m, n, r, s, x, & duab. mutis: c, t. A masculino: ut Seneca, Catilina, Sylla, uua, Cinna, Pansa: Græca, Sofia, Pareta, A phra, Iugurtha, Micipsa. A fœminino, fœmina, musa, regula, norma, forma, & talia. A neutro Gręca sunttm̃, thema, schema, & vnũ nomen latinum fluminis Turia, dicente Salustio, Flumen Turia. A cõi, aduena, conuena, indigena, Troiugena, & talia. Ab epicęno, uipera, aquila, musca, locusta, ulula, & talia. Diximus de a. litera, nũc de e. Ab e. litera uocali nullum Latinũ, nisi iuncta præpositione, masculinum inuenitur, ut proconsule, proprætore. Ergo iuncta prępositione fiunt latina, ut dixi proprætore proquæstore. Nam ueteres nominatiuo casu proconsul dicebant, attẽdentes nullum nomen Latinũ exire in e. litera nominatiuo casu generis masculini. A fœminino nullũ Latinũ, sed Gręca solũ: ut Andromache, Niobe, Libye, Hecate, Euterpe, quorum genitiuus in es exit, ut Andromaches, Niobes, Libyes, Hecates, Euterpes. Sed hæc cũ Græcis tractamus. A neutro e litera in numinatiuo, monile, sedile, cubile, & cętera q̃ paulopost in regula generis neutri per omnia nomina ponemus. A cõi nullum nomen est, similiter nullum ab epicęno. Nũc de i. litera tractemus in nominatiuo, q̃ gña contineat. A masculino nullũ nomẽ in i. A fœmini-

fœminino nullum. A neutro gummi. & est ἄπτωτον. A cõi nullũ. Ab oĩ gñe, vt frugi, nihili. Declinaẽ sic, hic vir frugi, fœmina frugi, mancipiũ frugi. Gtõ sĩr frugi faciet, hui⁹ viri frugi, huius fœminæ frugi, huius mãcipij frugi: sic p oẽs casus frugi dicimus. Sic declinaẽ nihili: hic nihili vir, hęc nihili mulier, hoc nihili mãcipiũ. Hoc sono noĩatiui oẽs casus declinanẽ: sic pluraliter, viri nihili, fœminæ nihili, mãcipia nihili. Ab epicœno nullũ similiter exit in i. Ab o. lr̃a vocali noĩatiuus terminatus masculino appellatiuo, vt ligo ligonis. A ꝓprio noĩe: vt Cato, Cicero, Maro, Nero, Tubero, & cætera talia. A fœminino appellatiuo: vt vertigo, ídago, farrago, siligo. In Iuuenali legiẽ ita: Sed ꝗ mutatis induciẽ atq; foueẽ. Tot medicamenib. cocteq; siliginis offas Accipit, & madidæ facies dicet an vlcus. Sartago, virago, lanugo, aurugo, ærugo, crepido. In Iuuenali: Nulla crepido vacat, nusꝗ pós & tegetis ps: & talia. A fœminino ꝓprio, Carthago. Peregrina vero, vt Dido, Iuno, Io, Alecto, Celeno, Clio, Mãto, quorũ genitiuus ĩ us exit, Didus, Iunus, Ius, Alectus, Celenus, Clius, Mãtus: sed hoc cũ Græcis tractemus. A neutro nullus noĩatiuus in o. exit. A cõi: fullo, latro, cæupo, &c. Ab epicœno: strutio, hirũdo, hirudo, gurgulio, bufo, & talia. Ab u. vocali solũ neutrũ, qđ in singulari indeclinabile est, in plurali declinaẽ: vt cornu, veru, gelu, tonitru. Hoc sono enunciaẽ oẽs casus in singulari, vt diximus. In plurali declinãtur: cornua, verua, genua. Gtõ horũ cornuũ, veruum, genuũ. Et cætera declinabis ad regulã versuũ fluctuũ. Diximus de vocalib. qnq;, qb. terminaẽ noĩatiuus, nunc de semiuocalibus dicamus: L. lr̃a noĩatiuus exiens in masculinis appellatiuis, hic sal, in ꝓprijs sol. In fœmininis vnũ nomẽ matronæ tm̃, Tanaql. In neutris, vt mel, fel. In cõib. vigil, pugil. Vñ & Terentius de virgine, Pugilẽ eẽ aiũt. In epicœnis nullũ nomen est. M. noĩatiuus exiẽs, in masculinis nullũ Latinũ est. In fœmininis: Glyceriũ, Phaniũ, Dorciũ, Philocomasiũ. In neutris aũt: tẽplũ, telũ, tectũ & alia quorũ plurales faciles sunt. In cõib. nullũ exit in m. Sic & in epicœnis. Nũc tractemus de semiuocali n. N. lr̃a terminatus noĩatiuus à masculinis, flamẽ, pectẽ, lien, qđ est splen. A fœmininis Siren, pluralis Sirenes.

B

sa.6.

sa.5.

C

A neutris carmẽ, germẽ, gramẽ, & cætera talia, ꝗ post regulas gñis neutri tractabimus. A cõib. noĩatiuus exiẽs in n. tubicẽ, tibicẽ, fidicẽ, lyricẽ, cornicẽ, ꝗ in lituis canit. Ab epicœnis oscen. i. ab his ꝗ tradũt auguriũ, attagẽ. Nunc de semiuocali r. R. lr̃æ terminatus noĩatiu⁹ à masculinis, vt Cæsar, arar nar, victor, tutor, sopor, mæror, & alia ꝗ facilia sunt tã in appellatiuis ꝗ in ꝓpriis. A fœmininis, arbor, soror. A neutris, marmor, æquor & alia. A cõib. pauꝑ, acer, alacer, memor, author. Ab epicœnis passer, accipiter, anser. Nũc de s. lr̃a semiuocali tractemus. S lr̃a terminatus noĩatiuus à masculinis iust⁹, doctus, pi⁹. A fœmininis dos, sors, mors, & neutris vulnus, pectus, pecus & cætera, quæ mox regula retractabiẽ. A cõib. sacerdos, impos, ꝯpos, similis, nobilis, agilis. Ab oĩ gñe, vt nugas, & cætera. De his mox vberius tractabimus. Ab epicęnis tigris, mus, lepus, & cætera. Nunc de semiuocali lr̃a x. Noĩatiuus in x, lr̃a à masculinis, vertex, cortex, pumex, à ꝓpriis. Pollux. A fęmininis nex, prex, fex, pax, fax & alia. A neutris nullũ nomẽ nisi oĩ gñi iungaẽ: vt felix. Remanẽt duæ mutæ, c, t, lr̃æ. Noĩatiuus exiens c. lr̃a tenet masculinũ: vt alec. tenet neutrũ: vt lac. T lr̃a exiẽs noĩatiuus tenet genus neutrũ: vt caput, sinciput, semicaput. Noĩa generis neutri in um syllabam exeũtia, vt templũ declinantur. Ntõ singulari hoc tẽplũ. Gtõ huius tẽpli. Dtõ huic tẽplo. Actõ hoc tẽplũ. Vctõ ò tẽplũ. Abltõ ab hoc tẽplo. Et pluraliter. Ntõ hæc tẽpla. Gtõ horũ tẽplorũ. Dtõ his tẽplis. Actõ hęc tẽpla. Vctõ ò templa. Abltõ ab his tẽplis. Simili declinatione hæc oĩa ꝓcurrunt, telũ, tectũ, scamnũ, bellũ, monstrũ, portẽtũ, oppidum carpetum, venenum, donum, bonum, malum, magnũ, pessimũ, prauũ, frumentũ, medicamentum, membrum, forum, metrum, porrũ, tignũ, plaustrum, claustrũ, instrumentũ, oliuetum, vinetum, palmetũ, ꝗrcetum, esculetum, lauretum, argm̃, sacrum, testm̃, iugerum, vinum: sed nunc tm̃, in singulari, vina. n. poetæ dixerunt, & cicera. Sic oleum, hordeũ, triticũ, ferrum, viscum, aurũ, argentum, plumbũ, stannũ, vitrum, electrũ, & talia, quæ ad pódus veniunt vel mẽsurã, ex ista sunt forma. Gñis neutri, ꝗ in iũ exeunt, sed hæc in gtõ ꝑ duo ij scribunẽ, vt hoc ingeniũ, huius ingenij: sic imperiũ imperij,

D

Oscen. vide Pli. lib. 10.

In r.

In s.

In x.

Alec varij generis inueni tur apud authores.

Determinatione, & declinatione nominum neutri generis.

E

perij,scriniũ scrinij,capitoliũ capitolij, ten
torium tentorij,armariũ armarij,solariũ so
larij,tectorium tectorij, armamentariũ ar-
mamentarij, spatiũ spatij, sacrariũ sacrarij,
F Sic horariũ horarij,salariũ salarij,viridariũ
viridarij,pomerium pomerij, sacrificiũ sa-
crificij, folium folij, solium solij, testimo-
moniũ testimonij.Sic rosariũ rosarij,auiarũ
auiarij, auguriũ augurij, auspiciũ auspicij,
exitiũ exitij, exiliũ exilij, ꝓdigiũ prodigij,
auxilium auxilij, præsidium præsidij, atriũ
atrij,aucupiem aucupij, adiutorium adiuto
In us. rij,mancipium mancipij, dolium dolij. Est
alia forma gñis neutri, q̃ per us exit, vt hoc
pecus, numero singulari. Ntõ hoc pecus.
Gtõ huius pecoris. Dtõ huic pecori. Actõ
hoc pecus. Vctõ o pecus. Abltõ ab hoc pe-
core.Et pluraliter.Ntõ hæc pecora. Gtõ ho
rum pecorum. Dtõ his pecorib. Actõ hæc
pecora.Vctõ o pecora.Abltõ ab his pecori-
bus. Ad hanc formulã declinabimus vlcus
vlcera, facinus facinora, vellus vellera, vi-
scus viscera,rus rura,ius iura, nemus nemo
ra,tergus tergora, pectus pectora,genus ge
nera,pondus pondera,corpus corpora,de-
cus decora,funus funera, fęnus fœnora,ol⁹
olera,littus littora,opus opera,rudus rude-
G ra, thus thura, tp̃s tempora,fœdus fœdera,
stercus stercora, onus onera,latus latera.Est
In ur. alia species gñis neutri quæ cõtinet noĩa in
ur exeuntia,vt hoc murmur in noĩatiuo.Ge
nitiuo huius murmuris. Dtõ huic murmu-
ri.Actõ hoc murmur.Vctõ o murmur. Ab-
latiuo ab hoc murmure. Et pluraliter. Ntõ
hæc mumura. Gtõ horum murmurũ. Dtõ
his murmurib. Actõ hæc murmura. Vcto o
murmura.Abltõ ab his murmurib.Ad hanc
formulã similia declinabis, vt ebur ebora,
femur femora,sulphur sulphura, fulgur ful
gura. Sed ex hac formula non multa inue-
niuntur, qm̃ pauca sunt gñis neutri, q̃ in or
exeunt, vt marmor in ntõ. Gtõ huius mar-
In or. moris. Dtõ huic marmori. Actõ hoc mar-
mor.Vctõ o marmor.Ablatiuo ab hoc mar
more.Et pluraliter. Ntõ hæc marmora.Gtõ
horum marmorum. Datiuo his mormori-
bus.Accusatiuo hæc marmora. Vocatiuo o
marmora.Ablatiuo ab his marmoribus. Sic
æquor æquora, cor corda. Alia spẽs gene
In ar. ris neutri,quæ continet noĩa in ar syllabam
exeuntia,vt Far Nominatiuo. Genitiuo hu-
ius farris.Datiuo huic farri.Accusatiuo hoc
far. Vocatiuo o far. Abltõ ab hoc farre. In
plurali tres casus habet solũ. Noĩatiuo hæc
farra.Accusatiuo hæc farra. Vocatiuo o far
ra.Non habet ergo genitiuũ,datiuũ,& abla
tiuũ.Vnde τρίπτωτα dñr ĩ plurali, idest triũ
casuum, vt sunt iura:non dicimus horũ iu-
rium,his iuribus, nec ęrũ æribus,nec mello
rũ mellibus,ꝗ alia pauca. nec.n.multa sunt.
Sed nec horũ farrum in genitiuo possum⁹
dicere,aut in datiuo his farribus. Hac ergo
forma numero tm̃ singulari declinabis:hoc
nectar nectaris, laser laseris, & instar quod
est similitudo:sed habet tres casus tm̃, nomi
minatiuũ,accusatiuũ,& vocatiuũ, & est nu
meri tm̃ singularis. Alia spẽs gñis neutri, q̃ *In er.*
continet hæc oĩa in er exeuntia: sed numeri
tm̃ singularis. Ntõ hoc piper. Genitiuo hu-
ius piperis. Datiuo huic piperi.Accusatiuo
hoc piper. Vocatiuo o piper. Ablatiuo ab
hoc pipere.Ad hanc formam declinabis nu
mero tm̃ singulari, ver. Noĩatiuo hoc ver.
Genitiuo huius veris. Datiuo huic veri.Ac-
cusatiuo hoc ver.Vocatiuo o ver. Ablatiuo
ab hoc vere. Sic declinabis hoc siler, vt ait
Vergilius: Molle siler. Similiter declinabis I
iuger, sed habet pluralem, vt iuger iugera,
ſm antiquos,qui dixerunt, iugerum, Vber
vbera, tuber tubera. Et in hæc vt dixi pauco
rũ nomina sunt. Alia species ꝑ os, vt ipsum *In os.*
os ora.vñ osculũ, sed hoc ꝓducim⁹, aliud
corripimus. Ab eo quod sunt ossa declinan
tur singulariter. Nominatiuo hoc os.Geni-
tiuo huius ossis.Datiuo huic ossi.Accusati-
uo hoc os.Vocatiuo o os. Ablatiuo ab hoc
osse.Et pluraliter.Noĩatiuo hæc ossa.Geni-
tiuo horum ossium. Datiuo his ossibus.Ac
cusatiuo hæc ossa. Vocatiuo o ossa. Abltõ
ab his ossib. Alia species generis neutri, q̃ *In e.*
continet nomina in e exeuntia, vt monile.
Nominatiuo hoc monile. Geniuo huius
monilis. Datiuo huic monili. Accusatiuo
hoc monile. Vocatiuo o monile. Ablatiuo
ab hoc monili. Et pluraliter. Nominatiuo
hęc monilia. Gtõ horum moniliũ. Dtõ his
monilibus.Accusatiuo hæc monilia.Voca-
tiuo o monilia. Ablatiuo ab his monilibus.
Similiter declinabis sedile sedilia, p̃sepe p̃-
sepia,collare collaria,ducale ducalia,molle
mollia, graue grauia, vile vilia,mite mitia, K
suaue suauia,vitale vitalia,morale moralia,

Iene lenia,leue leuia, ancyle ancilia: de quo Verg. leuaq; ancyle gerebat. facile facilia, nobile nobilia,agile agilia,mare maria, sed pluraliter tres casus habet tm̃,noĩatiuũ, accusatiuum & vocatiuũ, genitiuũ datiuũ & ablatiuũ non hẽt:non.n.dicimus in gtõ horum marium,aut in datiuo his maribus, aut in ablatiuo ab his marib. Sic & alia declinabis huic formæ similia. Huic regulæ ablatiuus in i exit,non in e,quia genus neutrũ nũquam hẽt quatuor casus similes, vt faciat in ntõ hoc monile,& accusatiuo hoc monile: & vctõ o monile,& ĩ abltõ ab hoc monile: sed ab hoc monili. Inde Vergilius: In strato saxa cubili,ab hoc cubili.Sic & sacra mari colitur. Item hortatur pr̃ ire mari. Itẽ tenui de vimine.Itẽ Crudeli vulnere. Itẽ, Letali vulnere. Itẽ dulci ex ore coruscent. & cũ dicimus nobili gñe natus, non nobile. Sic ergo obseruabis in noĩe neutro qđ exit in nominatiuo singulari in e, vt ablatiuum in i, mittat regula perpetua. Alia species generis neutri q̃ continet nomina in al exeuntia,vt animal.Nominatiuo hoc animal.Ge-
L nitiuo huius animalis. Dtõ huic animali. Actõ hoc animal. Vctõ o animal. Abltõ ab hoc animali. Et pluraliter. Ntõ hæc aĩalia. Gtõ horum animalium.Datiuo his animalibus. Accusatiuo hæc animalia. Vocatiuo o animalia. Abltõ ab his animalib. Ad hãc formã declinabis tribunal tribunalia, lupercal lupercalia,q̃ sunt sacra illius genij, qui Pan vocat̃. Vñ & Verg. de ipso loco. Et gelida mõstrat sub rupe lupercal. Alia species neutri, q̃ continet noĩa in el exeuntia, vt mel. Ntõ hoc mel. Gtõ huius, mellis. Dtõ huic melli. Actõ hoc mel. Vctõ o mel. Abltõ ab hoc melle Sic declinabis. Ntõ hoc fel. Gtõ huius fellis.Datiuo huic felli. Actõ hoc fel. Vctõ o fel. Abltõ ab hoc felle. Sed plurali numero nõ nisi p̱ tres casus currit,nominatiuũ,accusatiuũ & vocatiuũ.Alia species generis neutri,quę continet noĩa in en syllabã exeuntia.Nominatiuo hoc crimen.Gtõ huius criminis.Datiuo huic crimini. Accusatiuo hoc crimen.Vocatiuo o crimen.Ablatiuo ab hoc crimine. Et pluraliter. Noĩati-
M uo hæc crimina.Gtõ horum criminũ.Datiuo his criminib. Accusatiuo hæc crimina. Vctõ o crimina.Abltõ ab his criminib. Ad hanc regulã similia declinabis, carmẽ carminis,numẽ numinis,flamẽ flaminis, agmẽ agminis,acumen acuminis,gramen graminis, flumen fluminis, stramen straminis,lumen luminis,semẽ seminis, liquamẽ liquaminis,fulmẽ fulminis,rumẽ ruminis, bitumẽ bituminis, glutẽ glutinis, legumẽ leguminis,fundamẽ fundaminis,tegimẽ teginimis,munimẽ muniminis,leuamẽ leuaminis, specimen speciminis, sed pluralẽ nõ admittit. Itẽ subtegimen subtegiminis. Alia spẽs gñis neutri ἄπτωτα.i.indeclinabilia, vt genu.Ntõ hoc genu,gtõ huius genu, dtõ huic genu,actõ hoc genu, vctõ,o genu, ablatiuo ab hoc genu.Et pluraliter.Nominatiuo hæc genua.Genitiuo horũ genuũ, Dtõ his genibus.Actõ hæc genua. Vctõ o genua. Abltõ ab his genib. Ad hanc formã declinabis & hoc cornu,vt supra dixim⁹: cornu cornua, veru verua, q̃ sunt virgæ ferreæ laniorum, de quib.Verg. Verubusq: trementia figunt. *Aene. I.*
tonitru tonitrua. Sed taliũ nominum declinatio perrara inuenitur. Alia species gñis *In c & t*
neutri, de qua supra tractauimus, quæ exit in quatuor nomina duarũ mutarũ, c & t,vt caput sinciput, & lac & alec, sed hæc duo A
pluralẽ numerũ non admittunt. Exit itẽ genus neutrum in e,sed in Græcis nominibus, *In a.*
vt thema themata,toreuma toreumata,schema schemata, emblema emblemata,theorema theoremata, boethema boethemata, & alia: Item meminerimus singulas literas tã in Græcis quàm in Latinis generis esse neutri.Dicimus.n.vnũ alpha,vnum beta,vnum gamma:sic & aliæ literæ. Pluraliter duo alpha,duo beta,tria gãma.Inde est illud: τρία κάππα κάκιστα,idest tria cappa pessima, de Cornelio Sylla,de Cornelio Cina,de Cornelio Lentulo.Hi enim per tres literas designati sunt in libris Sybillinis. Est & vnum nomen generis neutri in a, vt flumen Turia,vt supra diximus.

Genus cõe exit per a, vt aduena. Declinatur.Nominatiuo hic & hęc aduena. Genitiuo huius aduenæ. Datiuo huic aduenæ. Accusatiuo hunc & hanc aduenam. Vocatiuo o aduena. Ablatiuo ab hoc & ab hac aduena. Pluraliter. Nominatiuo hi & hæ aduenę. Genitiuo horũ & harũ aduenarũ. Datiuo his aduenis. Accusatiuo hos & has aduenas. Vocatiuo o aduenæ. Ablatiuo ab his aduenis. Ad hanc formulam declinabis

Determinatione & declinatione nominum cõis generis.

B

Troiu-

Troiugena, indigena, incola, agricola, ꝯuena, cęlicola, sacricola, publicola, terricola, orbicola, plebicola, Numida, Dalmata, ruricola, lucifuga, Persa. Romulida, &c. In nominatiuo e & i nō hēt genus cōe, sed in o, *In o.* vt latro. Ntō hic & hæc latro. Gtō huius latronis. Dtō huic latroni. Actō hunc & hanc latronē. Vctō ò latro. Abltō ab hoc & ab hac latrone. Et pluraliter. Ntō hi & hæ latrones. Gtō horū & harū latronū. Dtō his latronibus. Actō hos & has latrones. Vctō ò latrones. Abltō ab his latronib. Ad hanc formam declinabis, homo, ganeo, degulo, caupo, fullo, nemo, helluo, qui & gluto, & talia. Per u aūt nullū habet. in nominatiuo ergo *In es.* exit cōe ꝑ es syllabā, vt comes. Ntō hic & hæc comes. Gtō huius comitis. Dtō huic comiti. Actō hunc & hanc comitē. Vctō ò comes. Abltō ab hoc & ab hac comite. Et pluraliter. Ntō hi & hæ comites. Gtō horum & harū comitum. Dtō his comitibus. Actō hos & has comites. Vctō ò comites. Abltō his comitib. Ad hanc formā declinabis si- C milia, vt sospes, locuples, hospes, licet hospitam dixerit Verg. Hospita tellus: miles, veles, idest leuis armaturæ miles, interpres, ales, præpes, pres, id est fidei iussor, satelles, deses, præses, diues, hæres, cœles, cœlites, ꝗ inter faciūt ad cœlū, indiges indigetis, &c. Exit in is, vt similis. Ntō hic & hæc similis. *In is.* Gtō huius simili. Dtō huic simili. Actō hūc & hanc similē. Vctō ò similis. Abltō ab hoc & ab hac simili. Et pluraliter. Ntō hi & hæ similes. Gtō horum & harū similium. Dtō his similibus. Actō hos & has similes. Vctō o similes. Abltō ab his similib. Ad hanc formam declinanē agilis, facilis, fragilis, viridis, mobilis, humilis, mitis, lenis, mollis, ciuis, testis, hostis, tristis, fortis, suauis, frugalis crudelis, inanis, gracilis, immanis, & cætera. Exit ꝑ os, vt sacerdos. Ntō hic & hęc sa- *In os.* cerdos. Gtō huius sacerdotis. Dtō huic sacerdoti. Actō hunc & hanc sacerdotē. Vctō o sacerdos. Abltō ab hoc & ab hac sacerdote. Et pluraliter. Ntō hi & hę sacerdotes. Gtō horū & harum sacerdotū. Dtō his sacerdo- D tibus. Actō hos & has sacerdotes. Vctō o sacerdotes. Abltō ab his sacerdotib. Ad hanc formā declinanē custos, impos, cōpos, ne- *In us.* pos. Exit & ꝑ us, vt sus. Ntō hic & hæc sus. Dtō huiꝰ suis. Dtō huic sui. Actō hūc & hāc suē. Vctō o sus. Abltō ab hoc & ab hac sue. Et pluraliter. Ntō hi & hæ sues. Gtō horū & harū suū. Dtō his suib. Actō hos & has sues. Vctō o sues. Abltō ab his suib. Exit & ꝑ er, vt paup. Ntō hic & hęc pauper. Gtō huius pauperis. Dtō huic pauperi. Actō hunc & hāc pauperē. Vctō o pauper. Abltō ab hoc & ab hac paupere. Et plr. Ntō hi & hæ pauperes. Gtō horū & harum pauperū. Dtō his pauperib. Actō hos & has pauperes. Vctō o pauperes. Abltō ab his pauperib. Ad hanc formā declinanē & alia, vt acer, alacer, id est lętus. Exit cōe in ex, vt opifex. Ntō hic & hæc opifex. Gtō huius opificis. Dtō huic opifici. Actō hunc & hāc opificē. Vctō o opifex. Abltō ab hoc & ab hac opifice. Et pluraliter. Ntō hi & hę opifices. Gtō horum & harū opificū. Dtō his opificib. Actō hos & has opifices. Vctō o opifices. Abltō ab his opificib. Ad hanc formam declinabis aurifex, artifex, iudex, carnifex, index, vindex, auspex, haruspex, signifex, & alia. Exit genus E cōe ī eps, vt princeps. Declinaē sic. Ntō hic & hæc princeps. Gtō huius principis. Dtō huic principi. Actō hunc & hanc principē. Vctō o princeps. Abltō ab hoc & ab hac principe. Et pluraliter. Ntō hi & hæ principes. Genitiuo horum & harum principū. Datiuo his principibus. Accusatiuo hos & has principes. Vocatiuo o principes. Ablatiuo ab his principib. Sic declinantur manceps, particeps, municeps. Anceps aūt, & biceps, & triceps & quadriceps, multiceps, ꝑceps, hæc sex noīa genitiuū singularē ꝯ regulam superiorem in tis syllabam mittunt, non in pis: vt anceps ancipitis, biceps bicipitis, triceps tricipitis, quadriceps quadricipitis, multiceps multicipitis, ꝑces ꝑcipitis. iō in tis syllabā exeunt, non in pis, vt principis, mancipis, quia à capitis significatione veniūt, illa aūt superiora à capiendi significatione. Princeps.n. dictus est ꝙ primus capiat, & māceps ꝙ manu capiat. Anceps aūt dictus est, qđ dubij capitis sit, vel inclinati F capitis in vtranque partem. Exit genus cōmune in iunx syllabam, vt coniunx. Nominatiuo hic & hæc ꝯiūx. Exit in ux, vt hic & hæc dux, redux. Erit in ps, qđ quidē in omne genus redibit. Erit in ebs, vt cęlebs. Cœlebs dicitur qui non habet vxorem, vel quę non habet maritum, qualia sunt numina in

cœlo,

cęlo, q̃ absq; cõiuge sunt, si agapetas attẽdamus. Ntõ hic & hæc cęlebs. Gtõ huius cęlibis. Dtõ huic cęlibi. Actõ hũc & hãc cœlibẽ. Vctõ ò cęlebs. Abltõ ab hoc & ab hac cęlibe. Et pluraliter. Ntõ hi & hæ cælibes. Gtõ horũ & harũ cęlibũ. Dtõ his cęlibib. Actõ hos & has cęlibes. Vctõ ò cęlibes. Abltõ ab his cęlibibus. Exit & in vx, vt phryx. Ntõ hic & hæc phryx. Gtõ huius phrygis. Dtõ huic phrygi. Actõ hũc & hanc phrygẽ. Vctõ ò phryx. Abltõ ab hoc & ab hac phryge. Et pluraliter. Ntõ hi & hæ phryges. Gtõ horũ & harũ phrygũ. Dtõ his phrygib. Actõ hos & has phrygũ. Vctõ ò phryges. Abltõ ab his phrygibus. Et in us exit vt ligus, q̃d similiter vt phryx locale nomẽ est. Ntõ hic & hæc ligus. Gtõ huius liguris. Dtõ huic liguri. Actõ hũc & hãc ligurem. Vctõ ò ligus. Abltõ ab

G hoc & ab hac ligure. Et pluraliter. Ntõ hi & hæ ligures. Gtõ horũ & harũ ligurũ. Dtõ his ligurib. Actõ hos & has ligures. Vctõ ò ligures. Abltõ ab his ligurib. Exit genus cõe in il, vt vigil. Ntõ hic & hæc vigil. Gtõ hui9 vigilis. Dtõ hic vigili. Actõ hunc & hãc vigilẽ. Vctõ ò vigil. Abltõ ab hoc & ab hac vigile. Et pluraliter. Ntõ hi & hæ vigiles. Gtõ horũ & harũ vigilũ. Dtõ his vigilibus. Actõ hos & has vigiles. Vctõ ò vigiles. Abltõ ab his vigilib. Ad hãc regulã declinabis hic & hæc pugil. Exit i vl, vt exul. Ntõ hic & hæc exul. Gtõ huius exulis. Dtõ hic exuli. Actõ hũc & hãc exulẽ. Vctõ ò exul. Abltõ ab hoc & ab hac exule. Et pluraliter. Ntõ hi & hæ exules. Gtõ horũ & harũ exulũ. Dtõ his exulibus. Actõ hos & has exules. Vctõ ò exules. Abltõ ab his exulib. Ad hãc formã declinabis præsulẽ, & hic & hæc p̃sul, q̃m masculinũ est, ut cõsul. Exit in ur, ut fur. Ntõ hic &

H hæc fur. Gtõ huius furis. Dtõ huic furi. Actõ hunc & hãc furẽ. Vctõ ò fur. Abltõ ab hoc & ab hac fure. Et pluraliter. Ntõ hi & hæ fures. Gtõ horũ & harũ furũ. Datiuo his [illegible]ribus. Actõ hos & has fures. Vctõ ò fures. Ablatiuo ab his furibus. Ad hanc formam declinabis, augur, hic & hæc augur. Exit genus

F cõe in or, vt maior, memor. Sed memor si alia regula est, nõ admittit genus neutrũ in us, quomodo maior admittit in neutro maius. Nominatiuo hic & hæc memor. Gtõ huius memoris. Datiuo huic memori. Accusatiuo hunc & hanc memorem. Vocatiuo ò memor. Ablatiuo ab hoc & ab hac memore. Et pluraliter. Nominatiuo hi & hæ memores. Genitiuo horum & harum memorum. Datiuo his memoribus. Accusatiuo hos & has memores. Vocatiuo ò memores. Ablatiuo ab his memoribus. Admittit & neutrum, sed non in regula generis omnis, vt hoc memor. Vnde & Vergilius. Tum si quod non æquo fœdere amantes, Curæ nomen habet, iustumque memor precatur. Pluralem non admittit, inde non est generis omnis. Neque enim dicimus memora, vel memoria numina. Similiter declinabis authorem in nominatiuo singulari, hic & hæc author, vt, At Iuno author ego audendi: & hi & hæ authotes. Exit gen9 omne in ax, in ex, in ix, in ox, in ux, ans, ens, ars, ers, ors, in us, es. In ax, ut hic & hæc & hoc pertinax. Genitiuo huius pertinacis. Datiuo huic pertinaci. Accusatiuo hunc & hãc pertinacem, & hoc pertinax. Vocatiuo ò pertinax. Ablaliuo ab hoc & ab hac & ab hoc pertinaci. Et pluraliter. Nominatiuo hi & hæ pertinaces & hæc pertinacia. Genitiuo horum & harum & horum pertinacium. Datiuo his pertinacibus. Accusatiuo hos & has pertinaces & hæc pertinacia. Vocatiuo ò pertinaces & ò pertinacia. Ablatiuo ab his pertinacibus. Ad hanc formam declinabis efficax, tenax, peruicax, dicax, sequax rapax, modax, capax, furas, emax, fallax, mendax, nugax, uiuax. Hæc omnia ablatiuum singularem, & alia in i mittunt. Exit item genus omne in ex, secundum ordinem regularum supra ordinatarum, ut simplex. Nominatiuo hic & hæc & hoc simplex. Genitiuo huius simplicis. Datiuo huic simplici. Accusatiuo hunc & hanc simplicem & hoc simplex. Vocatiuo ò simplex. Ablatiuo ab hoc & hac & ab hoc simplici. Et pluraliter. Nominatiuo hi & hæ simplices &

K hæc simplicia. Genitiuo horum & harum & horum simplicium. Datiuo his simplicibus. Accusatiuo hos & has simplices & hęc simplicia. Vocatiuo ò simplices & ò simplicia. Ablatiuo ab his simplicibus. Ad hanc formã declinantur duplex, triplex, quadruplex, quintuplex, sextuplex septuplex, exclusio, m, quia & septemplex Latinum est q̃d declinatur, ut superius. Ex regula in ix, ut felix, quod sic declinatur. Nominatiuo hic

& hæc

Aene. 4.

I *Determinatione et declinatione nominum omnis generis.*

In ax.

In ex.

In ix.

& hæc & hoc fœlix. Gtõ huius felicis. Dtõ huic fęlici. Accuſatiuo hũc, & hãc fęlicẽ, & hoc fęlix. Vctõ ò fęlix. Abltõ ab hoc & ab hac & ab hoc fęlici, ex ſono gñis neutri. A proprijs nominib. in e exit, ab hoc fœlice, & eſt generis maſculini. Et pluraliter. Ntõ hi & hæ fęlices, & hæc fęlicia. Gtõ horum, & harũ & horũ fęliciũ. Dtõ his fęlicib. Accuſatiuo hos & has fęlices, & hæc fœlicia. Vctõ ò fęlices & ò fęlicia. Abltõ ab his fœlicib. Ad hãc regulã declinat̃ pernix, qđ ſignificat velocẽ. Ex regula in ox, vt ferox declinat̃ ſic.

L
In ox. Ntõ hic & hæc & hoc ferox. Gtõ huius ferocis. Dtõ huic feroci. Actõ hunc & hãc ferocẽ & hoc ferox. Vctõ ò ferox. Abltõ ab hoc & ab hac & ab hoc feroci. Et pluraliter. Ntõ hi & hæ feroces & hæc ferocia. Gtõ horũ & harũ & horũ ferociũ. Dtõ his ferocib. Actõ hos & hac feroces & hæc ferocia. Vctõ ò feroces & ò ferocia. Abltõ ab his ferocib. Ad hãc formã declinabit̃ atrox, velox. Et regula ĩ vx, vnũ nomẽ eſt, vt trux.

In ux. Ntõ hic & hæc & hoc trux. Gtõ huius trucis. Dtõ huic truci. Actõ hunc & hanc trucẽ & hoc trux. Vctõ ò trux. Abltõ ab hoc & ab hac & hoc truci, à ſono gñis neutri. Et pluraliter. Nominatiuo hi & hæ truces & hæc trucia. Gtõ horum & harum trucium. Dtõ his trucibus. Accuſatiuo hos & has truces & hæc trucia. Vocatiuo ò truces, & ò trucia. Ablatiuo ab his trucibus. Ex regula ans, vt præſtans.

In ans. Nominatiuo hic & hæc & hoc p̃ſtans. Gtõ huius præſtãtis. Dtõ huic præſtanti. Accuſatiuo hunc & hanc præſtantem, & hoc præſtans. Vocatiuo ò præſtans. Ablatiuo ab hoc & ab hac & ab hoc præſtanti, ex ſono generis neutri. Et pluraliter. Nominatiuo hic & hæ præſtantes, & hæc præſtãtia.

M
Gtõ horum & harum & horum præſtãtiũ. Datiuo hic præſtantibus. Accuſatiuo hos & has pręſtantes, & hæc præſtãtia. Vocatiuo ò præſtantes & ò præſtantia. Ablatiuo ab his præſtantibus: Ad hanc formam declinãtur amans, clamans, cantans, luctans, conſtans, proſtans, regnãs, pugnans, mirãs, minans, miſerãs, ęſtuans, uerſans, & alia. Ex regula eos, ut amens.

In ens. Nominatiuo hic & hæc & hoc amens. Genitiuo huius amentis. Datiuo huic amenti. Accuſatiuo hunc & hanc amentem, & hoc amens. Vocatiuo ò amẽs. Ablatiuo ab hoc & ab hac & ab hoc amẽti, ſono generis neutri ſimiliter. Et pluraliter. Ntõ hi & hæ amentes, & hæc amẽtia. Gtõ horũ & harũ & horũ amẽtiũ. Dtõ his amentib. Actõ hos & has amentes & hęc amentia. Vctõ ò amentes & ò amẽtia. Abltõ ab his amentib. Ad hanc formã declinat̃ demens, potens, impotens, præpotens, prudens, imprudens, pudens, impudens, frequens, infrequens, ſedens, hærens, moriens, męrens, tenens, egens, ferens, cedens, ſæuiens, ſeruiẽs, ſapiens, inſipiens, deſipiens, & talia. Ex regula ons, ut ſons, quod ſignificat nocens.

In ons. Ntõ hic & hæc & hoc ſons. Gtõ huius ſontis. Dtõ huic ſonti. Actõ hunc & hãc ſontem & hoc ſons. Vctõ ò ſons. Actõ ab hoc & ab hac & ab hoc ſonti, à ſono gñis neutri. Et pluraliter. Ntõ hi & hæ ſontes & hæc ſontia. Gtõ horũ & harũ & horũ ſontium. Dtõ his ſontib: Accuſatiuo hos & has ſontes & hæc ſontia. Vctõ ò ſontes & ò ſontia. Abltõ ab his ſontib. Ad hãc regulã declinatur inſons, id eſt, innocẽs. Et hæc duo ſunt triũ generis oĩs. Ex regula ar, vt par.

In ar. Ntõ hic & hęc & hoc par. Genitiuo huius paris. Dtõ huic pari. Accuſatiuo hũc & hanc parem & hoc par. Vocatiuo ò par. Abltõ ab hoc & ab hac & ab hoc pari, ſono generis neutri. Et pluraliter. Nominatiuo hi & hæ pares & hæc paria. Genitiuo horum & harum & horum parium. Datiuo his paribus. Accuſatiuo hos & has pares & hęc paria. Vocatiuo ò pares & ò paria. Ablatiuo ab his parib. Ad hanc formam declinantur impar & ſuppar, quæ ſola tria ſunt generis oĩs. Ex regula ers vt iners.

In ers. Nominatiuo hic & hæc & hoc iners. Genitiuo huius inertis. Dtõ huic inerti. Accuſatiuo hunc & hanc inertẽ & hoc iners. Vctõ o iners. Abltõ ab hoc & ab hac & ab hoc inerti. Et pluraliter. Nominatiuo hi & hæ inertes & hæc inertia. Genitiuo horũ & harũ & horũ inertiũ. Datiuo his inertibus. **B** Accuſatiuo hos & hac inertes & o inertia. Vctõ o inertes & o inertia. Ablatiuo ab his inertib. Ex regula ors, ut uecors.

In ors. Ntõ hic & hæc & hoc uecors. Genitiuo huius uecordis. Dtõ huic uecordi. Accuſatiuo hunc & hanc uecordem & hoc uecors. Vctõ o uecors. Abltõ ab hoc & ab hac & ab hoc uecordi, à genere neutro. Et pluraliter. Nominatiuo hi & hæ uecordes & hæc uecordia. Genitiuo horũ & harũ & horũ uecordiũ.

Datiuo

Dtõ his vecordib. Actõ hos & has vecor-
des,& hæc vecordia.Vctõ ò vecordes, & ò
vecordia.Abltõ ab his vecordib.Ad hãc re-
gulã declinant̃, excors, ꝯcors, discors, dis-
sors.Sed hæc duo.i.ꝯsors,& dissors, in gtõ
singulari tis hñt, vt ꝯsortis,dissortis.Dissors
aũt dr̃ dissimilis sortis.Ex regula us,vt vetꝰ.
Declinat̃ aũt sic.Ntõ hic & hæc,& hoc ve-
tus.Gtõ huius veteris.Dtõ huic veteri.Actõ
hunc & hanc veterẽ, & hoc vetꝰ. Vctõ ò ve
tus.Abltõ ab hoc,& ab hac, & ab hoc vete-
ri,à sono gñis neutri, Et Pluraliter, Ntõ hi,
& hæ veteres,& hæc vetera.Gtõ horũ,& ha
C rũ & horũ veterũ.Dtõ his veterib.Actõ hos,
& has veteres & hęc uetera.Vctõ ò veteres,
& o vetera. Abltõ ab his veterib. Hoc solũ
nomẽ in us est gñis oĩs.Es,vt teres,qđ est ro
tundũ.Declinat̃ hic,& hæc & hoc teres: te-
res aũt dictũ est à terendo. Ex regula autem
ἀπτώτων est neq̃,vno.n.sono declinant̃ oẽs
casus per oĩa gña.Est aũt genus epicœnũ, ꝙ
sub vno articulo intelligit̃ sexus vtriusq;, vt
puta hic passer,iã sub vno articulo quo so-
nat hic,& illic est & fœmina.Declinat̃.Ntõ
hic passer.Gtõ huius passeris.Dtõ huic pas-
seri.Actõ hunc passerẽ.Vctõ ò passer. Abltõ
ab hoc passere.Et pluraliter Ntõ hi passeres.
Gtõ horũ passerũ. Dtõ his passeribus. Actõ
hos passeres. Vctõ ò passeres. Abltõ ab his
passerib.Sed & hæc aquila sub vno articulo
quo sonat hæc ibi, & masculinũ itelligimꝰ:
sic & hæc tygris,sub quo sono intelligit̃, &
masculus.Sic & hæc hirũdo,ibi intelligis &
masculũ:sic & hic struthio, ibi intelligis &
fœminã:sic sorex,stellio,musca. Quid diffe
rant inter se genera epicoena, & cõmunia.
Ergo hoc interest inter genus cõe,& epicœ
D nũ,qa in gñe cõi,& hoĩes sunt,& pecora: ĩ
epicœno pecora tm̃. Qđ in gñe cõi ambo
articuli sunt.i.hic,& hæc cũ noĩe cõicat, vt
hic,& hęc canis:epicęnũ ãt cũ articulo vno
masculino cõicat nomẽ fœmininũ: vt cum
dico, hic passer, sub ipso articulo q̃ sonat
hic,intelligit̃ & fęmina. Sic in articulo gñis
neutri, qđ est hoc pecus: sub articulo q̃ so-
nat hoc,intelligit̃ & fęmina,vt Vergiliꝰ ait:
Lęta salix fœto pecori. Et in pecore licet sit
genus neutrũ, audit̃ illic & genus fœmini-
nũ,cum dixit,fœto pecori,idest, grauido.
Nunc dicendũ de noĩbus q̃ aut sunt nu-
meri singularis tm̃, aut numeri tm̃ pluralis:

vt cancelli,manes,penates. In fęminino tm̃
plurali,vt thermæ,exequię,insidiæ,diuitiæ,
nundinæ.In noĩb.ciuitatũ,Amiclæ, Thenæ,
Athenæ,Syracusæ,Thebæ,Tuburnæ,Saldæ,
Abituræ,Macomades,Gales,Carreasi,Rhe-
lares, Furnitũ, q̃ loca turnos dãr, & alia si-
milia.In neutro tm̃ singulari, vt aurũ,argẽ-
tũ,plumbũ,stannũ,piper,triticũ,oleũ,hor-
deũ,vinum.Quãquã Vergilius vina at Ci-
cero rarius,poetica lñia dedit plurali, vt Se
rite hordea cãpis. Declinatur aũt nominati
uus solus.In neutro tm̃ plurali,castra,mœ-
nia,arma, exta,id est,viscera.Bactra,q̃ est ci
uitatis Parthiæ.Ergo & hæc ciuitas gñis neu E
tri est numero tm̃ plurali. Sanè sũt noĩa sub
duplici enũciatione,vt tribunusmilitũ,p̃fe-
ctus vrbis, p̃fectus fundi, p̃fectus sannonæ,
p̃fectus vigilibus plebiscitũ, senatusconsul-
tũ.Quorum nominũ vna pars declinat̃, alte
ra non declinat̃:vtputa præfectus uigilibus,
noĩatiuus ipse flectitur p̃ casus, p̃fectus,p̃fe
cti,p̃fecto, p̃fectũ, p̃fecte,à p̃fecto: vigilib.
sic manet nec flectitur, Vt senatusconsultũ,
hoc ꝯsultũ, huius consulti, huic consulto,
hoc consultũ, ò consultũ, ab hoc consulto.
Senatus aũt genitiuus est,hic non flectit̃.De
noĩe quantũ rudi conueniebat, plenius ex-
posuimus: nunc de pronoĩe est dicendũ ꝙ
est secunda pars de octo partib. orõnis. Iõ
pronomen dr̃, quia vice fungit̃ noĩs, vt ille
iste ipse. Nã quõ dicendo nomen explica-
mus p̃sonã,vt Vergilius: sic pronoĩa ꝓprie
eiusdẽ p̃tãtis sunt, cũ tacito noĩe dicimus,
hic fecit, iste fecit. Pronoĩa aut finita sunt,
aut infinita,aut minus,q̃ finita. Finita sunt q̃
notant certã p̃sonã,vt ego. Infinita vt quis,
quisq;,quicunq,q̃cunq;,qui,aliqui, q̃,aliq̃.
Minus q̃ finita sunt pronoĩa, q̃ non sic defi- F
niunt p̃sonã, vt non egeant demõstratore,
quõ dicimus ego:nã ipsum tu non plene fi-
nitũ est,nisi in p̃sonã duxeris digitũ. Sic er-
go hæc minus q̃ finita dicenda sunt. Hñt.n.
quandã designationẽ nõ plenæ significatio-
nis quõ ego.Vtputa pone esse turbã, tñ non
sic tu,significanter dr̃ in turba,quõ de turba
cũ vnus dixerit ego.Sed vt de multis vnũ si-
gnificemus quẽ q̃rimus, aut nomẽ addimꝰ,
aut digitũ intendimus, vt appareat certius
quẽ vocamus.Ego tu,ille,& iste,& alia quę
quasi p̃ñt ex parte aliqua definire p̃sonam,
minus q̃ finita vocanda sunt. Prima p̃sona
dicitur

ferctio. De noib. aut singularis aut pluralis numeri tantum. Geor. 2. Geor. 1.

De pronomine. Finita. Infinita. Minus q̃ finita.

dr̃ ego, tã in singulari numero q̃ in plurali, cũ dicimus nos, non habet vocatiuũ casum, quia nemo vocat se, ò ego, ego, ò nos. Ergo sic declinat̃ singulari numero. Ntõ ego. Gtõ mei. Dtõ mihi. Actõ me. Abltõ à me Et pluraliter. Ntõ nos. Gtõ nr̃orũ. Dtõ nobis. Actõ nos. Abltõ à nobis. Vocatiuũ. n. vt dixi non habet tam in singulari q̃ in plurali. Ntõ tu. Gtõ tui. Dtõ tibi. Actõ te. Vctõ ò tu. Abltõ à te. Et pluraliter. Ntõ vos. Gtõ vestrũ. Dtõ vobis. Actõ vos. Vctõ ò vos. Ablatiuo à vobis. Sanè prima ꝑsona & secunda. i. ego & tu generis omnis est. Nam & vir dicit ego, & fœmina ego, & mancipium ego. Sic tu: & viro dicim⁹ tu, & fœminæ, & mãcipio: sic in plurali generis oĩs est, vt nos, vos. Ex tertia persona hæc est declinatio masculino genere numero singulari. Ntõ ille. Genitiuo illius. Datiuo illi. Accusatiuo illum. Vocatiuo ò ille. Ablatiuo ab illo. Et pluraliter. Nominatiuo illi. Gtõ illorum. Datiuo illis. Actõ illos. Vocatiuo ò illi. Ablatiuo ab illis. Genere fœminino. Ntõ illa. Genitiuo illius. Datiuo illi. Actõ illam. Vocatiuo ò illa. Ablatiuo ab illa. Et pluraliter. Nominatiuo illæ. Genitiuo illarũ. Dtõ illis. Actõ illas. Vocatiuo ò illæ. Ablatiuo ab illis. Genere neutro numero singulari. Nominatiuo illud. Genitiuo illius. Datiuo illi. Accusatiuo illud. Vocatiuo ò illud. Ablatiuo ab illo. Et pluraliter. Nominatiuo illa. Genitiuo illorum. Datiuo illis. Accusatiuo illa. Vocatiuo ò illa. Ablatiuu ab illis. Iste similiter, & ipse ad formam superiorem declinabis, tam ad genera q̃ etiã ad numeros. Sanè quæstio est in hoc pronomine ipse, quare cũ istud & illud in gñe neutro dicimus, dicamus ipsum, vt ait Vergilius: Atque ipsum corpus amici: non dixit, ipsud. Sed hæc quæstio soluitur hoc modo: Antiqui. n. magis ipsi⁹ dicebãt in nominatiuo singulari gñis masculini q̃ ipse. Hanc antiquitatis rõnem attendentes artis scriptores, pronomẽ hoc ad formam nominis transtulerunt, vt qũo in nomine, iustus, iusta, iustum dicimus, & perfectus, ꝑfecta, perfectũ, sic & hoc pronunciabit̃ pronomẽ ipsus, ipsa, ipsum, non ipsud qũo istud & illud. Nominatiuo quis. Gtõ cuius. Datiuo cui Actõ quem. Vocatiuo ò qui. Ablatiuo à quo. Et pluraliter. Nominatiuo qui. Genitiuo quorũ. Datiuo quis vel quibus, vt Vergilius, Quis ante ora patrũ. Actõ quos. Vocatiuo ò qui. Abltõ à quibus. Fęminino genere. Nominatiuo quæ. Genitiuo cuius. Datiuo cui. Accusatiuo quã. Vocatiuo ò quę. Ablatiuo à qua. Et pluraliter. Nominatiuo quæ. Genitiuo quarum. Datiuo quis. Accusatiuo quas. Vocatiuo ò quæ. Ablatiuo à quibus. Genere neutro. Nominatiuo qđ. Genitiuo cuius. Datiuo cui. Accusatiuo quod. Vocatiuo ò quod. Ablatiuo à quo. Et pluraliter. Nominatiuo quæ. Genitiuo quorũ. Datiuo quis: sed iã ₰m vsum quibus dicimus. Actõ quæ. Vocatiuo ò quæ. Ablatiuo à quibus. Antiqui quis genere cõi dixerunt. Nominatiuo hic & hæc quis. Genitiuo huius quis. Datiuo huic qui. Accusatiuo hunc & hanc quem. Vocatiuo ò quis. Ablatiuo ab hoc & ab hac q. Inde venit ablatiuus exiẽs in bus. A quis autem ablatiuus pluralis ab ablatiuo venit qui exit in o, quomodo in regula ablatiu⁹ cũ exierit in o, datiuũ pluralẽ in is mittit: vt à iusto, iustis: à docto doctis: à perfecto, ꝑfectis: à fortunato, fortunatis. Ergo vt superius dixi antiqui hic & hæc qa dixerũt, & qũo in nominibus hic & hęc similis, hic & hæc agilis, hic & hæc facilis, sic in ꝓnominib. hic, & hæc quis, ab hoc & ab hac qui. Inde Vergilius cum de socia Camillæ diceret, ait: Qui cũ partiri curas, id ẽ, cum qua partiri curas. Item sunt alia infinita, quæ interrogatiua, & declinantur. Nominatiuo vter. Genitiuo vtrius. Datiuo vtri. Accusatiuo vtrum. Vocatiuo ò vter. Ablatiuo ab vtro. Et pluraliter. Nominatiuo vtri. Genitiuo vtrorũ, Datiuo vtris. Accusatiuo vtros. Vocatiuo ò vtri. Ablatiuo ab vtris. Inde addita in compositione quę syllaba, facit vterque, & significat ambos; & tamẽ singulati sono est, sed significatione duali. Nã cũ dixit Vergilius, Constitit in digitos ex tẽplo arrectus vterq;: duo significati sunt cũ dixerit vterq;, cum aũt arrectus, noluit expectari pluralitatem, vt sit in plurali vtriq;. Sed hoc interest, quia vterque licet duo significet, tñ solum duo: vtrique autem duo significat, sed sic vt singulis multi sint: si dicas vtriq; exercitus, duo significo, sed sic in singulis turbam intelligi volo. Hæc quidem distincta sunt, sed item authoritate confusa sunt. Nam cum ait Vergilius, Super vtraq; quassa tẽpora, confudit: dicere enim debuit

super

Margin notes: G — *De declinatione pronominum primæ, secundæ, et tertiæ ꝑsonæ.* — *Aened. 1* — *De declinatione ĩfinitorũ. Alij q̃is.* — *[Æ]n. 1* — *[...] ĩfinita in[te]rrogati[ua]* — *[Æ]n. 5* — *[...]tripi[...]*

super vtrũq; tꝑs. Loquebaẽ.n. de duob. tꝑi-
bus tm̃, cui vtrũq; tꝑs sufficiebat accusatiuꝰ,
vt diceret, vtrũq; quassũ tꝑs. Ergo vt declina
L uimus masculinũ ꝓnomẽ, sic fœmininũ de
clinabimꝰ, vtra mulier, vtrius mulieris, vtri
mulieri, vtrã mulierẽ, ò vtra mulier, ab hac
utra muliere. Et pluraliter. Ntõ utrę mulie-
res. Gtõ utrarũ mulierũ. Dtõ utris mulierib.
Actõ utras mulieres. Vtõ ò utræ mulieres.
Abltõ ab his utris muliererib. Sic neutro u-
trũ mãcipiũ, vtriꝰ mãcipij, vtri mãcipio, v-
trũ mãcipiũ, ò vtrũ mãcipiũ, ab hoc vtro
mancipio. Et plr. Ntõ vtra mãcipia, utrorũ
mãcipiorũ, vtris mãcipiis, utra mãcipia, ò v
tra mãcipia, ab his utris mãcipiis. Sic decli
nabimꝰ eiꝰ ꝯriũ, qđ ẽ neuter. Masculino neu
ter, fęminino neutra, neutro gñe hoc neu-
trũ mãcipiũ. Vñ vsus iã arripuit, vt dicamꝰ
gñis neutri, cũ dicere debeamus neutrius,
qũo vtrius. Addita cõiũctione q̃ syllaba de-
clinaẽ ꝓnomẽ ipsum ad regulã supradictã.
In masculinis, vterq;, ĩ fęmininis, vtraq; : in
neutris vtrũq;. Sic plr: in masculinis, vtriq;:
in fęmininis, utreq;: in neutris, utraq; mãci-
pia. Est & aliud ꝓnomẽ, ullus, ullius, ulli, ul
lũ, ò ullus, ab ullo. Plr, vlli, ullorũ, ullis, ul-
M los, ò ulli, ab ullis. Fęmininũ, ulla, ullis, ulli,
ullã, ò ulla, ab ulla. Plr, ullæ, ullarũ, ullis, ul-
las, ò ullæ, ab ullis. Neutrũ, ullũ, ullius, ulli,
ullũ, ò ullũ, ab ullo. Si plr, ulla, ullorũ, ullis,
ulla, ò ulla, ab ullis. Ad hãc formã declina-
bis, & nullꝰ, nulla, nullũ. Sic alius, huiꝰ aliꝰ,
huic alii. Sic alter, huius, alterius, huic, alte-
ri. Sic totus, huius totius, huic toti. Sic solꝰ,
huius solius, huic soli. Sic vnus, huius uniꝰ,
huic uni. Vñ Virgilius, Forsitã huic uni po
tui succũbere culpæ. Sũt, & qualitas ꝓnomi
na hic & hæc qualis, huius qualis, gne cõia.
A gñe ãt neutro, hoc quale, huiꝰ qualis. Plr,
hæc qualia, horũ qualiũ. Sũt & quãtitatis, vt
quãtus, tãtus, quãti, tãti, declinanẽ, vt iustus
iusti. A fęminino vt quãta tãta, declinanẽ vt
iusta. A neutro quãtũ tm̃, declinanẽ vt iustũ.
Itẽ ꝓnomẽ à masculino, quotus totus: à fœ
mino, quota tota: à neutro, quotũ totũ. Plr:
à masculino, quoti toti: à fęminino, quotę
totæ, à neutro, quota iugera, quotorũ iuge-
rũ. Sunt relatiua, q̃ ad interrogantẽ referun-
tur, vt quis est? Rñdetur is, est. Et declinanẽ
à masculino, is, eius, ei, eũ, ò is, ab eo. Plura
liter, ij, eorũ, eis, eos, ò ei, ab eis. A fœmini-
no, ea, eius, ei, eã, ò ab ea. A neutro, id eius, A
ei, id, ò id, ab eo. Ergo cũ loquimur de itine
re, ꝑ id iter dicendũ est non ꝑ eũ iter, qa eũ
in accusatiuo casu, masculini generis ẽ. Plu
rali, ea itinera, ab his, itineribus. Item ꝑ id
nostrũ, per id tectum, per id caput, non per
eũ, nisi in genere masculino tantum. Verba
quatuor modis accipimus. Primo mõ, cum
uerbo pro fallaciis accipimus: cum dicimꝰ, *De uerbo.*
uerba illi dedit, fefellit eum. Vnde Terẽtius
dixit, Cui uerba dare difficile est. Secundo *In an-*
modo uerba pro oõne dicimus, uerba fe- *dria.*
cisse Ciceronẽ in curia. Tertio modo uerba
dicimus ꝓ uulgaribus sententiis q̃ prouer-
bia dicuntur: ut Teren. dixit, Verum illud
uerbum uulgo est quod dici solet. Quarto
modo uerba dicimus hæc, quæ decurrimus
cum tꝑibus & ꝑsonis, ut clamo, clamas, cla
mat. Hic & ꝑsonæ sunt tres: vt clamo ego,
clamas tu, clamat ille: & tꝑs est pñs. Deinde *Modus in*
plr clamamus nos, clamatis uos, calamant *dicatiuꝰ.*
illi. Tꝑe ptõ imperfecto, clamabã ego, cla-
mabas tu, clamabat ille. Et pluraliter, clama B
bamꝰ nos, clamabatis uos, clamabãt illi. Tꝑe
pręterito ꝑfecto numero singulari, clamaui
ego, clamauisti tu, clamauit ille. Tepore p̃-
terito perfecto plusquam ꝑfecto, vbi signi-
ficamus nõ solũ, nos aliqd fecisse, sed ẽt du-
dum: & dicimus numero singulari, clamaue
ram ego, clamaueras tu, clamauerat ille. Et
pluraliter, clamaueramus nos, clamauera-
tis uos, clamauerãt illi. Tẽpore futuro nu-
mero singulari, clamabo ego, clamabis tu,
clamabit ille: clamabimus nos, clamabitis
uos, clamabũt illi. Hucusq; mõ ĩdicatiuo to
tũ hoc qđ diximus ĩdicãtis est. Iõ dr̃ impe- *De modo*
ratiuus, qa sonũ habet ĩperãdi. Sed iste mo- *imperati-*
dus nõ habet primã personam, quia nemo *uo.*
sibi imperat, sed ad secũdã loquiẽ ꝑsonã, &
tertiã. Numero singulari, ad secũdã clama,
& ad tertiã clamet. Et pluraliter, ad secundã
clamate, ad tertiã clamẽt. Futuro tꝑe, ad se-
cundam clamato, ad tertiã similiter clama-
to: Sed quare similiter facit in scđa, & ter-
tia, ẽ rõ, sed nũc p̃termittẽda est. Et ne ad a-
lia trãseamus, redeamus ad rẽ pluralẽ ad se
cũdã ꝑsonã clamatote, ad tertiã clamanto.

Sicut aũt optatiuũ dicimus, qa optãtis *De modo*
mõ loquitur prima persona tẽpore pñti, uti *optatiuo.*
nã clamarẽ, ad secundã vtinã clamares, ad C
tertiam utinam clamaret. Et pluraliter, ad

primam

primam perſonā vtinā clamaremus, ad ſecundā vtinā clamaretis, ad tertiā vtinā clamarent. Præterito, ad primā perſonā vtinā clamaſſem ego, ad ſecundā vtinā clamaſſes tu, ad tertiā vtinā clamaſſet ille. Et pluraliter vtinā clamaſſemus nos, vtinā clamaſſetis vos, vtinā clamaſſent illi. Futuro tpe prima pſona, vtinā clamē ego, vtinam clames tu, vtinā clamet ille. Et pluraliter, vnā clamemus, clametis, clament. Iō aūt ſubiunctiuus dr̄ quia eget aliqua re vt impleat ſnīam ſuā, vtputa cū clamē, clames, clamet: pēdet hic ſenſus, indigetq; aliqua re, vt ſnīa cōpleat̄. Ac ſi dicā, cū clamē, quare me tacere dicis. Iō ergo coniunctiuus modus dictus eſt, qa ei coniungit̄ aliquid vt ſnīa locutionis plena ſit. Ergo declinemus hunc modū, vt ſuperiores. Declinat̄ aūt per perſonas tres, prima perſona præſentis tpis, cū clamē ſecunda perſona, cū clames, tertia, cū clamet. Et pluraliter, prima perſona cū clamemus, ſecunda, cum clametis, tertia, cum clament. Præterito tpe imperfecto, prima perſona, cū clamarem: ſecunda, cum clamares: tertia cū clamaret. Et pluraliter, prima perſona, cum clamaremus: ſecunda, cū clamaretis:

De modo ſubiunctiuo.

D tertia, cum clamarent. Tēpore præterito pfecto: prima perſona, cū clamauerim, cum clamaueris, cum clamauerit. Et pluraliter: prima perſona, cum clamauerimus, cū clamaueritis, cū clamauerint. Tēpore pluſquā perfecto, prima, perſona, cū clamauiſſem, cū clamauiſſes, cū clamauiſſet. Et pluraliter, prima pſona, cū clamauiſſemus cū clamauiſſetis, cū clamauiſſent. Tēpore futuro, prima perſona, cū clamauero, cū clamaueris, cū clamauerit. Et pluraliter, prima perſona, cū clamauerimus, cū clamaueritis, cū clamauerīt. Infinitiuus dr̄ hic modus, qa ſuperiores definiunt, pſonas primā, ſecundā, & tertiā: hic aūt modus ſine perſonis eſt, & habet ſolū tps præfinitum præſens, præteritū, & futurū. Vtputa, clamare, præſens eſt, clamaſſe, prçteritū, & clamatū ire, futurū. Ecce vides deſignare tm̄ tēpora, nō pſonas. Clamare.n. & clamaſſe, & clamatū ire, neſcit pſona, niſi velis iūgere, & dicere clamare debet ille, tūc quaſi fit finitum. Si autem non ſubiūgas ille vel ipſe vel iſte, fit vt dr̄ infinitiuus modus, nam & numero ſingulari, uel

De modo infinito.

E plurali infinitus eſt. Cum enim dico clamare, clamaſſe, nec finitum eſt vtrum de vno, an de duobus dicam. Iſti ergo ſunt modi p quos omnia verba curſantur.

poſitione. Spondeus quoq; dactylus,anapæ-
ſtus,proceleumaticus,choriãbus, diãbus,di-
chorius,antipaſtus,diſpondeus,eadẽ rõne di
uiduntť.Nam tantundẽ tp̃is in his ponit plau-
ſus,quantũ leuat.Video ſm̃ iambũ ſimpli, &
dupli hr̃e rõnem, q̃ rõnem cerno & in cho-
rio,& in tribracho,& in moloſſo,& in vtro-
que ionico.Iam huius amphibrachi leuatio,
& poſitio: nã ipſa mihi ex ordine occurrit, G
cui pares cæteros q̃rã, ſimpli & tripli rõne
rõne conſtat. Sed non inuenio prorſus aliũ
deinceps, cuius ſibi partes tãto interuallo cõ
feranť.Nã cum eos conſidero,in quibus vna
breuis eſt,& duæ longę.i.bacchiũ,creticum,
& palimbacchiũ, ſeſquaterni* numeri rõne Seſquial
leuationẽ ac poſitionẽ in his fieri uideo. Ea- teri.
dẽ rõ eſt, & in iis quatuor, in quib. vna lõga
eſt,& tres breues,qui quatuor pæones ex or-
dine numeranť.Reliqui ſunt quatuor epitriti
ſimiliter ex ordine nũcupati, quorũ leuatio-
nẽ ac poſitionẽ ſeſquitertius numerus ꝯtinet.
MA.Nũ igiť parũ tibi iuſta cã ũr̃ eſſe, cur iſte
pes ad ſeriem numeroſam vocũ non admit-
tať, quod ſolius partes tã longe a ſe differãt,
vt una ſimpla ſit,alia tripla? Vicinitas.n.quæ-
dam partiũ tanto eſt approbatione dignior,
quanto eſt proxima æqualitati.Itaq; in iſta re
gula numerorũ, cũ ab vno vſq; ad quatuor
progredimur, nihil vnicuiq; eſt ſeipſo pro-
pinquius.Quare illud in primis approbandũ
eſt, cũ in pedibus tantundẽ habeãt partes ad-
inuicẽ:deinde copulatio ſimpli & dupli emi
net in vno,& duob. Seſquialtera vero copu-
latio in duobus,& tribꝰ apparet, ẽt ſeſquiter
tia, tribus, & quatuor. Simplũ vero & triplũ
quanquã complicatorũ numerorũ lege te- H
neatur, non tñ in ordine illo ſibimet cohæ-
ret.Nũ.n.poſt vnum tria numeramus, ſed ab
vno ad ternarium numerũ binario interpoſi
to perueniatur.Hæc rõ eſt qua excludẽdus iu
dicatur amphibrachus pes ab ea copulatio-
ne,de qua q̃rimus,quæ ſi abs te probatur, cæ
tera videamus. DI. Probatur ſanè. Nam ma- Pedũ ra-
nifeſtiſsima atque certiſsima ratio eſt. MA. tionabilis
Cũ ergo placeat quoquo modo ſe in ſyllabis mixtura.
habeant, tamen ſi eiuſdem ſpatij ſint in tem- Cap. 11.
pore recte ſibi,& ſine detrimento æqualitatis
pedes poſſe miſceri, excepto dũtaxat amphi
bracho,quęri nõ immerito põt, vtrum recte
miſceãtur, qui quanquã ſint æquales tẽpore,
nõ eadem tñ percuſsione cõcordant, q̃ leua-

tione ac poſitione partes pedis ſibimet ꝯfert. Nam dactylus anapæſtus & ſpondeus, nō ſolū æqualiū tpum ſunt, ſed ēt percutiuntur æqualiter. In omnib. n. tn̄ leuatio, quantū poſitio ſibi vendicat. Itaq; hi ſibi miſcētur iuſtius q̄ quilibet ionicus cæteris ſex tpum pedibus. Vterq; quippe ionicus ad ſimplū & duplum percutitur, duo ſ. tpa quatuor tpibus conferens. His moloſſus ēt in hac re congruit. Cæteri vero pedes ad tantundem, nam in his le-

Leuatio & poſitio tantundē ſibi vendicant.

I uationi ac poſitioni terna tpa tribuuntur. Ergo tametſi omnes legitime feriant, nā & illi tres ſimpli & dupli rōne, & alij quatuor æqs partibus feriuntur, tn̄ quia plauſum inæqualem facit iſta permixtio, haud ſcio an iure repudietur: niſi quid habes ad hæc? DI. Procliuior ſum in iſtam ſnīam. Nam inęqualis plauſus qūo ſenſum non offendat ignoro. Si autē offendit, non vtiq; id pōt ſine vitio huius ꝑmixtionis accidere. MA. Atqui ſcias veteres miſcendos iudicaſſe iſtos pedes, & horum mixtione verſus compoſitos condidiſſe. Sed ne te authoritate premere videar, accipe aliquid horū verſuum, & vide vtrū offendat auditum. Si enim non mō non offenderit, ſed ēt delectauerit, nulla erit ratio huius mixtionis improbandæ. Verſus aūt ij ſunt, quos aduertas volo. At cōſona q̄ ſunt, niſi vocalib. aptes Pars dimidiū vocis opus profert ex ſe, Pars muta ſoni cōprimet ora mouentū: Illis ſonus obſcurior impeditiorq́;. Vtcunq; tn̄ promit ore ſemicluſo. Satis eſſe arbitror ad iudicandum id qđ volo. Quare dic q̄ſo vtrum nihil tuas aures numerus iſte permulſerit? DI. Immo nihil mihi vr̄ currere ac ſonare feſtiuius.

Terentianus.

K MA. Conſidera igit̄ pedes, inuenies profecto cū ſint quinque verſus, duos primos ſolis ionicis currere, tres poſteriores hr̄e admixtum dichoriū, cū oēs oīno ſenſum nr̄m cōi æqualitate delectent. DI. Iā hoc animaduerti, & facilius te pronunciante. MA. Quid ergo dubitamus conſentire veteribus, non eorū authoritate, ſed ipſa iam rōne victi, qui cenſent eos pedes, q eiuſdē tpis ſunt, rōnabiliter poſſe miſceri, ſi habeant legitimā, quamuis diuerſam percuſſionē. DI. Cedo iam prorſus, nam me ille ſonus quicquā ꝯdicere nō ſinit. MA. Intende item ad iſtos verſus. Volo tanq̄ tibi parcas, labor eſt in chartis. Et apertū ire per auras animū permittas. Placet hoc, nam ſapienter remittere interdum Aciem rebus

Pedes ſex ſyllabarū Cap. 12.

agendis decet intentam. DI. Etiā hoc ſatis eſt. MA. Præſertim cum iſti verſus ſint inconditi neceſſitate, quos ad tp̄s fabricatus ſum. Verūtamē & in iis quatuor requiro iudicium ſenſus tui. DI. Quid aliud & hic poſſum dicere, q̄ pulchre illos congruenterq́; ſonuiſſe. MA. Sentisne etiam duos ſuperiores altero ionico conſtare, qui dr̄ a minore, duos aūt poſteriores dijambū hr̄e permixtum? DI. Et hoc te pronunciando inſinuante perſenſi. MA. Quid illud, nonne te mouet ꝙ in illis Terentiani verſibus ionico ei, qui a maiore dicitur dichorius, in iis aūt noſtris alteri ionico, qui a minore nominatur, dijambus mixtus eſt? An nihil intereſſe arbitraris? DI. Immo intereſt, & uideor mihi rationem ipſam videre. Nam quoniam ionicus a maiore a duabus incipit longis, eum ſibi potius copulandum poſcit, vbi longa prima eſt, dichorium. Diiambus vero ꝙ incipit a breui, congruentius alteri miſcetur ionico a duabus breuibus incipienti. MA. Bene intelligis, quare hoc quoque tenendum eſt, iſtam etiam cōgruentiā, excepta æqualitate temporum, in pedibus miſcendis aliquantū valere oportere: non enim plurimum, ſed tn̄ nonnihil valet. Nam pro omni pede ſex temporum, oēm pedem ſex temporū poni poſſe, ita ſenſu interrogato iudices licet: primum moloſſi exemplum ſit nobis, virtutes: ionici a minore, moderatas: choriambi, percipies: ionici a maiore, concedere: diiambi, benignitas: dichorij, ciuitasq́;, antiſpaſti volent iuſta. DI. Habeo iſta. M MA. Contexe igitur iſta omnia atq; pronuncia, vel me potius pronunciante accipe, quo ad iudicandum liberior ſenſus vacet. Nam ut continuati numeri æqualitatem, ſine vlla offenſione auriū tibi inſinuem, hoc totum contextum ter pronunciabo, quod ſatis eſſe non dubitauerim. Virtutes moderatas percipies, concedere benignitas ciuitasq́; volent iuſta. Virtutes moderatas percipies, concedere benignitas ciuitasq́ue volent iuſta. Virtutes moderatas percipies, concedere benignitas ciuitasq; volent iuſta. Num forte aliquid in hoc pedum curſu aures tuas æqualitate aut ſuauitate fraudauit? DI. Nullo modo. MA. Delectauit ne aliquid? quanquā & hoc quidem conſequens eſt in hoc genere, vt delectet omne quod non offendit. DI. Nō poſſum aliter me dicere affectū q̄ videtur

tur

tur tibi. MA. Probas ergo oēs istos pedes senum temporum recte sibi posse copulari at-
A que misceri. DI. Probo. MA. Nihilne formidas nequis arbitretur tāta æqualitate istos pedes hoc ordine collocatos sonare potuisse, si autē ordinem permutes, non idem posse? Nam nihil quidem affert, sed experiri nō est difficile. Istuc ergo facito cum vacabit, non aliter inuenies q̃ sensum tuū multiformi varietate & vna æqualitate mulceri. DI. Faciā, quanquam hoc exemplo nemo est qui non præuideat necessario id euenturum. MA. Recte existimas. Sed quod ad propositum pertinet, admoto plausu ista percurram, vt de hoc quoque diiudicare possis vtrum aliquid an nihil claudicet. Atque vt simul aliquid experiaris de commutatione illius ordinis, quā nihil claudicationis illaturam esse prædiximus, iam nunc ipsum ordinem nota, & vt libitum est, eosdem pedes collocatos aliter atque à me collocati sunt personandos mihi plaudendosque permitte. DI. Primum volo esse ionicum à minore, secundum ionicum à maiore, tertium choriambum, quartum diambum, quintum antispastum, sextum di-
B chorium, septimum molossum. MA. Intēde ergo & aurem in sonum, & in plausum oculos. Nō enim audiri, sed videri opus est plaudentem manu, & animaduerte acriter quanta temporis mora in eleuatione, quanta in depositione sit. DI. Totus istic sum quantū valeo. MA. Accipe igitur collationem illā cum plausu tuam, Moderatas cōcedere percipies benignitas volent iusta ciuitasq; virtutes. DI. Sentio quidem nequaquam plausum istum claudicare, & tantum leuare quantum ponere: sed vehementer admiror quomodo eo ꝑcuti potuerint illi pedes, quorum diuisio simpli & dupli ratione constat, sicuti sunt ambo ionici & molossus. MA. Quid hic fieri tamē arbitraris, cum in his tria leuentur tempora, totidemq; ponantur? DI. Nihil aliud hic ꝑrsus video q̃ eam longam syllabam, quæ in ionico à maiore, & in molosso secunda, in ionico autem à minore, tertia est plausu ipso diuidi: vt quoniam duo habet tempora, vnū superiori parti, alterū posteriori tribuat, atque ita terna tempora leuatio positioq; sortiantur. MA. Nihil hic omnino aliud dici aut intelligi potest. Sed cur non etiam ille amphibrachus, quem ab ista numerositate peni-
C tus eijciebamus, hac conditione misceatur spondeo, dactylo & anapæsto, vel per se ipse numerosus aliquid in Musica continuatus efficiat? Potest enim simili ratione media quoque pedis eius syllaba, quæ longa est, plausu diuidi, vt cum singula tempora singulis lateribus dederit, non iam vnum & tria, sed bina tempora leuatio positioq; sibi vendicent, nisi habes aliquid quod resistat. DI. Nihil sanè habeo quod dicam, nisi hunc etiam esse admittendum. MA. Aliquid ergo plaudamus quaternorum numerorum temporumq; pedibus ordinatum atque contextum, quibus iste commixtus sit, & eodem modo sensu exploremus, vtrum nihil imparile offendat. Et ideo attende in hunc numerum, propter iudicandi facilitatem cum plausu tertio repetitum, Sumas optima, facias honesta. Sumas optima, facias honesta. Sumas optima, facias honesta. DI. Iamiam obsecro parce auribus meis. Nam etiam plausu non admoto, ipse per se horum pedum cursus in illo amphibracho vehemētissime claudicat. MA. Quid
D igitur putandum est esse causæ, vt in hoc fieri non possit quod in molosso & ionicis potuit? An quoniam in illis æqualia sunt medio latera? In numero enim pari si sit mediū suis æquale lateribus, primus senarius occurrit. Ergo illi senorum temporum pedes, quoniā duo tempora in medio possident, & bina in lateribus, libenter quodammodo illud medium cecidit in latera, quibus amicissima æqualitate coniungitur. Non autem idē fiet in amphibraco, vbi sunt imparia medio latera: siquidem in illis singula, in illo duo tempora sūt. Huc accedit quod in ionico & molosso medio in latera soluto, terna fiunt tempora, in quibus rursum medio paria latera inueniuntur, quod item desit amphibraco. DI. Ita res est vt dicis, nec immerito amphibrachus in illa serie offendit auditum, hic vero etiam delectat. MA. Age nūc tu per te ab ipso exordire pyrrhichio, & secundum supradictas rationes, quos pedes quibus misceri oporteat, quantum potes breuiter explica. *Qui pedes quib. misceantur. c. 14.* DI. Nullus pyrrhichio, non enim alius inuenitur totidem temporum, Iambo posset chorius, sed propter inæqualem plausum vitandum est, alter a simplo, a duplo alter incipit.
E Ergo tribrachus vtrisque accommodari potest. Spondeum & dactylum & anapæstum, & pro-

& proceleumaticum amicos inter se, & copulabiles video. Non enim tantum temporibus, sed plausu etiam sibi congruunt. Enimuero exclusus amphibrachus, nulla potuit ratione reduci, cui parilitas temporum auxiliari quid, diuisione plausuque discordantes non potuit. Bacchio creticum, & pæones primum, secundum & quartum: Palimbacchio autem eundem creticum, & pæones primum & tertium & quartum in temporibus & plausu concordare manifestum est. Ergo cretico & pęonibus primo & quarto, quoniam & a duobus & a tribus temporibus eorum incipere diuisio potest, & cæteri omnes quintum temporum pedes possunt sine vlla claudicatione copulari. Iam illorũ qui sex temporibus constant, omnium inter se miram quandam esse cõcordiam satis disputatum est. Quandoquidem illi quoque ab ijs in plaudendo non dissonant, quos aliter diuidi exegit conditio syllabarum: tantam vim habet cum medio laterum æqualitas. Porro
F septenũ temporum pedes cum sint quatuor, qui Epitriti nominantur, primum & secun-
G dum inuenio sibi posse copulari. Amborum enim diuisio incipit a tribus temporibus, idcirco nec spatio temporis nec plausu dissident. Rursus libenter sibi copulantur tertius & quartus, quia vterque in diuidendo incipit a quatuor temporibus, quare & metiuntur & plauduntur æqualiter. Restat octo temporum pes, qui dispondeus vocatur, cui sicut pyrrhichio par nullus est. Habes a me quod poposcisti, & facere potui. Perge ad reliqua. MA. Faciam, sed post tam longum sermonem respiremus aliquantulum, & illorum versuum meminerimus, quos mi nus extemporales pauloante ipsa lassitudo suggessit. Volo tandem tibi parcas, labor est in chartis, Et apertum ire per auras animum permittas. Placet hoc, nam sapientem remittere interdum Aciem rebus agendis decet intentam. DI. Placet sanè, ac libenter obtempero.

D. AVRELII AVGVSTINI Hipponensis Episcopi de Musica.

Liber tertius.



TERTIVS hic sermo postulat, vt qm̃ d' pedũ amicitia quadã concordiaq; satis dictũ est, videamus quid ex his ɔtextis continuatisq; gignatur. Quare primum ex te quæro, vtrum possint copulati sibi pedes quos copulari oportet, perpetuũ quendã numerũ creare, vbi nullus finis certus appareat: velut cũ symphoniacis scabella & cymbala pedibus feriunt, certis quidem numeris, & his qui sibi cum aurium voluptate iunguntur, sed tamen tenore perpetuo, ita vt si tibias nõ audias, nullo modo ibi notare possis, quousque procurrat cõnexio pedum, & vnde rursus ad caput redeatur: Velut si tu velis centum vel amplius, quousque libitum est, pyrrhichios vel alios qui inter se
H amici sunt pedes, continua connexione decurrere. DI. Iam intelligo, & fieri posse concedo quandã pedum connexionẽ in qua certum est vsque ad quot pedes progrediẽdum sit, atque inde redeundum. MA. Num huius generis esse dubitas, & hoc ab illo superiore distare concedis, cum certam faciendorum versuum disciplinam esse non neges, & qui versus te semper cũ voluptate audisse cõfessus sis? DI. Manifestum est & hoc esse, & ab illo superiore genere distare. MA. Ergo quoniam oportet distingui etiam vocabulis ea quæ ad se distincta sunt, scias illud superius genus copulationis, rhythmum à Græcis, hoc autem alterum metrum vocari: Latine autem dici possent, illud numerus, hoc mensio vel mẽsura. Sed quoniam hæc apud nos nomina late patent, & cauendum est ne ambigue loquamur, commodius vtimur Græcis. Vides tamen, vt opinor, q̃ recte vtrunque nomen his rebus sit impositum: nam quoniam illud pedibus certis prouoluitur, peccaturque in eo si pedes dissoni misceantur, recte appellatus est rhythmus, id est, numerus. Sed quia ista prouolutio non habet modum, nec statutum est in quoto pede finis aliquis emineat propter aliquam mensurã continuationis, non debuit metrũ vocari. Hoc autem vtrunque habet: nam & certis pedi-

pedibus curritur, & certo terminat mō. Ita-
que non solū metrum pp insigné * finé, sed
ét rhythmus est, pp pedū rōnabilé connexio
né. Quo circa omne metrū rhythmus, nō oīs
rhythmus etiam metrum est. Rhythmi.n.no-
men in Musica vsqueadeo late patet, vt hæc
tota pars eius, quæ ad diu & nō diu ptinet,
rhythmus nominata sit. Sed de nomine cum
res appareat, nō esse satagendū & doctis sa-
piétibus placuit. An aliqđ ꝯdicendū aut dubi
tandū putas de his quæ à me dicta sunt? Im-
mo prorsus assentio. MA. Nunc ergo mecum
illud cōsidera, utrū sicut omnis uersus metrū
est, ita omne metrū etiā uersus sit. DI. Consi-
dero quidé, sed quid respondeam non inue-
nio. MA. Vnde id tibi censes accidisse? An qa
de uocabulis quæstio est? Non.n.ut de rebus
ad disciplinā pertinentib. ita de nominibus
possumus respōdere interrogati. Propterea,
quia res omniū mentibus communiter sunt
insitæ, nomina uero ut cuiq; placuit imposi-
ta, quorū uis authoritate atq; consuetudine
maxime nititur, unde ét esse linguarū diuersi-
tas pōt, rerū auté in ipsa ueritate constitutarū
profecto non pōt. A me igitur accipe qđ ip-
K se nullo pacto rñdere posses. Nā nō uersum
solū metrum ueteres uocauere. Itaq; quod
ad te attinet, uide atq; rñde, non.n.iam de no
minibus agitur, utrū inter hæc duo aliqđ di-
stet, qđ quidā numerus pedum ita certo fine
claudatur, ut nihil ad rem pertineat, ubi fiat
quidā articulus antequā ueniatur ad finem,
alius auté nō solū certo quodā fine claudat,
sed ét certo quodā loco quædam eius par-
titio emineat, ut quasi membris conficiatur
duobus. DI. Non intelligo. MA. Attende er-
go in hæc exempla: Cunctæ igitur camœnæ
Fōticulæ puellæ, Quæ canitis sub antris Mel
lifluos sonores, Quæ lauitis capillum Purpu
reum Hippocrene Fonte, ubi fusus olim
Spumea lauit almus Ora iubis aquosis Pega-
sus, in nitentem Peruolaturus æthram. Atten
de ergo in hæc exempla, cernis profecto qn-
que superiores uersiculos eodem loco parté
orationis habere terminatam, id est, in cho-
riābo pede, cui subiungitur bacchius, ut uer
siculum cōpleat. Nāque hi vndecim choriā-
L bo & bacchio pedibus constant. Cæteros ue
ro excepto uno.s. Ora iubis aquosis, non eo
dem loco habere terminatam parté oratio-
nis. DI. Cerno istuc quidé, sed quò pertineat

nō uideo. MA. Eò.s.ut intelligas hoc metrum
nō quasi legitimū locū habere, vbi ante finé
uersus finiat pars orationis, nā si ita esset, oés
eodé loco hunc haberent articulū, aut certe
rarissime in his inueniretur, qui nō haberet,
nūc uero cum sint vndecim, sex ita sunt, qn-
que non ita. DI. Et hoc accepi, & adhuc quò
rō tendat expecto. MA. Attende ergo etiā in
ista peruulgatissima, Arma uirūq; cano, Tro *Aenei. 1.*
iæ qui primus ab oris. Et ne longū faciamus,
quia carmen notissimum est, ab hoc uersu
vsq; ad qué uolueris explora singulos, inue-
nies finitā parté orationis in quinto semipe-
de.i.in duobus pedibus & semisse. Nā hi uer
sus constant pedib. quaternorū temporum,
quare iste finis de quo agitur partis oratio-
nis, quasi legitimus in decimo tempore est.
DI. Manifestū est. MA. Iā ergo intelligis inter
illa duo genera, quæ ante ista exempla ꝓpo-
sueram, nonnihil distare, quod aliud.s.metrū
antequā claudatur, non habet certum & statu
tum aliqué articulum, sicut in illis vndecim
uersiculis explorauimus: Aliud uero habet, M
sicut in heroico metro quintus semipes satis
indicat. DI. Iam liquet quod dicis. MA. Atq;
scias oportet a ueteribus doctis, in quib. ma- *Versus*
gna est authoritas, illud superius genus non *quid sit.*
esse uersum appellatum, sed hunc definitum
& uocatū esse uersum, qui duob. quasi mem
bris cōstaret, certa mésura & rōne cōiūctis.
Sed tu nō multū labores de nomine, qđ nisi
à me uel à quolibet alio tibi indicaret, nullo
mō de hoc interrogatus, rñdere posses. Sed
qđ rō docet, in id ꝓcipue & maxime animū
intende, uelut hoc ipsum qđ nunc agimus, ra
tio.n.docet inter hæc duo genera distare ali-
quid, quibuslibet uocabulis nuncupentur. Ita
que hoc bene interrogatus possis dicere ipsa
ueritate confisus, illud ét nisi authoritaté se-
cutus, nō possis. DI. Apertissime iam ista co-
gnoui, & quanti pendas hoc de quo me tam
crebro admones, iam existimo. MA. Hæc
ergo tria nomina, qbus differendi causa ne-
cessario usuri sum᷒, memoriæ mádes uelim,
rhythmum, metrum, uersum, quæ sic distin-
guuntur, ut omne metrum ét rhythmus sit, A
non omnis rhythmus etiam metrum. Item
omnis uersus & metrum sit, non omne me-
trum etiam uersus. Ergo omnis uersus est
rhythmus & metrū. nā hoc, ut arbitror, esse
cōsequens vides. DI. Video sané, nā & lucé
clarius

Rhythmi ex Pyrrhichiis. Cap. 3.

clarius est.MA. Prius igitur,si placet, de rhythmo,in quo nullũ metrũ est, deinde de metro ubi uersus nõ est, postremo de ipso uersu quantũ possumus differamus. D I. Placet uero.MA. Sume ergo tibi ab ipso capite pedes pyrrhichios,& de his rhythmũ contexe. DI.Etiã si id possum facere, qui modus erit? MA. Satis est, ut eũ tendas exempli. n. gratia id faciamus,usq; ad decẽ pedes, nã usque ad hunc pedũ numerũ non progreditur uersus, quod suo loco diligenter tractabitur.DI.Bene quidẽ tu non multos pedes mihi proposuisti copulandos, sed uideris mihi non recordari iã te satis discreuisse quid inter Grãmaticum & Musicum intersit,cũ ego tibi rñdissem syllabarũ longarum & breuium cognitionem me non habere, quæ a Grammaticis traditur,nisi forte permittis,ut nõ uerbis, sed aliquo plausu rhythmũ istũ exhibeã, nã

B iudiciũ aurium ad temporũ momenta moderanda me posse habere non nego,q̃ uero syllaba producenda uel corripienda sit, qđ in authoritate sitũ est, omnino nescio. MA. Fateor nos ita,ut dicis, grammaticũ à musico discreuisse,& in hoc te gene inscitiam tuam esse confessum. Quare a me accipe hoc exẽpli genus,Ago celeriter agile qđ ago tibi qđ anima uelit.DI.Habeo istuc. MA. Hoc ergo quoties libet repetendo,efficies rhythmi huius longitudinẽ quãtã uoles,quãquã hi decẽ pedes ad exemplũ sufficiãt. Sed illud q̃ro, si tibi quispiã dicat non pyrrhichiis,sed proceleumaticis pedibus hunc rhythmũ constare, q̃d rñdebis? DI.Prorsus ignoro, nã ubi decẽ pyrrhichii sunt,quinq; proceleumaticos metior,& eo maior dubitatio est, qđ de rhythmo consulimur,qui.s.ꝑpetuo fluit.Vndecim n.Pyrrhichii uel tredecim,& quolibet impari numero,non possunt habere integrũ proceleumaticorũ numerũ.Si ergo esse certus finis in hoc de quo agitur rhythmo ibi saltem dicere possemus pyrrhichio potius, q̃ proceleumatico eũ currere,ubi omnes integri proceleumatici non inuenirentur, nũc uero & ipsum infinitũ nobis conturbat iudiciũ, & si

Versus ex Pyrrhichiis decẽ.

C qñ numerati quidem pedes sed pari numero nobis proponuntur,sicut sunt decem & duodecim.MA.Atqui nec de ipso impari numero pyrrhichiorũ quod tibi uisum est, liqdo visum est.Quid. n. si vndecim ꝓpositis pedibus pyrrhichiis dicatur rhythmus quinque habere proceleumaticos,& semipedẽ, nunqđ resisti põt, cũ multos inueniamus uersus claudi semipede? DI. Iam dixi me nescire qđ de hac re dici posit.MA. Nũ ẽt illud nescis, ꝓceleumatico priorẽ esse pyrrhichiũ? Siquidẽ duob. pyrrhichiis proceleumaticus cõstat. sicut prius est unũ q̃ duo, & duo q̃ quatuor, ita ꝓceleumatico prior est pyrrhichius. DI. Verissimũ est.MA.Cũ ergo in hanc ambiguitatẽ incidimus,ut posit in rhythmo & pyrrhichius metiri & proceleumaticus,cui principatũ daturi sumus,priori, ex quo iste constat,an posteriori,ex quo ille nõ constat? DI. Nemo dubitabit priori esse dandum. MA. Quid ergo dubitas de hac res cõsultus rñdere,pyrrhichiũ potius q̃ proceleumaticũ istũ rhythmũ esse nũcupandũ.DI.Iã omnino nõ dubito,pudet tã manifestã rõnẽ non me cito animaduertisse.MA. Videsne illud etiam ista rõne cogi,ut qdẽ pedes sint, qui rhythmum continuare non posint? Nã qđ in proceleumatico inuentũ est,cui tollit pyrrhichius principatũ, hoc & de diambo & de dichorio, & de dispondeo inuentũ puto, nisi tibi aliud uidetur.DI. Quid mihi aliud uideri põt,cũ probata illa rõne hoc qđ sequit improbare non posim?MA. Vide ẽt ista, & cõpara ac iudica.Nã vr̃,cũ tale incertum euenit, plausu potius debere discerni, quo pede curratur, ut si pyrrhichio uelit currere, unum tibi tempus leuandũ,unum ponendum sit, si proceleumatico duo & duo, ita & pes apparebit, & nullus pedum erit a rhythmi continuatione seclusus. D I. Huic magis faueo sententiæ, quæ nullum pedem ab hac contextione esse immunem sinit. M A. Recte facis, & quò magis hoc approbes,consydera de tribracho pede quid respondere posimus, si nihilominus quisque contendat, non pyrrhichio aut proceleumatico istum rhythmum,sed tribracho currere. D I. Video iudicium ad plausum illum esse reuocandum,ut si unum tempus est in leuatione, duo in positione. i. una & duæ syllabæ, aut contra duæ in leuatione, una in positione tribrachus rhythmus esse dicatur. M A. Recte intelligis. Quãobrem iam dic mihi utrũ spondeus pes pyrrhichio rhythmo posit adiungi. DI.Nullo mõ, non.n. cõtinuabit plausus æqualis,cũ leuatio & positio in pyrrhichio singula, in spondeo uero bina tempora teneant. MA. Potest ergo proceleuma-

celeumatico adiungi? DI. Pôt. MA. Quid cũ
ei adiungiť, interrogati, vtrũ, rhythmus ꝓce-
leumaticus an ſpõdaicus ſit, quid rñdebimꝰ?
DI. Quid cenſes, niſi ſpondeo dandũ eẽ prin
cipatũ? Cum.n. plauſu iſta controuerſia non
dijudicetur in vtroq; nam in vtroq; bina le-
uamus ac ponimus tpa, quid aliud reſtat, niſi
vt ille regnet, qui in ipſo pedũ ordine prior
eſt? MA. Rationẽ te ſecutum eſſe ſatis appro-
bo, & vides, vt arbitror, q̄d ſequať. DI. Quid
tandẽ? MA. Quid putas, niſi tam ꝓceleumati-
co q̃ pyrrhichio rhythmo nullũ alium pedẽ
poſſe miſceri? qm̃ quiſquis miſcebiť, totidẽ
tpum, nõ.n. aliter pôt miſceri, in eũ rhythmi
nomen transferať neceſſe eſt. Oẽs enim prio
res in illo ſunt, qui totidẽ tpibus conſtant. Et
qm̃ ijs qui priores inuenti fuerint, cogit nos
rõ q̃ vidiſti principatũ dare, ideſt, ex eo rhy-
thmum nuncupare, non erit iã proceleuma-
ticus rhythmus, aliquo alio quatuor tpum
mixto, ſed ſpõdaicus, aut dactylicus, aut ana-
peſticus. Amphibrachũ. n. ab iſtorũ copula-
tione numerorũ recte remotum eſſe cõuenit.
DI. Fateor ita eſſe. MA. Nunc ergo ex ordine
conſidera iambicũ rhythmũ, qm̃ pyrrhichiũ
& proceleumaticũ, q duplicato pyrrhichio
gigniť, ſatis diſcuſsimus. Quare dicas velim
huic quẽ cenſes admiſcendũ pedẽ, vt iambi-
cus rhythmus ſuũ nomen obtineat. DI. Quẽ
niſi tribrachũ, q & tpibus & plauſu ꝯgruit:
& quia poſterior eſt, regno pellere non pôt?
Nã chorius eſt quidẽ poſterior, & totidẽ tẽ-
porũ, ſed non eodẽ mõ placuit. MA. Age iã,
vide rhythmũ trochaicũ, & ad eadẽ de hoc
quoq; rñde. DI. Idem rñdeo: nã pôt & huic,
non ſolũ ſpatio tpis, ſed plauſu ẽt concinere
tribrachus. Cauendũ aũt iãbum quis non vi-
deat? qui ẽt ſi æqualiter plauderetur, princi-
patũ tñ mixtus auferret. MA. Quid ſpondai-
co rhythmo, quẽ tandẽ copulabimus pedem?
G DI. Sanè in hoc largiſsima copia eſt: nã & da
ctylũ & anapeſtũ & proceleumaticũ nulla
imparilitate tpum, nulla claudicatione plau
ſus, nulla principatus ademptione impediẽ-
te huic video miſceri poſſe. MA. Video iã te
facile poſſe cætera ordine ꝓſequi: quocirca
remota interrogatione mea, vel potius tanq̃
de oĩbus interrogatus reſponde breuiter, di-
lucideque quantum potes, quomodo ſinguli
qui reſtant pedes, aliis legitime immixtis, ob-
tineant ſuũ nomẽ in rhythmo? DI. Faciã: neq;
.n. vllius negocij eſt, tanta rõnum luce ꝑmiſ-
ſa. Nam tribracho nullus miſcebitur, oẽs.n.
priores ſunt, qui ei ſunt temporibus pares.
Dactylo anapæſtus poteſt: nam & eſt poſte-
rior tempore, ac plauſu currit æqualiter: vtri
que autem proceleumaticus eadem ſcilicet
ratione copuleť. Iam bacchio creticus, & de
pæonibus primus, ſecũdus & quartus miſce-
ri pñt. Porro ipſi cretico, oẽs qui poſt illum
ſunt quinq; temporum pedes iure miſcẽtur,
ſed non oẽs eadem diuiſione. Alij nanque
ad duo & tria, alij ad tria & duo tẽpora di-
uiduntur. Ille aũt creticus utroq; modo di-
uidi pôt, quia media breuis cuilibet parti tri-
buiť. Palimbacchius autẽ, quia eius diuiſio à
duobus temporibus incipiens, in tria deſinit,
congruos & copulabiles habet pæones om-
nes, præter ſecundum. Moloſſus de triſylla- H
bis reſtat, a quo primo incipiunt ſex tempo- *Intelligit*
rũ pedes, qui omnes eidẽ coniungi poſſunt: *duo tpa*
partim propter ſimpli duplique rationẽ, par *interme-*
tim propter illã, quam nobis plauſus oſtẽdit *dia diuidi*
partitionẽ lõgæ ſyllabæ, q̄ ſingula tẽpora par *& in late*
ti vtriq; cõcedit, quia in ſenario nnmero par *ra conce-*
lateribus medium eſt. Ob quam cauſam & *dere.*
Moloſſus, & ambo ionici non ſolum in ſim-
plũ & duplũ, ſed ẽt in ęquas partes propter * *a.l.per.*
terna tẽpora feriuntur. Hinc efficitur vt de-
inceps omnibus ſex tpum pedibus, omnes
totidẽ tpum poſteriores copulari queant,
ſolusq; antiſpaſtus, qui nullum ſibi velit mi-
ſceri, remaneat. Hos conſequuntur quatuor
epitriti, quorum primus admittit ſecũdum,
ſecundus nullũ, tertius quartũ, quartus nul-
lum. Reſtat diſpondeus, rhythmũ ſolus ẽt ip-
ſe facturus, quia nec poſteriorem quenquã
inuenit, nec æqualem habet. Itaq; omnium
pedes nouem, qui nullum aliũ mixtũ admit-
tentes, rhythmum faciunt, pyrrhichius, tri-
brachus, proceleumaticus, pæon ſecundus,
pęon quartus, antiſpaſtus, epitritus ſecundus I
& quartus, & diſpondeus: reliqui eos, qui ſe
poſteriores ſunt, copulari ſibi patiuntur, ita
ut rhythmi nomen obtineant, etiam ſi pau-
ciores in ea ſerie numerentur: hoc eſt: vt opi
nor, ſatis a me quod voluiſti, explicatum at-
que digeſtum tuum eſt iam uidere quod re- *An sint*
ſtat. MA. Immo mecum etiam tu, ambo.n. *pedes ſu-*
quęrimus. Sed q̄d tandẽ reſtare arbitraris, *pra ſylla-*
quod ad rhythmũ attinet? Nonne illud cõſi- *bas qua-*
derandum eſt, vtrum aliqua dimenſio pedis, *tuor. c. 5.*
quanuis

quãnuis octo tpã non excedat, q̃ diſpondeus obtinet, excedat tñ numerum quatuor ſyllabarũ? DI. Quære quæſo. MA. Immo tu, quare me potius q̃ teipſum rogas? An tibi nõ vr̃ ſine vlla fraude vel offenſione auriũ, ſiue qđ ad plauſum, ſiue ad diuiſionẽ petẽdũ, ſiue qđ ad ſpatiũ tpis ptinet, pro vna longa ſyllaba duas poſſe poni breues? DI. Quis hoc negauerit? MA. Hinc ergo eſt, qđ pro iambo vel chorio tribrachum ponimus, & pro ſpondeo dactylũ, vel anapæſtũ, vel proceleumaticum, cũ vel pro ſecunda eius, vel pro prima duas breues ponimus, vel quatuor pro vtraq;. DI. Aſſentior. MA. Fac igit̃ hoc idẽ in ionico quolibet, vel alio quopiã quadriſyllabo ſex tpum pede, & ꝑ vna eius quacunq; longa duas breues

K ues conſtituas, nũ quicq̃ menſuræ deerit, aut plauſui reſiſtit? DI. Nihil oĩno. MA. Conſidera ergo quot ſyllabæ fiunt. DI. Quinq; fieri video. MA. Vides certe poſſe quatuor ſyllabarũ numerũ excedi. DI. Video ſanè. MA. Quid ſi pro duabus, q̃ ibi ſunt lõgæ, quatuor breues poſueris, nonne in vno pede ſex ſyllabas neceſſe eſt metiri? DI. Ita eſt. MA. Quid ſi cuiuslibet epitriti oẽs longas ſoluas in breues, num ẽt de ſeptẽ ſyllabis dubitandũ eſt? DI. Nullo mõ. MA. Quid ipſe diſpondeus? nonne octo efficit, cũ ꝑ oĩb. longis binas breues locam⁹? DI. Veriſsimũ eſt. MA. Quæ igitur rõ eſt, qua cogimur, & tã multarũ ſyllabarũ metiri pedes, & pedẽ qui adhibet̃ ad numeros, nõ excedere quatuor ſyllabas, añ tractatis rõnib. confitemur? Nonne tibi vr̃ inter ſe iſta pugnare? DI. Immo maxime, & quõ iſtud pacari poſsit, ignoro. MA. Etiã hoc facile eſt, ſi teipſum rurſum interroges, vtrũ rõnabiliter inter nos pauloante ꝯſtiterit, iõ pyrrhichiũ & & proceleumaticũ plauſu debere diiudicari atq; diſcerni, ne ſit vllus pes legitimæ diuiſio

L nis, qui rhythmũ nõ faciat id eſt, vt ex eo rhythm⁹ noĩet̃. DI. Hoc vero memini, & nõ inuenio cur mihi placuiſſe pœniteat: ſed quorſſum iſta? MA. Quia. ſ. hi oẽs pedes quaternarũ ſyllabarum, excepto amphibraco, rhythmũ, ideſt principatum in rhythmo tenent, eumq; vſu & nomine afficiunt: illi vero qui plures, q̃ quatuor ſyllabas habent multi quidẽ pro his poni pñt, ſed ipſi ꝑ ſe rhythmum facere, ac rhythmi nomen obtinere nõ pñt, & ideo ne pedes quidẽ iſtos appellandos putauerunt. Quamobrẽ repugnantia illa, q̃ nos

Quaternariũ, id eſt, non excedentes quatuor ſyllabas.

mouebat, iã, vt opinor, ꝯpoſita eſt & ſopita, qñquidẽ licet & plures ſyllabas, q̃ quatuor ꝑ aliquo pede ponere, & pedẽ tñ non appellare, niſi eũ quo rhythmus efficiatur. Oportebat. n. pedi conſtitui aliquẽ modũ progreſsionis in ſyllabis. Is aũt modus conſtitui optimus potuit, qui de ipſa numerorũ rõne tranſlatus in quaternario conſtitit. Itaq; longarũ ſyllabarũ quatuor pes eſſe potuit. Cũ aũt pro eo breues octo ꝯſtituimus, qm̃ tñ ſpatij hñt in tpe, pro altero poni pñt. Quia vero legitimã progreſsionẽ, ideſt, quaternariũ numerũ excedunt, pro ſe ipſi poni, ac rhythmum gignere non ſenſu aurium, ſed diſciplinæ lege prohibentur, niſi ꝯdicere aliquid paras. DI. Paro ſanè, & iam faciam. Nam quid impediebat vſque ad octonarium numerum ſyl-

M labarum progredi pedem, cum eundem numerum ad rhythmum admitti poſſe videamus? Neque enim me mouet, quod pro alio dicis admitti: immo hoc me magis admonet quærere, vel potius quæri, quod non etiam ſuo nomine admittitur, qui ꝑ alio poteſt. MA. Non mirum eſt quod hic falleris, ſed facilis explicatio veri eſt, nam omittã tanta, quæ pro quaternario numero iam ante diſputata ſunt, cur vſq; ad illũ fieri debeat progreſsio ſyllabarum. Fac iam ceſsiſſe tibi & conſenſiſſe vſq; in octo ſyllabas pedis debere longitudinem porrigi: num reſiſtere poteris eſſe iam poſſe octo longarum ſyllabarum pedem? Certe enim ad aliquẽ numerũ ſyllabarum cum peruenit pes, non ſolum ad eum peruenit qui breuibus, ſed etiã qui longis ſyllabis conſtat. Quo fit vt adhibita rurſus ea lege, quæ abrogari non poteſt, qua duas breues pro una longa poni licet, ad ſedecim ſyllabas pertẽdamus. Vbi ſi rurſus pedis incrementum ſtatuere volueris, in trigintaduas breues proficiſcimur: huc quo- N que ratio tua pedem te compellit adducere, & rurſus lex illa duplum numerum breuium pro longis locare: atque ita nullus conſtituetur modus. DI. Iam cedo rationi, qua vſq; ad quaternariũ ſyllabarũ numerũ ꝓmouemus pedẽ. Pro his autem legitimis pedibus poni oportet pedes plurium ſyllabarum, dum breues duæ vnius longæ locum occupant, non recuſo. MA. Facile eſt ergo te etiã illud videre atq; ꝯcedere, alios pedes eſſe pro his, penes quos rhythmi eſt principatus, alios

qui cū his collocantur. Nā ubi pro longis singulis geminantur breues, pro eo q̄ rhythmū obtinet, alios collocamus, uelut pro iābo, & trocheo tribrachū, aut pro spondeo dactylū, aut anapæstū aut proceleumaticū. Vbi uero nō idē fit, non pro eo, sed cū eo ponit̄ q̄squis miscetur inferior, ut cum dactylo anapæstus, cum ionico uero utrolibet diiambus uel dichorius, & reliqui similiter suo iure cū cæ- B teris. An parū tibi dilucidū uel falsum uidetur? DI. Iam intelligo. MA. Responde ergo utrū illi, qui pro aliis ponunt̄, possint ēt ipsi ꝑ se facere rythmum? DI. Possunt. MA. Omnesne? DI. Omnes. MA. ergo & quinque syllabarum pes pōt suo nomine rhythmū facere, quia pro bacchio uel cretico uel quolibet pæone poni potest. DI. Non potest quidē, sed iam istum non uocari pedē, si ꝓgressione illius ultra quaternariū numerū transeat, satis memini. Ego cum omnes posse rñdi, pedes utique posse respondi. MA. laudo etiam in nomine retinendo diligentiam, & uigilātiā tuam. Sed scias multis ēt esse uisum senarū syllabarū pedes nuncupandos, sed amplius, q̄d sciam, nemini placuit. Et illi quib. hoc placuit, negauerunt ad rhythmū, aut ad metrū per se gignendū tam longos pedes adhibere oportere. Itaq; ne nomina quidē his indiderūt. Quocirca uerissimus est ille progressionis modus, qui usq; ad quatuor syllabas peruenit, q̄nquidem hi oēs pedes, quib. diuisis duo fieri non possunt, cōiuncti pedē facere potuerunt, & ita qui in sextā syllabam usq; progressi sunt, nomen tm̄ pedis in eos, qui quartā excesserunt, transferre ausi sunt, ad principatū uero, qui est in rhythmis, & C metris, nullo mō eos aspirare siuerunt. Sed cū pro longis breues duplicantur, ēt ad septimā atq; octauam, ut iam ostendit rō, syllabā peruenitur, ad quem numerū nemo tetendit pedem. Sed quoniam uideo constare inter nos quēlibet plurium q̄ quatuor syllabarū, cum pro longa duas breues ponimus, nō cū his legitimis pedibus, sed pro his posse poni, neque per seipsos rhythmum creare, ne in infinitum eat quod ratione finiendum est, satis iam inter nos de rhythmo existimo disputatum, transeamus ad metra si placet. DI. Placet uero. MA. Dic igitur, Metrumne arbitraris pedibus fieri, an pedes metro. DI. Non intelligo. MA. Pedesne coniuncti metrum creant, an metris coniunctis pedes creantur? DI. Scio iam quid dicas, & cōiunctis pedib. metrum fieri puto. MA. Cur tādem id fieri putas? DI. Quia inter rhythmum, & metrū hoc interesse dixisti, q̄d in rhythmo contextio pedum nullum certum habet finē, in metro uero habet, ita ista pedum contextio, & rhythmi & metri esse intelligitur, sed ibi infinita, D hic autem finita constat. MA. Ergo unus pes metrum non est. DI. Non utique. MA. Quid unus pes, & semipes? DI. Ne hoc quidem. MA. Quare? An quia metrum pedibus cōstit, nec utique possunt dici pedes,* ubi nusquam duo sunt? DI. Ita est. MA. Inspiciamus igitur metra, illa, q̄ à me paulo ante commemorata sunt, & uideamus quibus pedibus constēt, non.n. te in hoc genere animaduertendo rudem esse adhuc decet. Ea sunt autē. Ite igitur camœnæ Fōticolæ puellæ, Quæ canitis sub antris Mellifluos sonos. Satis hæc esse ad id quod intendimus puto, tu iam metire ista, & quos habeant pedes renuncia. DI. Omnino non possum, eos.n. metiendos puto, qui sibi legitime copulari queunt, nec ualeo me hinc expedire. Si enim primum chorium fecero, sequitur iambus, qui temporibus par est, sed non similiter plauditur, si dactylum, non sequit̄ alius qui ei saltē tēporib. coæquet̄,* si dichoriū eadē difficultas est, quod.n. restat, nec E temporib. cum eo, nec plausu conuenit. Quare aut hoc metrum non est, aut falsum est, q̄d inter nos de pedum copulatione differtum est, nam quid aliud dicam non inuenio. MA. Metrum quidem esse, & eo quod plus est q̄ pes, certumque finem habet, & ipsarum aurium iudicio conuincitur. Non enim tā suaui sonaret æqualitate, aut motu tam concinno clauderetur, si non inesset illa numerositas, quæ profecto esse, nisi in hac parte musicæ nō pōt. Falsa uero esse, quæ inter nos constiterunt, miror quod existimes, non. n. aut numeris quicquā est certius, aut illa pedū cōmemoratione, & collatione ordinatius. Nā ex ipsa numerorum ordinatione, quæ nullo modo fallit, expressum est, quicquid in eis ad mulcendas aures, & ad obtinēdū in rhythmo principatum, ualere perspeximus. Sed uide potius cū sæpe repeto. Quæ canitis sub antris, demulceoque ista numerositate sensum tuum. Quid distat inter hoc & si adderem ad finem huius breuem aliquā syllabā,

& item

Situatur pedibus. Cap. 6.

a. l. vbi minus quam duo sunt.

a. l. choriambū.

& item iſtoc eodẽ modo repeterem. Quę canitatis ſub antrisue? DI. Vtrunque mihi iucũde illabitur aurib. Hoc tñ poſterius, quo vnã ſyllabã addidiſti breuẽ, plus tenere ſpacij ac tẽporis, ſiquidẽ longius factum eſt, cogor fateri. MA. Quid cũ illud ſuperius. Quæ canitis ſub antris, ita repeto, vt poſt finẽ nihil ſileã, eademne ad te iucunditas peruenit? DI. Immo neſcio quid claudum me offendit, niſi forte illã vltimã plus q̃ cæteras longas produxerit. MA. Ergo ſiue idipſum amplius qđ producitur, ſiue qđ ſiletur produxero, cenſesne in tempore habere aliquid ſpacij? Quis aliter poteſt? MA. Recte cenſes. Sed dic mihi etiam quantũ ſpaciũ putas eſſe? DI. Metiri hoc omnino difficile eſt: MA. Verum dicis, ſed nonne tibi videtur breuis ſyllaba id metiri, quam cum addimus, neq; longæ vltimæ vltra ſolitã productionem, neq; vllum ſilentium in eius metri repetitione ſenſus deſyderauit? DI. Omnino aſſentior, nam recte illud ſuperius pronunciante te atq; repetente, hoc poſterius ego apud me ipſe repetebã pariter tecũ, ita ſenſi idẽ ſpaciũ temporis ambobus occurrere cum ſilentio tuo breuis mea vltima conueniret. MA. Teneas igitur oportet hęc ſilentiorũ ſpacia certa in metris eſſe. Quare cũ inueneris aliquid deeſſe pedi legitimo conſyderare oportebit, utrum dimenſo atque annumerato ſilentio compenſetur. DI. Teneo iam iſtuc, perſequere cætera. MA. Video iam nos q̃rere debere ipſius ſilentij modum, iam que in hoc metro, ubi poſt choriambum bacchium comperimus, quia unũ tp̃s deeſt, ut ſex temporũ eſſet choriambus, facillime id aures ſenſerunt, & in repetitione tanti ſpacij ſilentium interponere coegerunt, quantum ſyllaba occuparet breuis, & ſi poſt choriambum locetur ſpondeus, duo nobis tempora cũ ſilentio peragenda ſunt ad caput redeuntibus, ueluti hoc eſt, Quæ canitis fontem. Nam te ſentire iam credo ſilendũ eſſet, ut cũ redimus ad caput, plauſus non claudicet. Sed ut experiri queas quantas ſilentii huius menſura ſit, adde unã ſyllabã longã, ut fiat. Quæ canitis fontem uos, atque hoc cum plauſu repete, uidebis tãtum occupare temporis plauſum, quãtũ in ſuperiore occupabat, cum ibi duę longæ poſt choriambum, hic tres ſint locatæ. Vnde apparet duum ibi temporũ interponi ſilentium. At ſi poſt choriambum iambi locentur, ſicut hoc eſt, Quæ canitis locos, tria tp̃a ſilere cogimur, qđ ut exploretur, adduntur ſiue ꝑ alterũ iambum, ſiue ꝑ chorium, ſiue ꝑ tribrachũ ut ſit, aut, Quæ canitis locos bonos: aut, Quæ canitis locos monte, aut, Quæ canitis locor nemore. His. n. additis, cum ſine ſilentio iucunda & æqualis repetitio mouet, & plauſu adhibito tñ ſpatij hæc tria ſingula tenere inueniũtur, quantum illud, in quo ſilebamus, manifeſtũ ſit trium tẽporum ibi eſſe ſilentium. Poteſt poſt choriambũ una ſyllaba lõga cõſtitui, ut quatuor tp̃a ſileantur. Nã ẽt ſic choriambus diuidi p̃t, ut ſimplo & duo leuatio ſibi poſitioq; conueniant. Huius metri exemplum eſt, Quæ canitis res. Cui ſi addas uel duas longas, uel lõgã & duas breues, uel breuẽ & lõgã & breuẽ, uel duas breues, & lõgã, uel quatuor breues, implebis ſex tẽporũ pedẽ, ut nullo deſiderato ſilẽtio repetatur. Talia ſunt, Quæ canitis res pulchras, Quæ canitis res in bona, Quæ canitis res bonumue, Quæ canitis res teneras, Quæ canitis res, & alia. DI. Modo bene. MA. Quibus cognitis atque conceſsis, credo tibi iã ſatis apparere, nec minus uno tempore ſileri poſſe, nec plus quatuor tp̃ibus ſileri oportere. Nam & ipſa eſt illa de qua iã multa dicta ſunt moderata progreſsio, & in omnibus pedibus nulla leuatio aut poſitio amplius, q̃ quatuor occupat tempora. Itaq; cũ aliquid canitur, ſiue pronunciatur qđ habeat certũ finẽ, & plus habet q̃ unum pedem, & naturali motu atq; conſyderatione numerorum ſenſum quadã æquabilitate demulceat, iam metrum eſt. Quanquam. n. minus habeat q̃ duos pedes, tamen quia excedit unum & ſilere cogit, non ſine menſura, ſed quantum implendis temporibus ſatis eſt, quæ alteri debenter pedi, pro duobus pedibus auditis accipitur, quorum duorum pedũ occupat tẽpora, donec ad caput redeatur, dũ annumeratur ſono etiam certum atq; dimẽſum interualli ſilentium. Sed iã mihi dicas uelim utrũ his q̃ dicta ſunt cogniris aſſentiaris. DI. Cognoui & aſſentior. MA. mihine credens per te ipſe uera eſſe proſpiciens? DI. Per me ipſe ſanè, quamuis dicente te uera hæc eſſe cognoſco. MA. Age ergo nunc quoniam inuenimus vnde metrum eſſe incipiat, inueniamus etiam quouſq; ꝓcedat. Nam metrum incipit à duobus pedibus, ſiue ipſo ſono plenis, ſiue adim

plendum

Margin notes: F; *Silentiũ in metris. Cap. 8.*; G

plendum quod deesse annumerato silentio.
K Quare oportet te iā respicere ad illā quater-
nariā progreßionem, mihiq́; renunciare vs-
que ad quot pedes metrū tendere debeamus.
DI. Facile istud q̧dē est. Nā octo pedes esse
rō satis docet. MA. Quid illud. Recordarisne
dixisse nos eū versum a doctis appellatū, qui
duobus membris certa rōne dimensis copu-
latisq; constaret? DI. Bene memini. MA. Cū
ergo non sit dictum duobus pedib. sed duo-
bus menbris constare versum, cumq́; manife
stum sit versum non unū pedem habere, sed
plures, nonne ipsa res indicat longius mem-
brum esse q̃ pedem? DI. Ita uero. MA. At si
mēbra æqualia sint in uersu, nonne præposte
rari poterit, ut prima pars sine discrimine, vl
tima, vltima prima fiat? DI. Intelligo. MA. Er
go hoc ne accidat, satisq; appareat discerna
turq́; in uersu aliud esse membrum quo inci
pit, aliud quo desinit, non possumus recusa-
re inæqualia mēbra esse oportere? DI. Nullo
modo. MA. Id ergo prius in pyrrhichio cōsi
deremus, si placet, in quo iā credo uideri ti-
bi minus tribus temporib. membrum esse nō
posse, quoniam id primū est plus q̃ pes. DI.
Assentior. MA. Ergo minimus uersus quot tē
L pora poßidebit? DI. Dicerem sex, nisi me il-
la præposteratio reuocaret. Septem ergo ha-
bebit, quia minus q̃ tria membrum habere
non potest: Plus autē habere, nondum prohi
bitum est. MA. Recte intelligis. Sed dic quot
pedes pyrrhichios habeāt septem tempora.
DI. Tres semis. MA. Debetur ergo vnius tēpo
ris silentiū, dum ad principiū reditur, vt spa-
tium pedis poßit impleri. DI. Debetur sanè.
MA. Hoc annumerato, quot tempora erunt?
DI. Octo. MA. Vt ergo minimus, qui etiā pri-
mus est pes, minus quàm duo, ita minimus
qui primus est uersus, minus habere quàm
octo tempora non potest. DI. Ita est. MA.
Quid maximus uersus, quo ampliorem esse
non oporteat, quot tandem temporum esse
debet? Nonne statim uidebis, si ad illam pro-
greßionem retulerimus animum, de qua to-
ties tam multa dicta sunt? DI. Iam intelligo
ampliorem quàm trigintaduum temporum
uersum esse non posse. MA. Quid de metri
longitudine, censèsne ampliorem esse debe-
re quàm uersum, cum metrum, id quod est
M minimum, tamen minus sit quàm minimus
uersus? DI. Mon censeo. MA. Cum ergo me-
trum incipiat à duobus pedibus, uersus a qua
tuor, aut illud à spatio duorum pedum, hoc
à quatuor annumerato silentio, metrum aūt
octo pedes non excedat, nonne cum & uer-
sus metrum sit, necesse erit eum tot pedes ra-
tione non excedere? DI. Ita est. MA. Rursus
uersus non sit longior quàm trigintaduum
temporum, & metrum sit etiam longitudo
uersus, si coniunctionem duorum membro-
rum talem non habeat, qualis in uersu præci
pitur, sed tantum certo fine claudatur, neque
debeat longius esse, quàm uersus, nonne ma
nifestum est, ut uersum pedes octo, ita metrū
trigintaduo tempora excedere non oporte-
re? DI. Assentior. MA. Erit ergo idem spatium
temporis, & idem numerus pedum, & me-
tro & versui, communisque quidam termi-
nus, vltra quem progredi vtrunque non de-
beat, quamuis metrum quadruplicatis pedi-
bus, à quibus esse incipit: uersus autem qua-
druplicatis temporibus, à quibus, & ipse in-
cipit finiatur, vt crescendi scilicet modum
quaternaria illa ratione seruata metrum cum
uersu communicauerit in pedibus, uersus
cum metro in temporibus. DI. Intelligo &
probo, atque sic habere istam concordiam A
consensionemque delector.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, De Musica, Liber quartus.

Vltima syllaba quare in differēs in metro. Cap. I.

REdeamus ergo ad metri consy-
derationem, propter cuius ꝓ-
gressum, ac longitudinem de
uersu tecum aliquid agere co-
actus sum cuius tractandi po-
stea nobis est constitutus locus. Sed primo il
lud quæro, utrum non repudies, quod vlti-
mam syllabam, quæ metrum terminat, seu
longa, seu breuis sit, poetæ atque eorum iudi
ces grammatici nihil ad rem pertinere arbi-
trati sunt? DI. Omnino repudio, non enim
mihi videtur esse rationis. MA. Dic mihi ob-
secro, quod metrum sit in pyrrhichio mi-
nimum? DI. Tres breues. MA. Quantum
ergo silendum est dum repetitur? DI. Vnum
tempus quod est unius breuis syllabæ spatiū: B
MA. Age iam percute hoc metrum non uo-
ce, sed plausu. DI. Feci. MA. Perqute etiam
hoc modo anapestum. DI. Et hoc feci. MA.

Quid ibi visum est interesse? DI. Prorsus nihil. MA. Quid causæ, cur ita sit, potes ne dicere? DI. Videtur mihi satis apparere: nam qđ in illo ad silētium, hoc in isto ad productionem vltimæ syllabæ refertur, nam eodē modo ibi breuis vltima, ut hic longa percutiť, & post tantundem interuallum reditur ad caput. Sed ibi quiescitur, donec spatium pyrrhichij pedis, hic donec longæ syllabæ impleať. Ita ī vtroq; par mora est, qua interposita remeamus. Nō igitur absurde illi vltimā syllabam metri, seu longa, seu breuis sit, nihil ad rem pertinere uoluerūt, vbi.n. finis est, silentium sequitur, quantum ad ipsum metrum attinet quod finitur: MA. An eos in hac causa, repetitionē vllam uel reditum ad caput consyderare debuisse existimas, ac nō tātummodo quia finitur, quasi deinceps nihil dicendū sit? DI. Iam assentior vltimam syllabam indifferenter esse accipiendam. MA. Recte. Sed si hoc propter silētiū fit, qm̄ ita consyderandus est finis, quasi deinceps nihil soniturus sit qui finierit, & ob hoc spatium tēporis in ipsa quiete largissimū, nihil distat, q̄ ibi syllaba locetur, nonne illud est cōsequēs, ut ipsa vltimæ syllabæ indifferentia, q̄ & pro

C pter largum silētii spatiū concediť, ad id proficiat, ut siue id breuis syllaba, siue longa sit, eandē sibi aures pro longa vendicent? DI. Video planè esse consequens. MA. Videsne etiā illud cū diximus minimum metrū esse pyrrhichiū tres breues syllabas, ut unius breuis spatio sileatur dū ad initiū reuertimur, nihil interesse, vtrum hoc metrū, an pedes anapæstos repetamus? DI. Iam hoc quidem paulòante illa percussione percepi. NA. Nōnne ergo quicquid hic est confusum, distinguēdū aliqua rōne arbitraris? DI. Omnino arbitror. MA. Dic vtrum aliam uideas esse rōnē, quæ ista distinguat, nisi ut metrum pyrrhichium non illud sit minimum, quod tibi videbať in tribus breuibus, sed in quinque. Post unum enim pedem ac semipedē silere mora semipedis eius, qui debetur implendo pedi, atq; ita redire ad initiū, & hoc minimum metrū in pyrrhichio constituere, nō nos finit anapæsti parilitas, ut iā demonstratū est, quare post

Quot syllabis minimū constituatur pyrrhichium metrū, quandiu quoq; silendum. Cap. 2.

D duos pedes, & semipedem silendū est illud vnū tempus, si confusione carere volumus. DI. Cur.n. nō duo pyrrhichii, sunt minimū metrum in pyrrhichio, & quatuor syllabæ breues potius, post quas silere opus nō sit, q̄ quinq;, post quas opus sit? MA. Vigilanter q̄dem, sed non caues ne ab hoc te ita proceleumaticus, ut ab illo anapæstus excludat? DI. Verum dicis. MA. Placet ergo hic modus in quinq: breuib. & silentio unius tpis? DI. Placet uero. MA. Videtur mihi oblitum esse te, quemadmodum in rhythmo dixerimus posse discerni, utrum pyrrhichio an proceleumatico curreretur. DI. Bene admones. Nam plausu istos numeros abinuicē distinguendos comperimus. quare iam neque hic istum proceleumaticum metior, quē plausu adhibito à pyrrhichio discernere potero. MA. Cur igitur non eundē plausum adhibendum uidisti, ut ab illis tribus breuibus, id est, pyrrhichio & semipede, post quē oportet vnū tps silere, discerneretur anapæstus? DI. Iam intelligo, & in uiam redeo, metrumque in E pyrrhichio minimum tres syllabas breues, q̄ annumerato silentio duorū pyrrhichiorum tempus occupant, esse confirmo. MA. Probant ergo aures tuæ hoc genus numeri: Si aliqua bene uis, bene dic, bene fac animus, Si aliqua male uis, male dic, male fac animus medium est. DI. Satis probant, præsertim cum iā recordatus sim quemadmodū eos plaudi oporteat, ne cū metro pyrrhichio anapæsti cōfundātur pedes. MA. Vide & ista, Si aliqd es age bene, male q̄ agit, nihil agit, & ideo miser erit. DI. Suauiter etiam ista se insinuāt, nisi uno loco, ubi finis tertii cū initio quarti copulatur. MA. Idipsum omnino est, quod à tuis auribus desyderaui. Non.n. frustra sensus offenditur, cū omniū syllabarū nullo interposito silētio tpa singula expectat, quā expectationē pfecto fraudat concursus duarū cōsonantium, t & n, q̄ præcedentē uocalē lōgā esse cogunt, & in duo tēpora extendunt, qđ genus grammatici positione longam syllabā uocant. Sed propter illam vltimæ syllabæ indifferentiā, nemo criminatur hoc metrū, cū id sinceræ atque seueræ aures etiam sine accusatore condemnent. Nam uide quæso quantū interest, si pro eo quod est, Male qui agit, nihil agit, dicatur, Male qui agit homo, F perit. DI. Hoc sanè liquidum atque integrum est. MA. Hoc ergo nos obseruemus propter musicæ synceritatem, quod poetæ non obseruant propter facilitatem canendi, ut quoties, exempli causa, nobis necesse est

aliqua

aliqua metra interponere, in quibus nihil de-
betur pedi quod silentio compẽsetur, eas po
namus vltimas syllabas, quas lex eiusdẽ nume
ri flagitat, nec cũ aliqua offensione auriũ &
falsitate mẽsuræ, à fine ad initium redeamus,
concedens tñ illis, vt ita metra talia finiant,
quasi deinceps nihil dicturi, & ideo extremã
syllabam seu longã seu breuem impune con
stituant. Nã in continuatione metrorum ap-
tissime conuincuntur auriũ iudicio, non se
debere ponere ultima, nisi q̃ ipsius metri iu-
re atque rõne ponenda est. Hæc aũt cõtinua-
tio fit, cum pedi nihil debetur pp quod sile-
re cogamur. DI. Intelligo & gratũ habeo qđ
talia polliceris exempla, quibus nullã patia-
tur sensus iniuriam. MA. Age, nũc ordine de
his quoque renuncia pyrrhichiis: Quid erit
hõ, Qui amat hoĩem, Si amet in eo Fragile
G qđ est? Amet igit̃ Animũ hoĩs, Et erit homo
Aliquid amans. Quid hæc vñr? DI. Quid nisi
suauissime atque integerrime currere? MA.
Quid ista? Bonus erit amor, Anima bona sit:
Amor inhabitat, Et anima domus. Ita bene
habitat, Vbi bona domus: Vbi mala, male.
DI. Etiam ista cõtinuata suauissime accipio.
MA. Nunc tres semipedes vide, Animus hoĩs
est Mala bonaue agitans. Bona voluit, hẽt.
Mala voluit, habet. DI. Hæc quoq; interposi-
to vnius tpis silentio, iucunda sunt. MA. Se-
quuntur quatuor pleni pyrrhichij, hoc acci-
pe & iudica. Animus hoĩs agit Vt habeat ea
bona, Quibus inhabitet homo, Nihil ibi me-
tuit. DI. In his quoq; certa & iucunda men-
sura est. MA. Audi iam nunc nouem syllabas
breues, Audi & iudica. Homo malus amat &
eget, Malus etenim ea bona amat, Nihil vbi
satiat eũ. DI. Prome qnq; pyrrhichios. MA.
Leuicula fragilia boba, Qui amat homo, si-
militer habet. DI. Iam hoc sat est, & probo,
nunc adde semipedem. MA. Faciam. Vaga le-
uia fragilia bona. Qui amat hõ similis erit.
H DI. Bene prorsus, & sex iam expecto pyrrhi-
chios. MA. Et hos audi, Vaga Leuicula fragi-
lia bona, Qui adamat hõ similis erit eis. DI.
Satis est, adde semipedem. MA. Fluida leuicu
la fragilia bona. Quæ adamat anima, similis
erit eis. DI. Sat est, & bene est, da iam septem
pyrrhichios. MA. Leuicula fragilia gracilia
bona, Quæ adamat animula similis erit eis.
DI. Accedat his semipes, nam, hoc eleganter
se hẽt. MA. Vaga fluida leuicula fragilia bo-
na, Quæ adamat animula, fit ea similis ijs. DI.
Octo pedes iã restare video. Vt iã istas minu
tias euadamus, quanquã. n. approbent aures
naturali quadã dimensione qđ sonas, nolim
te tñ tot breues syllabas q̃rere, quas ni fallor,
contextas inuenire in coniunctionẽ verborũ
difficilius est, q̃ si eis miscere lõgas liceret.
MA. Nihil te fallit, & vt tibi probẽ gratula-
tionẽ meã, qđ hinc aliqñ transire permittit:
metrũ qđ restat huius generis sñia faciliore
componã. Solida bona bonus amat, & ea q̃
amat, habet. Itaq; nec eget amor, & ea bona
Deus est. DI. Habeo cumulatissime perfecta
metra pyrrhichij. MA. Sequuntur iambica, *De metro*
de quibus mihi singulis bina exempla suffi- *iambico.*
ciunt, quæ nulla interpellatione audire dele- *Cap.*
ctat. DI. Geram tibi morem, sed ista quæ iam I
peregimus, quot sunt? DI. Quatuordecim.
MA. Quot etiam iambica fore credis? DI.
Aeque quatuordecim. MA. Quid si eis velim
pro Iambo tribrachum ponere, nonne mul
tiformior varietas erit? DI. Manifestum est
quidem, sed ego exempla ista in solis iambis
audire cupio, ne longum faciamus: pro qua
uis enim longa syllaba duas breues posse po
ni, facilis disciplina est. MA. Faciam quod vis
gratumque habeo quod intelligentia sequa-
ci minuis laborem meũ. Sed aurem ad iam-
bicum præbe. DI. Istic sum, incipe. MA.

1 Bonus beatus.
2 Malus miser sibi est malum.
3 Bonus beatus, Deus bonus eius.
4 Bonus beatus est, Deus bonum eius est.
5 Bonus vir est beatus, Videt Deum beate.
6 Bonus vir & sapit bonum,
Videns Deum beatus est.
7 Bonus Deum videre qui vult.
Bene uiuit hic, videbit.
8 Bonum videre qui cupit diem,
Bonus sit hic, uidebit & Deum.
10 Beatus est bonus, fruens enim est Deo. *Deest no*
Malus miser, sed ipse pœna fit sua. *nũ genus.*
11 Beatus est vidẽs Deum, nihil cupit plus. K
Malus bonũ foris requirit hinc egestas.
12 Beat⁹ est vidẽs Deũ, nihil boni amplius.
Malus bonum foris requirit, hinc eget
miser.
13 Beatus est uidens Deum, nihil boni am-
plius vult.
Malus foris bonum requirit, hinc eget
miser fit.

14 Beatus eſt videns Deum, nihil boni amplius volet.
Malus foris bonum requirit, hinc eget miſer homo.

De metro trochaico Cap. 5.

DI. Trochæus eſt, prome trochaica: nam iſta de ſe habent optime. MA. Faciam, & eodem modo quo iambica.

1 Optimi non egent.
2 Veritate non egetur.
3 Veritas ſat eſt ſemper hæc manet.
4 Veritas vocatur ars Dei ſupremi.
5 Veritate factus eſt mũdus iſte quẽ vides.
6 Veritate facta cuncta, q̃ gigni videmus.
7 Veritate facta cuncta ſunt, omniumque forma veritas.
8 Veritate cuncta facta cerno, veritas manet, mouentur iſta.
L
9 Veritate facta cernis omnia, veritas manet, mouentur omnia.
10 Veritate facta cernis iſta cuncta, veritas tamen manet, mouentur iſta.
11 Veritate facta cuncta cernis optime, veritas manet, mouentur hæc, ſed ordine.
12 Veritate facta cuncta cernis ordinata, veritas manet, nouans mouet quod denouatur.
13 Veritate facta cuncta ſunt, & ordinata ſunt, veritas nouat manens, mouentur vt nouentur hæc.
14 Veritate facta cuncta ſunt, & ordinata cuncta, veritas manens nouat, mouentur vt nouenť iſta.

DI. Spondeũ ſequi video. Nam & trocheus ſatis auribus feci. MA. Hæc ſunt metra ſpondei.

De metro ſpõdaico. Cap. 6.

1 Magnorum eſt libertas.
2 Magnum eſt munus libertatis.
3 Solus liber fit, qui errorem vincit.
4 Solus liber viuit, qui errorem iam uicit.
5 Solus liber vere fit, qui erroris vinclum vicit.
M
6 Solus liber vere uiuit qui erroris vinclũ iam uicit.
7 Solus liber non falſo uiuit, qui erroris uinculum iam deuicit.
8 Solus liber iure ac vere uiuit, qui erroris uinclum magnus deuicit.
9 Solus liber iure ac non falſo uiuit, qui erroris uinculum funeſtum deuicit.
10 Solus liber iure ac uere magnus uiuit, qui erroris uinclũ funeſtũ iam deuicit.
11 Solus liber iure ac non falſo magnus uiuit, qui erroris uinclum funeſtum pruden deuicit.
12 Solus liber iure ac non falſo ſecurus uiuit, qui erroris uinclum funeſtum prudens iam deuicit.
13 Solus liber iure ac non falſo ſecurus iam uiuit, qui erroris uinclum tetrum ac funeſtum prudens deuicit.
14 Solus liber iure ac non falſo ſecuram uitam uiuit, qui erroris uinclum tetrum ac funeſtum prudens iam deuicit.

DI. Nec de ſpõdeo habeo qđ reqrã, veniam⁹ ad tribrachũ. MA. Ita vero. Sed cũ oẽs quatuor ſuperiores pedes de qb. dictũ ẽ, quatuor & dena metra pepererint, q̃ fiunt ſimul ſex & quinquaginta, plura ſunt expectãda de tribracho. In illis.n. cũ ſpatiũ ſemipedis in ſilentio eſt, plus vna ſyllaba nõ ſileť: in hoc ãt cũ ſilemus, nũ cẽſes vnius breuis ſyllabæ ſpatio tm̃mõ ſilere oportere: an & duarũ breuiũ mora ſilentio ꝯtineri poſſet? Qñquidẽ nemo dubitauerit duplicẽ huius eſſe diuiſionẽ. Nanq; aut ab vna incipit, finiť ad duas: aut ꝯ incipiẽs à duabus, vna terminať. Quare hunc neceſſe eſt viginti & vnũ metra ꝓcreare. DI. Veriſsimũ eſt. Nanq; incipiũt à quatuor breuib. vt duo tp̄a ſileamus. Deinde qnq; ſunt, vbi vnũ ſilemus. Tertio ſex, vbi nihil ſilendũ eſt. Quarto ſeptẽ, vbi rurſus duo tp̄a ſilẽda ſunt. Inde octo, vbi vnũ. Sexto nouẽ, vbi nullũ, atq; ita ſingulæ adduně, donec ad vigintiquatuor ſyllabas veniať, q octo ſunt tribrachi, vigĩti vnũ oĩno metra cõpleně. MA. Expeditiſsime rõnẽ ſecutus es, ſed cẽſeſne vbiq; à nobis exempla eſſe promenda? An ea q̃ illis qdẽ primis pedib. ſubiecimus, ſatis putandũ eſt luminis cæteris eſſe ꝓbitura? DI. Meo qdẽ iudicio ſatis. MA. Nec ego nũc aliud reqro q̃ tuũ. Verũtñ qm̃ iã optime ſcis in pyrrhichij, metris notato * plauſu poſſe tribrachũ dupliciter ꝑcuti, q̃ro vtrũ pyrrhichij primũ metrũ poſsit ẽt tribrachi metrũ hr̃e? DI. Nõ põt. Maius.n. metrũ oportet eẽ q̃ pedẽ. MA. Quid ꝑm? DI. Põt. Nã breues quatuor pyrrhichij duo ſunt. tribrachus vnus eſt, & ſemipes, ita vt ibi nullũ, hic duo tp̄a ſileamus. MA. Notato * igitur plauſu habes in pyrrichii ẽt tribrachi exẽpla vſq; ad ſedecim ſyllabas, id eſt, vſq; ad quinque tribrachos, & ſemipedem, quibus debes eſſe contentus. Cætera enim potes vel voce vel aliquo pulſu * ꝑ te ipſe contexere. Si

tamen

tamen adhuc auriũ sensu explorandos huiuscemodi numeros arbitraris. DI. Faciã eq́dẽ quod uidetur, uideamus q̃ restãt. MA. Dactylus sequit̃ qui semel diuidi põt, an aliter putas? DI. Immo ita est. Ma. Quota ergo eius pars põt esse in silentio? DI. Duo. s. dimidia. MA. Quid si post dactylũ trochæo cõstituto uelit quispiã silere unũ tp̃s, quod in breui syllaba dactylo debet̃ implendo', quid rñdebimus? Non. n. possumus dicere minus q̃ spa-

C tiũ semipedis silere non oportere. Rõ. n. superius tractata non minus, sed amplius q̃ semipedis tẽpus silendũ esse persuaserat. Nã utique minus q̃ semipes siletur in choriambo, ubi post ipsum choriambũ bacchius collocatur, cuius exẽplũ est Fonticolę puellę, vni⁹ enim breuis syllabæ spatio hic nos silere cognoscis, qđ sex tẽporibus debetur implẽdis. DI. Verũ dicis. MA. Cõstituto ergo trochæo dactylũ, licebitne ẽt unũ tẽpus silere? DI. Ita cogor fateri. MA. Quis te tãdẽ cogeret, si meminisses superiorũ? Hoc enim tibi accidit, q̃d de indifferentia ultimæ syllabæ, & qũo sibi ultimã longã uendicẽt aures, ubi restat spatiũ quo porrigatur, ẽt si breuis sit, q̃d demonstratũ fuerit, oblitus es. DI. Iã intelligo, nã utiq; si ultimã syllabã breuem, qñ restat silentiũ, longã aures accipiũt, sicut superiore rõne exemplisq; cognouimus, nihil intererit utrũ post dactylũ trochæus an spõdeus locetur. Quamobrẽ cum repetitio distinguẽda silẽtio est, unã longã syllabã oportet post dactylum ponere, ut duorũ tẽporum spatio sileamus. MA. Quid si pyrrhichius ponatur post dactylum, recte ne fieri putas? DI. Non recte, nam utrum idem sit, an iambus, nihil interest, siquidem pro iambo eum ne-

D cesse est accipi propter ultimã, quã longam exigunt aures, quia restat silentiũ. Iãbum aũt nõ oportere reponi post dactylum, propter diuersitatẽ leuationis & positionis, quarum neutrã oportere in dactylo habere tria tempora, quis non intelligat? MA. Optime omnino atque sagaciter. Sed quid tibi tandem uidetur de anapæsto, an eadem ratio est? DI. Prorsus eadem. MA. Iam ergo bacchium cõsyderemus si placet, & dic mihi quod primũ eius metrum est. DI. Quatuor syllabas puto esse, unam breuem & tres longas, quarũ duæ ad bacchium pertinent, una uero ultima ad inchoationem eius pedis, qui cum bacchio poni potest, ut id qđ ei debetur, sit in silẽtio, in aliquo tñ exemplo velim hoc auribus explorare. MA. Facile quidẽ est exempla subiicere, quib. tñ non te arbitror ita ut superioribus posse delectari, nã isti quinorũ tẽporum pedes, ut ẽt septenorum non tã suauiter currunt, q̃ ij qui aut in æquas partes diuiduntur, aut in simplã & duplã uel duplã & simplã, tãtum interest inter sesquatos motus & æquales aut cõplicatos, de quibus satis in primo illo nostro sermone tractauimus. Itaq; hos pedes quinq; ac septẽ. s. tẽporũ, ut spernentius

E poetæ, ita soluta libentius assumit oratio, qđ uideri facilius in exemplis quæ postulasti p̃t, nã ista, Laborat magister docens tardos. Hoc reuolue interposito trium temporũ silẽtio, qđ ut sentires facilius, ideo post tres pedes lõgã posui, qđ est initiũ cretici, q̃ cũ bacchio poni põt. Nec ad primi metri exẽplũ dedi, qđ est quatuor syllabarũ, ne unus pes nõ esse satis ad cõmouendũ sensum tuũ, quantum post illũ, atq; vnã longã silere deberes: Qđ ecce nũc ædã atq; ipse repetã, ut in meo silẽtio tria tempora sentias. Labor nullus amor magn⁹. DI. Satis apparet solutæ orationi hos esse congruentiores pedes, & nihil opus est exemplis cætera excurrere. MA. Verũ dicis, sed cum tibi cum silendũ est, una tantũ longa videtur poni posse post bacchium. DI. Non sanè, sed etiã breuis & longa, qui eiusdẽ bacchii semipes primus est, nã si nobis inchoare creticũ licuit, quia cum eodem bacchio poni potest, quãto magis id de ipso bacchio facere licebit, cum præsertim non totum de cretico posuerimus, quod primæ parti bacchij sit æquale temporibus. MA. Iam ergo si

F placet, me audiente atq; iudicãte, tuipse per cætera excurre, & quid ponatur post plenũ pedẽ quãdo silentio reliquum impletur, in omnibus pedibus qui restant exequere. DI. Breuissimum iã opinor atque facillimũ est quod requiris, nam quod de bacchio dictũ est, id etiam de secundo pæone dici potest. Post creticum autẽ & unam longam syllabam licet ponere & iambum & spondeum, ita ut aut tria tempora, aut duo, aut unum sileatur. Quod autem de hoc dictum est, id & in primum & in ultimum pæonẽ cadit. Iam post palimbacchium uel unã longã uel spondeum collocari decet, quocirca & in hoc metro aut tria tẽpora aut unum silebitur. Eadem

Pleno pedi quid addatur ante silẽtiũ. Cap. 10.

cõditio est pæonis tertij, sanè vbicũq; spondeus, ibi & anapæstus iure ponit̃. Post molossum uero, qđ ad eius attinet diuisionẽ, aut vnã longã, aut quatuor, aut duas ponimus, ut duo tẽpora sileamus. Sed qm̃ & sensu & rõne exploratum est, ordinari cũ eo posse oẽs senum tẽporũ pedes, erit post eũ locus & iãbo, & tria tẽpora silenda remanebũt, erit &

G cretico, & unũ tacebitur, hac cõditione erit & bacchio. At si in duas breues primam cretici, & secundã bacchij solueris, erit & pæoni quarto. Quod autẽ de molosso, id ẽt de cęteris sex tẽporum pedibus dixerim. iam proceleumaticũ arbitror ad cęteros qui quatuor tẽporibus constant esse referendũ nisi cũ tres breues post eum locamus. Quod ita est ac si anapęstũ locemus, pp vltimã syllabã q̃ cum silentio longa accipi solet. Primo vero epitrito iãbus recte subiũgitur, & bacchius & creticus, & pæõ quartus. hoc dictũ sit & de secundo, vt tẽpora sileantur, aut quatuor aut duo. Duos autẽ reliquos epitritos recte possunt cõsequi spondeus & molossus, ita vt & primã spondei & primã & secũdã molossi in duas breues soluere liceat. Ergo in his metris, aut tria tẽpora, aut vnũ tacebitur. Dispõdeus restat, post quẽ si posuerimus spondẽũ, quatuor tempora silẽda erunt. Si molossum, duo, manẽte licẽtia soluendi longã in duas breues, vel in spondeo vel in molosso, excepta vltima. Habes ꝙ me pcurrere voluisti, nisi aliqd forte emẽdabis. MA. Immo nõ ego sed tu, cũ aurem ad iudicandũ adhibueris, nã

H q̃ro à te, vtrum cum dico & plaudo istud metrum. Verus optimus, & hoc, Verus optimorũ, & hoc veritas inops, tã iucũde hoc tertiũ q̃ illa superiora tuus sensus accipiat, qđ ea repetendo, & cũ debitis silentiis plaudendo facile iudicabit. DI. Manifestũ est, quod iucũde illa, hoc iniucunde accipiat. MA. Non ergo recte post dichoriũ iãbus ponitur. DI. Ita est. MA. Recte aũt posse poni post cæteros assentitur quisquis hæc metra cũ disciplina interponendorũ silentiorũ repetierit, Fallacẽ caue, Male castũ caue, Multiloquũ caue, Fallaciã caue, & inuidũ caue, & Infirma caue. DI. Sẽtio qđ dicis & approbo. MA. Vide ẽt utrũ te nihil offendat, cũ interposito duorũ tẽporũ silẽtio, hoc metrũ repetitur & vtrũ quẽ inæqualiter pergit. Nũ. n. ista sonant ut ista, Veraces regnãt, Sapientes regnãt, Veriloqui regnãt, Prudentia regnat, Boni in bonis regnãt. Pura, cuncta regnant. DI. Immo hæc æqualiter & suauiter, illud aũt absurde.

Iambus post dichorium male ponitur. Cap. II.

MA. Hoc ergo tenebimus in metris sex tẽporũ pedũ, dichorium iambo, antipastũ spondeo male claudi. DI. Tenebimus sanè. MA. Quid cãæ cur ita sit? Nõne approbabis si aĩaduerteris leuatione ac positione in duas partes diuidi pedẽ, ita ut si qua in eo syllaba mediá est, uel una uel duæ, aut parti attribuãtur priori uel posteriori, aut utraq; partiant̃? DI. Noui quidẽ istuc, & uerũ est, sed qd ad rẽ? MA. Hoc quoq; attende quod dicã, tunc vibis facilius qđ requiris: Nã manifestum tibi esse arbitror alios esse sine medijs syllabis pedes, ut pyrrhichius & cæteros binarũ syllabarũ, alios in quibus medium, aut primę parti aut extremæ aut utriq;, aut neutri spatio cõueniat. Primæ, ut in anapæsto, uel palimbacchio, uel in pæone primo. Extremæ, ut in dactylo, uel in bacchio, uel in pæone quarto. Vtriq;, ut in tribracho, siue in molosso, siue in choriãbo, siue in quolibet ionico. Neutri, ut in cretico, siue in pæonibus secundo & tertio, siue in dijãbo, dichorio, antispasto. Nam q pedes in tres æquales partes diuidi possũt, media pars in his cõuenit cum prima & extrema. Qui aũt non possunt, aut cum prima tm̃, aut cũ extrema, aut cũ neutra. DI. Et hoc æque est verũ, & quo tendat expecto. MA. Quo tandẽ putas, nisi ut uideas iãbũ post dichoriũ, ideo male poni cũ silentio, qa mediũ eius est, nec primæ parti æquale nec extremæ, & idcirco à leuatione ac positione discordat? Hoc etiam de spondeo intelligitur q similiter post anapestũ cũ silentio nõ amat poni. An quicquã tibi aduersum ista dicẽdũ? DI. Mihi vero nihil, nisi ꝙ ista offensio q̃ fit auribus, cum ita hi pedes collocantur, in cõparatione fit eius suauitatis q̃ oblectat auditũ, aut cũ post cæteros senũ tẽporũ hi cũ silẽtio ponuntur pedes. Nã si aliis tacitis me consulueris, queadmodũ sonarẽt exẽplis subiectis, aut post dichoriũ iambus, aut post antispastũ spõdeus cũ silentio positi, dicam quod sentio, fortasse approbarẽ & laudarem. MA. Non equidẽ resisto tibi. Satis est mihi tamen ꝙ hæc collatio in comparatione talium numerorũ scilicet melius sonantiũ, sicut dicis offendit. Eo enim est improbãda, ꝙ cũ eiusdem generis etiã illi sint pedes quos hic labise-

bi semipedibus clausos iucũdius cõfitemur,
ab his discrepare non debuit. Sed nonne tibi
vr̃ ſm istã rõnẽ, nec post epitritũ ſm iambũ
cũ silentio poni oportere? Nã & in hoc pede
iãbus ita mediũ locũ tenet, vt nec prioris nec
L posterioris partis tp̃ibus æquetur. DI. Cogit
me superior rõ concedere. MA. Age nũc, red
de mihi oĩum metrorũ si places, q̃ iã tractaui
mus, id est, eorũ q̃ a suis plenis pedib. ĩcipiũt,
claudunt̃ aũt aut suis pedibus plenis, ita vt si-
1. lentiũ cũ ad caput redit̃ non interponamus:
2. aut non plenis pedib. cũ silentio, quos tñ eis
ꝯgruere rõ docuit, incipiente numero a duo
bus non plenis vsq; ad octo plenos, ita tñ vt
triginta duo tp̃a non excedantur. DI. Opero-
sum quidẽ est qđ imponis, est tñ operæpre-
tiũ. Sed menimi nos pauloante iã p̃uenisse ad
septuaginta septẽ metra a pyrrhichio vsq; ad
tribrachũ: cũ illi binarũ syllabarũ pedes qua
tuordecim singuli crearent, q̃ fiunt simul q̃n-
quaginta & sex. Tribrachus autem viginti
vnum propter geminã diuisionẽ. His igitur
septuaginta & septem addimus quatuorde-
cim dactylos, & anapæsti totidẽ. Pleni enim
si locentur nullo silentio, incipiente metro a
duobus vsq; ad octo pedes septena pariunt.
Additis vero semipedibus cũ silentio incipiẽ
te metro ab vno pede & semis perueniente
ad septem semis alia septena, & fiunt iam oĩa
M centum & quinq;. Bacchius vero non potest
metrũ suũ ad octo pedes perducere, ne tri-
ginta duo tẽpora transeat, neq; quisq̃ quinũ
tp̃um pes, sed p̃nt isti vsq; ad sex p̃uenire.
Bacchius ergo & qui ei par est non mõ tem-
poribus, sed etiam diuisione, Pęon secũdus à
duobus pedibus vsq; ad sex procedentes, cũ
integri ordinantur sine silentio, quina me-
tra pariunt: cũ silentio autem incipientes ab
uno semis, & ad quinq; semis p̃ueniẽtes, alia
quina cũ vna lõga post eos ponit̃, & itẽ qui-
na, cũ breuis & lõga. Quindena igit̃ creant,
q̃ in summã redacta triginta sunt, & fiunt iã
metra oĩa centũ & triginta quinq;. Creti-
cus vero, & q̃ pariter diuidunt̃, pæones pri-
mus & quartus, q̃m post illos & vnã longã,
& iambum, & spõdeũ, & anapæstũ licet po-
nere ad septuaginta quinq; perueniunt. Cum
enim tres sint pedes, quina creãt sine silẽtio,
cum silentio autem viginti, quæ simul vt di-
ctum est, fiunt quinq; & septuaginta, quibus
additis superiori summæ decẽ & ducẽta cõ-
plectunt̃. Palimbacchius & qui ei diuisione
concordat tertius pęon quina pariunt inte-
gri sine silentio, cũ silentio aũt quina cũ vna
longa, quina cũ spondeo, quina cũ anapęsto.
Hęc addimus ad maiorẽ summã, & habem⁹ A
metra omnia ducenta quinquaginta. Molos-
sus & cæteri sex tp̃um pedes, q̃ cũ illo simul
septẽ fiunt, quaterna creant integri: cũ silẽtio
aũt q̃m & una longa post vnumquẽq; eorũ
locari põt, & iãbus & spondeus & anapæst⁹
& bacchius & creticus, pæon quartus, vicena
& octona cõplent, q̃ simul fiunt centũ nona-
ginta sex, q̃ ducta cũ illis quaternis ducenta
viginti quatuor cõplentur: sed hinc octo de-
ducendi sunt, quia post dichoriũ iãb. & post
antispastũ spondeus male ordinant̃. Reliqua
sunt ducenta sedecim, q̃ addita maiori sum-
mæ, faciunt metra oĩa quadringenta sexagin-
ta sex. Proceleumatici rõ h̃ri non potuit cum
his pedib. quib. congruit, p̃p̃ semipedes qui
post hunc plures ponunt̃. Nã & vna syllaba
post eũ poni põt cũ silentio, sicut post dacty
lũ & eius consortes, & tres breues, vt vnũ tp̃s
silendũ sit, quo efficitur vt vltima breuis pro
longa accipiatur. Epitriti metra gignunt ter-
na integri, incipiente metro a duobus pedi- I
bus perueniente ad quatuor. Si enim addas
quintũ, triginta duo tẽpora, quod non opor
tet, excedes. Cum silentio vero primus & se-
cundus epitritus terna post locato iambo, ter B
na bacchio, terna cretico, terna pæone quar-
to, quæ fiunt cum illis ternis quæ sunt sine si-
lentio, triginta. Tertius vero & quartus epi-
triti, restante silentio gignunt cum spondeo
terna, & terna cum anapæsto, terna cum mo
losso, terna cum ionico à minore, terna cũ
choriambo, quæ fiunt simul cũ illis ternis, q̃
sine silentio genuerunt triginta & sex. Ergo
epitriti omnes sexaginta & sex metra pariũt:
quæ cum viginti & vno proceleumatici su-
periori summæ addita faciunt quingenta
quinquaginta tria. Dispondeus restat gignens
& ipse tria integer, adhibito autem silentio
cum spondeo tria & tria cum anapæsto, tria
cum molosso, tria cum ionico à minore, tria
cum choriãbo: q̃ in summam ducta cum illis
tribus quæ creat integer fiunt decẽ & octo.
Ita erunt metra omnia quingenta septuagin-
ta & vnum. MA. Essent quidem, nisi tria de-
trahenda essent, quia post secundum epitri-
tum dictum est iambum male poni. Sed

Proceleumaticus, gignit carmina. 21.

Pars pedis quib. locis ponitur. c. 13

Hoc exẽplũ ex Terentiano ſumptum Varro recẽ eliter verſus Ionicos a maiore. Simile eſt illud Catulli, Sup alta vectus Atys.

C hoc quidẽ bene ſe habet. quare iã dic mihi, quo mõ tibi aurẽ tangat metrũ hoc, Triplici vides, vt ortum triuiæ rotet̃ ignis. DI. Perſuauiter. MA. Poteſne dicere quib. pedibus conſtet? DI. Non poſſum. Neq;. n. inuenio qũo ſibi congruant quos metior, ſiue. n. pyrrhichium a capite ꝯſtituã, ſiue anapęſtum, ſiue pæonem tertium, non his conueniunt qui ſequunt̃: & inuenio hic quidem creticũ poſt tertiũ pæonem, vt reliqua ſit longa ſyllaba, q̃ creticus poſt ſe nõ reſpuit collocari. Sed his pedibus hoc metrũ conſtare recte non poſſet, niſi interpoſito ſilentio trium tp̃um. Nũc vero nihil ſiletur, cum hoc repetendo ꝑmulcet auditum. MA. Vide igitur utrum incipere dẽat a pyrrhichio, deinde metiamur dichorium, tũ ſpondeum qui cõplet tp̃a, quorum duo ſunt in principio. Põt item caput tenere anapæſtum, deinde diiambũ metiri, vt extrema longa collocata quatuor tp̃ibus anapæſti perficiat ſex tempora, quæ cum diiambo cõ ueniunt, ex quo intelligas licet partes pedum non ſolum in fine poni, ſed etiam in capite metrorũ. DI. Iam intelligo. MA. Quid ſi demam vnam vltimam longam, vt tale ſit me-

D trum, Segetes meus labor. Nonne animaduertis cum ſilentio duorum temporum repeti? Ex quo manifeſtum eſt & aliquam partem pedis poſſe in principio metri poni, & aliq̃ in fine, & aliquam in ſilentio. DI. Et hoc manifeſtum eſt. MA. Sed hoc fieri ſi dichorium metiaris integrum in hoc metro. Nã ſi diiambo a capite anapæſtus ponat̃, cernis partem pedis in principio poſitam, q̃ habet iã quatuor tempora. Duo aũt quæ debentur, ſilẽtur in fine. Ex quo diſcimus poſſe metrum incipere à parte pedis, & deſinere ad plenũ pedẽ, ſed nunquã ſine ſilentio. DI. Et hoc perſpicuum eſt. MA. Quid hoc metrum? Poteſne metiri & dicere quibus pedibus conſtet? Iam ſatis terris niuis atq; diræ Grandinis miſit pater, & rubẽte Dextera ſacras iaculatus arces.

Horat. 1. carminũ.

DI. Poſſum conſtituere in capite creticum, & duos metiri reliquos ſenum temporũ pedes, vnum ionicum a maiore, alterũ dichorium, & ſilere vnum tempus quod adiungit̃ cretico, vt ſex tẽpora cõpleantur. MA. Nonnihil defuit ꝯſiderationi tuæ. Nã cum dichorius eſt in fine, reſtãte ſilentio, vltima eius q̃ breuis eſt ꝓ longa accipitur. An hoc nega

E bis? DI. Immo fateor. MA. Non ergo conſtitui decet in fine dichoriũ, niſi nullo in repetitione conſequente ſilentio. ne non iã dichorius, ſed epitritus ſcd̃s ſentiat̃. DI. Manifeſtũ eſt. MA. Qũo ergo metimur hoc metrũ? DI. Neſcio. MA. Attende ergo vtrũ bene ſonet cũ ita pronuncio, vt poſt tres primas ſyllabas vnũ tp̃s ſileã. Ita. n. in fine nihil debebit̃, vt decenter ibi poſsit eſſe dichorius. DI. Iocundiſſime ſonat. MA. Hoc quoq; igit̃ adiungamus arti, vt non ſolũ in fine, ſed ante finẽ cũ oportet ſileamus. Tunc aũt oportet cũ id qd̃ debetur implendis tp̃ibus pedum aut indecenter ſiletur in fine ꝑꝑ vltimã breuẽ, vt in hoc qd̃ dictũ eſt: aut cũ duo conſtituuntur non pleni pedes, vnus in capite, alter in fine qualis iſte eſt, Gentiles nr̃os inter oberrat equos. Senſiſti. n. vt opinor me poſt quinq; ſyllabas longas, morã duorũ tp̃um ſiluiſſe, & tantundem in fine ſilendũ eſt, dum redit̃ ad caput. Si. n. hoc metrũ ad legẽ ſex tp̃um metiaris: erit tibi primus ſpondeus, ſcd̃s moloſſus, tertius choriãbus, quartus anapæſtus. Spondeo igit̃ debentur duo tempora, vt ſex temporum pe F dem impleat: & anapæſto itaq; duo ſilentur poſt moloſſum ante finem, & duo poſt anapæſtum in fine. Si autem ad legem tẽporum quatuor: vna lõga erit in capite deinde duos metimur ſpondeos, deinde duos dactylos, & poſt vna concludetur. Silemus itaque duo tempora poſt geminum ſpondeum ante finem, & duo in fine, vt ambo pedes impleantur, quorum dimidias partes in capite atque in extremo poſuimus. Nonnunquã tñ quod duobus non plenis pedibus debetur in principio ac fine collocatis, finali tñ ſilentio redditur, ſi tantũ ſit vt dimidij ſpatium temporis non excedat, qualia hæc duo ſunt, Syluæ laborantes, geluq; Flumina cõſtiterint acuto. Horũ. n. primus incipit à palimbacchio, inde excurrit in moloſſum, & bacchio terminatur. Silentur ergo duo tempora, quorũ vnũ bacchio, alterũ palimbacchio cũ reddideris, ſena vbiq; tp̃a implebuntur. Hoc autẽ poſterius dactylo inchoatur, inde pergit in choriãbum, claudit̃ bacchio. Tria igit̃ tp̃a ſilere oportebit. Hoc vnũ bacchio, duo dactylo reddimus, vt in omnibus ſint ſena tẽpora. Prius autẽ redditur quod debetur implendo extremo pedi q̃ in principio conſtituto. DI. G Nec aliter omnino fieri aures ſinunt. MA. Nec mirum. Id enim cum repetimus adiũgitur

tur

tur capiti qđ prorſus extremũ eſt. Itaq; ĩ hoc
metro qđ dictũ eſt, Flumina cõſtiterint acu-
to.Cũ tria tẽpora ſenis vbiq; implẽdis debeã
tur,ſi ea nõ ſiẽtio velis ſed voce reddere,poſ
ſintq; reddi & ꝑ iambũ & ꝑ choriũ & ꝑ tri-
brachũ,qa oẽs terna tꝑa poſsidẽt nullo mo-
do ea ꝑ choriũ reddi ſenſus ipſe ꝑmittit, in
quo prior eſt lõga ſyllaba, breuis poſterior.
Id.n.prius ſonare debet,quod bacchio debeť
extremo.i.breuis ſyllaba,non longa q̃ dacty-
lo primo:licet hoc explorare his exẽplis,Flu
mina conſtiterint acuto gelu, Flumina cõſti-
terint acute gelida,Flumina cõſtiterint in al-
tũ nocte. DI. Cui dubiũ eſt duo illa ſuauiter
repeti,hoc aũt tertiũ nullo modo. MA. Item
cũ ſingula tẽpora ſingulis debentur pedibus
minus pleni,ſi ea voce reddere velis, nõ ſinit
ſenſus in vnã ſyllabã coarctari. DI. Mira om
nino iuſtitia. Nõ.n.conuenit quod ſeparatim
reddendum eſt, non ẽt conſtitui ſeparatim.
I MA. Quocirca in illo metro,Sylue laboran-
tes geluq;,ſi vnam longã pro ſilentio fini ad-
das,ſicuti eſt,Syluæ laborantes gelu duro, nõ
probant aures ſicut probant cũ dicimus,Syl-
uæ laborãtes gelu & frigore, qđ ſagaciſsime
ſentis cũ ſingula repetis. Itẽ non oportet cũ
duo minus pleni pedes ponuntur, maiorem
in principio q̃ in fine poni, nã & hoc con-
demnat auditus.Tanq̃ ſi dicas, Optimum tẽ-
pus adeſt tandẽ:vt primus pes ſit creticus, ſe-
cundus choriãbus,tertius ſpondeus,vt tria tẽ
pora ſileamus, quorũ duo debentur vltimo
ſpõdeo ad ſena implenda, & vnũ primo cre-
tico.At ſi dicatur,Tandẽ tp̃s adeſt optimum,
eadem interpoſita trium temporũ mora in
ſilentio, quis nõ ſentiat iucundiſsime repeti?
Quare aut tãti ſpatij decet eſſe in fine minus
plenũ pedẽ quanti eſt in principio: vt illud,
Syluæ laborantes geluq;, aut minorẽ in prin
cipio,& ĩ fine maiorẽ:veluti eſt, Flumina cõ
ſtiterint acuto. Neq; iniuria, qa vbi eſt ęqua
litas, nulla diſcordia: vbi aũt diſpar eſt nu-
merus ſi à minore ad maiorẽ veniamus, ut in
metiendo & numerando ſolet,facit ipſe rur-
ſus in numerãdo ordo concordiã.Ex quo il-
lud eſt ẽt cõſequẽs,vt cũ ij de quib.agitur mi-
nus pleni ponunť pedes, ſi duobus locis in-
I terponiť ſilentiũ.i.ante finẽ & in fine,tm̃ ante
finẽ ſileatur, quantũ debetur extremo, tm̃ aũt
in fine, quantũ .ſ. principio: quia mediũ tendit
ad finẽ, ſi vnã longam pro ſilentio fini addas,
ſicuti,Syluæ laborãtes gelu duro. A fine vero
ad principiũ redeũdũ eſt. Si aũt vtriq; tantũ-
dem debetur,nulla controuerſia eſt,quin tm̃
ante finẽ,quantũ in fine ſilendũ ſit. Sileri aũt
oportet non niſi vbi terminatur pars oratio-
nis. In ijs aũt numeris qui non verbis finiun-
tur,ſed aliquo pulſu,vel flatu, vel ipſa ẽt lin-
gua,nullũ in hac re diſcrimen eſt, poſtq̃ vo-
ce percuſsioneve ſileatur, modo vt legitimũ
ſecundũ ſupradictas rationes intercedat ſilẽ-
tium.Quamobrẽ & à duobus põt minus ple
nis pedibus metrũ incipere,ſi tñ vtriuſq; con
iunctũ ſpatium minus non ſit, q̃ poſſet eſſe
vnius & dimidij pedis.Nã vt ſupra diximus,
tunc recte poni duos minus plenos pedes,cũ
id quod debetur ambobus, nõ tranſit ſpatio
pedem dimidiũ.Exemplũ eſt, Montes acuti,
vt aut in fine tria tꝑa ſileamus, aut vnũ tẽpus
poſt ſpõdeũ,& duo in fine.Aliter.n.hoc me- *Silentiũ in medio. Cap.15.*
trũ cõuenĩẽter metiri nõ põt.Sit hoc ẽt in di-
ſciplina,vt cum ante finem ſilemus, non ibi K
pars orationis breui ſyllaba terminetur,ne ſe
cundũ illã ſæpe cõmemoratã regulã, pro lõ
ga eã ſenſus accipiat,ſequente ſilentio. Itaq;
in hoc metro,Mõtibus acutis non poſſumus
ſilere poſt dactylũ tp̃s vnũ, qđ poſt ſpõdeũ ĩ
ſuperiore poteramus, ne nõ iã dactylus ſed
creticus ſentiať:atq; ita nõ duobus minus ple
nis pedibus,quod nũc demõſtramus,ſed ple-
no dichorio & vltimo ſpondeo metrũ cõſta
re videatur, duũ temporũ ſilentio in fine red
dendo. Sed illud notandum eſt, in principio
poſito minus pleno pedi, aut ibidẽ reddi de-
bitũ ꝑ ſilentium:ſicuti eſt,Iam ſatis terris ni-
uis atq; dirę.Aut in fine: velut, Segetes meus
labor. Minus aũt pleno pedi qui in fine poni
tur,aut ibidẽ reſtitui ſilentio, quod debetur:
vt in illo,Ite igitur camœnæ:aut in aliquo de
medijs loco,veluti in hoc, Ver blandũ viget
aruis,adeſt hoſpes hirundo.Vnum.n.tempus
quod debetur vltimo bacchio, vel poſt totũ
numerum ſileri põt, vel poſt primũ eius nu-
meri pedem moloſſum, vel ſecundũ ionicũ
à minore:Quod vero medijs forte minus ple
nis pedibus debiti eſt,non niſi ibidẽ reddi po L
teſt:vt eſt,Tuba terribili ſonitũ dedi ære cur-
uo.Si.n.ſic metiamur hoc metrũ, vt primum
faciamus anapæſtũ, ſecundũ ionicũ quẽlibet
in ſyllabis quinq;,ſoluta.ſ. longa vel prima,
vel vltima in duas breues tertiũ choriãbũ,vl-
timũ bacchiũ. Tria erunt tẽpora in debitum,
vnum

vnũ extremo bacchio reddendũ, & duo ana
pæſto primo, vt ſena cõpleant. Sed hoc totũ
ſpatium trium tpum in fine ſileri põt. At ſi ab
integro pede incipias, quinq; ſyllabas primas
pro quolibet ionico metit. Sequit choriãb.
Inde iam pedẽ integrũ non inuenies, quocir-
ca vnius longæ ſpatio ſilere oportebit, quo
annumerato choriambus alter implebit, Bac
chio reliquo metrũ clauſuro, cui tp̃s vnum
debitũ ſilebis in fine. Vnde iã eſſe opinor p-
ſpicuũ, cũ in mediis ſiletur locis aut ea reſti-
ſtitui tpa q̃ in fine debentur, aut ea q̃ ibi de-
bentur vbi ſiletur. Sed aliqñ non eſt neceſſe
vt ſileatur in mediis, cũ põt aliter metrũ me-
tiri, vt in eo quod pauloante poſuimus. Ali-
M qñ aũt neceſſe eſt, vt in hoc: Vernæ tẽperies
auræ tepẽt, ſunt delitiæ. Nã manifeſtũ eſt iſtũ
numerũ aut quaternorũ tpum, aut ſenorum
pedib. currere. Si quaternorũ, ſilendũ eſt vnũ
tp̃s poſt ſyllabã octauã, & in fine duo metiã-
tur. primo ſpondeo, ſecundo dactylo, ſed a
tertio ſpondeo, quarto dactylo annumerato
poſt longã ſilentio, quia poſt breuẽ nõ opor
tet, quinto ſpondeo, ſexta dactylo, vltima lõ-
ga qua numerus claudit, cui duo tpa debita
ſilentur in fine. Si ãt ſenorũ tpum hinc meti-
mur pedes, primus erit moloſſus, ſecũdus io-
nicus a minore, tertius creticus qui fit dicho
rius adiuncto ſilentio vnius tpis, quartus io-
ni⁹ a maiore & longa vltima, poſt q̃ quatuor
tpa ſilebuntur. Poſſet alio mõ currere, vt una
longa in principio locaret, quam ſequeretur
ionicus a maiore, deinde moloſſus, deinde
bacchius, qui fieret antiſpaſtus, adiuncto ſilẽ
tio vnius tpis, vltimus choriãbus metrũ clau
deret, ita vt quatuor tpum in fine ſilẽtiũ, red-
deret vni longæ in principio conſtitutæ. Sed
aures iſtam dimenſionẽ repudiant, quia pars
pedis in principio collocata, niſi maior q̃ di
midia fuerit, non recte illi poſt plenũ pedem
finali ſilentio reddit vbi debet: ſed alijs inter-
poſitis pedib. ſcimus quidẽ quantũ debeatur:
A ſed non cõprehendit ſenſu, vt tãto ſpatio ſi-
leatur, niſi minus debeatur in ſilentio q̃ poſi
tũ eſt in ſono: q̃a cũ maiorẽ partẽ pedis vox
peregerit, minor quæ reliqua eſt, vbicunque
facile occurrit. Quãobrẽ metri qđ ſub hoc
exẽplo poſuimus, Vernæ tẽperies auræ tepẽt,
ſunt delitiæ: cũ ſit vna neceſſaria q̃ diximus
dimenſio, ſi poſt decimã eius ſyllabã tp̃s vnũ
ſileatur, & quatuor in fine, eſt alia volũtaria,
ſi q̃s poſt ſextã ſyllabã velit ſilere duo tpa, &
vnũ poſt vndecimã, & duo in fine. Vt ſit in
principio ſpõdeus, ſequat hunc choriãbus,
tertio ſpondeo ſilentiũ duũ tpum annume-
ret, vt uel moloſſus vel a minore ionicus fiat,
quartus bacchius adiuncto itidẽ ſilentio vni⁹
tpis fiat antiſpaſtus, quinto choriãbo nume-
rus terminet in voce, duobus tpib. in fine per
ſilentiũ redditis, in principio locato ſpõdeo.
Eſt itẽ alia. Si.n. velis poſt ſextã ſyllabã vnum
tp̃s ſilebis, & poſt decimam vnũ, poſt vnde-
cimã tantundem, & duo in fine, vt ſit primus
ſpondeus, ſcđs choriãbus, tertius palimbac-
chius fiat antiſpaſtus vno ſilentij tpe annume
rato, quartus ſpondeus fiat dichorius vnius
tpis interiecto, & vnius tpis conſequente ſi
lẽtio, choriãbus vltimus numerũ claudat, ita
vt ſileamus duo tpa in fine, q primo debent
ſpondeo. Eſt & tertia dimenſio, ſi poſt primũ
ſpondeũ tp̃s vnum ſileat, & reliqua q̃ in pro-
ximo ſupiore ſeruent, niſi qđ ĩ eius fine vnũ
tp̃s ſilebitur, quia ſpondeus ille, qui ſolet in
principio locari, conſequente vnius tp̃is ſilẽ
tio, factus eſt palimbacchius, vt plus vno tpe
nihil ei debeat, qđ in fine ſilendum eſt. Vn-
de iam perſpicis metris interponi ſilentia,
quædam neceſſaria, quædam uoluntaria. Et
neceſſaria quidem, cum aliquid pedibus de-
betur implendis: Voluntaria vero, cum ple-
ni ſunt pedes atq; integri. Quod autem ſu-
perius dictum eſt, amplius quatuor tempo-
ribus ſilendum non eſſe: de neceſſariis ſilen-
tiis dictum eſt, vbi debita tempora explẽtur.
Nam in ijs quæ voluntaria ſilentia nominaui
mus, licet etiam pedem ſonare, & pedem ſi-
lere: quod ſi paribus interuallis fecerimus,
non erit metrum ſed rhythmus, nullo certo
fine apparente vnde redeatur ad caput. Quã-
obrem ſi exempli gratia ſilentiis velis di-
ſtinguere, vt poſt primum pedem alterius
pedis tempora ſileas: non hoc perpetuo ſer
uandum eſt. Licet autem varietate qualibet C
connumeratis ſilentiis vſq; ad legitima tpa
metrum producere: velut in hoc, Nobis ve-
rum in promptu eſt, Tu ſi verum dicis. Licet
hic poſt primum ſpondeum quatuor tempo
ra ſilere, & alia quatuor poſt ſequentes duos.
Poſt tres autem finales nihil ſilebitur. Iam
enim triginta duo tempora terminata ſunt:
ſed multo eſt aptius & quodãmodo iuſtius, *In edi*
vt uel in fine tantũ uel ẽt ante finẽ * ſileatur. *et i fine*

Quod

Quod ſuſtracto uno pede fieri poteſt, ut ita
ſit. Nobis verum in promptu eſt, ut dic verũ.
Hoc & in metris cæterorũ pedũ tenendũ eſt.
ſ. neceſſariis ſilentiis, ſiue finalibus ſiue me-
diis reddi debita ut pedes impleantur. Nõ au
tẽ ſileri oportet amplius q̃ pedis partẽ, quã
leuatio poſitiove occupat. Voluntariis autẽ
ſilentiis & partes pedũ & integros pedes ſile-
re conceditur, ſicut exẽplis ſupradictis mon-
ſtrauimus. Sed hactenus interponendorũ ſi-
lentiorũ rõ tractata ſit. Nunc de pedum com
mixtione, & de ipſorũ metrorum copulatio
ne pauca dicamus, q̃m iam multa dicta ſunt
cum q̃reremus, quos ſibimet oporteat miſce
ri pedes, & q̃d ad metrorũ attinet copulatio
nem, nonnulla dicẽda ſunt, cum de uerſibus
differere cęperimus. Iunguntur. n. ſibi pedes
atq; miſcentur ſm regulas quas in ſecundo
ſermone aperuimus. In hoc autẽ illud ſcien-
dũ eſt, genera metri, q̃ à poetis iam celebrata
ſunt, habuiſſe authores & inuentores ſuos, à
quibus quaſdã certas leges poſitas conuelle-
re prohibemur. Non. n. oportet cum illi eas
rõne finxerint, aliquid ibi mutare, quãuis ſm
rõnem ſine aurium offenſione poſsimus, cu-
ius rei cognitio nõ arte, ſed hiſtoria traditur
vnde creditur potius q̃ cognoſcit. Neq;. n. ſi
Phaliſcus neſcio q, metrum ita cõpoſuit, ut
hæc ſonãt, Q̃n flagella ligas, ita liga, uitis &
ulmus uti ſimul eãt, ſcire hoc poſſumus, ſed
tantummodo credere audiẽdo & legẽdo. Il-
lud eſt diſciplinæ q̃d ad nos pertinet, uidere
utrũ hoc tribus dactylis cõſtet & pyrrhichio
ultimo, ut plerique muſicæ imperiti autu-
mãt. Non. n. ſentiunt pyrrhichium poni non
poſſe poſt dactylum, an ut ratio docet, pri-
mus pes ſit in hoc metro choriambus, ſecun
dus ionicus, lõga ſyllaba in duas ſoluta bre-
ues, ultimus iambus, poſt quem tria tp̄a ſile-
bũtur, quod ſemidocti homines ſentire poſ-
ſent, ſi à docto ſecundum utranq; legem pro
E nunciaretur, & plauderetur. Ita. n. naturali
& cõi ſenſu iudicarent, quid diſciplinæ nor-
ma præſcriberet. Veruntamen ꝙ poeta ille
hos numeros immobiles eſſe uoluit, cũ hoc
metro utimur cuſtodiendum eſt, non enim
fraudat auditum, quanquam atq; nihil frau-
daret, ſi uel choriambo diiãbum, uel ipſum
ionicum nulla in breues facta ſolutione po-
neremus, & quicquid aliud congruiſſet. In
hoc igitur metro nihil mutabitur, non ea ra
tione quia inæqualitatẽ uitamus, ſed ea qua
obſeruamus authoritatẽ. Docet ſanè rõ, alia
inſtitui metra immobilia. i. in quibus mutare — *Metra mobilia et immobilia et neutra.*
nihil oportet, ut hoc ipſum eſt de quo ſatis
locuti ſumus. Alia mobilia, iu quibus locare
pedes alios pro aliis licet, ſicuti eſt, Troiæ q
primus ab oris, Arma uirumq; cano. Nã hic — *Aenei. I.*
pro ſpondeo anapæſtũ quolibet loco licet
ponere. Alia nec tota ĩmobilia, nec tota mo-
bilia, ut eſt, Pendeat ex humeris dulcis che-
lys, Et numeros ædat uarios, Quibus aſſonet — *Hoc Terẽtianus citat ex Põponio.*
oẽ uirens Late nemus & tortis errans qui fle-
xibus fidis. Hic. n. ubiq; & ſpondeus & dacty
lus poni poſſet, p̃ter ultimũ pedẽ, quẽ metri
author ſp̄ eſſe dactylum uoluit. Et in ijs qui- F
dem generibus tribus, nõnihil ualere authori
tatẽ uides. Quod autẽ in pedum cõmixtione
ad rõnem ſolã pertinet de ijs rebus quæ ſen-
tiuntur iudicantẽ, ſciendũ eſt eas partes pedẽ
q̃ poſt certos pedes ſilentio reſtante ſuauiter
locantur, ut iãbus poſt dichoriũ atq; ſm epi-
tritũ, & ſpõdeus poſt antiſpaſtũ, ẽt poſt alios
pedes male locari, quibus iſti permixti fue-
rint. Nã manifeſtũ eſt iãbum poſt moloſſum
bene poni, ſicut hoc exeplũ indicat, ſæpe re-
petitũ cũ ſilentio in fine temporum triũ, Ver
blandũ uiret floribus, at ſi pro moloſſo pri-
mum dichoriũ conſtituas, ut eſt, Vere terra
uiret floribus, reſpuit hoc auditus atq; con-
demnat. Id ẽt in cæteris ſenſu explorante fa-
cile eſt experiri. Ratio nanq; certiſsima eſt,
cũ ſibi copulant, qui inter ſe ſunt copulabi-
les pedes, eas partes debere in fine ſubiungi
q̃ oĩbus cõueniunt in illa ſerie collocatis, ne
inter ſocios quodãmodo diſcordiæ aliquid
oriatur. Illud magis mirandũ eſt, ꝙ cũ ſpon-
deus & diiãbũ & dichoriũ ſuauiter claudat,
tñ cũ hi duo pedes, ſiue ſoli ſiue cũ alius co-
pulabilibus quoquo mõ mixtis in una ſerie G
fuerint, ſpõdeus in fine approbãte ſenſu poni
nõ põt. Quis. n. dubitet aures libenter accipe
re iſta ſingula repetita, &, Timenda res non
eſt, & item ſeparatim, iam timere noli. At ſi
ita iungas, Timenda res, iã timere noli, niſi
in ſoluta oratione audire nolim. Nec abſur-
dũ minus eſt, ſi quolibet loco aliũ cõnectas,
veluti moloſſum hoc modo. Vir fortis ti-
menda res, iam timere noli, Vel etiam ita, Ti
menda res iam timere uir fortis noli. Cuius
abſurditatis cã eſt, ꝙ pes diiambus ẽt ad du-
plum & ſimplum plaudi poteſt, ut ad ſimplũ
& du-

& duplũ plaudi poteſt dichorius. Spondeus autẽ duplæ parti eorũ ęqualis eſt, ſed cũ eũ ille trahit ad primã, hic ad extremã, exiſtit nõnulla diſcordia, & ita rõ tollit admirationẽ. Nec minus miraculũ ędit antiſpaſtus, cui ſi nullus pedũ, aut certe ſolus dijambus miſceatur, patitur iambo metrũ claudi, cum aliis autem poſitus nullo mõ, & cũ dichorio quidẽ ꝑꝑ ipſum dichoriũ. Itaque hoc minime miror. Cũ cæteris vero ſenorũ tẽporũ pedibus cur memoratũ triũ temporũ pedẽ in fine repudiet, neſcio q̃ eſt cauſa, ſecretior fortaſſe q̃

H vt à nobis aſſeri atq; oſtendi queat. Sed hoc ita eſſe his exẽplis probo. Nã iſta duo metra, Poteſtate placet, Poteſtate potẽtiũ placet, nemo ambigit ſuauiter ſingula repeti cũ ſilentio trium temporũ in fine. At iſta inſuauiter cũ eodem ſilẽtio, Poteſtate p̃clara placet, Poteſtate tibi multũ placet, Poteſtate iã tibi ſic placet, Poteſtate multũ tibi placet, Poteſtatis magnitudo placet. Quod ad ſenſum attinet, peregit officiũ ſuũ in hac quæſtione, & q̃d acceperit, & q̃d exploſerit indicauit, ſed de cã cur ita ſit, rõ cõſulenda eſt. Ac mea q̃dem in tanta obſcuritate nihil aliud videt, niſi cũ dijambo antiſpaſtum dimidiã partẽ priorem habere cõmunem. Nam uterq; à breui & lõga incipit: poſteriorẽ autem cũ dichorio. Lõga enim & breui ambo finiuntur. Itaq; antiſpaſtus vel ſolus tãquã ſuam priorẽ dimidiã, uel cum diiambo cum quo eam cõmuniter habet, collocatus, patitur in fine metri eſſe iãbum, & cum dichorio pateretur ſi eidem dichorio talis terminus conueniret. Cum cæteris autem non patitur, quibus tali ſocietate iungitur.

De metrorum copulatione. Cap. 17.

Quod uero ad metrorũ cõpulationẽ attinet, ſatis eſt in p̃ſentia videre, poſſe ſibi diuerſa metra copulari, quæ tamen plauſu, id eſt, leuatione conueniant. Diuerſa ſunt

I autem, uel quantitate, vt cum maiora copulantur minoribus, qualia iſta ſunt, videlicet. *Horat. li. 1. carminum.* Iam ſatis terris niuis atque diræ Grandinis miſit pater, & rubente Dextera ſacras iaculatus arces Terruit vrbem. Nam hoc quartum, quod uno choriambo & uno in fine lõga terminatur, quam paruum ſit tribus ſuperiobus inter ſe æqualibus ſubiectum, uides. Vel pedibus, ſicut hic, Grato Pyrrha ſub antro, Cui *Ibidem.* flauam religas comam. Cernis quippe horũ duorum ſuperius conſtare ſpondeo & choriambo, & longa vltima, quæ ad ſex tempora implenda ſpondeo debebat. Hoc autẽ poſterius ſpõdeo & choriambo, & duabus vltimis breuib. q̃ item cũ primo ſpõdeo implẽt ſex tpa. Paria ſunt ergo iſta tẽporibus, ſed in pedibus nõnihil diuerſitatis tenẽt. Eſt & alia differentia iſtarum copulationum, ꝙ alia ita copulentur vt nulla ſibi ſilentia interponi velint, ſicut hæc duo recentiſsima, alia inter ſe ſileri aliquid poſtulant, ſicut hæc, vides vt alta ſtet niue candidum Soracte, nec iam ſuſtineant onus Syluæ laborantes geluque Flumina conſtiterint acuto. Nam ſi hæc ſingula reputantur, priora duo vnum tp̃s in fine ſileri flagitant, tertium duo, quartũ tria. Copulata vero à primo ad ſm̃ tranſeuntẽ vnũ tp̃s ſilere cogũt, à ſecundo ad tertiũ duo, à tertio ad quartũ tria. A quarto aũt ſi ad primum redeas, tp̃s unũ ſilebis. Sed q̃ eſt rõ redeundi ad primũ, eadẽ eſt ad aliã talẽ copulationẽ tranſeundi. Hoc genus copulationum recte nos appellamus circuitum qui, περίοδος Gręce dicitur. Circuitus ergo minor eſſe nõ poteſt, q̃ qui duobus mẽbris conſtat, id eſt, duobus metris. Nec eſſe maiorem uoluerunt eo qui vſque ad quatuor mẽbra ꝓcedit. Licet igitur minimũ bimẽbrem, medium trimembrem, & vltimum quadrimembrem vocare. Hos enim Græci δίκωλον, τρίκωλον, τετράκωλον, vocant. De quo toto genere quoniam diligentius tractaturi ſumus, ut dixi in eo ſermone qui nobis de uerſibus erit, nũc interim hoc ſatis ſit. Sanè arbitror iã te intelligere innumerabilia genera eſſe metrorũ, quæ quingẽta quadraginta ſeptẽ inueneramus, cũ & de ſilentiis non niſi finalibus exempla eſſent data, & nulla pedũ cõmixtio facta eſſet, & nulla ſolutio longarũ in duas breues, quæ pedẽ ultra ſyllabas quatuor porrigeret. At ſi adhibita omni ſilentiorum interpoſitione, & omni pedum cõmixtione, & omni ſolutione longarum, colligere numerũ metrorũ velis, tantus exiſtit ut nomen eius fortaſſe nõ ſuppetat. Sed hæc exẽpla q̃ à nobis ſunt poſita, & quæcunq; alia poni poſſunt, quãquã ea & appetat in efficiẽdo & approbet in audiẽdo natura cõis, tñ niſi ea docti & exercitati hominis pronunciatio cõmẽdet auribus, ſenſusque audientiũ nõ ſit tardior q̃ humanitas poſtulat, nõ poſſunt ea quæ tractauimus uera iudicari. Sed quieſcamus aliquãtulũ, & de uerſu deinceps diſſeramus. DI. Ita Fiat.

DIVI

D. AVRELII AVGVSTINI Hipponensis Episcopi de Musica.

Liber quintus.


VID sit versus, inter doctos
veteres non parua luctatione
quæsitũ est, nec fructus defuit.
Nam inuenta res est, & notitiã
posterorum mãdata literis, gra
ui atq; certa non tantum authoritate, verum
ẽt ratione firmata est. Interesse igitur aĩaduer
terunt inter rhythmum & metrũ aliquid, vt
omne metrum rhythmus, non ẽt omnis rhy-
thmus metrum sit. Omnis.n.legitima pedum
connexio numerus est, quam quoniam me-
trum habet, non esse numerus nullo modo
potest, i.non esse rhythmus. Sed quoniã non
est idem, quamuis legitimis pedibus, nullo
tamen certo fine prouolui: & item legitimis
progredi pedibus, & certo fine coerceri: hęc
duo genera ẽt vocabulis discernenda erant,
vt illud superius rhythmus tantum proprio
iam noĩe, hoc autem alterum, ita rhythmus
vt metrum ẽt vocaretur. Rursus qm̃ eorum
numerorum qui certo fine clauduntur, i.me
trorum, alia sunt, in quibus non hr̃ ratio cu-
iusdam diuisionis circa medium, alia quibus
sedulo hr̃: erat etiam hæc dr̃ia notanda voca-
bulis. Quapropter illud, vbi non hr̃ hęc ratio
A rhythmi, genus, proprie metrum vocatũ est:
hoc autem vbi hr̃, versum nominauerũt. Cu-
ius appellationis originem fortasse progre-
dientibus nobis ratio ipsa monstrabit. Neq;
hoc ita præscriptum putes, vt illa etiam me-
tra versus vocare non liceat. Sed aliud est cũ
abutimur nomine licentia cuiusdam vicini-
tatis, aliud cum rem vocabulo suo enuncia-
mus. Sed nominum commemoratio hactenus
facta sit. In quibus vt iam didicimus, conces
sio interloquentium & vetustatis authoritas
tantum valet. Cætera si placet, more nostro
inuestigemus sensu nuncio, indice ratione,
vt illos etiam veteres authores non instituisse
ista quasi quæ in natura rerum integra & pfe
cta non fuerint, sed ratiocinando inuenisse,
& appellando notasse cognoscas. MA. Qua-
re primum à te quæro, vtrũ ob aliud pes au-
rem mulceat nisi quod in eo duæ illæ partes,
quarũ vna in leuatione, altera in positiõe est,
numerosa sibi concinnitate rñdent? DI. Iam
hoc quidẽ mihi ante persuasum est atq; com
pertum. MA. Quid metrum, qđ manifestum
est pedũ collocatione confici, num ex eo re-
rum genere esse arbitrandum est, qđ diuidi
non potest, eum oĩno & nihil indiuiduũ per B
tp̃s tendi queat & qđ ex diuiduis pedibus cõ
stat, absurdissime indiuiduũ putetur? DI. Nul
lo modo hoc genus diuisionem recipere ab-
nuerim. MA. At oĩa quæ recipiunt diuisionẽ,
nonne pulchriora sunt si eorũ partes aliqua
parilitate concordent, q̃ si discordes & disso
næ sint? DI. Nulli dubium est. MA. Quid ip-
sius parilis diuisionis, qui tandem numerus
author est: an dualis? DI. Ita est. MA. Vt ergo
in duas partes concinnentes diuidi pedem &
eo ipso aurem delectare comperimus, si etiã
metrum tale inueniamus, nonne cæteris non
talibus iure anteponetur? DI. Assentior. MA.
Recte sanè. Quare iam illud rñde, cũ in om- *Versus*
nibus, quæ aliqua temporis parte metiuntur, *unde di-*
aliud præcedat, aliud subsequatur, aliud inci *ctus.*
piat, aliud terminet, nihilne tibi videatur in- *Cap. 3.*
ter partem præcedentem atq; incipientem,
& illã quæ subsequatur ac terminet interesse
oportere? DI. Interesse arbitror. MA. Dic er-
go quid intersit has duas partes uersus, quarũ
vna est, Cornua velatarũ: altera vero est, uer-
timus antennarum. Non enim, ut idem poe-
ta obuertimus, sed si ita uersus enuncietur,
Cornua uelatarum uertimus antennarum: *Aen. 3.*
nonne sæpius repetendo efficitur incertum, C
quæ pars prior sit, quæ posterior? Neq;.n.mi
nus idem stat versus, cum ita profertur, Verti
mus antennarum cornua uelatarum. DI. Pla-
ne incertum fieri uideo. MA. Censesne uitan-
dum? DI. Censeo. MA. Vide igitur vtrum hic
satis uitatum sit. Vna pars versus est, & ea prę
cedens, Arma uirumque cano: altera subse-
quens, Troiæ qui primus ab oris: quæ vsque *Aen. 1.*
adeo inter se differunt, vt si ordinem vertas,
& hoc modo pronuncies, Troiæ qui primus
ab oris, arma uirumq; cano, alios pedes me-
tiri necesse sit. DI. Intelligo. MA. At uide vtrũ
ista ratio in aliis seruata sit. Nam cuius dimẽ-
sionis est pars incipiens, Arma virumque ca-
no: eiusdem esse agnoscis, Italiam fato. Lito-
ra multum ille Et, Vi superum sæuæ. Multa
quoque & bello. Inferretque Deos Albani-
que patres. Et ne multis persequar cæteros,
quantum voles, has priores partes uersuum
eiusdem dimensionis inuenies, id est, quin-

to semi-

to semipede articulatas. DI.Rarissime oĩno nõ ita est ita vt posteriores sint istis nõ minus inter se pariles, Troiæ q primus ab oris. Pro-
D fugus Lauinaq; venit. Terris iactatus & alto. Memorẽ Iunonis ob irã. Passus dũ conderet vrbẽ. Latio genus vnde Latinũ. Atq; altæ mœnia. Romæ. MA. Manifestissimũ est igit̃ ꝙ qnque & septẽ semipedes versum heroicũ in duo mẽbra partiunt̃, q̃ sex pedib. quaternorũ tꝑum ↄstare notissimũ est. & sine ↄcinnitate quidẽ duorũ mẽbrorũ, siue ista, siue aliqua alia, versus nullus est, in quib. oĩb. hoc rõ demonstrauit esse seruandũ, vt non possit pars prior in posteriorẽ, & posterior in priore loco poni. Qđ si aliter fuerit, nõ iã, versus, nisi noĩs abusione dicet̃. Erit aũt rhythmus & metrũ, qualia rarissime longis carminib. interponere q̃ versib. ↄtexunt̃, non indecorũ est: quale idẽ ipsum est qđ pauloante cõmemoraui, Cornua velatarũ vertimus antennarum. Quãobrẽ non mihi versus ex eo appellatus vr̃, vt nõnulli putant, ꝙ a certo fine ad eiusdẽ numeri caput reuertat̃, vt nomen ductum sit ab ijs q vertunt̃ dũ de uia redeũt: nã hoc illi cũ his ẽt metris, q̃ versus non sunt, apparet esse cõe: sed magis fortasse a ↄ̈rio nomen inuenit: vt quẽadmodũ grãmatici deponẽs verbũ qđ r lr̃am non deponit, sicuti est lucror & conq̃ror, appellauerunt, ita qđ duob. mẽbris ↄstat, quorũ neutrũ in alterius loco salua le-
E ge numerorũ constituit̃, q̄a verti non põt versus vocet̃ Sed vtrãlibet harũ originẽ vocabuli tu si libet probes vel vtranq; improbes, & aliã q̃ras, aut contẽnas mecũ totũ hoc qõnis genus: nihil ad hoc tp̃s ꝑtinet. Cũ.n. satis res ipsa q̃ hoc noĩe sign̄at̃, appareat, nõ ẽ de verbi stirpe laborandũ: nisi quid habes ad hæc. DI. Ego vero nihil, sed ꝑge ad cætera, MA.
Termin⁹ versuum varius. Cap. 4. Sequitur vt de versus termino requiramus. Nã & hic aliquã dr̃iam notandã atq; signandã esse voluerũt, vel potius ipsa rõ. An tu nõ arbitraris melius esse vt finis, quo prouolutio numeri coercet̃, non ꝑturbata tꝑum æqualitate, tñ emineat, q̃ si cũ cæteris partib. q̃ finẽ non faciunt, confundantur? DI. Quis dubitat hoc esse melius quod est euidentius? MA. Considera ergo vtrum recte insignem finem versus heroici spondeum pedem quidam esse voluerint. Nam in quinque alijs locis vel hunc uel dactylum licet ponere, in fine autẽ non nisi spõdeum. Nam ꝙ trochæum putãt, ꝓꝑ indifferentiam fit vltimæ syllabæ: de quã in metris satis locuti simus. Sed s̃m hos iambicus senarius aut non erit versus, aut erit sine ista finis eminentia, vtrunq; aũt absurdũ est. Nã neq: quisquã vnquã, siue doctissimorum hoĩum, siue mediocriter vel ẽt tenuiter eruditorũ versum esse dubitauit, Phaselus ille quẽ videtis hospites. Sed quicquid in verbis est tali numerositate formatũ, & grauissimi authores eo quo peritissimi nullũ fine insigni fine versum putandũ esse censuerunt. DI. Verum dicis. Quare aliam termini huiu notam quęrẽdam esse autumo, non hãc esse quæ in spondeo ponit̃ approbatã. MA. Quid hoc? Num dubitas quæcunq; ista sit, aut in pedis esse, aut in tp̄is dr̃ia, aut in vtroque? DI. Qualiter põt? MA. Quid tandẽ horum trium probas? Ego.n. quoniam idipsum finire versum ne longius q̃ oportet excurrat, non pertinet nisi ad tp̄is modũ: non arbitror aliunde istam notã debere sumi q̃ ex tempore. An tibi aliud placet? DI. Immo assentior. MA. Videsne etiam illud cum tp̃s hic differentiam habere non possit, nisi ꝙ aliud est longius, aliud breuius, quia cũ uersus finitur id agitur ne pergat longius, in breuiore tp̄e notam finis esse oportere? DI. Video quidẽ, sed quò pertinet quod additum est hic? MA. Eò, scilicet quod non ubique temporis dr̃iam in sola breuitate ac longitudine accipimus. An tu æstatis ac hyemis differentiam, aut esse temporis negas, aut in spatio potius breuiore vel longiore, ac non in vi frigoris calorisq; ↄstitutam, vel humoris, vel siccitatis: & si q̄d tale aliud? DI. Iam intelligo, & hanc quã q̃rimus termini notam, à tp̄is breuitate ducendã esse consentio. MA. Attende igitur hunc versum, Roma Roma cerne quãta sit Deum benignitas: qui trochaicus dicitur, & metire illum, atque responde quod inueneris de membris eius & numero pedum. DI. De pedibus quidem facile respõderim, liquet enim eosdem septem semis esse. De membris autem non satis aperta res est, multis enim locis partem orationis finiri video: verũtamen opinor esse istam partitionem in octauo semipede, vt præcedens membrum sit, Roma Roma cerne quanta subsequens autem, sit Deum benignitas. MA. Quot semipedes habet? DI. Septem. MA. Ipsa ratio te duxit omnino. Cum enim nihil sit æqualitate melius, eamque in diui-

diuidendo appetere oporteat, ſi minus potue
rit obtineri, vicinitas eius q̃renda eſt, ne ab
ea longius aberremus. Itaq; cum hic uerſus
omnes quindecim ſemipedes habeat, nō po
tuit æquius q̃ in octo & ſeptē diuidi, nā eadē
eſt in ſeptem & octo vicinitas. Sed ita nō ſer
uaretur nota finis in tempore breuiore, ut eã
ſeruandã ratio ipſa p̃cipit. Nã ſi talis verſus
eſſet, Roma cerne quanta ſit tibi Deũ beni-
gnitas, ut inciperet membrũ in his ſemipedi-
bus ſeptem, Roma cerne quãta ſit, & in his
octo alterũ terminaretur, tibi Deũ benigni-
tas, non poſſet uerſũ ſemipes claudere. Octo
enim ſemipedes quatuor integros pedes fa-
ciunt. Simul incideret alia deformitas, ut nō
eoſdē pedes in mēbro extremo quos in pri-
mo metiremur, & prius menbrum potius fi-
niretur nota breuioris tps.i. ſemipede q̃ po-
ſterius, cui hoc finis iure debetur. Nam in il
lo tres trochæis ſemis, Roma cerne quanta
ſit, in hoc quatuor iambi ſcanderentur, tibi
Deum benignitas. Nunc vero & trochæos in
vtroque membro ſcandimus, & ſemipede
uerſus claudiť, vt ſpatii breuioris notã termi
nus teneat. Nã ſint in priore quatuor, Roma
Roma cerne quanta, in poſteriore ãt tres ſe-
mis, ſit Deũ benignitas. An ɔ̈dicere aliquid
paras? DI. Nihil Omnino, & libenter aſſen-
tior? MA. Teneamus igitur has leges incon-
cuſſas ſi placet, vt neq; membrorũ duorum
tendens ad æqualitatē partitio uerſui deſit, ſi-
cuti huic eſt. Cornua velatarum obuertimus
antennarum. Neq; ipſa ęqualitas membrorũ
cōuertibilē (ut ita dicam) faciat partitionē,
vt in hoc fit, Cornua velatarũ uertimus anten
narum. Neq; cũ iſta uitať conuerſio, nimis à
ſe membra diſcedant, ſed quantũ poſſunt ,p
ximis numeris propè æquentur, ne dicamus
hæc ita poſſe diuidi, ut octo ſemipedes præ-
cedãt, Cornua uelatarũ uertimus, & quatuor
ſubſequantur. i. antennarum. Nec membrum
poſterius paris numeri ſemipedes habeat, ſi-
cuti eſt, Tibi Deũ benignitas, ne pleno pede
uerſus finitus non habeat terminum breuio-
re tempore notatum. DI. Habeo iam iſta, &
mando memoriæ quantum valeo. MA. Quo
niam igitur iam tenemus non debere uer-
ſum finiri pleno pede quomodo nobis heroi
cum uerſum metiendum putas, ut & metro
rum lex illa ſeruetur, & hæc termini nota?
DI. Video duodecim eſſe ſemipedes, & quia
propter illã cōuerſionē vitãdã ſenos ſemipe
des habere mēbra non poſſunt, neq; à ſe lon
ge oportet diſcedere, ut ſint tres & nouē, aut K
nouem & tres neq; paris numeri ſemipedes
poſteriori mēbro dãdi ſunt, vt ſint octo &
quatuor aut quatuor & octo, ne pleno pede
uerſus finiatur, in quinq; & ſeptē aut ſeptē &
quinq; diuiſio facienda eſt. Nã & hi numeri
ſunt ambo impares ,pximi, & certe propin-
quius ſibi accedunt membra q̃ in quaterna-
rio & octonario numeris accederēt. Quod
ut firmiſſimũ teneã, uideo partē orationis in
quinto ſemipede ſp̃ aut penè ſemper termi-
nari, vt eſt in primo Virgilii uerſu, Arma ui *Aene. 1.*
rũq; cano, & in ſecundo, Italiã facto, & in
tertio, Littora multũ ille, in quarto itē, vi ſu-
perũ ſæuæ, atq; ita deinceps in toto penè car
mine. MA. Verum dicis. Sed uidendũ tibi eſt
quos pedes metiaris, ut nihil ſuperiorũ legũ
iã incōcuſſe cōſtitutarũ uiolare audeas? DI.
Quanquã mihi ſatis ratio appareat, tñ noui-
tate cōturbor. Nō. n. ſolemus in hoc genere
niſi ſpondeũ pedē & dactylum ſcandere, qđ
nemo ferè eſt tam indoctus, quin audierit, ēt
ſi minus id facere poſsit. Hanc ergo peruul-
gatiſsimã ɔſuetudinē, & nũc ſi ſeq̃ voluero, L
lex illa terminis eſt abroganda. Præcedens. n.
membrũ ſemipede clauderetur, poſterius ãt
pleno pede quod ɔ̈ eſſe debuit. Sed quia illã
legē iniquiſsimũ eſt tolere, & in numeris iã
didici poſſe fieri, vt non à pleno pede ordia-
mur, reſtat ut nō hic dactylũ cũ ſpōdeo, ſed
anapæſtum locari iudicemus, ut incipiat uer
ſus à lōga ſyllaba, deinde duo pedes, vel ſpō
dei vel anapæſti, alterũ mēbrũ ſuperius ter-
minēt cũ tres rurſus alterũ vel anapęſti vel
quolibet loco ſpondeus, ſiue omnib. & in fi-
ne una ſyllaba qua uerſus legitime terminať.
MA. Probas mihi, & id ego quoq; rectiſsimũ
eſſe iudico, ſed non facile iſta populo per-
ſuadentur. Tanta enim eſt uis conſuetudinis,
vt ea inueterata, ſi falſa opinione genita eſt, ,,
nihil ſit inimicius veritati. Nanque ad facien ,,
dum uerſum nihil itereſſe intelligis, vtrum ,,
in hoc genere anapęſtus cum ſpondeo, an da ,,
ctylus collocetur, ad metiendum tñ rationa-
biliter, qđ non auriũ ſed mētis eſt proprium
uera & certa rōne hoc non irrationabili opi
nione diſcerniť, neq; nunc à nobis primum
inuenta eſt, ſed multo eſt hac inueterata con
ſuetudine antiquius aĩaduerſa. Quare ſi eos

legant

legant qui vel in Græca vel in Latina lingua
diſciplinæ huius doctiſsimi fuerũt, nõ mira-
M buntur nimis qui forte hoc audierint, quan-
quã pudet imbecillitatis, cum rõni roboran
dæ hominũ authoritas quærit, cum ipſius rõ
nis ac veritatis authoritate, q́ profecto eſt oĩ
homine melior, nihil deberet eſſe pręſtãtius.
Non.n.vt in producenda corripienda ve ſyl-
laba non niſi authoritatem veterũ hominum
quærimus, ut quemadmodũ ſint vſi verbis q-
bus nos quoq; loquimur, ita & nos vtamur.
Quia & in huiuſcemodi re nullã obſeruatio
nem ſequi, deſidiæ eſt, & noua inſtituere, li-
cẽtiæ. Ita in metiendo verſu inueterata volun
tas hominũ, ac non æterna rerũ rõ cogitan-
da eſt, cũ & moderatã eius longitudinẽ prius
naturaliter aure ſentiamus, deinde approbe-
mus naturali cõſideratione numerorũ, & eũ
a.l. ratio-nabili. inſigni fine claudendũ eſſe iudicet quiſq; iu
dicat certius, eumq; q̃ cætera metra eſſe inſi
gniter finiendũ, qui finẽ habet in breuiore tẽ
Rurſus de fine verſus. Cap. 6. pore notatũ manifeſtũ ſit, ſiquidẽ tpis longi
tudinem coerceret & frenat quodammodo.
Quæ cũ ita ſint, q potest poſterius eius mem
brũ niſi non pleno terminari pede? Prioris
aũt membri exordiũ aut plenũ pedẽ eſſe, vt
A in illo trochaico, Roma Roma cerne quãta
ſit Deum benignitas aut partem pedis opor-
tet vt in heroico, Arma virumq; cano Troiæ
qui primus ab oris. Quapropter oĩ iam dubi
Aenei. 1. tatione ſublata, ẽt iſtum verſum metire ſi pla
cet, & mihi de mẽbris eius pedibusq; rñde.
Phaſelus ille quẽ videtis hoſpites. DI. Mem-
bra quidẽ huius in quinq; & ſeptẽ ſemipe-
Catullus. des video diſtributa, vt pri⁹ ſit, Phaſelus ille,
poſterius aũt, quẽ videtis hoſpites, pedes ve-
ro iambos cerno. MA. Quæro, Nihilne ca-
ues pede pleno verſum terminare? DI. Verũ
dicis, & vbi fuerim, neſcio. Quis enim non
a.l. exordedum. videret ſicut in heroico exordium eſſe à ſe-
mipede, quod cũ in hoc genere ſit, non iam-
a.l. cum legitimè. bis, ſed trochęis verſum metimur, vt iam ſe-
mipedes claudat. MA. Ita eſt vt dicis. Sed vide
quid tibi hoc reſpondendum putes, quem
Horat. Carminum. aſclepiadeum uocant, Mœcenas atauis edite
regibus. Nam pars orationis in ſextim ſylla-
bam terminatur, neque inconſtanter, ſed in
omnibus ferè huius generis verſibus. Ita-
que eius primum eſt membrum, Mœcenas
atauis, ſecundum vero, edite regibus. Quod
quanam ratione fiat, dubitari põt. Si enim me
tiaris in hos pedes quaternorum temporum,
erũt quinq; in priore, in poſteriore aũt mem
bro quatuor ſemipedes. Lex aũt uetat mem-
brum poſterius pari numero conſtare ſemi-
pedũ, ne pleno pede verſus terminetur. Re-
ſtat ergo vt pedes conſideremus ſenorũ tem
porũ, ex quo fit vt membrũ utrunque ſic ter-
nis ſemipedibus conſtet. Nã vt integro pede
præcedens mẽbrũ finiatur, à duabus longis
incipiendũ eſt. Deinde choriambus verſum
diuidit, ut ſequente ẽt alio choriambo mem
brum poſterius inchoetur, claudẽte verſum
ſemipede in duabus breuibus ſyllabis. Tot.n.
tẽpora cum ſpõdeo in capite locato, implẽt
ſex tẽporum pedẽ. Niſi q̃d habes ad hęc. DI.
Nihil prorſus. MA. Placet ergo totidem ſemi
pedibus cõſtare vtrũq; mẽbrum? DI. Cur nõ
placeat? Neq; enim metuenda eſt hic illa cõ-
uerſio, quia poſito poſteriore mẽbro in præ
cedentis loco, ita ut q̃d eſt primũ, ẜm fiat, nõ
eadem lex manebit pedum. Quapropter nul-
la cã eſt, cur idẽ ſemipedũ numerus in hoc
genere mẽbris negetur, cum ſine vllo cõuer
ſionis vitio parilitas iſta poſsit teneri, finis
etiã inſignioris lege ſeruata, cũ uerſus nõ ple
no pede terminatur, quod cõſtãtiſsime ſeruã
dum eſſe perplacet. MA. Rem ipſam omnino
vidi, quare iam qm̃ comperit ratio verſuum
eſſe duo genera, vnum in quo idẽ numerus
ſemipedum, aliud in quo diſpar in membris
ſit, diligenter cõſideremus ſi placet, quonam
modo iſta imparilitas ſemipedum ad quan-
dã parilitatẽ referatur, obſcuriore aliquan-
tum, ſed ſanè ſubtiliſsima ratione numero-
rũ. Nã quæro ex te, cũ duo & tria dicã, quot
numeros dicã? DI. Duos. MA. Ergo & duo
vnus, & tria unus eſt numerus, & quemlibet
alium dixerimus. DI. Ita eſt. MA. Nonne tibi
ex hoc videtur vnum cum quolibet numero
non abſurde poſſe conferri? Siquidem vnum
duo eſſe non poſſumus dicere, duo autem
vnum eſſe quodammodo, & item tria & qua
tuor vnum eſſe, non falſo dici poteſt. DI. Aſ-
ſentior. MA. Attende aliud, dic mihi, duo ter
ducta, quid faciunt in ſumma? DI. Sex. MA.
Num ſex & tria totidem ſunt? DI. Nullo
modo. MA. Nunc tria quater ducas velim
ſummamque reſpondeas. DI. Duodecim.
MA. Vides item duodecim plus eſſe quàm
quatuor? DI. Et longe. MA. Sanè ne iam im-
morer, figenda regula eſt, à duobus, & dein-
ceps

ceps quoſlibet numeros duos conſtitueris, minor per maiorẽ multiplicatus eũ excedat neceſſe eſt. DI. Quis hoc dubitauerit? Quis .n. tã paruũ in plurali numero q̃ duo? quẽ tñ numerũ ſi milies duxero, ita excedet mille, ut duplũ fiat. MA. Verũ dicis. Sed conſtitue unũ, & quẽlibet deinde maiorẽ numerũ, & quẽadmodum in illis faciebamus, minorem p maiorem multiplica, nũ eodẽ mõ maior ſuperabitur? DI. Nõ planè, ſed maiori minor æquabit̃. Nam unũ bis duo, & unum decies decẽ, & unum millies mille, & p quemlibet aliũ numerũ multiplicauero, unũ neceſſe eſt æquetur. MA. Habet ergo unum cum cæteris numeris uim quandã æqualitatis, nõ mõ qđ quicunque numerus unus eſt, ſed ẽt quod toties ductus tantundẽ facit. DI. Manifeſtiſsimũ eſt. MA. Age nunc, refer animũ ad ſemipedũ numeros, quib. in uerſu fiunt mẽbra inęqualia, & mirã quãdã æqualitatẽ iſta quã tractauimus ratione reperies. Nam, ut opinor, uerſus minimus inæquali ſemipedũ numero in membris eſt duobus, habens ſemipedes quatuor & tria, quod eſt in hoc. Hoſpes ille quẽ uides, cuius primũ membrũ quod eſt, hoſpes ille, ſecari æqualiter põt in duas partes binorũ ſemipedũ, ſm̃ autẽ quod eſt, quẽ uides, ita diuidit̃, ut una pars duos ſemipedes habeat, altera unũ, qđ ita eſt, quaſi duo & duo ſint, iure illo æqualitatis, de quo ſatis egimus, qđ habet unum cum omnibus numeris. Ex quo fit, ut iſta diuiſione tantum ſit quodammodo ſuperius membrum quantum poſterius. Itaque ubi fuerint quatuor & quinque ſemipedes, ſicut hoc eſt, Roma Roma cerne quanta ſit, non ita probatur, & propterea metrum erit potius quam uerſus, quia ita ſunt membra inæqualia ut ad nullam æqualitatis legẽ ſectione aliqua poſsint referri. Cernis quippe, ut opinor, ſuperioris membri quatuor ſemipedes. Roma Roma, in binos poſſe diſcedere, ac poſteriores quinque, cerne quanta ſit, in duos & tres ſemipedes diuidi, ubi nullo iure apparet æqualitas. Neque enim poſſunt aliquo modo tm̃ ualere quinque ſemipedes ꝓpter duos & tres, quantum quatuor ualent, quõ inuenimus ſuperius in breuiore uerſu tm̃ ualere tres ſemipedes propter unũ & duo quantũ quatuor ualent. An aliquid

F non es aſſecutus, aut non placet? DI. Immo uerò & manifeſta omnia & rata ſunt. MA. Age nũc quinq; & tres ſemipedes conſideremus, qualis eſt iſte uerſiculus, Phaſelus ille quẽ uides, & uideamus quõ iſta inęqualitas aliquo æqualitatis iure teneat̃. Nã hoc genꝰ nõ ſolũ metrũ, ſed ẽt uerſum eſſe oẽs cõſentiunt. Itaq; cũ primũ mẽbrum in ſemipedes duos & tres ſecueris, & ſm̃ in duos & unũ, cõiungas particulas quas in utroq; pares inueneris, qa & in primo mẽbro habemꝰ duo, & in ſcđo reſtãt duæ particulæ, una in tribus ſemipedib. de priore mẽbro, altera in uno de de poſteriore. Has ergo & ſociabiliter iungimus, qa unũ cũ oĩbus hẽt ſocietatẽ, & ĩ ſumma unũ & tria, quatuor fiunt, qđ eſt tantũdẽ quantũ eſt duo & duo. Per hãc igit̃ ſectionẽ ẽt quinq; & tres ſemipedes ad cõcordiã redigunt̃. Sed rñde utrũ intellexeris? DI. Ita uero, & admodũ probo. MA. Sequit̃ ut de quinq; & ſeptẽ ſemipedibus diſſeramus, quales ſunt uerſus illi duo nobiliſsimi, heroicus, & quẽ iãbicum uulgo uocãt, ẽt ipſe ſenarius. Nam, G

Paritas ſemipedũ. Cap. 8.

Arma uirũque cano Troiæ q̧ primus ab oris, ita diuiditur ut primũ eius mẽbrũ ſit: Arma uirumq; cano, qui ſunt quinque, & ſm̃, Troiæ q̧ primus ab oris, q̧ ſunt ſeptẽ ſemipedes. Et, Phaſelus ille quẽ uidetis hoſpites, primũ mẽbrũ habet, Phaſellus ille, in ſemipedib. q̧nque, ſm̃ in ſeptẽ, quẽ uides hoſpites: Sed tñ illa nobilitas in lege iſta æqualitatis laborat. Cũ .n. ſuperiores quinque ſemipedes in duo & tres diuiſerimus, poſteriores aũt ſeptẽ in tres & quatuor, cõgruunt ſibi quidẽ particulæ ternorum ſemipedũ. Sed ſi duæ reliq̃ ita inuenirent̃, ut una earũ conſtaret uno ſemipede, alia quinque, cõiũgerent̃ & lege illa, qua unum cum omnibus numeris cõiungi põt, & in ſumma ſex fierent, quod ſunt ẽt tres & tres. Nunc uero quia duo & quatuor inueniuntur, ſummã quidẽ reddent ſenariã, ſed nullo æqualitatis iure tm̃ ualent duo, quantum quatuor, ut in huiuſcemodi quaſi neceſſitudine copulentur. Niſi forte quis dixerit ſatis eſſe ad aliquam regulã parilitatis, ꝙ ut tres & tres, ita duo & quatuor ſex fiunt, cui rationi repugnandum non arbitror, eſt enim & hæc aliqua æqualitas. Sed illud nolim vt

H maiore congruentia quinque & tres, quàm quinque & ſeptem ſemipedes conuenerint. Non enim tantum nomen eſt illius uerſus quãtum iſtorum, & uides in illo nõ mõ tantam ſummã inuentã collatis uno & tribus,

quanta eſt in duobus & duobus, ſed ẽt multo cõcordiores partes eſſe, cũ iunguntur vnũ & tria, ꝑꝑ illã vnius cum cæteris omnib. numeris amicitiã, q̃ cũ duo & quatuor copulẽtur, ſicut in iſtis eſt. An tibi aliq̃d obſcurum eſt? DI. Nihil prorſus. Sed neſcio q̃uo me offendit, cur iſti ſenarij cũ ſint celebratiores cęteris generib. & principatũ quendã in verſibus habere dicantur, aliq̃d in membrorũ cõcordia minus habent, q̃ illi famæ obſcurioris uerſus. MA. Bono animo eſto. Nam ego tibi tantã in illis oſtendam concordiã, quantã ſoli ex omnib. habere meruerunt, vt videas nõ iniuria eos eſſe prælatos. Sed q̃a ipſa tractatio aliquanto eſt longior, q̃uis omnino iucundior, reſtare nobis debet extrema, vt cũ de cæteris quantũ ſatis uidebitur diſputauerimus, iã omni cura liberati, ad horũ ſcrutanda penetralia veniamus. DI. Mihi uero placet, ſed iam uelim ut iſta q̃ priora ſuſcepimꝰ explicata eſſent, vt iam illud audirem cõmodius. MA. Iſtorum cõparatione quæ ante diſ-

I ferimus, fiunt illa dulciora quę expectas. Nũc itaq; conſydera, utrũ in duobus mẽbris, quorũ primũ exhibeat ſemipedes ſex, alterũ ſeptẽ, reperiatur ea æqualitas ut rite eſſe uerſus queat. Nã poſt quinque & ſeptẽ ſemipedes hũc eſſe diſcutiendũ uides. Huius aũt exẽplũ eſt, Roma Roma cerne quanta ſit Deũ benignitas. DI. Video primũ mẽbrũ poſſe in partes diſtribui, q̃ habeant ternos ſemipedes, ſm̃ in tres & quatuor. Quare iunctis æqualibus fiũt ſex ſemipedes, tres vero & quatuor ſeptẽ ſunt, & nõ æquantur illi numero. MA. Sed ſi duos & duos & unũ in ea parte ubi tres ſunt conſyderemus, iũctis partib. q̃ binos habẽt, fit ſumma quaternaria, iunctis aũt illis quarũ in una duo ſunt, in alia unũ, ſi ẽt iſta tanq̃ ſint quatuor accipiamus ꝑꝑ unius cum cæteris numeris cõcordiã, octo ſimul fiunt, magiſque excedunt ſummam ſenariam, q̃ cũ ſeptẽ

De paritate in membris uerſuum uario ſemipedũ numero connexorum. Cap. 9.

Sed ſi duo & duo in ea parte ubi quatuor ſunt, & duo & unum, in ea parte ubi tres, &c.

K fuiſſent. DI. Ita eſt ut dicis. MA. Et ideo genere copulationis à lege uerſuum ſeparato, attende ut ordo poſtulat, in ea nũc mẽbra, quorum primũ habet octo ſemipedes, ſeptẽ ſm̃. Iſta uero copulatio habet q̃d quærimus. Nã ꝓcedentis mẽbri partem dimidiam cum parte ſubſeq̃ẽti maiore, quæ dimidiæ proxima eſt iungens, quoniam quaterni ſemipedes ſunt, octonarii numeri ſummam facio Reſtãt ergo quatuor ſemipedes de priore, tres de poſteriore mẽbro. Duo hinc, duo inde copulata, fiũt quatuor. Duo rurſus inde reſidui, & unũ hinc, qui ad legẽ illius conuenientiæ copulati, qua unũ reliq̃s par eſt, quodãmodo ſumuntur pro quatuor. Ita iã octonarius ſuperiori octonario cõgruit. DI. Sed cur huius exemplũ non audio? MA. Quia ſæpe commemoratũ eſt, tñ ne ſuo loco prætermiſſum putes, ipſum eſt, Roma cerne quanta ſit Deũ benignitas. uel hoc ẽt: Optimus, beatus ille qui procul negocio. Quare iã inſpice nouẽ & ſeptẽ ſemipedũ connexionẽ, cuius exẽplũ eſt: Vir optimus beatus ille qui procul negocio. DI. Facilis eſt cognitu iſta congruentia. Superius.n.membrũ in quatuor & quinque, poſterius in tres & quatuor ſemipedes diuiditur. Pars ergo ſuperioris minor cũ parte poſterioris maiore cõiuncta, & octonarium numerũ facit, & maior ſuperioris cũ minore poſterioris itẽ octonariũ. Nã illa cõmixtio eſt quatuor & quatuor, iſta quinq; & tres ſemipedes. Huc accedit, ꝙ quinq; in duo & tres ſemipedes, tres ãt in duo & unũ ſi diuiſeris, apparet alia cõuenientia duorũ cũ duobus, & unius cũ tribus, q̃a unũ cũ oĩbus numeris ſuperius cõmemorata lege confertur. Sed niſi me ratio fallit, nihil reſtat vlterius q̃d de mẽbrorũ copulatione requiramus. Nã ad octo peruẽtum eſt pedes, quẽ numerũ uerſui ſicut ſatis cognouimus nõ fas eſt excedere. Quare iã age illa ſenariorũ uerſuũ heroici & iãbici uel trochaici, quo intentionẽ meã & excitaſti & diſtuliſti, pande ſecreta. MA. Faciã, immo faciet ipſa ratio, q̃ mihi tibiq; cõis eſt. Sed meminiſti ne q̃ſo cũ ageremus de metris dixiſſe nos & ipſo ſenſu admodũ probaſſe illos pedes, quorũ partes ad ſeſqua conueniunt, ſiue in duob. & tribus, ut eſt creticus uel pæones, ſiue in tribus & quatuor, ut epitriti, excluſos à poetis propter minoris venuſtatis ſonũ, ſolutę orationis ſeueritatem, decorare congruentius, cũ his clauſulæ colligantur? DI. Menini, ſed quorſum hæc ſpectant? MA. Quoniã illud uolo prius intelligamus, huiuſcemodi pedibus à poetarum tractatione ſeiunctis, nõ remanere, niſi eos quibus ad tantundẽ, ut ſpondeus eſt, aut eos quibus ad duplum vt iãbus, aut eos quibus ad utrunque partes cõueniũt, ut choriãbus. DI. Ita eſt. MA. At ſi hæc eſt poetarum materies & ſola, oratio autem ſoluta uerſib.

inimi-

inimica est, non versus vllus nisi ex hoc gñe
pedū faciēdus est. DI. Assentior. Video.n.poe
mata versib. atq; aliis lyricorū poetarū me-
tris fieri grandiora, sed adhuc quo rō ista ten
dat, ignoro. MA. Ne propera, disputabimus
.n.iā de senariorū versuū excellētia : & prius
cupio demonstrare si potero, decentissimos
senarios, nisi duorū istorum generū esse non
posse, q̄ oīum ēt sunt celeberrima, quorum
vnū est heroicū: vt, Arma virumq; cano Tro
iæ, q̄ primus ab oris. Quod genus versus me-
titur spondeo & dactylo, subtiliori aūt rōne
spondeo & anapæsto. Alterū qđ iambicum
dr̄, & eadem rōne inuenitur trochaicū. Nam
A credo tibi manifestū esse longis syllabis, nisi
breues interponanť obtundi quodammō spa
tia sonorū. Item nisi breuibus longæ, nimis
concisa & quasi tremula fieri, neutra esse tē-
perata, q̄uis tp̄um æqualitate aures impleat.
Quāobrē nec illi versus q̄ sex pyrrhichios,
& sex proceleumaticos hn̄t, aspirant ad he-
roici dignitatē : nec illi ad trochaici qui sex
tribrachos hn̄t. Huc accedit, q̄a in istis quos
cæteris ipsa rō p̄ponit, si membra præposte-
ras, totū ita commutabiť, vt alios ēt pedes ne
cessario metiamur. Itaq; inconuersibiliores,
vt ita dicam, sunt q̄ illi, qui aut oībus breui-
bus, aut longis oībus constant. Et ideo siue
quinq; & septē, siue septem & quinq; semipe
dibus mēbra in his tēperatioribus ordinenť,
nihil interest. Neutro.n.horū ordine cōuerti
versus pōt sine tanta cōmutatione, vt aliis pe
dib. currere videať. In istis aūt si carmen cœ-
ptum erit talib. versib. quorum priora mem-
bra quinos semipedes habeant, non oporteat
eos miscere, in quib. septē priores sunt, ne li-
ceat oēs conuertere. Non.n. a cōuersione re-
uocat ulla pedum cōmutatio. Sed tn̄ heroi-
cis conceditur spondeos oēs rarissime inter
ponere, quod quidē posterior ætas hæc nr̄a
minime probauit. Trochaicis aūt siue iambi-
B cis cū pedem tribrachū quolibet loco inter-
ponere liceat, habere tn̄ in huiuscemodi car
minibus versum solutū in oēs breues, tur-
pissimū iudicatū est. Remotis igiť epitritis pe
dibus à lege versuum senaria, non solū q̄ so-
lutæ orōni sunt aptiores, verumetiā q̄ si sex
fuerint, triginta & duo tp̄a excedunt, sicut di
spondei, remotis ēt * quinorū tp̄um pedib⁹,
qđ sibi eos licētius ad clausulas vendicauit.
orō. Molossis itē & aliis tp̄um senariorū * q̄-
uis in poematib. venustissime vigeāt, ab hoc
de quo nunc agimus numero tp̄um exclusis,
restant versus oīum breuiū syllabarū, qui vel
pyrrhichios, vel proceleumaticos, vel tribra
chos hn̄t, & oīum lōgarū spondeos. Qui q̄q̄
admittanť ad senariū modū, dignitati tn̄ & tē
perationi horū qui breuib. longisq; varianť,
& ob hoc multo minus conuerti possunt, cre
dāt necesse est. Sed q̄ri pōt cur meliores ver- *Senarij*
sus iudicati sint senarij, in quib. anapęstū sub- *q̄uo com-*
tilis illa rō metiť & ij in quib. trochæū, q̄ si *modius.*
dactylū ibi, & hic iambū metireť: sine p̄iudi- *metiēdi.*
cio. n.sn̄iæ, qm̄ nunc de numeris agimus, si *cap. 11.*
versus ita esset : Troiæ qui primus ab oris ar-
ma virumq; cano. vel de illo genere: Qui p̄- C
cul malo pius beatus ille, vterq; horū nec mi
nus senarius esset, nec minus breuium lōga-
rumq; syllabarum tēperatione moderatus;
nec magis conuerti poterat, & in vtroq; mē-
bra ita ordinata sunt, vt & in quinto & in se-
ptimo semipede pars orationis terminetur :
Cur ergo meliores isti putantur si potius ita
sint : Arma virumq; cano Troiæ qui primus
ab oris. Beatus ille qui procul pius malo?
In qua quęstione facilius & procliuius dixe
rim forte euenisse, vt isti prius animaduer-
terentur aut frequentarentur, aut si id non
est fortuitum, melius crede visum fuisse, vt
heroicus duabus longis, quàm duabus breui
bus & longa clauderentur, q̄ in longis aures
commodius acquiescunt. Ille autē alter in fi-
nali semipede longam syllabam potius hr̄et
q̄ breuē: res quidē sic se habet vt quicūq; ho-
rum priores eligerentur, necessario aliis au-
ferrent locū, qui mēbris ijsdem præpostera-
tis fieri possent. Quo circa si melior iudica-
tus est, cuius exēplum est: Arma virumq; ca-
no Troiæ qui primus ab oris, inepte iam fie-
ret isto conuerso aliud genus, sicuti est: Tro-
iæ qui primus ab oris arma virumque cano.
Quod ēt de trochaico genere intelligendum
est. Nā si est horum honestior: Beatus ille qui D
procul negocio. quod genus isto præposte-
rato fieret, vt est: Qui procul negocio beatus
ille, fieri profecto non oportet: tn̄ si quis au-
deat & faciat tales versus, manifestum est eū
alia genera senariorum esse facturū, quibus
sunt ista meliora. Hi ergo senariorū omniū
pulcherrimi non potuerunt ambo obtinere
sinceritatē suā aduersus hoīum licentiā. Nā
in trochaico, genere, nō senario solo, sed se-

mis incipit vſq; ad magnitudinẽ extremã, q̃ octo pedes hẽt. Miſcendos aũt poetæ putaue runt quaternorũ tpum pedes oẽs qui adhibẽ tur ad numeros. Et Græci quidẽ alternis locis primo & tertio, & ita deinceps ſi à ſemipede verſus incipit: ſin ab integro trochæo, ſcd̃o & quarto loco, atq; ita deinceps ſeruatis interuallis, memorati longiores collocant̃ pedes. Quæ corruptio vt tolerabilis fieret, non ſingulos pedes in duas partes, quarũ vna leuationis, altera poſitionis eſt, plaudendo diuiſerunt, ſed vnum pedẽ leuantes, alterũ ponẽtes, vnde ipſum ſenariũ trimetrũ vocant, ad epitritorũ diuiſionẽ plauſum retulerunt. Sed ſi hoc ſaltẽ cõſtanter teneret̃. q̃uis pedes epitriti magis orõnis ſint q̃ poematis, nec iã ſenarius, ſed ternarius verſus inueniret̃, non tñ omnimodo illa numerorũ labefactaret̃ æqualitas. Nunc vero quatuor tpum pedes, dummodo in locis memoratis ponant̃, licet non in omnib. ponere, ſed vbilibet eorũ, & quoties libet. Nr̃i vero veteres, nec ipſa locorum interualla intermiſcendis huiuſcemodi pedibus ſeruare potuerũt. Quare in hoc gñe poetæ iſta corruptione atq; licentia planè affecti ſunt, qđ eos voluiſſe arbitrandũ eſt, vt eẽnt in fabulis poæmata ſolutæ orõni ſimillima. Sed qm̃ ſatis dictũ eſt cur inter ſenarios iſti verſus magis nobilitati ſint, nunc videamus cur ipſi ſenarij melioris ſint verſus q̃ cæteri in quolibet alio pedũ numero ꝯſtituti: niſi qd hẽs aduerſus iſta, q́ ediſſeras. DI. Prorſus aſſentior: & iam metrorũ illã æqualitatẽ, cui me attentiſsimũ pauloante reddidiſti, ſi vel nunc fas eſt cognoſcere, vehementer expecto. MA. Totus ergo ades atq; reſponde, vtrũ tibi videatur q̃libet longitudo poſſe in quotlibet partes ſecari. DI. Satis mihi iſta perſuaſa ſunt: nec dubitari poſſe arbitror, quin oĩs lõgitudo, quæ linea dr̃, habeat dimidiã ſui partẽ, ac per hoc in duas lineas breues decuſſatim ſecari queat: & quia ipſæ duæ lineæ, quæ iſta ſectione fiunt, proculdubio lineæ ſunt, ẽt in ipſis hoc fieri poſſe manifeſtũ eſt. Itaq; & quantulacunq; longitudo in quotlibet partes ſecari põt. MA. Expeditiſsime atq; veriſſime. Quare nũ illud vide, vtrũ recte aſſeueretur oẽm longitudinem ad latitudinẽ porrigendam, quæ ab ipſa oritur, tm̃ valere quantum latitudinis quadratum occupat. Si. n. minus aut amplius in latum ſpatium protendit̃ q̃ longa eſt linea vnde protenditur, quadratũ non fit; ſin tm̃, nihil aliud q̃ quadratum fit. DI. Intelligo & aſſentior. q. d. n. verius? MA. Illud ergo iam ſequi vt opinor vides, vt ſi pro linea in longũ ordinati calculi pares ponantur, non perueniat illa longitudo ad quadratam formam, niſi p eũdem numerũ multiplicati calculi fuerint: vt ſi verbi gratia duos calculos ponas, quadratũ non facias, niſi aliis duobus ad latitudinẽ iunctis: ſin tres, ſex adiungendi ſunt, ſed terni diſtributi ad duos ordines ſimiliter in latitudinẽ. Si. n. ad longitudinẽ additi fuerint, nulla figura fit. Longitudo. n. ſine latitudine figura non eſt. Atq; illa proportione licet ꝯſiderare alios numeros: vt. n. bis bina, & ter terna quadratas figuras in numeris faciũt, ita quater quaterna, q̃nquies quina, ſexies ſena atq; ita per infinitum in cæteris. DI. Etiã iſta rata & manifeſta ſunt. MA. Attende nunc vtrum ſit aliqua tpis lõgitudo. DI. Quis dubitauerit nullũ eſſe tp̃s ſine aliqua longitudine? MA. Quid verſus? Poteſne non obtinere aliquã tpis lõgitudinẽ? DI. Immo neceſſe eſt obtineat. MA. Quid in ea longitudine pro calculis melius collocamus, pedeſne, qui duas in partes, ideſt, leuationem & poſitionem neceſſario diſtribuuntur: an ipſos ſemipedes potius, qui ſingulas leuationis poſitioneſque obtinent? DI. Semipedes congruentius iudico pro illis calculis poni. MA. Age nunc cõmemora membrum verſus heroici breuius quot ſemipedes habeat. DI. Quinque. MA. Dic exemplum. DI. Arma virumque cano. MA. Num igitur aliud deſideras, niſi vt alij ſeptem ſemipedes cum iſtis quinque aliqua æqualitate conueniant. DI. Nihil prorſus aliud. MA. Quid? ſeptem ſemipedes poſſuntne aliquem verſum complere per ſe? DI. Poſſunt vero. Nam tot ſemipedes habent primus ac minimus uerſus, annumerato in fine ſilentio. MA. Recte dicis, ſed vt uerſus eſſe poſsit, quomodo in duo membra diuiditur? DI. In quatuor ſcilicet & tres ſemipedes. MA. Duc ergo in legem quadrati has partes ſingulas, & vide quid faciunt quater. DI. Sedecim. MA. Quid tria ter. DI. Nouem. MA. Quid totũ ſimul? DI. Viginti q̃nq;. MA. Septem ergo ſemipedes, quoniã poſſunt habere duo membra, ſingulis membris ſuis ad quadratorũ rationem relatis, vigeſimumquintum numerum in ſumma faciunt, & eſt

Qđ partes heroicorũ uerſum maiorẽ oĩb. habeât quo ad ſemipedes numerorũ concordiam. Cap. 12.

Sicut magnitudo ĩ ſe ducta facit quadratã figurã, ita numer⁹ ĩ ſe ductus facit quadratũ numerum.

est vna pars versus heroici. D I. Ita est. M A.
Altera igitur pars, quæ habet quinq; semipe-
des, qm̃ non potest in duo membra diuidi,
& debet aliqua æqualitate concinere, nonne
tota in quadratum ducenda est? D I. Nihil
aliud censeo, & iã tandem agnosco æquali-
tatẽ mirabilem. Quinque.n.quinquies ducta
I eadẽ viginti quinq; consummant. Nec ergo
immerito senarij versus cæteris celebratio-
res nobilioresq; facti sunt. Dici.n.vix põt, q̃-
tum inter illorũ æqualitatẽ in membris impa
ribus, & aliorũ omniũ intersit. MA. Nõ te er-
go fefellit pollicitatio mea, vel potius ipsa
nos quã vterque nostrũ sequitur, rõ. Quare
vt istũ iam sermonẽ cõcludamus aliquando,
cernis certe cũ sint metra pene innumerabi-
lia, versum tñ esse non posse nisi duobus mẽ
bris sibimet concinnatis: aut totidẽ semipedi
bus, sed non cõuertibiliter terminatis, vt est,
Mœcenas atauis edite regibus: aut dispari nu
mero etiã semipedũ, sed tamen aliqua æqua-
litate coniunctis, vt sunt quatuor & tres, aut
quinque & tres, vel quinq; & septem, aut sex
& septem, aut octo & septẽ, vel septẽ & no-
uẽ. A pleno.n.pede trochaicus, vt est: Opti-
mus beatus ille qui procul negocio. Et à non
pleno potest versus exordiri: vt est, Vir opti-
mus beatus ille qui procul negocio: termi-
nari autem nisi non pleno prorsus nõ potest.
Sed isti nõ plenipedes, siue integros semipe-
des habeãt, sicuti est iste quẽ nunc posui, siue
minus q̃ dimidium pedẽ, sicut in illo choriã
bico duæ vltimæ breues, Mecenas atauis edi
K te regibus: siue plus q̃ dimidiũ, vt in eius capi
te duæ primę lõgæ: aut in fine alterius choriã
bici bacchius: cuius exemplũ, Te domus Euã
dria, te sedes celsa Latini. Omnes ergo isti nõ
plenipedes, sed semipedes nuncupantur. Iam
vero non solũ talia poemata versibus fiunt,
vt in his vnũ genus teneatur, qualia Epicorũ
poetarum sunt, vel ẽt Comicorum: sed illos
quoq; ambitus quos περιόδους Græci vocãt,
non tm̃ illis metris, q̃ lege versuũ non tenen-
tur, Lyrici poetæ faciunt, sed ẽt versibus. Nã
ille Flacci: Nox erat, & cœlo fulgebat luna
sereno. Inter minora sydera: bimẽbris ambi-
tus est, & versibus cõstãs. Qui duo versus si-
bimet cõuenire nõ possunt, nisi vterq; ad se-
norũ tẽporũ referant pedes. Nam modus he
roicus cũ mõ iambico vel trochaico nõ con
uenit, qa illi pedes ad tantundẽ, hi ad duplũ
partiunt. Fiũt ergo ambitus aut oĩbus metris,
aut oĩbus versibus, vt illi sunt, de qbus ĩ supe
riori sermone disputatum est, cũ de ipsis me
tris ageremus: aut tm̃ versibus, vt ij de quibus
nũc dictũ est: aut vt & versibus, & aliis metris
tẽperent, quale illud est: Diffugere niues, re-
deũt iam gramina cãpis, Arboribusq; comę. *Horatius 4. Carminum.*
Quo aũt ordine locẽtur vel versus cum aliis
metris, vel maiora mẽbra cum minoribus, ni L
hil inter est ad auriũ voluptatẽ, dũmodo nõ
breuior q̃ bimẽbris, nõ amplior q̃ quadrimẽ
bris sit ambitus. Sed iã si nihil habes qđ con-
tradicas, finis sit huius disputationis, vt dein-
ceps qđ ad hanc partẽ Musicæ attinet, q̃ in nu
meris temporum est, ab his vestigijs eius sen-
sus ad ipsa cubilia, vbi ab omni corpore alie
na est, quãta possumus sagacitate veniamus.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, De Musica, Liber Sextus.

ATIS diu penes te atque adeo
planè pueriliter per quinque *Repetit,*
libros in vestigijs numerorum *trãsitum*
ad moras temporum pertinen *faciens ad*
tium morati sumus: quam no- *sequẽtia.*
stram nugacitatẽ apud beneuolos homines *Cap. I.*
facilè fortassis excuset officiosus labor: quẽ
nõ ob aliud suscipiẽdũ putauimus, nisi vt a- M
dolescẽtes, vel cuiuslibet ætatis hoĩes, quos
bono ingenio donauit Deus, nõ præpropere
sed quibusdã gradibus à sensibus carnis atq;
carnalibus literis, quibus eos non hærere dif-
ficile est, duce ratione auellerentur: atq; vnì
Deo & domino rerum omnium, qui huma-
nis mentibus nulla natura interposita præsi-
det, incommutabilis veritatis amore adhære
scerent. Illos igitur libros qui leget, inueniet
nos cũ grãmaticis & poeticis animis, nõ ha-
bitandi electionẽ, sed itinerandi necessitate
versatos. Ad hunc autẽ librum cũ venerit, si
vt spero & supplex deprecor, Deus & dñs
noster propositum meum voluntatemq; gu-
bernauerit, & eò quò est intenta perduxerit,
intelliget non vilis possessionis esse vilẽ viã,
per quã nunc cũ imbecillioribus nec nosipsi
admodum fortes ambulare maluimus, q̃ mi
nus pennatos per liberiores auras præcipita-
re. Ita nos quantũ arbitror, aut nihil aut non
multum peccasse iudicabit, si tũ de numero

spiritualium virorum iste fuerit. Nam turba A cætera de scholis linguarum tumultuātium, & ad plaudentium strepitū vulgari leuitate lætantium, si forte irruerit in has literas, aut cōtemnent oēs, aut illos quinque libros sufficere sibi arbitrabitur. Istum vero in quo fructus illorum est, vel abijciet quasi nō necessarium, vel differet quasi post necessarium. Reliquos vero qui ad ista intelligenda eruditi non sunt, si sacramentis Christianæ veritatis imbuti, in vnū & verū Deū summa charitate nitentes, cuncta puerilia trāsuolauerunt, fraterne admoneo, ne ad ista descēdāt, & cū hic laborare cœperint, de tarditate sua conquerantur, ignorātes itinera difficilia & molesta pedibus suis, volando se posse ēt ignorata trāsire. Si aūt ij legunt qui & infirmis aut inexercitatis gressibus hac ambulare non possunt, & nullas pietatis alas habēt, quibus ista neglecta prætereuolēt, nō se inserāt incōueniēti negocio: sed præceptis saluberrimæ religionis, & nido fidei Christianæ pennas nutriāt, quibus superuecti laborē ac puluerem huius itineris euadāt, magis ipsius patriæ q̄ viarum flexuosarū amore flagrātes. His.n.hęc scripta B sunt, q̄ literis secularibus dediti, magnis implicant erroribus, & bona ingenia in nugis cōterūt, nescientes q̄d ibi delectet. Qđ si animaduerterēt, viderēt, quā effugerēt illa retia, & quisnā esset beatissimæ securitatis locus.

al. puritatis

Sonorum numerus, quid & quō deprehēdatur. Cap. 2.

C MA. Quāobrē tu cū quo mihi nūc ratio est, familiaris meus, vt à corporeis ad incorporea transeamus, responde si videtur, cū istum versum pronunciamus, Deus creator oīum, istos quatuor iambos quibus constat, & tempora duodecim vbinā esse arbitreris.i. in sono tantū qui auditur, an ēt in sensu audiētis qui ad aures pertinet, an in iactu ēt pronūciātis, an quia notus versus est, in memoria quoque nostra hos numeros esse fatendum est? DI. In his omnibus puto. MA. Nusquam ne amplius? DI. Quid aliud restet non video, nisi forte interior & superior aliqua vis sit vnde ista procedunt. MA. Non ego quæro quid suspicandū sit: quare si hæc quatuor genera ita tibi apparent, vt nullū aliud videas quod æque manifestū sit, discernamus ea si C placet ab inuicē, & videamus vtrū singula eē sine inuicē possint. Nā credo nō te esse negaturū fieri posse, vt in aliquo loco aliquis sonus existat huiuscemodi morulis & dimensionibus verberans aerem, vel stillicidio, vel aliquo alio pulsu corporū, vbi null' assit auditor. Qđ cū sit, nū pter illud primū genus, cū ipse sonus hos numeros habet, nullū horū quatuor reperit? DI. Nullū aliud video. MA. Quid iste alter q̄ est in sensu audiētis, pōt ne esse, si nihil sonet? Nō.n. quæro vtrū habeāt illæ aures vim pcipiendi si quicq̄ sonuerit, qua vtiq; nō carēt, si desit sonus. Nō n. & cū silentiū est, nihil à surdis differunt, sed quæro vtrū ipsos numeros habeāt, ēt si nihil sonet. Siquidē aliud est habere numeros, aliud posse sentire numerosum sonū. Nam & si sentientem corporis locū digito tāgas, quoties libet sentitur, toties sentitur tactu ille numerus: & cum sentitur, non eo caret sentiens. Et vtrum insit etiam tangente nullo, nō sensus ille, sed numerus, similiter quærit. DI. Nō facile dixerim carere sensum numeris talibus in se cōstitutis, ēt antequā aliquid sonet. Non .n. aliter aut eorum mulcetur cōcinnitate, aut absurditate offenderetur. MA. Idipsum ergo quicquid est, quo aut annuimus, aut abhorremus, nō ratione sed natura, cum aliquid sonat ipsius sensus numerū voco: Non enim tunc fit in auribus meis, cum sonum audio, hæc vis approbādi & improbandi. Aures q̄ppe nō aliter bonis sonis q̄ malis patent. D Vide potius ne ista duo sint minime cōfundenda. Nā si versus quilibet modo correptius, modo pductius pronunciet spatium tpis nō idē teneat necesse est, q̄uis eadē pedum rōne seruata. Vt ergo ipso suo genere aures mulceat, illa vis facit, qua cōcinna adsciscimus, & absurda respuimus. Vt aūt breuiore tempore sentiatur cū celerius, q̄ cum tardius promit, non interest aliquid nisi quandiu aures tangantur sono. Affectio ergo hæc aurium cum tangūtur sono, nullo modo talis est, ac si nō tangantur. Vt.n. differt audire ab eo quod est non audire, ita differt hanc vocem audire ab eo quod est alteram audire. Hæc igitur affectio nec vltra porrigitur, nec infra cohibet, qm̄ est mensura eius soni qui facit eam. Altera est ergo in iambo, altera in tribrachio, pductior in productiore iambo, correptior in correptiore, nulla in silētio. Qđ si in numerosa voce fit, etiā ipsa numerosa sit necesse est: E Neq; esse pōt nisi cum adest effector eius sonus. Similis est enim vestigio in aqua impresso, quod neque ante formatur q̄ corpus impre-

Hymnus san. Ambrosij.

Numeri sonantes

presseris, neq; remanet cũ detraxeris. Natura
lis autem illa vis quasi iudiciaria quę auribus
adest, nõ desinit esse in silentio, nec nobis eã
sonus inserit, sed ab ea potius, siue probãdus,
siue improbãdus excipit. Quare ista duo, nisi
fallor distinguenda sunt, & fatendũ numeros
qui sunt in ipsa paſsione auriũ, cũ aliqd au-
ditur, sono inferri, auferri silẽtio. Ex quo col
ligit, numeros, qui sunt in ipso sono, posse
esse sine istis qui sunt in eo quod est audire,
cum hi sine illis esse non poſsint. DI. Assen
tior. MA. Attẽde igit hoc tertium genus, qđ
est in ipso vsu & operatione pronunciantis.
Et vide vtrũ poſsint esse hi numeri sine illis
qui sunt in memoria. Nã & taciti apud nos-
metipsos possumus aliquos numeros cogitã
do peragere ea mora tpis, qua ẽt voce pera-
gerentur Hos in quadã operatione animi es-
se manifestũ est, quæ qm̃ nullum edit sonũ, ni
hilq; paſsionis infert auribus, ostẽdit hoc ge
nus sine illis duobus esse posse, quorũ vnum
F in sono est, alterum in audiente qñ audit. Sed
vtrũ existeret nisi adiuuãte memoria quæri-
mus. Quanquam si anima hos numeros agit,
quos in venarũ pulsu inuenimus, soluta qõ
est. Nã & in operatione hos esse manifestum
est, & nihil ad eos adiuuamur memoria. Qđ
si de his incertũ est, vtrũ operantis aĩæ sint, de
istis certe, quos reciproco spiritu agimus,
nulli dubiũ est, quin & tpum interuallis nu-
meri sint, & eos sic anima operet, vt ẽt volun
tate adhibita multis modis variari queãt, nec
tñ vt agantur vlla opus est memoria. DI. Vi-
detur mihi hoc genus sine tribus cæteris esse
posse. Quãuis.n. pro tẽperatione corporũ va
rios venarum pulsus, & respirationis inter-
ualla fieri nõ ambigã, tñ operante aĩa fieri, ne
gare quis audeat? Qui cursus & si pro diuersi-
tate corporũ aliis celerior est, aliis tardior,
nisi tñ aſsit aĩa, quæ id agat, nullus est. MA.
Consydera igitur & quartũ genus, eorũ.s. nu
merorũ qui sunt in memoria. Nã si eos recor
datione depromimus, & cũ in alias cogita-
tiones deferimus hos rursũ relinquimus ve-
lut in suis secretis recõditos, non opinor oc-
cultũ, eos esse posse sine cęteris. DI. Nõ dubi
to eos posse sine cæteris, sed tñ nisi auditi vel
cogitati nõ mãdarẽtur memoriæ, & iõ quan
G quã illis desinẽtibus maneant, ijsdẽ tñ præce-
dentibus imprimuntur. MA. Non resistam ti-
bi, & vellẽ iã quærere, quod tandẽ horũ qua
tuor generũ p̃stantiſsimũ iudices, nisi arbitra
rer dũ illa tractamus, nescio vnde apparuisse
nobis quintum genus qđ est in ipso naturali
iudicio sentiendi, cum delectamur parilitate
numerorũ, vel cũ in eis peccat, offendimur.
Non.n. cõtemno qđ tibi visum est sine qui-
busdã numeris in se latẽtibus hoc sensum no
strũ nullo modo agere potuisse. An forte ad
istorũ quatuor aliqđ genus hanc tantam vim
pertinere arbitraris? DI. Ego vero ab illis
omnibus hoc genus distinguendũ puto. Siq-
dẽ aliud est sonare qđ corpori tribuit, aliud
audire qđ in corpore aĩa de sonis patit, aliud
operari numeros vel productius vel corre-
ptius, aliud ista meminisse, aliud de his omni
bus, vel annuendo, vel abhorrẽdo quasi quo
dã naturali iure ferre sententiã. MA. Age nũc
dic mihi quinq; horum qđ maxime excellat.
DI. Hoc quintum puto. MA. Recte putas.
non.n. de illis posset, nisi excelleret, iudicare. H
Sed rursus q̃ro, cæterorũ quatuor qđ maxi-
me probes? DI. Illud profecto qđ est in me-
moria, quia video ibi diuturniores esse nu-
meros, q̃ cum sonant vel cũ audiuntur, vel
cum agunt. MA. Præponis ergo factos faciẽ-
tibus. Nã istos qui sunt in memoria, ab illis
aliis imprimi pauloãte dixisti. DI. Nollẽ prę-
ponere. Sed rursus qũo non præponam diu
turniora minus diuturnis nõ video. MA. Nõ
te istud moueat. Non enim sicut æterna tẽpo
ralibus, ita ea quæ diutius abolentur iis, quæ
breuiore tpe transeunt, præferẽda sunt. Quia
& sanitas vnius diei profecto est melior, quã
multorum dierum imbecillitas. Etsi optan-
da optandis comparemus, melior est vnius
diei lectio, q̃ pluriũ scriptio, si eadẽ res vno
die legatur quæ pluribus scribit. Ita numeri
qui sunt in memoria, & si diutius maneãt, q̃
illi à quibus imprimuntur, non eos tñ ante-
ponere oportet eis, quos agimus non in cor-
pore, sed in anima. Vtrique.n. prætereũt, alii
cessatione, alii obliuione. Sed illi quos ope-
ramur, ẽt nondum cessantibus nobis succes-
sione sequentium videntur auferri, dũ primi
secundis, & secundi tertiis, atq; ita deinceps
priores posterior.b. p̃tereundo cõcedũt lo-
cum, donec vltimos perimat ipsa cessatio.
Obliuione vero plures simul numeri, quam I
uis paulatim abstergũtur. Nã nec ipsi aliqmã-
diu manent integri. Quod.n. post annũ, ver
bi gratia, in memoria non inuenitur, ẽt post

indicio naturali. Cap. 4. Numerorũ quinta differẽtia.

Primi. Secundi. Tertij. Quarti. Quinti.

Cõparat numeros, memoriales tertijs, uel tertiæ differẽtiæ numerorum.

vnũ die iã minus eſt, ſed non ſentitur iſta di-
minutio. Non tamẽ falſo ex eo conijcit, quia
non vtique pridie quàm compleatur annus
repente totũ euolat. Vñ intelligi dat, ab illo
tẽpore quo inhęret memoriæ, incipere labi.
Hinc eſt illud qđ plerũq; dicimus, tenuiter
memini, cũ aliqd poſt tp̃s recordãdo repeti-
mus, anteq̃ planè totũ excidat. Quapropter
vtrunque hoc numerorũ genus mortale eſt.
Veruntamẽ faciẽtes factis iure anteponũtur.
DI. Accipio & ꝓbo. MA. Iã ergo tria reliqua
intuere, & eorũ quoque quod ſit optimum
& cæteris præferendũ, ediſſere. DI. Non eſt
hoc facile. Nã ex illa regula qua factis facien
tes oportet anteferre, cogor ſonantibus nu-
meris palmã dare: hos.n. ſentimus audientes,
& cũ hos ſentimus, hoc patimur. Hi ergo fa-
ciunt eos qui ſunt in auriũ paſſione cũ audi-
mus: hi autẽ rurſus, quos ſentiendo audimus
K & habemus faciũt alios in memoria, quibus
à ſe factis recte præferunt. Sed hic qa & ſen-
tire & meminiſſe aĩæ eſt, nõ moueor ſi aliqd
quod in aĩa ſit, alicui, quod itẽ in ea ſit, ante-
ponã. Illud me conturbat, qũo ſonãtes nume
ri, q certe corporei ſunt, vel quoquo mõ in
corpore magis laudandi ſint, q̃ illi qui cum
ſentimus in anima eſſe reperiũtur. Sed rurſus
cõturbat qũo non magis laudandi ſint, cũ hi
faciant, illi ab his fiant. MA. Mirare potius
quomodo facere aliquid ĩ anima corpus po
teſt. Hoc.n. fortaſſe nõ poſſet, ſi non peccato
primo corpus illud qđ nulla moleſtia et ſum
ma facilitate animabat & gubernabat, in de-
terius commutatũ, & corruptioni ſubijceret
& morti, quod tamẽ habet ſui generis pul-
chritudinẽ, & eipſo dignitatẽ animæ ſatis cõ
mendat, cuius nec plaga & morbus ſine ho-
nore alicuius decoris meruit eſſe. Quã plagã
ſumma Dei ſapientia, mirabili & ineffabili ſa
cramẽto dignata eſt aſſumere, cũ hoĩem ſine
peccato, nõ ſine peccatoris conditione ſuſce
pit. Nã & naſci humanitꝰ, & pati & mori vo-
L luit. Nihil horũ merito, ſed excellẽtiſſima bo
nitate, vt nos caueremus magis ſuperbiã, qua
digniſſime in iſta cecidimus, q̃ contumelias
quas in dignus excepit, & aĩo ęquo mortẽ de
bitã ſolueremꝰ, ſi pp nos potuit ẽt indebitã
ſuſtinere, & qcquid ſecretius aut purgatius ĩ
tali ſacramento à ſanctis & melioribus intel
ligi poſt. Ergo aĩam in carne mortali operan
tẽ paſſionem corporum ſentire nõ mirũ eſt.

Nec qa ipſa eſt in corpore melius putãdũ eſt
id eſt,longe à ſe facere Deum, non locorum ſpatio, ſed mentis affectu. Iſte āt aiæ appetitus eſt ſub ſe hrē alias aīas,non pecorū,quod diuino iure conceſſum eſt,ſed rōnales.i.proximas ſuas, & ſub eadē lege ſocias atq; conſortes. De his aūt appetit operari aīa ſupba, & tanto excellentior vr̃ hęc actio, q̃ illa de corporibus,quanto aīa omnis omni corpore eſt melior. Sed operari de animis rōnalib. non per corpus, ſed per ſeipſum, ſolus Deus pōt.Peccatorū aūt conditione fit, vt permittantur animæ de animis aliquid agere, ſignificando eas mouentes p alterutra corpora,vel naturalibus ſignis,ſicut eſt vultus, vel nutus: vel placitis, ſicut ſunt verba. Nā & iubentes vel ſuadentes ſignis agunt,& ſiquid eſt aliud pter iuſſionē & ſuaſionē, quo aiæ de aīs vel cū animis alquid agunt.Iure aūt ſecutū eſt,vt q̄ ſuperbia cæteris excellere cupierunt, nec ſuis partibus atq; corporibus ſine difficultate & doloribus imperent,partim ſtultæ in ſe, partim mortalibus mēbris aggrauatæ. Et his igit̃ numeris & motibus, quibus aiæ ad aīas agunt,honores laudesq; appetendo auertunt̃ à perſpectione purę illius & ſinceræ veritatis.Solus.n.honorat Deus aīam beatā, faciēs in occulto corā ſe iuſte & pie viuentē. Mot⁹ igit̃ quos exerit aīa de hærentibus ſibi & ſubditis animis, progreſſorib. illis ſunt ſimiles. Agit. n. tanq̃ de corpore ſuo. Illi aūt motus quos exerit,aggregare ſibi aliquas vel ſubdere cupiens, in occurſorū numero deputant̃. Agit.n.tanq̃ in ſenſibus id moliens, vt vnum ſecū fiat,qđ velut extrinſecus admouetur, & quod non pōt repellatur.Et hos vtroſq; motus excipit memoria, & recordabiles facit. Simili modo in phantaſijs & phantaſmatib. actionum taliū tumultuoſiſsime exæſtuans. Nec illi tanq̃ examinatores numeri deſunt,q̄ ſentiūt qđ in his actionibus cōmode ſiue incommode moueat̃, quos itē ſenſuales appellare non pigeat,quia ſenſibilia ſigna ſunt, q̄bus hoc mō animæ ad aīas agunt. His tot & tantis intentionibus aīa implicata,quid mirū ſi a contēplatione veritatis auertitur? & quātum quidē ab his reſpirat videt illā. Sed quia nondū eas euicit, in illa manere non ſinitur: ex quo fit vt nō ſimul hēat aīa noſſe ī q̄b. cōſiſtendum ſit,& poſſe conſiſtere. Sed nūquid tu forte aliquid habes aduerſus hæc? DI. Nihil eſt quod ꝯdicere audeam. MA. Quid ergo reſtat? An vt qm̄ ſicut potuimus inquinationem & aggrauationē aię conſiderauimus, I
videamus q̄ nam illi actio diuinitus imperetur,qua purgata atq; exonerata reuolet ad qe tem,intret in gaudiū dñi ſui? DI. Ita fiat. MA. Quid me putas hinc diutius debere dicere, cū diuinæ ſcripturæ tot voluminibus, & tāta authoritate & ſanctitate pditis,nihil nobiſcū aliud agant niſi vt diligamus Deū & dñm noſtrū ex toto corde,ex tota aīa,& ex tota mente:& diligamus proximū nr̃m tanq̃ noſmetipſos? Ad hunc igitur finē ſi oēs illos humanæ actionis motus numeroſq; referamus,ſine dubitatione mundabimur. An aliud exiſtimas? DI. Nihil equidē aliud. Sed q̄ hoc auditu breue eſt, tam factu difficile atq; arduum. MA. Quid ergo facile eſt, an amare colores, & voces,& plantas, & roſas, & corpora leniter mollia? Hæccine amare facile eſt animæ,in quib. nihil niſi æqualitatem ac ſimilitudinem appetit, & paulo diligentius conſiderans,vix eius extremā vmbram veſtigiumque cognoſcit. Deum vero amare difficile eſt,quē inquantum poteſt, adhec ſaucia, & ſordida cogitans, nihil in eo inæquale, nihil ſui diſsimile, nihil diſcluſum locis, nihil variatum tempore ſuſpicatur? An extruere moles ædificiorum & huiuſcemodi operib. K
delectat extendi, in quibus quid niſi numeri placent? Non enim aliud inuenio quod in his ęquale ac ſimiliter dicatur, qđ non derideat ratio diſciplinę. Quod ſi ita eſt, cur ab illa veriſsima ęqualitatis arce ad iſta delabitur, & ruinis ſuis terrenas machinas erigit? Non.n.hoc promiſſum eſt ab illo qui fallere ignorat.Iugum.n,meum inquit leue eſt. Laborioſior eſt huius mundi amor. Quod.n.in illo aīa quęrit conſtantiam ſcilicet ęternitatemq;,non inuenit, qm̄ rerū tranſitu cōplet̃ infima pulchritudo, & quod in illa imitatur conſtantiam, a ſummo Deo per animā traijcitur:quoniā prior eſt ſpecies tm̄modo tempore cōmutabilis, q̄ ea q̄ & tpe & locis. Sicut itaq; pręceptū eſt animis a dño quid diligant, ita per Ioannem apoſtolum quid nō diligant, Nolite, inquit, diligere mundum: quia omnia, quę in mundo ſunt, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ambitio ſeculi. Sed qualis tibi homo videtur, qui omnes illos numeros qui ſunt de corpore, & aduerſus paſsiones corporis,

Ad Dei amorē oīa referēda. Cap. 14.

Mat. 22.

χ ηςὸν Mat. 11.

1. Retra. Cap. 11.

1. Io. 2.

poris,& qui ex his memoria continent, non
ad carnalem voluptaté, sed ad saluté tm̃ cor-
poris refert, omnesq; illos qui de adiunctis
animis operantur, vel qui adiungendas exe-
runtur, vel qui ex his inhærent memoriæ, nõ
ad superbã excellentiã suã, sed ad ipsarũ ani-
marum vtilitaté redigit? Illis ét qui vtroque
genere quasi moderatores exploratoresque
cæterorũ transeuntiũ in sensu præsident, nõ
ad superfluã vel perniciosam curiositatem,
sed ad necessariã probationé vel improbatio
nem vtitur? Nonne & istos omnes numeros
agit, & nullis eorũ laqueis implicatur? Quan-
doquidem & salutem corporis, vt non impe
diatur elegit, & omnes ad vtilitatem proximi
reuocat, quam pp cõis iuris naturæ vinculũ
tanq̃ seipsum diligere iussus est. DI. Magnum
quendam virum & vere humanissimum præ
dicas. MA. Non igitur numeri qui sunt infra
rõnem, & in suo genere pulchri sunt, sed a-
mor inferioris pulchritudinis animam pol-
luit: q̃ cum in illa non modo æqualitaté, de
qua pro suscepto opere satis dictũ est, sed ét
M ordiné diligat, amisit ipsa ordinem suũ. Nec
tñ excessit ordiné rerũ, quandoquidé ibi est,
& ita est, vbi esse, & quomodo esse tales, or-
dinatissimum est. Aliud enim est tenere ordi-
nem, aliud ordine teneri. Tenet ordiné seipsa
tota diligens quod supra se est, id est, Deum:
Socias autem animas tanquã seipsam. Hac
quippe dilectionis virtute inferiora ordinat,
nec ab inferioribus ordinatur. Quod autem
illam sordidat, non est malũ, quia ét corpus
creatura Dei est, & specie sua quanuis infi-
ma* decoratur, sed præ animę dignitate con
temnitur: Sicut auri dignitas, ét purgatissimi
argenti commixtione sordescit. Quapropter
quicunque de nostra quoque parili mortali-
tate numeri facti sunt, non eos abdicemus à
fabricatione diuinæ prouidentiæ, cũ sint in
gñe suo pulchri. Neq; amemus eos, vt quasi
perfruẽdo talibus beati efficiamur. His etẽ
qm̃ tpales sunt, tanq̃ tabula in fluctibus, neq;
abijciendo quasi onerosos, neq; amplectẽdo
quasi fundatos, sed bene vtendo carebimus.
A dilectione aũt proximi tanta quanta pcipi
tur, certissimus gradus fit nobis, vt inhærea-
A mus Deo & non teneamur tm̃ ordinatione il
lius, sed nr̃m ét ordinem inconcussum cer-
tumq; teneamus. An fortasse ordinem non di
ligit aĩa illis ét numeris sensualibus attestan-

a.l. infirma.

tibus? Vnde ergo primus pes est pyrrhichius,
secundus iãbus, tertius trochæus & deinceps
cæteri? Sed iure hoc dixeris rõné potius se-
cutam esse, non sensum. Quid itaque illud?
Nonne sensualibus numeris dandum est, qđ
cum tm̃ tpis occupent, verbi gratia, octo lõ-
gæ syllabæ, quantũ sedecim breues, in eodé
tñ spacio breues, lógis potius misceri expe-
ctant? De quo sensu cũ rõ iudicat, & ei pro-
celeumatici pedes esse ęquales spondei pedi
bus renunciant, nihil aliud hic ualere inue-
nit, q̃ ordinationis potentiam: quia nec lon-
gæ syllabæ, nisi breuium cõparatione longæ
sunt, nec breues rursum breues sunt, nisi cõ-
paratione longarum: ideoq; iambicus versus
quãlibet productius pronunciatus, nõ amis-
sa regula simpli, & dupli, nec nomé amittit.
At ille versus qui pyrrhichiis pedibus ꝯstat,
paulatim addita pronunciandi mora, fit repé
te spondaicus, si non grammaticã, sed musi-
cã consulas. At vero si dactylicus, aut anapę-
sticus sit, qm̃ longę mixtarum breuium cõpa
ratione sentiunt, qualibet mora pronunciet,
seruat nomen suũ. Quid additamenta semipe
dum? Non eadem lege in capite qua in fine
seruanda, nec oĩa q̃uis ad eundé plausum co-
aptent, adhibenda? Quid duarũ aliqñ breuiũ,
potius q̃ vnius longæ in fine positio, nonne
ipso sensu modificantur? Nec in his æquali-
tatis numerus, cui nihil deperit, siue illud si-
ue aliud sit, sed ordinis vinculum reperitur.
Longũ est percurrere cætera ad eandem vim
pertinentia in numeris temporum. Sed nem-
pe etiam formas visibiles sensus ipse asperna
tur, aut pronas vltra quam decet, aut capite
deorsum, & similia in quibus non inæqua-
litas, manente partium parilitate, sed peruer-
sitas improbatur. Postremo in omnibus
sensibus & operibus nostris, cũ insolita ple-
raque, & hoc iniucũda quibusdam gradibus
appetitui nostro cõciliamus, & ea primo to
lerabiliter, deinde libenter accipimus, nõne
ordine contexímus voluptatem, & nisi prio-
ra mediis, & media postremis concorditer
nexa sint, abhorremus? Quamobrem neque
in voluptate carnali, neque in honoribus &
laudibus hominum, neque in eorum explo-
ratione, quæ forinsecus corpus attingunt, no
stra gaudia collocemus, habentes intimum
Deum, vbi certum est incommutabile omne
quod amamus. Ita fit, vt & cum assunt hæc

tempo-

tpalia,nõ tñ eis implicemur,& ſine ſenſu do
loris q̃ extra corpus ſunt abſint.Ipſum ãt cor
pus,aut nullo, aut nõ graui ſenſu doloris adi
mat,& reformãdũ naturę ſuæ morte redda-
tur.Attẽtio nãq; aĩæ ad corporis partẽ inge-
ta negocia cõtrahit,& vniuerſali lege negle-
cta priuati cuiuſdã operis amor, qđ ipſum
tñ ab vniuerſitate q̃ Deus regit,nõ põt aliena
ri.Itaq; ſubdit legibus q non amat leges.Sed
ſi de rebus incorporeis & eodẽ mõ ſe ſemp
hñtibus, plurimũ attentiſsime cogitantes, ſi
quos forte illo tpe agimus numeros tpales
in quolibet corporis motu, facili ſane atque
vſitatiſsimo,ſiue deãbulantes, ſiue pſallentes
prorſus nobis ignorãtibus trãſeunt,q̃uis no-
bis nõ agentibus nulli eſſent:ſi deniq; in ipſis
noſtris inanibus phantaſmatibus cum occu-
pati ſumus, ſimiliter iſta p̃tereunt agentibus
nec ſentiẽtibus nobis: quãto magis, quãtoq;
conſtantius,cũ corruptibile hoc induerit in-
corruptionẽ, & mortale hoc ĩduerit immor
talitatẽ.i.vt hoc quidem planius eloquar, cũ
Deus viuificauerit mortalia corpora nr̃a, ſi-
cut Apoſtolus dicit, ꝓpter ſpiritum manen-
tem in nobis:quanto ergo tunc magis in vnũ
Deũ & perſpicuã intenti veritatẽ, vt dictum
eſt,facie ad faciem, numerus quibus agimus
corpora nulla ĩquietudine ſentiemus & gau
debimus:niſi forte credendũ eſt, aĩam cũ de
ijs quæ ꝓp ipſam bona ſunt gaudere poſsit,
de iis ex quibus ipſa bona eſt,nõ poſſe gaude
re.Sed hæc actio qua ſeſe anima, opitulante
Deo & dño ſuo ab amore inferioris pulchri
tudinis extrahit,debellans atq; interficiẽs ad-
uerſus ſe militantẽ cõſuetudinẽ ſuã,ea victo-
ria triũphatura in ſemetipſa de poteſtatibus
aeris huius, q̃bus inuidẽtibus & p̃pedire cu-
piẽtibus,euolat ad ſuã ſtabilitatẽ & firmamẽ
tũ Deũ,nõne tibi vr̃ ea eſſe virtus, q̃ tẽperan-
tia dr̃? DI. Agnoſco & intelligo.MA. Quid
porrò,cũ in hoc itinere proficit, iam æterna
gaudia p̃ſentientẽ ac pene prehẽdentẽ, num
amiſsio rerũ temporaliũ,aut mors vlla deter
ret iã valentem dicere infirmioribus ſocijs.
E Bonum eſt mihi diſſolui & eſſe cũ Chriſto,
manere aũt in carne neceſſariũ ꝓp vos? DI.
Sic exiſtimo. MA. At iſta eius affectio qua
nullas aduerſitates mortẽve formidat, quid
aliud q̃ fortitudo dicẽda eſt? DI.Et hoc agno
ſco.MA. Iã vero ipſa eius ordinatio qua nul
li ſeruit niſi vni Deo,nulli coæquari niſi pu-
riſsimis animis, nulli dominari appetit niſi
naturę beſtiali atq; corporeæ, q̃ tandẽ virtus
tibi eſſe vr̃? DI. Quis non intelligit hãc eſſe
iuſtitiam? MA. Recte intelligis. Sed illud iã
q̃ro,cũ prudẽtiã ſuperius eam eſſe cõſtiterit
inter nos,qua intelligit anima vbi ei conſiſtẽ
dum ſit, quo ſeſe attollit per temperantiã.i. *De quatuor virtutibus,*
conuerſionẽ amoris in Deum, quæ charitas
dr̃,& auerſionem ab hoc ſeculo, quam etiã *an et quo*
fortitudo & iuſtitia comitantur: vtrũ exiſti- *ſint i bea*
mes cũ ad ſuæ dilectionis & conatus fructũ *tis.*
perfecta ſanctificatione ꝑuenerit,perfecta ẽt *Cap. 16.*
viuificatione illa corporis ſui, & deletis de
memoria phantaſmatũ turbis,apud Deum ip
ſum ſolo Deo viuere cœperit, cũ impletum
fuerit,quod diuinitus nobis hoc modo pro-
mittitur. Dilectiſsimi nunc filij Dei ſumus, H
& nondum apparuit quid erimus:Scimus cũ *1. Ioan. 3* F
apparuerit, ſimiles illi erimus, q̃m videbim⁹
eũ ſicuti eſt. Quæro ergo vtrũ exiſtimes has
ibi virtutes quas cõmemorauimus ẽt tũc fu-
turas? DI. Non video q̃o cũ aduerſa præte-
rierint,quibus obluctantur, aut prudẽtia ibi
eſſe poſsit, q̃ non eligit quid ſequatur niſi in
aduerſis:aut tẽperantia, q̃ amorẽ non auertit
niſi ab aduerſis:aut fortitudo, q̃ nõ tolerat ni
ſi aduerſa:aut iuſtitia,quæ non appetit æqua-
ri beatiſsimis animis, & inferiori naturæ do-
minari niſi in aduerſis.i. nondũ aſſecuta idip
ſum quod appetit. MA. Nõ, vſquequaque
abſurda eſt reſponſio tua,& quibuſdã doctis
viſum hoc eſſe non nego. Sed ego cõſulẽs li-
bros,quos nulla antecellit authoritas,ita in-
uenio dictũ eſſe,Guſtate & videte,q̃m ſuauis *Pſal. 33.*
eſt dñs.Quod apoſtolus ẽt Petrus ſic interpo *1. Pet. 3.*
ſuit,Si tñ guſtaſtis q̃m ſuauis eſt dñs. Hoc eſ-
ſe arbitror quod agitur in his virtutibus,quę
ipſa conuerſione animam purgant. Non.n.
amor temporalium rerũ expugnaretur, niſi
aliqua ſuauitate æternarum.Vbi autem ven- G
tum fuerit ad illud quod canitur, Filij autem
hominum ſub tegmine alarum tuarum ſpe-
rabunt: Et,inebriabuntur ab ubertate domus
tuæ, & torrente uoluptatis tuæ potabis eos.
Quoniam apud te eſt fons uitæ,non iam gu-
ſtatu ſuauem fore dominum dicit. Sed vides
quæ inundatio & affluentia prædicetur fon-
tis æterni,quam etiam ebrietas quædam con
ſequitur: quo nomine mihi videtur mirabi-
liter ſignificari obliuio illa ſecularium vani-
tatum atque phantaſmatum. Contexit dein-

deinde cætera & dicit. In lumine tuo videbimus lumen. Prætende mĩam tuam ſcientibus te. In lumine. ſ. Christo accipiendum, qui ſapientia Dei eſt, & lumen totius appellat̃. Vbi ergo dr̃, & videbimus, & ſcientibus te, negari non poteſt futura ibi eſſe prudentia. An videri verum bonum animæ, & ſciri poteſt vbi nulla prudentia eſt? D I. Iam intelligo. MA. Quid? recti corde poſſunt eſſe ſine iuſtitia? D I. Recognoſco iſto nomine crebrius ſignificari iuſtitiam. M A. Quid ergo admonet aliud propheta idem cõſequenter cũ canit, Et iuſtitiam tuam ijs qui recto ſunt corde? D I. Manifeſtũ eſt. MA. Age deinceps, recordare ſi placet ſatis nos ſuperius tractaſſe ſuperbia labi animã ad actiones quaſdã poteſtatis ſuę, H & vniuerſali lege neglecta in agenda quædã priuata cecidiſſe, quod dr̃ apoſtatare à Deo. DI. Memini vero. MA. Cum ergo id agit, ne vlterius id delectet aliquando, nonne tibi videtur amorem ſuum figere in Deum, & ab omni inquinamento temperatiſsime, & cautiſsime, & ſecuriſsime viuere? D I. Videtur ſanè. MA. Vide etiam quemadmodũ id quoque adiungat propheta dicens, Non veniat mihi pes ſuperbiæ. Pedem enim appellans diſceſſum lapſumue ſignificat, à quo anima temperãdo inhærens Deo viuit in æternum. D I. Accipio & ſequor. M A. Reſtat igitur & fortitudo. Sed vt temperantia contra lapſum qui eſt in libera voluntate, ſic fortitudo contra vim valet, qua etiã cogi quis põt, ſi minus fortis ſit ad ea quibus auertatur, & miſerrimus iaceat Hæc aũt vis decẽter in ſcripturis manus nomine ſignificari ſolet. Qui porrò hãc vim, niſi peccatores conãtur inferre? Qđ tunc per idipſum cõmunitur anima, & cuſtoditur firmamẽto Dei, vt hoc illi nullo modo vndecunque poſsit accidere, potentiã quan- I dã ſtabilẽ, & vt ita dicã, impaſsibilẽ gerit, q̃ niſi quid tibi diſplicet, recte fortitudo nominatur, & eam dici arbitror, cum adiungitur, Neque manus peccatorũ dimoueat me. Sed ſiue hoc, ſiue aliud in his verbis intelligendũ ſit, tu negabis in illa perfectione ac beatitate animã cõſtitutã, & conſpicere veritatem, & immaculatam manere, & nihil moleſtiæ pati poſſe, & vni Deo ſubdi, cæteris vero ſupereminere naturis? DI. Immo aliter eam perfectiſsimã, & beatiſsimã eſſe poſſe non video. MA. Hęc ergo cõtẽplatio, ſanctificatio, ĩpaſsibilitas, ordinatio eius, aut illæ quatuor virtutes ꝑfecte atq; cõſummatę, aut ne de noĩbus cũ res cõueniãt fruſtra laboremus, ꝓ iſtis virtutib⁹, q̃bus cõſtituta in laboribus vtit̃ aĩa, tales quædã potentiæ in æterna vita ſperandæ ſunt. Nos tñ meminerimus, quod ad ſuſceptã præſentẽ diſputationẽ maxime pertinet, id agi per ꝓuidentiã Dei, per quã cũcta creauit, & regit, vt & peccatrix, & erũnoſa aĩa numeris agat̃, & numeros agat vſque ad infimã carnis corruptionẽ: qui certe numeri minus minusq; pulchri eſſe poſſunt, penitus vero carere pulchritudine nõ poſſunt. Deus autẽ ſumme bonus, & ſumme iuſtus, nulli inuidet pulchritudini, quæ ſiue dãnatione aĩę, ſiue regreſsione, ſiue permãſione fabricat̃. Numerus aũt & ab vno incipit, & æqualitate ac ſimilitudine pulcher eſt, & ordine copulat̃. Quamobrẽ quiſquis fatetur nullã eſſe naturã, quæ nõ vt ſit quicquid eſt appetat vnitatẽ, ſuiq; ſimilis inquantũ põt eſſe conet̃, atque ordinẽ propriũ vel locis, vel temporibus vel incorporeo quodã libramento ſalutẽ ſuã teneat, debet fateri ab vno principio per æqualẽ illi ac ſimilẽ ſpeciẽ diuitijs bonitatis eius, pua inter ſe vnũ, & duo chariſsima, vt ita dicam, charitate iungũtur, oĩa facta eſſe atq; cõdita quæcunq; ſunt, in quãtũcunq; ſunt. Quare ille verſus à nobis ꝓpoſitus, Deus creator oĩum, nõ ſolũ auribus ſono numeroſo, ſed multo magis eſt aĩæ ſentẽtiæ ſanitate, & veritate gratiſsimus. Niſi forte mouet te tarditas eorũ vt mitius loquar, q negãt de nihilo fieri poſſe aliq̃d, cũ id oĩpotẽs Deus feciſſe dicat̃. An vero faber põt rõnabilibus numeris, qui ſunt in arte eius, ſenſuales numeros, qui ſunt in conſuetudine eius operari: & ſenſualibus numeris progreſſores illos quibus membra in operãdo mouet, ad quos iam interualla tẽporũ pertinent, & his rurſus formas viſibiles de ligno fabricari, locorũ interuallis numeroſas: & rerũ natura Dei nutibus ſeruiens, ipſum lignũ de terra, & cæteris elemẽtis facere nõ põt, & ipſa extrema nõ poterat de nullo? Immo & arboris locales numeros, tꝑales numeri antecedãt neceſſe eſt. Nullũ .n. ſtirpium genus quod nõ certis ꝓ ſuo ſemine dimẽſionib⁹ tꝑũ, & coaleſcat & germinet, & ĩ auras emicet, et folia explicet, et roboret̃, et ſiue fructus, ſiue ipſius ligni occultiſsimis numeris vim rurſus ſeminis referat: q̃to magis anima

Contẽplatio prudẽtiæ ſanctificatio tẽperantiæ impaſsibilitas, fortitudinis, ordinatio iuſtitiæ.

lium

lium corpora, in quibus interualla mẽbrorũ
numeroſam parilitatẽ multo magis aſpectib.
offerunt. An iſta de elemẽtis fieri pñt, & ipſa
elementa nõ potuerunt fieri de nihilo? Qua-
ſi vero quicquã ſit in eis vilius & abiectius q̃
terra eſt, q̃ primo gñalem ſpeciem corporis
hẽt, in qua vnitas q̃dã & numeri & ordo cõ-
uincitur? Namq; ab aliqua impartili nota in
longitudinẽ neceſſe eſt porrigat̃ q̃libet eius
quantũuis parua particula, tertiã latitudinẽ
ſumat, & quartã altitudinẽ qua corpus imple
tur. Vñ ergo iſte à primo vſq; ad quartũ ꝓ-
greſsionis modus? vñ & æqualitas partium,
q̃ & in longitudine, & latitudine & altitudi-
ne reperit̃? vnde cõrationalitas q̃dam? Ita.n.
malui analogiã vocare, vt q̃ rõnem hẽt longi
tudo ad impertilẽ notã, eandẽ latitudo ad lõ
gitudinẽ, & ad latitudinẽ habeat altitudo. Vñ
q̃ſo iſta, niſi ab illo ſummo atq; æterno prin
cipatu numerorũ, & ſimilitudinis, & æquali-
tatis, & ordinis veniunt? Atqui hæc ſi terræ
ademeris, nihil erit. Quocirca ops Deũ terrã
fecit? & de nihilo terra facta eſt. Quid porro
ipſa ſpecies, qua item à cæteris elementis ter-
ra diſcernitur? Nonne & vnum aliq̃d quan-
tum accepit oſtẽtat, & nulla pars eius a toto
eſt diſsimilis, & earundẽ partiũ connexione
atq; concordia ſuo genere ſaluberrimã ſedẽ
infimã tenet? Cui ſuperfundit̃ aquarũ natu-
ra, nitens & ipſa ad vnitatem ſpecioſior & ꝑ-
lucidior ꝑꝑ maiorẽ ſimilitudinẽ partiũ, &
cuſtodiens locũ ordinis & ſalutis ſuæ? Quid
de aeris natura dicã, multo faciliore cõplexu
ad vnitatem nitente, & tanto ſpecioſiore, q̃-
to ſpecioſiores aquæ ſunt terris, quãtoq; ad
ſuperiorẽ ſalutẽ altior terra nitit̃? Quid de
cœli ſupremo ambitu, quo tota vniuerſitas
viſibiliũ corporũ terminat̃, & ſumma in hoc
gñe ſpecies, ac ſaluberrima loci excellẽtia?
Iſta certa oĩa q̃ carnalis ſenſus miniſterio nu
meramus, & q̃cũq; in eis ſunt, locales nume-
ros, q̃ vñr eſſe in aliquo ſtatu, niſi p̃cedentib.
intimis & in ſilentio tꝑalib. numeris qui ſunt
in motu, nec accipere illos pñt nec hr̃e. Illos
itidẽ tꝑum interuallis agiles p̃cedit & modi
ficat vitalis motus, ſeruiẽs dño rerum oĩum,
non tꝑum habens digeſta interualla numero
rũ ſuorũ, ſed tꝑa miniſtrante potentia, ſuꝑ q̃
rõnales, & intellectuales numeri beatarũ ani
marũ atq; ſanctarũ, legẽ ipſam Dei, ſine qua
foliũ de arbore non cadit, & cui noſtri capil-
li numerati ſunt, nulla interpoſita natura ex-
cipiẽtes, vſq; ad terrena, & inferna iura trãſ-
mittunt. Quæ potui & ſicut potui de tantis
tantillus tecum contuli. Sermonẽ autẽ hunc *Cõcluſio*
noſtrum mandatum literis ſiqui legunt ſciãt *operis.*
multo infirmioribus hæc eſſe ſcripta, quam
ſint illi, qui vnius ſummi Dei conſubſtantia-
lem & incommutabilem trinitatem, ex quo
omnia, per quem omnia, in quo omnia duo-
rum teſtamentorum authoritatem ſecuti ve- *Rom. 11.*
nerantur & colunt, ea credendo, ſperãdo, &
diligendo. Hi enim non ſcintillantibus hu- B
manis ratiocinationibus, ſed validiſsimo, &
flagrãtiſsimo charitatis igne purgantur. Nos
autem dum negligendos eſſe non exiſtima-
mus quos hæretici rationis, & ſcientiæ falla-
ci pollicitatione decipiunt, tardius incedi-
mus conſideratione ipſarum viarum, quam
ſancti viri qui eam volando non dignantur
attendere. Quod tamen facere non audere-
mus, niſi multos quos eccleſiæ catholicę ma
tris optimę filios, qui puerilib. ſtudijs loquẽ-
di ac differendi facultatem quantum ſatis eſt
conſequuti eſſent, eadem refellendorum hæ-
ticorum neceſsitate feciſſe videremus.

LIBRORVM DE MVSICA
Finis.

D. AVRELII AVGVSTINI
Hipponenſis Epiſcopi contra
Academicos.

Liber primus.


Vtinã Romaniane, hoĩem ſibi C
aptũita viciſsim virtus fortũnę *Romanianũ*
repugnanti poſſet auferre, vt *inuitat*
ab ea ſibi auferri nemineẽ patit̃: *ad ueram*
iã tibi profecto inieciſſet ma- *philoſo-*
nus, ſuiq; iuris te eſſe ꝓclamans, & in bono- *phiam.*
rum certiſsimorũ poſſeſsionẽ traducens, ne *Cap. 1.*
ꝓſperis quidẽ caſibus ſeruire ꝑmitteret. Sed *1. Ret. 1.*
qm̃ ita cõparatũ eſt, ſiue pro meritis nr̃is, ſiue
ꝑ neceſsitate naturæ vt diuinum animũ mor
talibus inhęrentem, nequaquam ſapientiæ
portus accipiat, vbi neque aduerſante fortu- *1. Retra.*
nę flatu, neque ſecundante moueatur, niſi *Cap. 1.*
eõ illum fortuna ipſa vel ſecunda, vel quaſi
aduerſa perducat: nihil pro te nobis aliud
quã vota reſtant, quib. ab illo cui hęc curæ

lunt Deo si possumus impetremus: vt te tibi
reddat, ita .n. facile reddet & nobis, sinatque
mentem illam tuã, quæ respiratione̅ iamdiu
parturit, aliquando in auras veræ libertatis
emergere. Etenim fortasse, quæ vulgo fortu-
na nominat occulto quodã ordine regitur,
nihilq; aliud in reb⁹ casum vocamus, nisi cu
ius ratio & causa secreta est: nihilq; seu com
modi seu incõmodi cõtingit in parte, quod
non cõueniat & cõgruat vniuerso. Quã sentẽ
tiam vberrimarũ doctrinarũ oraculis æditã
remotamq; longissime ab intellectu ꝓfano-
D rũ, se demõstraturã veris amatoribus suis, ad
quam te inuito, philosophia pollicet̃. Quã-
obrem cũ tibi tuo animo indigna multa acci
dunt, ne te ipse cõtemnas. Nam si diuina pro
uidentia pertenditur vsque ad nos qđ mini-
me dubitandum est, mihi crede, sic tecũ agi
oportet vt agitur: nã cum tanta quanta sępe
admiror indole tua, ab ineunte adolescentia
adhuc infirma ratione, atque lapsante vesti-
gio humanã vitã errorũ omnium plenissimã
ingrederis, excepit te circunfluentia diuitia-
rum, quę illam ætatem atq; animum quę pul
chra & honesta videbantur auide sequentem
illecebrosis cœperat absorbere gurgitibus,
nisi inde te fortunæ illi flatus, qui putantur
aduersi, eripuissent penè mergentem. An ve-
ro si ædentem te munera vrsorum, & nũquã
ibi antea visa spectacula ciuibus nostris, thea
tricus plausus semper prosperrimus accepis-
set: si stultorum hominum, quorum immen-
sa turba est, conflatis & consentientibus voci
bus ferreris ad cœlum: si nemo tibi auderet
E esse inimicus: si municipales tabulę te non so
lum ciuium, sed etiam vicinorum patronum
ære signarent, collocarentur statuæ, influerẽt
honores, adderentur eiam potestates, quæ
municipalem habitum supercrescerent: con
uiuiis quotidianis mensæ opimæ struerentur:
quod cuique esset necesse, quod cuiusq;
etiam delitiæ sitirent, indubitanter peterent,
indubitanter haurirent, multa etiam non pe-
tentibus funderentur, resque ipsa familiaris
diligenter à tuis fideliterque administrata,
idoneam se tantis sumptibus paratamq; præ-
beret. Tu interea viueres in ædificiorũ exqui
sitissimis molibus, in nitore balnearum, in
tesseris quas honestas non respuit, in venati-
bus, in conuiuijs, in ore clientium, in ore ci-
uium, in ore denique populorum humanissi
mus, liberalissimus, mundissimus, fortuna-
tissimus vt fuisti iactareris, quisquã tibi Ro-
maniane beatæ alterius vitæ, quæ sola beata
est, quisquam quæso mentionem facere au-
deret? Quisquam tibi persuadere posset non
solũ te fœlicem non esse, sed eo maxime mi-
serũ, quo tibi minime videreris. Nunc vero
q̃ te breuiter admonendum, tot & tanta quæ
pertulisti aduersa fecerunt. Nõ enim tibi alie
nis exemplis persuadendum est quàm fluxa
& fragilia, & plena calamitatum sint omnia
quæ bona mortales putant, cum ita ex aliqua
parte bene expertus sis, vt ex te cæteris per-
suadere possimus. Illud ergo, illud tuũ, quo
semper decora & honesta desyderasti: quo te
liberalem magis quàm diuitem esse maluisti:
quo nunquam concupisti esse potentior q̃
iustior, nunquam aduersitatibus improbita-
tibusq; cessisti, illud ipsum inquam diuinũ,
quod in te nescio quo vitæ huius somno ve-
ternoq; sopitum est, varijs illis durisq; iacta-
tionibus secreta prouidentia excitare decre-
uit. Euigila, euigila, oro te multum: mihi cre-
de, gratulaberis quod penè nullis prosperita
tibus quibus tenentur incauti, mundi huius
tibi dona blandita sunt. Quæ meipsum capta
re moliebantur quotidie ista cantantem, nisi
me pectoris dolor ventosam professionem
abiicere, & in philosophiæ gremium cõfuge
re coegisset. Ipsa me nũc in otio, quod vehe-
menter optauimus, nutrit, ac fouet: ipsa me
penitus ab illa superstitione, inquã te mecũ
præcipitẽ dederã, liberauit: ipsa .n. docet, &
vere docet nihil omnino colẽdũ esse, totũq;
cõtemni oportere, quicquid mortalibus ocu
lis cernitur, quicquid vllus sensus attingit. Ip
sa verissimũ & secretissimum Deum perspi-
cue se demõstraturam promittit, & iam iãq;
quasi per lucidas nubes ostentare dignatur.
In hac mecũ studiosissime viuit noster Licen
tius: ad eam totus à iuuenilibus illecebris vo
luptatibusq; conuersus est, ita vt eum nõ te-
mere patri audeam imitandũ proponere. Phi
losophia est .n. à cuius vberibus & se nulla ę-
tas quæret̃ excludi: ad q̃ auidius retinendã &
hauriendam quò te incitarem, quanuis tuam
sitim bene nouerim, gustũ tñ mittere volui,
quem tibi suauissimũ, & vt ita dicam, indu-
ctorium fore, peto ne frustra sperauerim. Nã
disputatione̅ q̃ inter se Trigetius & Licẽtius
habuerũt relatã in lr̃as, tibi misi. Illũ quoque
ado-

adoleſcentẽ, quaſi ad detergendũ faſtidiũ diſciplinarũ aliquãtũ ſibi vſurpaſſet militia, ita nobis magnarũ honeſtarumq; artiũ ardẽtiſſimũ edaciſsimũq; reſtituit. Pauculis igiẽ diebus tranſactis, poſteaq̃ in agro viuere cœperamus, cũm eos ad ſtudia hortans atque animans, vltra q̃ optaueram paratos & prorſus inhiãtes viderem, volui tentare pro ætate q̃d poſſent: præſertim cũ Hortenſius liber Ciceronis iam eos ex magna parte cõciliaſſe philoſophię videretur. Adhibito itaque notario, ne auræ laborẽ noſtrum diſcerperent, nihil perire permiſi. Sanè in hoc libro res & ſentẽtias illorũ, mea verõ & Alpij etiã verba lectu rus es. Cum igitur omnes hortatu meo vnũ in locũ ad hoc cõgregati eſſemus, vbi opportunũ viſum eſt, Nunquidnã dubitatis, inquã, verũ nos ſcire oportere? Minime, ait Trigetius, cæteriq; ſe vultu ipſo approbaſſe ſignificauerũt. Quid ſi, inquam, etiam nõ cõprehẽſo vero beati eſſe poſsimus, neceſſariam veri cõprehẽſionẽ arbitramini? Hic Alipius, Huius qõnis, inquit, iudicẽ me tutius eſſe puto. Cũ.n. iter mihi in vrbem ſit cõſtitutũ, oportet me onere alicuius ſuſcipiendæ partis releuari, ſimul quod facilius iudicis partes q̃ cuiuſquã defenſoris cuipiam delegare poſsim. Quare dehinc ꝓ alterutra parte ne à me q̃cquam expectetis. Quod ei cũ conceſſum eſſet ab omnibus, & ego rogationẽ repetiſſem, Beati certe, inquit Trigetius, eſſe volumus, & ſi ad hanc rẽ poſſumus abſq; veritate peruenire, quærẽda nobis veritas nõ eſt. Quid hoc ipſum, inquam? Exiſtimatiſne beatos nos eſſe poſſe, ẽt nõ inuenta veritate? Tunc Licentius, Poſſumus, inquit, ſi verũ quęramus. Hic cũ ego cæterorũ ſn̄iam nutu flagitaſſem, Mouet me, inquit Nauigius, quod à Licentio dictũ eſt. Poteſt.n. fortaſſe hoc ipſum eſſe beate viuere, in veritatis inquiſitione viuere. Defini ergo, ait Trigetius, quid ſit beata vita, vt ex eo colligã quid reſpondere cõueniat. Quid conſes, inquam, eſſe aliud beate viuere, niſi ſecũdum id quod in homine optimũ eſt viuere? Temere, inquit, verba nõ fundã, nã idipſum optimũ quid ſit, definiẽdũ mihi abs te peto. Quis, inquã dubitauerit nihil aliud eſſe hoĩs optimũ, q̃ eã partẽ animi, cui dominãti obtẽperare cõuenit cætera quæq;, q̃ in hoĩe ſunt? Hæc aũt ne aliã poſtules definitionem, mens aut rõ dici põt. Qđ ſi tibi non vr̃, quęre qũo ipſe definias vel beatã vitã, vel hoĩs optimũ. Aſſentior, inquit. Quid ergo, vt ad propoſitũ, inquã, redeamus, vr̃ ne tibi nõ inuẽto vero, beate poſſe viui, ſi tm̃ quæratur? Repeto, inquit, ſn̄iam iliã meã: minime videtur. Vos, inquam, quid opinamini? Tum Licẽtius, Mihi ꝑrſus, inquit, vr̃: nã maiores noſtri, quos ſapiẽtes beatosq; accepimus, eo ſolo qđ verum quærebant, bene beateq; vixerunt. Ago gratias, inquã, quod cum Alipio me iudicẽ feciſtis, cui fateor inuidere iã cœperam. Qm̃ igitur alteri veſtrũ vr̃, beatam vitã ſola inueſtigatione veritatis, alteri nõ niſi inuẽtione poſſe cõtingere. Nauigius aũt pauloante oſtẽdit in tuã Licenti partem ſe velle tranſire magnopere expecto quales ſententiarũ veſtrarũ patroni eſſe poſsitis. Res.n. magna eſt, & diligẽti diſcuſsione digniſsima. Si res magna eſt, ait Licẽtius, magnos viros deſyderat. Noli quęrere, inquã, præſertim in hac villa, quod vbiuis gentiũ reperire difficile eſt, ſed potius explica, cur id qđ abs te nõ temere, vt opinor, prolatũ eſt, & qua tibi rõne videatur: nam & maxime res cũ à paruis quæruntur, magnos eos ſolent efficere. Quoniã te, inquit, video magnopere nos vrgere, vt aduerſum inuicẽ diſputemus, qđ te vtiliter velle cõfido. Quęro cur beatus eſſe nõ poſsit, q̃ verũ quærit, ẽt ſi minime inueniat? Quia beatũ, inquit, Trigetius, volumus eſſe perfectum, in omnibus ſapientẽ. Qui aũt adhuc quærit, perfectus non eſt. Hunc igitur qũo aſſeras beatum, omnino non video. Et ille, Põt apud te, inquit, vincere authoritas maiorum? Non omniũ, inquit Trigetius. Quorũ tandem? Ille, eorũ.ſ. qui ſapientes fuerunt. Tum Licentius, Carneades, inquit, tibi ſapiens non videtur? Ego ait, Græcus non ſum, neſcio Carneades iſte qui fuerit. Quid, inquit Licentius, de illo nr̃o Cicerone, quid tandem exiſtimas? Hic cũ diu tacuiſſet. Sapiens fuit, inquit. Et ille, Ergo eius de hac re ſententia habet apud te aliquid põderis? Habet, inquit. Accipe igitur quæ ſit, nã eam tibi excidiſſe arbitror. Placuit.n. Ciceroni noſtro, beatum eſſe qui veritatẽ inueſtigat, ẽt ſi ad eius inuẽtionẽ nõ valeat ꝑuenire. Vbi hoc, inq̃t, Cicero dixit? Et Licẽtiꝰ, Quis ignorat eũ affirmaſſe vehemẽter, nihil ab hoĩe ꝑcipi poſſe, nihilq; remanere ſapienti, niſi diligentiſsimã inquiſitionẽ veritatis? Propterea, q̃a ſi in certis rebus eſſet aſſenſus, ẽt ſi fortaſſe

K

L

Fœlicitas inueſtigatiõe ueri. Cap. 3.

A

ſe

M ſe veræ forent,liberari ab errore nõ poſſet,q̃ m axima eſt culpa ſapiẽtis.Quamobrẽ ſi & ſapientẽ neceſſario beatũ eſſe credendũ eſt, & veritatis ſola inquiſitio perfectũ ſapiẽtię munus eſt, quid dubitamus exiſtimare beatã vitã,ẽt per ſe ipſa inueſtigatione veritatis poſſe contingere?Tum ille, Licetne tandẽ ad ea q̃ temere conceſſa ſunt,redire rurſum? Hic ego: Illi hoc non ſolẽt concedere (inquam) quos ad diſputandum nõ inueniendi veri cupiditas,ſed ingenij puerilis iactãtia impellit. Itaq; apud me , p̃ſertim cũ adhuc nutriendi educandiq; ſitis,non ſolũ cõceditur,ſed etiã in præceptis habeatis volo,ad ea vos diſcutiẽda redire oportere, q̃ cõceſſeritis incautius. Et Licentius : Nõ paruũ in philoſophia profectũ puto, inquit,cũ in cõparatione recti veriq; inueniendi cõtennitur à diſputãte victoria.Itaq; libenter obſequor præceptis & ſententiæ tuæ, & Trigetium ad id quod ſe temere cõceſsiſſe arbitrat̃,res.n. mei iuris eſt, redire permitto.Tũ Alipius: Suſcepti à me officij A nondũ partes eſſe voſmetipſi mecũ recognoſcitis. Sed qm̃ id iandudũ diſpoſita ꝑfectio interrũpere me cõpellit,ꝓ meo quoq; munere geminatã ſibi poteſtatẽ particeps mecũ iudicij non renuet vſq; in reditũ meũ. Video.n. hoc veſtrum certamen longius progreſſurũ. Et cum diſceſsiſſet, Quod,inquit Licentius, temere conceſſeras,profer.Et ille:Temere dedi,inquit,Ciceronem fuiſſe ſapientem. Ergone Cicero ſapiẽs nõ fuit, à quo in Latina lingua philoſophia & inchoata eſt,& ꝑfecta?Et ſi cõcedã,inquit,eſſe ſapientẽ, non oĩa tamẽ eius probo. At qui oportet multa eius alia refellas,vt non impudenter hoc de quo agitur, improbare videaris. Quid ſi hoc ſolũ nõ recte ſenſiſſe illũ affirmare paratus ſum,veſtra, vt opinor,nihil intereſt,niſi cuius põderis ad id quod volo aſſerendũ, rõnes afferã. Perge, inquit ille.Quid.n.inquit, audeam cõtra eũ,
1. *Retra. cap.1.* qui ſe Ciceronis aduerſariũ profitetur? Hic Trigetius: Volo attendas,ait,tu iudex noſter, quemadmodũ ſuperius beatã vitam definieris:dixiſti nanq; eũ beatũ eſſe,qui ſecundum eam partẽ animi viuit, quam cæteris cõuenit imperare.Tu aũt Licẽti volo vel nũc mihi cõcedas.iã,n.libertate,in quam maxime nos vẽ B dicaturã ſe philoſophia pollicet̃, iugũ illud authoritatis excuſsi, perfectũ nõ eſſe,qui adhuc veritatẽ requirit.Tũ ille poſt diuturnum ſilentium, Nõ concedo, inquit.Et Trigetius: Cur q̃ſo?explica.Iſtic ſum.n. & habeo audire,quo pacto poſsit & ꝑfectus hõ eſſe,& adhuc q̃rere veritatẽ.Hic ille.Qui ad finẽ,inq̃t, nõ ꝑuenit, fateor qđ perfectus nõ ſit. Veritatẽ autẽ illã ſolũ Deũ noſſe arbitror: aut forte hoĩs aĩam,cũ hoc corpus,hoc eſt, tenebroſũ carcerẽ dereliquerit. Hoĩs aũt finis eſt perfecte quærere veritatẽ. Perfectũ.n.q̃rimus, ſed tñ hominem. Et Trigetius. Non igitur poteſt beatus eſſe homo.Qũo enim,cũ id quod magnopere cõcupiſcit,aſſequi nequeat? Põt aũt homo beate viuere, ſiquidẽ poteſt ſecũdum eã partẽ animi viuere quam dominari in homine fas eſt.Poteſt igitur verũ inuenire. Aut colligat ſe,& nõ cõcupiſcat verũ, ne cum id aſſequi non potuerit, neceſſario miſer ſit. At hoc ipſum eſt beatũ hominis, ait ille, perfecte quærere veritatẽ: hoc eſt n.pernenire ad finẽ,vltra quẽ nõ põt progredi. Quiſq̃s ergo minus inſtanter q̃ oportet veritatẽ quærit, is ad finẽ hominis nõ peruenit. Quiſquis aũt tatum quantũ homo põt ac debet, dat operam inueniendæ veritati,ẽt ſi eã non inueniat,beatus eſt.Totum.n.facit,quod vt faciat, ita natus eſt. Inuentio autẽ ſi defuerit, id deerit qđ natura noa dedit. Poſtremò cũ hominem neceſſe ſit aut beatũ eſſe, aut miſerũ, nonne dementis eſt eũ qui dies nocteſq; quantum poteſt,inſtat inueſtigandæ veritati, miſerum dicere? Beatus igitur erit. Deinde illa definitio mihi,vt arbitror, vberius ſuffragatur, nam ſi beatus eſt,ſicuti eſt, qui ſecundum eam partem animi viuit, quam regnare cæteris cõuenit,& hæc pars ratio dicitur,quæro vtrũ non ſecundum rationẽ viuat, qui quærit perfecte veritatem? Quod ſi abſurdum eſt,quid dubitamus beatũ hominẽ dicere ſola ipſa inquiſitione veritatis? Mihi,ait ille, nec ſecundũ rationem viuere nec beatus omnino quiſquis errat,videtur. Errat autem omnis qui ſemper quærit, nec inuenit. Vnde tibi vnũ è duobus monſtrandum eſt,aut errãtem beatũ eſſe poſſe, aut eum, qui quod quærit nunq̃ inuenit, non errare. Hic ille: Beatus errare non poteſt.Et cum diu ſiluiſſet:Non autem errat,inquit,cum quærit:quia vt non erret,quærit. Et Trigetius:Vt non erret quidẽ, inquit, quærit, D ſed errat cum minime inuenit. Ita autem tibi pro futurum putaſti,quod errare ille nõ vult quaſi nemo erret inuitus, aut quiſquam om-

nino

nino erret nisi inuitus. Tũ ego, cũ ille diu cũ
ctaret quid rñderet:Definiendũ vobis est,in-
quã,quid sit error,facilius enim eius fines po
testis videre, in quẽ iã penitus ingressi estis.
Ego,inquit Licẽtius, definire aliquid idone⁹
nõ sum:quamuis errorẽ definire sit facilius q̃
finire.Ego, ait ille,definiã quod mihi facilli-
mũ est,nõ ingenio,sed causa optima. Nã er-
rare est vtiq; semper quęrere,nunquam inue
nire.Ego,inquit Licentius,si vel istam defini-
tionẽ facile possem refellere,iamdudũ causę
meæ nõ defuissem.Sed quoniam aut res ipsa
per se ardua est,aut ita mihi apparet, peto, à
vobis vt vsq; in crastinã lucẽ quæstio differa
tur,si nihil hodie qđ respondeã reperire po-
tuero, cũ id sedulo mecũ ipse voluã. Qđ cũ
concedendũ putarẽ, nõ renuentibus cæteris,
deãbulatũ ire surreximus, nobisq; inter nos
multa variaq; sermocinãtibus,ille in cogita-
tione defixus fuit. Quod cũ frustra esse sensis
set, relaxare aĩum maluit, & nr̃o se sermoni
miscere. Postea cum iam aduesperasceret,in
eundem conflictũ redierãt: sed modũ impo-
sui,persuasiq; vt in aliũ diẽ differri paterent.
Inde ad balneas. Postridie aũt cũ consedisse-
mus: Proferte , inquã,quod heri cœperatis.
Tũ Licẽtius:Distuleramus,inq̃t,disputationẽ
nisi fallor, rogatu meo, cũ erroris definitio
difficillima mihi eẽt.Hic planè,inq̃, non er-
ras,quod vt tibi omen sit ad reliqua, libenter
optauerim.Audi ergo,inquit, quod heri etiã
nisi intercessisses,protulissem:Error mihi vi
detur esse falsi pro vero approbatio.In quem
nullo pacto incidit, qui veritatẽ q̃rẽdã semp
existimat. Falsum.n.ꝓbare nõ põt, qui ꝓbat
nihil.Nõ igitur põt errare,beatus aũt facilli-
me esse põt.nã ne lõgius abeam,si nobisipsis,
vt heri licuit, quotidie viuere liceret, nihil
mihi occurrit cur nos beatos appellare dubi
taremus. Viximus enim magna mentis tran-
quillitate, ab omni corporis labe animũ ven
dicantes , & à cupiditate facibus longissime
remoti,dãtes,quantũ homini licet,operã ra-
tioni:hoc est,secundũ illã diuinã partẽ animi
viuẽtes,quam beatã vitam esse hesterna inter
nos definitione cõuenit:atq;,vt opinor,nihil
inuenimus,sed tantũmodo quęsiuimus veri-
tatẽ.Põt igitur sola inquisitione veritatis,ẽt si
F eã inuenire minime possit, homini beata vi-
ta cõtingere. Nã definitio tua vide quęso q̃-
ta facilitate excludatur notione cõi. Etenim
errare dixisti esse semper quærere , & nunq̃
inuenire.Quid si quisquã nihil q̃rat,& inter-
rogatus, verbi gratia, vtrumnam modo dies
sit,temere statimq; noctẽ esse opinetur atq;
respondeat?Nõne tibi vr̃ errare? Hoc igit̃ er-
roris genus vel immanissimũ,nõ cõplexa est
definitio tua.Quid si ẽt non errantes cõplexa
est,potestne definitio vlla esse vitiosior?Nam
siquis Alexandriã quęrat,& ad eam recto ꝑ-
gat itinere,non opinor potes eũ errantẽ vo-
care.Quid si eãdẽ viam varijs impeditus cau
sis,longo agat tp̃e,& in ea morte præueniat,
nonne & semper q̃siuit , & nunquã inuenit,
nec tñ errauit?Non,inquit ille, semper quę-
siuit. Recte dicis,ait Licẽtius,& bene admo-
nes.Inde enim prorsus nihil ad rem pertinet
definitio tua:non enim ego beatũ esse dixi, q G
semper quærat veritatẽ. Quod ne fieri quidẽ
põt:Primo,quia non semper homo est: De-
inde,quia, non ex quo tẽpore incipit esse ho
mo,ex eo iam potest,ætate impediente, verũ
quærere. Aut si semper id putas dicendum si
nihil tẽporis,quo iã quęrere põt,perire pati-
tur,rursus tibi Alexandriam redeundum est.
Fac enim quẽquam,ex quo tẽpore iter agere
vel ætate vel negocio finitur,pergere occipe
re illam viam,atque vt supra dixi, cũ deuiet
nusquã,antequã perueniat tamen vita exce-
dere,multũ ꝓfecto errabis, si tibi errasse iste
videbitur,quanuis omni quo potuit tempo-
re,nec quærere desierit,nec inuenire potue-
rit quò pergebat. Quamobrem si & mea de-
scriptio vera est, & secundum eã non errat
ille qui perfecte quærit, quãuis non inueniat
veritatem,beatusque est ob eam rem , qđ se-
cundum rationẽ viuit. Tua vero definitio &
frustra est,& si nõ esset,nihil eã curare debe-
rem,si ex eo solũ quod ego definiui, satis cã
firmata est.Cur quæso nondum est ista inter
nos quæstio dissoluta? Hic Trigetius:Dasne,
inquit, sapientiam rectam viã vitæ esse? Do,
inquit,sine dubio:sed tamen volo mihi sapiẽ *In inuesti-*
tiam definias, vt sciã vtrum quæ mihi eadem *gatione ue-*
& tibi esse videat̃. Et ille:Parũ tibi, ait,vr̃ defi *ri fœlici-*
nita hoc ipso quod nũc interrogatus es?Etiã *tas.c.5.*
quod volui concessisti. Si.n. non fallor, non H
falso recta via vitæ sapiẽtia nominatur.Tũ Licẽ
tius:Nihil mihi tam ridiculũ,q̃ ista definitio
videtur,inquit.Fortasse,ait ille.Pedetentim ta
men quæso, vt ratio præueniat risum tuum :
nihil enim est fœdius risu, irrisione dignissi-
mo

mo. Quid enim? ait ille, nonne fateris vitæ
mortẽ eſſe ꝯriã? Fateor, ait. Mihi igitur, inqt
ille, via vitæ nulla magis videtur, quã ea qua
quiſq; pergit, ne in mortẽ incidat. Aſſentieba
tur Trigetius. Ergo ſi viator quiſpiã, diuerti-
culum vitans, quod à latronibus obſideri au
dierit, recta ire pergat, atq; ita euadat interi-
tum, nonne & viam vitæ & rectã ſecutus eſt:
& eam ſapientiã nominat nemo? Quomodo
igitur omnis recta vitæ via ſapientia eſt? Con
ceſsi enim eſſe, ſed non ſolam. Definitio aũt
nihil complecti debuit, quod eſſet alienum.
Itaq; rurſus defini, ſi placet, quid tibi vr̃ eſſe
ſapientia? Diu ille tacuit, Deinde: En, inquit,
iterum definio, ſi hoc tu nunquã finire ſtatui
ſti, Sapientia eſt via recta, quæ ad veritatẽ du
cit. Similiter, & hoc, inquit ille, refellitur: nã
cum apud Virgilium Aeneæ dictũ eſt à ma-
Aen. I. tre: Perge modo, & qua te ducit via dirige
greſſum, ſequens hanc viam ad id quod di-
I ctum erat, id eſt, ad verum peruenit. Conten-
de modo, ſi placet, vbi pedem ille incedens
poſuit, ſapientiam poſſe dici: quanquã ſtulte
prorſus iſtam deſcriptionem tuam effringe-
re conor, nam cauſam meã nullatenus adiu-
uat. Etenim ſapientiã non ipſam veritatem,
ſed viam quæ ad eam ducat eſſe dixiſti. Quiſ-
quis ergo hac vtitur via, ſapientia profecto
vtitur: & qui ſapiẽtia vtitur, ſapiens ſit neceſ-
ſe eſt. Sapiẽs igitur erit ille, qui perfecte quę-
ſierit veritatẽ, ẽt ſi ad eam nondum peruene-
rit: nam via quæ ducit ad veritatem, nulla vti
opinor, intelligitur melius q̃ diligens inqui-
ſitio veritatis. Hac igitur ſola via vtens iam
iſte ſapiens erit. At nemo ſapiens miſer: om-
nis autem homo aut miſer aut beatus. Beatũ
igitur faciet non tantum inuentio, ſed ipſa ꝑ
ſe inueſtigatio veritatis. Tum ille arridens:
Merito mihi, inquit, iſta contingunt, dũ ad-
uerſario in re nõ neceſſaria fidẽter aſſentior:
quaſi vero ego ſim magnus definitor, aut qc-
quam in diſputando magis ſuperuacaneum
putem. Quis enim modus erit, ſi ego rurſus
K velim definiri abs te aliquid? & rurſus eiuſ-
dẽ definitionis verba, & conſequentiã itẽ ſi-
gillatim omnia, fingens quod nihil intelligã,
definire flagitẽ? Nã quid planiſsimũ nõ meo
iure definire cogam, ſi iure à me ſapiẽtiæ de
finitio poſtulatur? Cuius.n. verbi ĩ animis no
ſtris apertiorẽ notionem natura eſſe voluit q̃
ſapientiæ? Sed neſcio quomodo cũ mẽtis no
ſtræ veluti portũ notio ipſa reliquerit, & ver
borũ ſibi quaſi vela tetenderit, occurrant ſta
tim calumniarum mille naufragia. Quamob-
rem aut definitio ſapientiæ ne requiratur, aut
iudex noſter in eius patrocinium dignetur
deſcendere. Tum ego, cum iam ſtylum nox
impediret, & quaſi de integro magnum quid
dã differendũ viderem oboriri, in aliũ diem
diſtuli: nam diſputare cœperamus ſole iam
in occaſum declinante, dieſq; penè totus cũ
in rebus ruſticis ordinandis, tũ in recenſione
primi libri Virgilij peractus fuit. Deinde vt
altera dies mox illuxit, ita.n. res erant pridie
conſtitutæ vt largũ eſſet ocium, ſtatim per-
agendũ negocium ſuſceptum eſt. Tum ego:
Heri poſtulaſti (inquam) Trigeti, vt à iudicis
munere ad ſapientiæ patrocinium deſcende-
rem: quaſi vero quẽquam in ſermone veſtro
aduerſariũ ſapientia pateretur, aut te eam de
fendente ita laboret, vt maius implorare de-
beret auxilium. Nam neque inter vos aliud
quærendũ natũ eſt, q̃ quid ſit ſapiẽtia, in quo
eam veſtrũ neuter oppugnat, qa vterq; deſi-
derat. Neq; ſi tu in definiẽda ſapiẽtia defeciſ-
ſe te putas, propterea reliqua defenſio ſentẽ-
tiæ tuæ tibi deſerenda eſt. Itaque à me nihil
aliud habebis q̃ definitionẽ ſapientiæ, q̃ nec
mea nec noua eſt, ſed priſcorũ hominũ, & q̃
vos miror nõ recordari. Non.n. nunc primũ
auditis ſapientiã eſſe rerum humanarũ diui-
narũq; ſcientiam. Hic Licentius, quem poſt
iſtã definitionẽ diu putabam quæſiturũ eſſe
quid diceret, ſubiecit ſtatim: Cur ergo non
quæſo ſapientiã vocamus flagitioſiſsimũ illũ
hominem, quem ipſi bene nouimus per in-
numera ſcorta ſolere diſſolui: Albiceriũ di-
co illum, qui apud Carthaginem multos an-
nos cõſulẽtibus mira quædam & certa rñdit?
Innumerabilia cõmemorare poſſem, niſi &
apud eos loquerer qui experti ſunt, & paucis
nũc ſatis ſit ad id qđ volo. Nonne coleariũ
(mihi aũt dicebat) cũ domi nõ inueniretur,
tuo iuſſu percũctatus, nõ ſolũ quid q̃reretur,
verumetiã nominatim cuius res eſſet, & vbi
lateret, citiſsime veriſsimeq; rñdit? Item me
p̃ſente, omitto illud qđ in eo quod rogabat,
nihil oĩno falſus eſt: ſed cũ puer qui nũmos
ferebat, certã eorũ partẽ cum ad eũ pergere-
mus, furatus eſſet, oẽs ſibi numerari iuſsit, co
egitq; illũ ante oculos nr̃os quos abſtulerat
reddere, priuſquã omnino ipſum aut eoſdẽ
num-

nummos vidiſſet,aut quantũ ſibi ablatũ fue-
rit audiſſet è nobis. Quid quod doctiſsimũ
& clariſsimũ virũ Flaccianũ mirari ſolitũ eſ-
ſe abs te accepimus? Qui cũ de fundo emen
do eſſet locutus,ad illũ diuinũ rẽ ita detulit,
vt quid egiſſet,ſi potis eſſet.ediceret.Atq; ille
ſtatim nõ modo negocij genus,ſed ẽt,in quo
ille vehementer clamabat admirans , ipſum
fundi nomen pronũciauit, cũ ita eſſet abſur-
dũ,vt vix eius Flaccianus ipſe meminiſſet. Iã
illud ſine ſtupore animi nõ queo dicere, qđ
amico noſtro diſcipulo tuo ſeſe volenti exa
gitare,flagitantiq; inſolẽter, vt diceret quod
ſecum ipſe tacitus volueret,Vergilij verſum
eum cogitare reſpondit. Cum ille obſtupe-
factus negare non poſſet , perrexit q̃rere qſ-
nam verſus eſſet. Nec Albicerius,qui Gram-
matici ſcholã vix trãſiens vidiſſet aliqñ,ver-
ſum ipſum ſecurus & garrulus canere dubi-
tauit.Nũ igitur aut res humanæ erãt, de qui-
bus ille cõſulebatur,aut ſine rerum diuinarũ
ſcĩa,eũ certa conſulentibus & vera rñdit, aut
vtrunq; abſurdũ eſt? Nã & humanæ res nihil
ſunt aliud q̃ res hoĩum, vt argentum, nũmi,
fundus,poſtremo ipſa ẽt cogitatio. Et res di-
uinas quis non recte arbitretur eſſe, per quas
homini diuinatio ipſa cõtingit?Sapiens ergo
fuit Albicerius,ſi ſapientiã rerũ humanarum
diuinarũq; ſcientiã eſſe illa definitione con-
cedimus. Hic ille. Primo,inquit, ego ſciẽtiã
nõ appello,in qua ille qui eã profitetur , ali-
quãdo fallitur.Sciẽtia.n. nõ ſolum cõprehen
ſis,ſed ita,cõprehenſis rebus cõſtat, vt neque
in ea quiſq̃ errare, nec quibuslibet aduerſan
tibus impulſus nutare debeat. Vnde veriſsi-
me à quibuſdã philoſophis dr̃, in nullo eam
poſſe niſi in ſapiẽte inueniri, qui non modo
pceptũ habere debet id qđ tuetur ac ſequit̃,
verumetiam incõcuſſum tenere.Scimus autẽ
illũ quẽ cõmemoraſti,multa ſępe falſa dixiſ-
ſe,quod non ſolũ aliis mihi referentibus cõ-
peri,ſed præſens aliquando ipſe percepi.Eũ-
ne igitur ſcientẽ vocẽ, cũ ſæpe falſa dixerit,
quẽ non vocarẽ, ſi conſtanter vera dixiſſet?
Hoc me de haruſpicibus & de auguribus , &
de his omnibus qui ſydera conſulunt , & de
cõiectoribus dixiſſe putatote . Aut aliquẽ ex
hoc genere hominũ proferre ſi poteſtis, qui
conſultus nunq̃ de reſpõſis ſuis dubitauerit,
nunq̃ poſtremo falſa reſpõderit. Nã de vati-
bus nihil mihi puto eſſe laborandũ, qui men
te loquuntur aliena.Deinde res humanas eſſe
vt cõcedam res hominũ, quicq̃ tu exiſtimas
noſtrũ eſſe, quod nobis vel dare vel eripere
caſus põt? Aut cum rerũ humanarũ ſcientia
dr̃,ea dicitur, qua quiſq̃ nouit vel quot, vel
quales fundos habeamus:quid auri, quid ar-
genti,quidq; denique alienorum carminum
cogitemus? Illa eſt humanarũ rerũ ſcientia,
quæ nouit lumẽ prudentiæ, tẽperãtiæ decus,
fortitudinis robur,iuſtitiæ ſanctitatẽ. Hæc.n. *2. Retra-*
ſunt q̃ nullã fortunã metuentes, vere noſtra *cta. ca. 1.*
dicere audemus: quæ ſi Albicerius ille didi-
ciſſet,nunq̃,mihi crede, tã luxioroſe defor-
miterq; vixiſſet.Quod aũt dixit, quẽ verſum C
volueret aĩo ille à quo conſulebat̃,neq; hoc
puto inter res noſtras eſſe numerandũ: Non
quo negẽ honeſtiſsimas diſciplinas ad poſ-
ſeſsionẽ quãdam noſtri animi pertinere, ſed
quia verſum alienũ ẽt imperitiſsimis canere
ac pronũciare cõceſſum eſt. Ideoq; talia cũ
in memoriã noſtrã incurrerint, nõ mirũ eſt *Anima-*
ſi ſentiri poſſunt ab huius aeris animalibus *lia aeris*
quibuſdã viliſsimis,quos demones vocãt, à *demones.*
quibus nos ſuperari acumine ac ſubtilitate
ſenſuum poſſe concedo,rõne aũt nego.Atq;
id fieri neſcio qũo ſecretiſsimo atq; à noſtris
ſenſibus remotiſsimo.Non.n.ſi miramnr api
cullam melle poſito, neſcio qua ſagacitate ,
qua hominẽ vincit,inde auolare, ideo eã no
bis præponere, aut ſaltem comparare debe-
mus.Itaq; vellẽ magis iſtę Albicerius , ab eo
qui diſcere cuperet, interrogatus ipſa metra
docuiſſet,vel coactus à quopiã cõſultorum,
de re ſibi ſtatim ꝑpoſita verſus ꝑprios ceci-
niſſet.Quod eundẽ Flaccianũ ſæpe dixiſſe ſo
les cõmemorare,cum illud diuinationis ge-
nus magna mẽtis altitudine derideret atq; de
ſpiceret,idq; neſcio cui abiectiſsimæ animu
læ,ſic.n.dicebat,tribueret, quo ille quaſi ſpũ D
admonitus vel inflatus,hęc rñdere ſolitus eſ-
ſet. Quærebat.n. vir ille doctiſsimus ab iis q
talia mirarẽtur , nũ Grãmaticã vel Muſicam
vel Geometriam Albicerius poſſet docere?
Quis aũt illũ noſſet & nõ iſtorũ oĩum impe-
ritiſsimũ fateret̃? Quãobrẽ ad extremũ horta
batur,vt animos ſuos ij q talia didiciſſent, il-
li diuinationi ſine dubitatione præferrẽt, da-
nẽ peruenimus. Si enim, vt subtiliter vereq;
dixisti, nihil inter sapĩæ studiosum & sapien-
tem interest, nisi ꝙ iste amat, ille autẽ habet
sapĩæ disciplinam, vnde ẽt nomen ipsum, i.
habitum quendam exprimere non cũctatus
es: nemo aũt hr̃e disciplinam põt in aĩo qui
nihil didicit: nihil autem didicit qui nihil no
uit, & nosse falsum nemo põt. Nouit igĩt sa-
piens veritatem, quam disciplinam sapĩæ ha
bere in animo, i. habitum iam ipse confessus

es.

es. Nescio inquit, cuius impudentiæ sim, si habitum inquisitionis diuinarum humanarūq; rerum esse in sapiente confessum me negare voluero, Sed quid tibi videatur inuentorum probabiliū habitus non esse, non video. Concedis mihi, inq̄, falsa neminem scire? Facile quidem, inquit. Dic iam si potes, inq̄, sapientem nescire sapiam. Quid.n. ait, hoc limite vniuersa concludis, vt videri sibi non possit, comprehendisse se sapiam? Da, inq̄, dexterā. Nam si meministi, hoc est, quod heri me dixi effecturū, quod nunc non a me conclusū, sed a te vltro mihi oblatum esse gaudeo. Nā cum inter me & Academicos hoc interesse dixissem, ꝙ illis probabile visum est, veritatē non posse comprehendi: mihi aūt nondum quidem a me inuētam, inueniri tñ posse à sapiente videatur: nunc tu cum mea interrogatione vrgereris, vtrum sapiēs nesciat sapiam, vr̄ sibi scire, dixisti. Quid tum postea? inq̄t. Quia si vr̄ sibi, inquam, scire sapiam, non ei vr̄ nihil scire posse sapientem. Aut si sapiētia nihil est, volo affirmes. Crederem vere, inq̄t, ad calcem nos finemq; venisse, sed repente cum dexteras interposuisti, disiunctissimos nos esse, & in longū progressos video: videlicet ꝙ hesterno die a nobis nulla alia qō constituta videbatur, nisi ꝙ sapientem ad cōprehensionem veri peruenire posse affirmante te ego negaueram, nunc vero nihil aliud me opinor concessisse tibi, q̄ videri posse sapiēti probabilium rerum se consecutum esse sapientiam: q̄ tñ sapiam in inuestigatione diuinarum humanarumq; rerum me cōstituisse nulli nr̄m arbitror dubium. Nō, inquā, ideo quia innoluis euolueris. Videris.n. iam mihi exercēdi tui cā disputare. Et quia bene nosti istos adolescentulos vix adhuc posse discernere q̄ acute ac subtiliter differuntur, tanq̄ iudicū abuteris ignorantia, vt vbi quātumlibet loqui nullo liceat reclamante. Nā pauloante dixisti, cū quærerem vtrum sciret sapiens sapientiam, sibi scire videri. Cui vero vr̄ sapiētem scire sapiam, non vtiq; vr̄ nihil scire sapientem. Hoc.n. contendi non potest, nisi qs quā dicere audeat, nihil esse sapiam. Ex quo fit, vt iam hoc tibi, quod ēt mihi videatur, sapientē nonnihil scire: & tibi opinor, cui placet, videri sapienti sapientem scire sapiam. Tum ille, Non magis me ingenium exercere velle q̄ te arbitror, & id miror: non.n. tibi vlla in hanc rē exercitatione opus est. Nam mihi adhuc fortasse cęco vr̄ interesse inter videri sibi scire, & scire: & inter sapiam quę in inuestigatione posita est, & veritatem. Quæ a nobis cum alterutra dicantur, sibi quemadmodum quadrent non inuenio. Tum ego, cū iam ad prandium vocaremur non, inq̄, mihi ꝙ tm̄ reniteris displicet. Aut.n. ambo nescimus quid loquamur, & danda est opera, ne E tam turpes simus, aut vnus nr̄m, quid item relinquere atq; negligere non minus turpe est. Sed post meridianas horas rediemus ad inuicem. Mihi.n. cum videretur iam nos ad calcē peruenisse, pugnos ēt miscuisti. Hic cum arrisissent, discessimus. Et cum redissemus, inuenimus Licentium, cui nunq̄ sitienti Helicon subuenisset, excogitandis uersibus inhiātem. Nam de medio penè prandio, quamuis nostri prandij idem initium qui finis fuit, clā surrexerat, nihilq; biberat.

Sapiēs nō [illegible] q̄ nihil scit. Cap. 4.

Cui ego, Opto q̄dem, inq̄, tibi, vt istam poeticā quam concupisti, complectaris aliqn̄. Nō quod me nimis delectet ista perfectio, sed quod video te tm̄ exarsisse, vt nisi fastidio euadere ab hoc amore non possis, qđ euenire post perfectionem facile solet. Deinde cū sis bene canorus, malim auribus nostris inculces tuos versus, q̄ vt in illis Græcis Tragœdiis, more auiculară, quas in caueis inclusas videmus, verba q̄ nō intelligis, cantes. Admoneo tñ, ut pergas potum si voles, & ad scholam redeas nr̄am si tñ aliquid iam de te Hortensius & philosophia F meretur, cui dulcissimas primitias iam nr̄o illo sermone libasti, qui te vehemētius q̄ ista poetica incēderat ad magnarum & uere fructuosarum rerum sciam. Sed dum ad istarū disciplinarum, quibus excoluntur animi circulum reuocare vos cupio, metuo ne vobis labyrinthus fiat, & propè me pœnitet ab illo te impetu repressisse. Erubuit ille, discessitq;, vt biberet. Nam & multum sitiebat, & occasio dabatur euitandi me, plura fortasse atque asperiora dicturum. Et cum redisset intentis oībus, sic cępi. Itane est Alipi, vt inter nos de re iam, vt mihi vr̄, manifestissima non conueniat? Non mirum est, inquit, si quod tibi in promptu esse asseris, mihi obscurum sit. Siq̄dem pleraq; manifesta possint aliis manifestiora, & item obscura quędā nonnullis obscuriora esse. Nam & si hoc tibi vere manifestum est, mihi crede, esse alium quenquam, cui

cui & hoc manifeſtius ſit: & item alium cui
meum obſcurũ obſcurius ſit. Sed ne me per
pugnacẽ diutius putes, obſecrauerim, vt hoc
manifeſtum manifeſtius ediſſeras. Attẽde, in-
quam, quæſo diligenter, & quaſi ſepoſita pau
lulum rñdendi cura. Si. n. bene me atq; te no
ui, facile data opera clarebit quod dico, & al
G ter alteri cito perſuadebit. Dixiſtine tandem,
an fortaſſe obſurdueram, videri ſapiẽti ſe ſci-
re ſapiẽtiam? Annuit. Omittamus, inquã, pau
lulum iſtũ ſapientẽ. Tu ipſe ſapiens es an nõ?
Nihil, inquit, minꝰ. Volo tñ, inquam rñdeas
mihi, quid ipſe ſentias de ſapiente Academi-
co, vtrumnam tibi videatur ſcire ſapientiam?
Vtrũ ſibi, inq̃t, ſcire videatur, an ſciat, vnũne,
an diuerſum putas? Metuo. n. ne hæc cõfuſio
cuiquam nr̃m ſuffugium præbeat. Hoc eſt, in
Tuſcum iurgium. quam, tuſcum illud iurgium quod dici ſolet,
cum q̃õni intentatæ non eius ſolutio, ſed alte
rius obiectio vr̃ mederi. Quod ẽt poeta no-
Eclog. 3. ſter (vt me aliquantum Licentij auribus de-
dam) decenter in Bucolico carmine hoc ru-
ſticanum & planè paſtoriciũ eſſe iudicauit,
cum alter alterũ interrogat vbi cœli ſpatium
non amplius q̃ tres vlnas pateat: ille aũt, Dic
quibus in terris inſcripti noĩa regum Naſcan
tur flores. Quod quæſo Alipi ne in villa no-
bis licere arbitreris. Certe vel iſtæ balneolæ
aliq̃ decoris gymnaſiorũ faciant recordatio
nem: ad id ſi placet quod rogo, rñde. Vide-
turne tibi ſapiens Academicorum ſcire ſapiẽ
tiam? Ne verba verbis referendo, inquit, in lõ
gum eamus, vr̃ videri ſibi ſcire. Vr̃ ergo, inq̃,
tibi neſcire? Nõ. n. ego quæro quid tibi videa-
H tur videri ſapienti, ſed vtrum tibi videatur ſa-
piens ſcire ſapientiam. Potes, vt opinor, hic
aut aiere, aut negare. O vtinam, inquit, aut ita
mihi facile eſſet vt tibi, aut ita tibi difficile vt
mihi, nec tã moleſtus eſſes, nec in his quicq̃
ſperares. Nam cũ me interrogares, q̃d mihi
de Academico ſapiente videatur, rñdi, videri
mihi q̃d videatur ſibi ſcire ſapientiam, ne aut
temere me ſcire affirmarẽ, aut illum non mi-
nus temere ſcire dicerem. Pro magno, inq̃,
beneficio mihi obſecro concedas primo, vt
ac id q̃d ego, non ad id quod tute interrogas
rñdere digneris. Deinde vt ſpem meam, quã
tibi non minus curæ, q̃ mihi tuam eſſe certo
ſcio, nunc paululum omittas. Certe ſi me iſta
interrogatione decepero, cito trãſibo in tuã
partẽ, controuerſiamq; finiemus. Poſtremo
vt pulſa neſcio qua ſolicitudine, qua te tangi
video, diligentius aĩaduertas, quo facile intel
ligas quid mihi abs te rñderi velim. Dixiſti. n.
ideo te non aut aiere, aut negare, q̃d vtiq; fa-
ciendum eſt ad id q̃d rogo, ne temere te ſci-
re dicas q̃d neſcis: quaſi vero ego quid ſcias
q̃ſierim, & non quid tibi videatur. Itaq; nunc
idem planius (ſi tñ planius dici poteſt) inter-
rogabo, Videturne tibi ſcire ſapientiã ſapiẽs,
non vr̃? Si inueniri, inquit, ſapiens qualem rõ
prodit, queat: põt mihi videri ſcire ſapientiã.
Ratio igitur, inq̃, talem tibi prodit eſſe ſapiẽ-
tem, qui ſapientiã non ignoret. Et recte iſtuc.
Non. n. aliter decebat videri tibi. Quæro er-
go iam, vtrũ poſſit ſapiens inueniri? Si. n. po-
teſt, poteſt ẽt ſcire ſapientiam, omniſq; quæ-
ſtio inter nos diſſoluta eſt. Si aũt nõ poſſe di-
cis, iam non quæretur vtrum ſapiens aliquid
ſciat, ſed vtrum ſapiens quiſquam eſſe poſſit.
Quo conſtituto, iam recedendũ erit ab Aca-
demicis, & tecum iſta q̃õ quantum valemus
diligenter cauteq; verſanda. Nã illis placuit,
vel potius viſum eſt, & eſſe poſſe hoĩem ſa-
pientem, & tñ in hoĩem ſciam cadere non
poſſe. Quare illi ſapientẽ nihil ſcire affirma-
runt. Tibi autem vr̃ ſcire ſapientiam, q̃d non
eſt vtiq; nihil ſcire. Simul n. placuit inter nos
quod ẽt inter oẽs veteres, interq; ipſos Aca-
demicos ſcire falli neminẽ poſſe: vnde illud
iam reſtat, vt aut contendas nihil eſſe ſapien-
tiam, aut talẽ ſapiẽtem ab Academicis deſcri
bi, qualem rõ nõ habeat, fatearis. Et his omiſ
ſis conſentias vt quæramus, vtrum poſſit ho-
mini talis prouenire ſapientia, qualẽ prodit
ratio. Non. n. aliam debemus, aut poſſumus
recte vocare ſapientiam. Etſi cõcedã, inquit,
quod te magnopere niti video, ſciri à ſapien
te ſapientiam, & aliq̃d inter nos deprehensũ
quod ſapiens poſſit percipere, tñ nequaquã
mihi occurrit Academicorum labefacta oĩs
intentio. Proſpicio. n. defenſionis eis locum
non minimum reſeruatũ, nec illam aſſenſio-
nis ſuſpenſionem eſſe præciſam, cum hoc ip
ſo cauſæ ſuæ deeſſe non poſſint, quo conui-
ctos putas. Dicent. n. vſque adeo nihil com-
prehendi, nulliq; rei aſſenſionem præbendã,
vt & etiam hoc de nihilo percipiendo, quod
tota ſibi penè vita vſque ad te probabiliter
perſuaſerant, nunc iſta concluſione ſibi exor
tum ſit: vt ſiue tunc, ſiue nunc huius argu-
menti uis tarditate ingenij mei, ſiue re vera

ſuo

ſuo robore inuicta ſit, eos loco mouere non
poſsit, cũ audacter affirmare adhuc valeant,
ne nunc quidẽ vlli rei conſentiendũ eſſe. For
te.n.aliqñ ↄ hoc quoq; nonnihil vel a ſe, vel
a quopiam reperiri poſſe, qđ acute ꝓbabili-
terq; dicat: ſuãque imaginẽ, & quaſi ſpeculũ
quoddã in Proteo illo aĩaduerti oportere, q̃
tradit eo ſolere capi quo minime caperet, in
ueſtigatoresq; eius nunq̃ eundẽ tenuiſſe, niſi
indice alicuiuſmodi numine. Quod ſi aſsit,
& illã nobis veritatẽ, quæ tm̃ curæ eſt demõ-
ſtrare dignet, ego quoq; vel ipſis inuitis, qđ
minime reor, illos ſuperatos eſſe confitebor.
Bene hẽt, inquã, prorſus nihil amplius opta-
ui. Nã videte q̃ſo, bona mihi q̃ & q̃ta proue
nerint. Primũ eſt qđ Academici iã ſic conui-
cti eſſe dñr, vt nihil eis reſtet ad defenſionẽ,
niſi, qđ fieri non põt. Quis.n.hoc aut intelli-
gere vllo mõ, aut credere valeat, eũ q̃ victus
ſit, eo ipſo quo victus eſt, victorẽ ſe eſſe glo-
riari? Deĩde ſiquid iã remanet cũ his ↄflictio
nis, non ex eo eſt qđ dñt, nihil ſciri poſſe, ſed
eo qđ nulli rei aſſentiendũ eſſe contendunt.
Nunc itaq; concordes ſumus. Nã vt mihi, ita
ẽt illis vr̃, ſapientẽ ſcire ſapientiam. Sed tñ
ab aſſenſione illi temperandũ monent. Vide-
ri.n.ſibi tm̃ dicunt: ſcire aũt nullo mõ, quaſi
ego me ſcire profitear. Mihi quoque videri
iſtud dico, ſum.n.ſtultus, vt ẽt ipſi ſi neſciunt
ſapientiã. Approbare aũt nos debere aliquid
puto, ideſt, veritatem. De quo eos conſulo
vtrum negent, id eſt, vtrum eis placeat verita-
ti aſſentiendũ non eſſe. Nunquã hoc dicent,
ſed eam non inueniri aſſeuerabunt. Ergo &
hic ex nonnulla parte ſocium me tenent, qđ
vtriſque non diſplicet, atq; adeo neceſſario
placet, conſentiendũ eſſe veritati. Sed quis eã
demonſtrabit inquiunt? Vbi ego cum illis nõ
curabo certare, ſatis mihi eſt quod iã proba-
bile non eſt, nihil ſcire ſapientem, ne rẽ ab-
ſurdiſsimam dicere cogant, aut nihil eſſe ſa-
pientiam, aut ſapientiam neſcire ſapientem.

Quis autem verum poſsit oſtendere, abs
te Alipi dictum eſt, à quo ne diſſentiam ma-
gnopere mihi laborandũ eſt. Etenim numen
aliquid aiſti ſolum poſſe oſtendere homini
quid ſit verum, cum breuiter, tum etiam pie.
Nihil itaque in hoc ſermone noſtro libẽtius
audiui, nihil grauius, nihil probabilius, & ſi
id numẽ, vt confido aſsit, nihil verius. Nam
& Proteus ille quãta abs te mẽtis altitudine
cõmemoratus, quanta intentione in optimũ
philoſophiæ genus. Proteus.n.ille, vt uos a- *De ciuitate Dei li. 10. Cap. 10. in fin.*
doleſcẽtes nõ penitus Poetas à philoſophia
contẽnendos eſſe videatis, in imaginẽ verita-
tis inducit. Veritatis, inq̃, Proteus in carmini
bus oſtentat ſuſtinetq; pſonã, q̃ obtinere ne-
mo põt, ſi falſis imaginibus deceptus cõpre-
henſionis nodos vel laxauerit uel dimiſerit.
Sunt.n.iſtæ imagines, q̃ conſuetudine rerum A
corporaliũ per iſtos quib. ad neceſſaria hui⁹
vitæ vtimur ſenſus, nos ẽt cũ veritas tenet, &
quaſi habet in manib⁹, decipere atq; illudere
moliuntur. Hoc ergo tertiũ bonum mihi ac-
cidit, qđ non inuenio quanti æſtimem. Mecũ
.n. familiariſsimus amicus meus, non ſolũ de
probabilitate humanæ vitæ, verumetiã de ip-
ſa religione concordat, qđ eſt veri amici ma
nifeſtiſsimũ iudicium. Siquidẽ amicitia re- *Amicitia quid ſit.*
ctiſsime atq; ſanctiſsime definita eſt, rerũ hu
manarũ, & diuinarum cũ beneuolentia, &
charitate conſenſio. Tñ ne aut Academicorũ
argumenta quaſdã nebulas videant offunde- *Academicis primus in philoſophia hos. c. 7.*
re, aut doctiſsimorũ virorũ authoritati, inter
quos maxime Tullius non mouere nos non
põt, ſuperbe nonnullis reſiſtere videamur, ſi
vobis placet, prius pauca ↄ̈ eos diſſerã, quib.
vñr diſputationes illæ aduerſari veritati. De-
inde vt mihi vr̃, oſtendã q̃ cã fuerit Academi
cis occultandæ ſnĩæ ſuæ. Itaque Alipi q̃uis
te totum in meis partibus videam, tamen ſu-
ſcipe pro his paululũ, mihiq; reſponde. Qm̃
hodie, inquit, auſpicato, vt aiunt, proceſsiſti,
non impediã pleniſsimã victoriam tuam, & B
partes illas iã ſecurius, quo abs te imponun-
tur tentabo ſuſcipere: ſi tamen hoc quod in-
terrogationibus te acturum eſſe ſignificas, in
orationem perpetuam (ſi tibi cõmodum eſt)
malis conuertere ne vere vt pertinax aduerſa
rius, quod à tua humanitate lõgiſsimum eſt,
minutis illis telis abs te iam captiuus excru-
cier. Atque ego cũ & illos hoc expectare ani
maduerterẽ, quaſi aliud ingreſſus exordium,
morẽ, inquam, vobis geram. Et quanuis poſt
illum laborẽ ſcholæ Rhetoricæ in hac me le
ui armatura nonnihil requieturum eſſe præ-
ſumpſerã, vt interrogando iſta potius agerẽ
quàm dicendo, tamen quia, & paucisſimi ſu
mus, vt clamare mihi contra valitudinẽ meã
non ſit neceſſe, & iſtum ſtylum cauſa eiuſdẽ
ſalutis quaſi auriga moderatoreq; ſermonis
mei eſſe voluit, ne cõcitatius rapiat animo q̃

cura

cura corporis poſcit,perpetua,vt vultis,oratione audite quid ſentiã. Sed primo illud videamus quale ſit,vnde amatores Academicorum gloriari nimiũ ſolent. Nam eſt in libris Ciceronis,quos in huius cauſæ patrocinium ſcripſit,locus quidã,vt mihi vr̃, mira vrbanitate conditus, vt nonnullis aũt ẽt firmitate ro-
C boratus. Difficile eſt prorſus, vt quanq̃ non moueat,qđ ibi dictũ eſt,Academicos ſapiẽti ab oĩbus cæterarum ſectarũ, qui ſibi ſapiẽtes viderẽtur,ſcđas partes dari, cum primas ſibi quemq; vendicare neceſſe ſit. Ex quo poſſe probabiliter confici,eũ recte primũ eſſe iudicio ſuo, qui oĩum cæterorum iudicio ſit ſecundus.Fac.n.verbi cã, Stoicum adeſſe ſapiẽtem, nã ↄ eos potiſſimũ Academicorũ exarſit ingeniũ. Ergo Zeno vel Chryſippus ſi interrogentur,quid ſit ſapiens, rñdebit eũ eſſe quẽ ipſe deſcripſerit. Contra Epicurus, vel quis alius aduerſariorũ negabit, ſuumq; potius peritiſſimũ voluptatũ aucupẽ ſapientem eſſe cõtendet.Inde ad iurgiũ, Clamat Zeno, & tota illa porticus tumultuatur, hoĩem natum ad nihil eſſe aliud q̃ honeſtatẽ: ipsã ſuo ſplendore in ſe aĩos ducere nullo prorſus cõmodo extrinſecus poſito,& quaſi lenocinante mercede: voluptatemq; illã Epicuri ſolis inter ſe pecoribus eſſe cõem,in quorũ ſocietatem & hoĩem & ſapiẽtẽ trudere nefas eſſe. Contra,ille cõuocata de hortulis in auxiliũ,
D quaſi libera turba temulentorũ, q̃rentium tñ que incomptis vnguibus bacchãtes aſperoq; ore diſcerpant, voluptatis nomen,ſuauitatẽ, quietẽ,teſte populo exaggerans, inſtat acriter, vt niſi ea beat⁹ nemo eſſe poſſe videatur. in quorum rixam ſi Academicus incurrerit, vtroſq; audiet trahẽtes ſe ad ſuas partes:ſed ſi in illos aut in iſtos cõceſſerit,ab eis quos deſerit inſanus,imperitus, temerariusq; clamitabitur. Itaq; cum & hac & illac aurem diligenter admouerit,interrogatus q̃d eis videatur,dubitare ſe dicet. Roga nunc Stoicum,q̃ ſit melior. Epicurusne qui delirare illum clamat,an Academicus qui ſibi adhuc de re tãta deliberandũ eſſe pronunciat? Nemo dubitat Academicũ prælatũ iri. Rurſus te ad illũ conuerte,& q̃re quẽ magis amet, Zenonẽ,a quo beſtia noiatur, an Archeſilã, à quo audit. Tu fortaſſe verũ dicis, ſed requiram diligentius. Nonne apertum eſt totã illam porticum inſanã,Academicos aũt præ illis modeſtos, cautosq; hoĩes videri Epicuro? Ita peræq; ꝓpè de oĩbus ſectis copioſiſſime Cicero iucũdiſſimum legẽtibus quaſi ſpectaculũ præbet, velut oſtendens nullũ illorũ eſſe, qui non cum ſibi primas partes dederit,qđ neceſſe eſt, ſecundas ei dicat dare,quẽ non repugnare, ſed dubitare conſpexerit.In quo ego nihil aduerſabor,nec ei Syllæ auferã gloriam. Videatur ſanè quibuslibet Cicero hic non iocatus,ſed inania & ventoſa quædã, qđ ab ipſorũ Græculorũ leuitate non abhorret,ſeq̃ & colligere voluiſſe. Quid.n.me impedit? Qui ſi huic vanitati reſiſtere velim facile oſtendã quãto minus malũ ſit indoctũ eſſe q̃ indocibilem. Vnde fit, vt cũ ſe ille Academicus iactanticulus quaſi diſcipulũ ſingulis dederit, nemoq; illi qđ ſe ſcire putat ꝑſuadere potuerit, magna illorũ poſtea conſenſione rideat. Iam.n. quiſq; aliũ quemlibet aduerſariorũ ſuorum nihil didiciſſe, hunc vero nihil poſſe dicere iudicabit. Ex quo deinceps de oĩum ſcholis non ferulis qđ eſſet deformius q̃ moleſtius, ſed illorũ palliatorũ clauis & fuſtibus proijcietur.Non.n.magnum negocium erit,ↄ̈ cõmunem peſtem velut Herculea quædã poſtulare auxilia Cynicorũ. Si aũt ſtabiliſſima gloria cum his certare libeat, (qđ philoſophãti mihi iam quidem ſed nondum ſapienti faciliore venia concedendum eſt,) quid hẽbunt, qđ poſſint refellere? Ecce.n.faciamus me atque Academicũ in illas lites philoſophorũ irruiſſe, oẽs prorſus aſſint. Exponant br̃ pro tempore ſñias ſuas. Quæratur de Carneade quid ſentiat.Dubitare ſe dicet.Itaq; illum ſinguli præferãt cæteris. Ergo oẽs omnibus,magna nimirum atq; latiſſima gloria. Quis iſtũ nolit imitari?Et ego itaq; interrogatus, idem rñdebo,par erit laus. Ea igitur gloria gaudet ſapiens,in qua illi ſtultus æquatur?Quid ſi eũ ẽt facile ſuperat?Nihilne agit pudor? Nã iſtũ Academicum iam de iudicio diſcedentẽ tenebo. Quippe auidior huiuſmodi victoriæ ſtultitia eſt Ergo eo retento,prodam iudicib. quod ignorant.Et dicã, Ego viri optimi hoc cum iſto commune habeo, quod dubitat q̃s veſtrum verum ſequatur. Sed habemus etiã proprias ſententias, de quibus peto iudicetis. Nam mihi incertum eſt quidem,quamuis audierim decreta ueſtra, ubi ſit verum. Sed ideo quòd qui ſit in uobis ſapiens ignoro. Iſte autem etiam ipſum ſapientem negat

Tullius de Academicis.

aliquid

aliquid ſcire,ne ipſam quidem,vnde ſapiens
dicitur,ſapientiam. Quis nõ videat palma il-
la cuius ſit? Nã ſi hoc aduerſarius meus dixe
rit,vincã gloria. Si aũt erubeſcẽs cõfeſſus fue
rit ſapientẽ ſcire ſapientiã,vincam ſententia.
Sed ab hoc iã litigioſo tribunali ſecedamus
in aliquẽ locum,vbi nobis nulla turba mole
ſta ſit,atq; vtinã in ipſam ſcholã Platonis,q̃
nomẽ ex eo dicitur accepiſſe, ꝙ à populo ſit
ſecreta,hic iam non de gloria, quod leue ac
puerile eſt,ſed de ipſa vita, & de aliqua ſpe
animi beati,quantũ inter nos poſſumus,diſſe-
ramus. Negant Academici ſciri aliquid poſ-
ſe.Vnde hoc vobis placuit ſtudioſiſsimi ho-
mines atq; doctiſsimi? Mouit nos, inquiunt,
definitione Zenonis.Cur quæſo? Nam ſi ve-
ra eſt,nonnihil veri nouit, qui vel ipſam no-
uit. Sin falſa,nõ debuit cõſtantiſsimos cõmo
uere. Sed videamus quid ait Zeno. Tale.ſ.vi-
ſum cõprehẽdi & percipi poſſe, quale cũ fal
ſo nõ haberet ſigna cõia. Hoccine te mouit
homo Platonice,vt oĩbus viribus ab ſpe di-
ſcẽdi ſtudioſos retraheres,vt totũ negocium
philoſophandi adiuuante quodam ẽt mentis
ingemiſcẽdo torpore deſererẽt? Sed qũo illũ
nõ permoueret,ſi & nihil tale inuenire põt,
& niſi quid tale eſt,percipi nõ põt? Hoc ſi ita
eſt,dicẽdũ potius erat non poſſe in hominẽ
cadere ſapiẽtiã,q̃ ſapientẽ neſcire cur viuat,
neſcire quemadmodũ viuat,neſcire vtrũ vi-
uat.Poſtremo quo peruerſius magiſq; delirũ
& inſanũ dici nihil põt, ſimul & ſapientem
eſſe,& ignorare ſapientiã. Quid enim eſt du
rius hominẽ non poſſe eſſe ſapientẽ,an ſapiẽ
tẽ neſcire ſapientiã? Nihil hinc diſputãdum
eſt,ſi res ipſa ita poſita ſatis nõ eſt ad dijudi-
cãdum.Sed illud forte ſi diceret,penitus ho-
mines à philoſophãdo auerterẽtur:nunc ve-
ro inducendi ſunt ſapiẽtiæ dulciſsimo ac ſan
ctiſsimo nomine,vt cum contrita ætate nihil
didicerint, poſtea te ſummis execrationibus
proſequantur, quẽ relictis ſaltẽ voluptatibus
corporis ad animi tormẽta ſunt ſecuti.Sed vi
deam⁹ ꝑ quẽ potius à philoſophia deterreã-
tur. Per eumne qui dixit,Audi amice,philo-
ſophia nõ ipſa ſapiẽtia,ſed ſtudiũ ſapiæ voca
tur,ad quam te ſi cõtuleris,non quidẽ dũ hic
viuis ſapiẽs eris:eſt.n.apud Deũ ſapiẽtia, nec
prouenire homini põt:ſed cum te tali ſtudio
ſatis exercueris atque mundaueris , aĩus tuus
ea poſt hanc vitam.i.cum homo eſſe deſieris
facile perfruetur? An ꝑ eũ q̃ dixerit, Venite
mortales ad philoſophiam,magnus hic fru- I
ctus eſt.Quid enim homini ſapiẽtia charius?
Venite igitur vt ſapientes ſitis,& ſapiẽtiã ne-
ſciatis? Non,inquit,à me ita dicetur.Hoc eſt
decipere.nã nihil aliud apud te inuenietur.
Ita ſit vt ſi hoc dixeris,fugiant tanq̃ inſanum.
Si alio modo ad hoc adduxeris, facias inſa-
nos.Sed credamus ꝑꝑ vtranq; ſentẽtiã, æque
homines nolle philoſophari. Si aliquid phi-
loſophie pernicioſum Zenonis definitio di-
cere cogebat,mi homo,idne homini dicen-
dum fuit,vnde ſe doleret, an id vnde te deri-
deret?Tñ quod Zeno definiuit, quantũ ſtulti
poſſumus diſcutiamus.Id viſum ait poſſe cõ
prehendi,quod ſi appareret, vt falſum appa-
rere nõ poſſet. Manifeſtũ eſt nihil aliud ĩ ꝑ-
ceptionẽ venire.Hoc & ego,inq̃t Archeſilas, *Archeſi-*
video,& hoc ipſo doceo nihil ꝑcipi. Nõ.n. *las.*
tale aliq̃d inueniri põt fortaſſe abs te atq; ab
aliis ſtultis.At à ſapiente,cur nõ põt? Quanq̃
& ipſi ſtulto nihil reſponderi poſſe arbitror,
ſi tibi dicat,vt illo memorabili acumine tuo
hãc ipſam Zenonis definitionem refellas, &
oſtẽdas eã ẽt falſam eſſe poſſe:q̃d ſi non po-
tueris,hanc ipſam q̃ percipias habes: ſi autẽ K
refelleris,vnde à percipiẽdo impediaris, nõ
habes.Ego eã refelli poſſe nõ video, & oĩno
veriſsimã iudico.Itaq; cum eã ſcio,q̃uis ſim
ſtultus,nonnihil ſcio.Sed fac illã cedere ver-
ſutiæ tuæ. Vtar cõplexione ſecuriſsima. Aut
n.vera eſt,aut falſa.Si uera,bene teneo:ſi fal-
ſa,põt aliquid percipi,etiã ſi habeat cõia ſi-
gna cũ falſo. Vnde, ĩquit,põt? Veriſsime igĩ
Zeno definiuit,nec ei quiſquis uel in hoc cõ
ſenſit,errauit. An paruæ laudis & ſynceritatis
definitionẽ putabimus , quæ ꝯtra eos,q̃ erãt
aduerſũ perceptionẽ multa dicturi , cũ deſi-
gnaret quale eẽt q̃d percipi poſſet ſeipsã talẽ
eſſe monſtrauit? Itaq; cõprehenſibilibus re-
bus & definitio eſt, & exẽplũ. Vtrũ ait ẽt ipſa
vera ſit neſcio.Et quia eſt probabilis,ideo ſe-
quens eam oſtendo nihil eſſe tale quale illa
expreſsit poſſe cõprehendi.Oſtendis fortaſſe
ꝑter ipſam,& vides, ut arbitror, quid ſequa-
tur.Quod ſi etiam eius incerti ſumus, nec ita
nos deſerit ſcientia . Scimus.n.aut ueram eſ-
ſe aut falſam, non igitur nihil ſcimus. Quan-
quam nunquam efficiet,ut ingratus ſim,pror
ſus ego illam definitionem ueriſsimam iu-
dico. Aut enim poſſunt percipi falſa, quod
uehe-

vehemẽtius Academici timent: & reuera ab-
ſurdũ eſt. Aut nec ea pñt, q̃ ſunt falſis ſimilia.
Vnde illa definitio vera eſt. Sed iã cætera vi-
deamus. Quanuis hæc, niſi fallor, poſsint ad
Sciri non nihil etiã in rerum natura. victoriã ſatis eſſe, non tñ fortaſſe ad victoriæ
ſatietatẽ. Duo ſunt q̃ ab Academicis dñr, ꝯ q̃
vt valemus venire inſtituimꝰ. Nihil poſſe ꝑ-
Cap. 10. cipi. Et nulli rei debere aſſentiri. De aſſentien
do mox nunc, alias pauca de perceptione di
cemus. Nihilne prorſus dicitis poſſe cõpre-
hendi? His euigilauit Carneades, nam nemo
iſtorũ minus alte q̃ ille dormiuit, & circun-
ſpexit rerũ euidẽtiã. Itaq; credo ſecum ipſe,
Carneades. vt fit, loquens. Ergone, ait, Carneades dictu-
rus es, neſcire te vtrum hõ ſis, an formica? aut
de te Chryſippus triũphauit? Dicamus eã nos
ſcire q̃ inter philoſophos inquirunt, cętera
ad nos non pertinere: vt ſi in luce titubauero
quotidiana & vulgari, ad illas imperitorum
tenebras prouocẽ, vbi ſoli quidã diuini ocu-
M li vident. Qui me ẽt ſi palpitantẽ atq; caden-
tem aſpexerint, cæcis prodere nequeant, præ
ſertim arrogantibus, & quos doceri aliquid
pudeat. Laute qdẽ ò Gręca induſtria ſuccin-
cta & parata procedis, ſed non reſpicis illã
definitionẽ & inuẽtum eſſe philoſophi, & in
veſtibulo philoſophiæ fixam atq; fundatam.
Quã ſi ſuccidere tentabis, rediet bipennis in
crura: illa.n. labefactata, non ſolũ põt aliquid
ꝑcipi, ſed ẽt id põt quod ſimillimũ falſo eſt,
ſi eã non audebis euertere. Eſt.n. latibulũ tuũ
vnde in incautos tranſire cupientes vehemẽs
erumpis atq; exilis: aliquis te Hercules in tua
ſpelunca tanq̃ ſemihominem Cacum ſuffo-
cabit, & eiuſdẽ molibus opprimet, docẽs ali-
quid eſſe in philoſophia, qđ tanq̃ ſimile fal-
ſo incertum abs te fieri non poſsit. Certe ad
alia properabã, hoc quiſquis vrget, ipſum
Carneades magna afficit ꝯtumelia, quẽ a me
veluti mortuũ putat vbicunq;, aut vndecun-
que poſſe ſuperari. Si aũt non putat, immiſe-
ricors eſt, q̃ me paſsim deſerere ꝓſidia & te-
cũ in campo certare cogit. In quẽ deſcende-
re cũ cœpiſſem, ſolo tuo noĩe territus pedẽ
retuli, & de ſuperiore loco neſcio quid iacu
latus ſum: qđ vtrũ ad te ꝑuenerit, vel qd ege-
A rit, viderint ſub quorũ examine dimicamus.
Sed quid metuo ineptus? Si bñ memini, mor
tuus es, nec iã pro ſepulchro tuo iure pugnat
Alipius, facile me ꝯ umbrã tuã Deus adiuua-
bit. Nihil ait in philoſophia poſſe ꝑcipi. Et vt
orõnem tuã large lateq; diffundas, arripis ri-
xas diſſenſioneſq; philoſophorũ, & eas tibi
ꝯ illos arma miniſtrare arbitraris. Qũo.n. in-
ter Democritũ & ſuꝑiores phyſicos de vno
mundo, & innumerabilibus litẽ diiudicabi-
mus, cũ inter ipſum hæredemq; eius Epicu-
rũ concordia manere nequiuerit? Nã iſte lu-
xurioſus cũ Atomos quaſi ancillulas ſuas .i.
corpuſcula, q̃ in tenebris lætus amplectiť, nõ
tenere viã ſuã, ſed in alienos limites paſsim
& ſponte declinare ꝑmittit, totũ patrimoniũ
ẽt ꝑ iurgia diſsipauit. Hoc vero nihil ad me
attinet. Si.n. ad ſapientiam pertinet horũ ali-
quid ſcire, id non põt latere ſapientẽ. Si autẽ
aliud quiddã eſt, ſapientiã illã ſcit ſapiẽs, iſta
contẽnit. Tñ ego qui longe adhuc abſum vel
a vicinitate ſapientis, in iſtis phyſicis non ni-
hil ſcio. Certũ.n. habeo, aut vnũ eſſe mundũ,
aut non vnũ: Et ſi non unũ, aut finiti numeri,
aut infiniti. Iſtã ſñiam Carneades falſæ eſſe ſi-
milẽ doceat. Itẽ ſcio mundũ iſtũ nr̃m, aut na
tura corporũ, aut aliqua prouidentia ſic eſſe
diſpoſitũ, eumq; aut ſemꝑ fuiſſe & fore, aut
cœpiſſe eſſe minime deſiturũ, aut ortũ ex tẽ-
pore nõ hr̃e, ſed habiturũ eſſe finẽ, aut & ma
nere cœpiſſe, & non perpetuo eſſe manſurũ:
Et innumerabilia phyſica hoc mõ noui. Ve-
ra enim ſunt iſta diſiuncta, nec ſimilitudine
aliqua falſis ea poteſt quiſquam confundere.
Sed aſſume aliquid ait Academicus. Nolo.
Nam hoc eſt dicere: Relinque quod ſcis, dic
quod neſcis? Sed pendet ſententia Melius cer
te pendet, q̃ cadit. Nẽpe plena eſt, nempe iã
poteſt, aut falſa, aut vera nominari. Hanc er-
go me ſcire dico. Tu qui nec ad philoſophiã
pertinere iſta negas, & eorum ſciri nihil poſ-
ſe aſſeris, oſtende me iſta neſcire: dic iſtas di-
ſiunctiones aut falſas eſſe, aut aliquid com-
mune habere cum falſo, per quod diſcerni
oĩno non poſſunt. Vnde, inquit, ſcis eſſe iſtũ
mundum, ſi ſenſus falluntur? Nunquam ra-
tiones veſtræ illã vim ſenſuum refellere po-
tuerunt, vt conuinceretis nobis nihil videri,
nec omnino auſi eſtis aliquando iſta tenta-
re, ſed poſſe aliud eſſe ac videtur, uehemẽter
perſuadere incubuiſtis. Ego itaq; hoc totum, C
qualecunq; eſt, quod nos continet atq; alit,
hoc inquã quod oculis meis apparet, à me-
que ſentitur habere terram & cœlum, aut
quaſi terram, & quaſi cęlũ, mundũ voco. Si
dicis nihil mihi videri, nunquã errabo. Is.n.

errat,

errat, qui quod ſibi vr̃ temere probat. Poſſe
enim falſum uideri à ſentientibus dicitis, ni-
hil uideri nũ dicitis. Prorſus.n, oĩs diſputatio
nis cã tolletur, ubi regnare uos libet, ſi non
falſum nihil ſcimus, ſed ẽt nihil nobis vr̃. Si
autẽ hoc qđ mihi uidetur negas mundũ eſſe,
de nomine controuerſiã facis, cũ id à me di-
xerim mundũ uocari. Etiã ne, inquies, ſi dor
mis, mũdus eſt iſte, quẽ uides? Iã dictum eſt,
quicquid tale mihi uidet̃, mundũ appello.
Sed ſi eũ ſolum placet mundũ uocare, qui vi
detur à uigilantibus, uel etiã à ſanis, illud cõ
tende ſi potes, eos qui domiunt ac furiũt, nõ
in mundo furere atque dormire. Quamobrẽ
hoc dico, iſtam totã corporũ molem atque
machinã in qua ſumus, ſiue dormientes, ſiue
furentes, ſiue vigilantes, ſiuẽ ſani, aut unã eſ-
ſe, aut non eſſe unã. Ediſſere qũo poſsit iſta
eſſe falſa ſententia. Si.n. dormio, fieri põt ut
nihil dixerim, aut ſi ẽt ore dormientis uerba,
ut ſolet, euaſerũt, põt fieri ut non hic, non ita
ſedens, non iſtis audientibus dixerim: Vt au-
tem hoc falſum ſit, non poteſt. Nec ego me
illud percepiſſe dico, qđ uigilem. Potes.n. di
cere, hoc mihi ẽt dormienti uideri potuiſſe,
ideoq; hoc põt eſſe falſo ſimillimũ. Si autem
unus, aut ſex mundi ſunt, ſeptẽ mundos eſſe,
quoquo mõ affectus ſim, manifeſtũ eſt: Et id
me ſcire non impudenter affirmo. Quare uel
hanc connexionẽ, uel illas ſuperius diſiũctio
nes, doce ſomno, aut furore, aut uanitate ſen
ſuum poſſe eſſe falſas, & me ſi expergefactus
iſta meminero, uictũ eſſe concedã. Credo.n.
iã ſatis liquere quæ per ſomniũ & dementiã
falſa uideantur, ea ſcilicet, quæ ad corporis
ſenſus pertinent. Nã ter terna nouẽ eſſe, &
quadratũ * & intelligibiliũ numerorũ neceſ-
ſe eſt, uel genere humano ſtertẽte, ſit uerum,
quãquã ẽt pro ipſis ſenſibus multa poſſe dici
uideo, quæ ab Academicis reprehenſa nõ in
uenimus. Credo enim ſenſus non accuſari,
uel quod imaginationes falſas furentes pa-
tiuntur, uel quod falſa in ſomnia uidemus. Si
enim uera uigilantibus atq; ſanis renuncia-
runt, nihil ad eos, quid ſibi animus dormien
tis inſanientisq; confingat. Reſtat ut quæra-
tur, utrum cum ipſi renunciant, uerũ renun-
cient. Age ſi dicat Epicureus quiſpiam, nihil
habeo quod de ſenſib. conquerar. Iniuſtũ eſt
enim ab eis exigere plus q̃ poſſunt, quicquid
autẽ poſſunt uidere oculi uerũ uident; Ergo
ne uerũ eſt, quod de remo ĩ aqua uidẽt. Pror
ſus uerũ. Nam cauſa accedente quare ita ui-
deretur, ſi demerſus unda remus recta rectus
appareret, magis oculos meos falſæ renũcia-
tionis arguerem. Non.n. uiderent quod talib.
exiſtentibus cauſis uidendũ fuit. Quid multis *De columbarũ collo. Cice.*
opus eſt? Hoc de turriũ motu hoc de pennu-
lis auium, hoc de cæteris innumerabilibus di
ci põt. Ego tñ fallor ſi aſſentiar, ait quiſpiam.
Noli plus aſſentire, q̃ ut ita tibi apparere per
ſuadeas, & nulla deceptio eſt. Non. n. uideo
qũo refellat Academicus eum qui dicit, hoc
mihi candidũ uideri ſcio, hoc auditũ meũ de E
lectari ſcio, hoc mihi iucũde olere ſcio, hoc
mihi ſapere dulciter ſcio, hoc mihi eſſe frigi
dũ ſcio. Dic potius utrũ ꝑ ſe amaræ ſint olea
ſtri frõdes, quas caper tã ꝑtinaciter appetit.
O hominẽ improbũ, Nõne eſt caper ipſe mo
deſtior? Neſcio quales pecori ſint, mihi tamẽ
amaræ ſunt. Quid q̃ris amplius? Sed eſt for-
taſſe aliquis etiã hominũ, cui non ſint amara.
Tendis.n. in moleſtiã? Nunquid nã ego ama-
ras eſſe oĩbus hoĩbus dixi: Mihi dixi, & hoc
non ſp̃ affirmo. Quid ſi.n. alias alia cã, nunc
dulce quippiã, nũc amarũ in ore ſentiat̃? Il-
lud dico, poſſe hominẽ cũ aliq̃d guſtat, bo-
na fide iurare ſe ſcire palato ſuo illud ſuaue
eſſẽ, uel ꝯ̈, nec ulla calũnia Græca ab iſta ſciẽ
tiã poſſe deduci. Quis.n. tã impudens ſit, qui
mihi cum delectatione aliq̃d liguriẽti dicat,
Fortaſſe non guſtas, ſed hoc ſomniũ eſt? Nũ-
quidnã reſiſto? Sed me tñ illud in ſomnis ẽt
delectaret. Quare illud qđ me ſcire dixi, nul-
la cõfundit ſimilitudo falſorũ. Et Epicureus
uel Cyrenaici, & alia multa fortaſſe ꝓ ſenſi-
bus dicent, ꝯ̈ quæ nihil dictũ eſſe ab Acade-
micis accepi. Sed q̃d ad me? Si uolũt iſta, &
ſi poſſunt (etiã me fauente) reſcindant. Quic
quid.n. contra ſenſus ab eis diſputat̃, non ꝯ̈
oẽs philoſophos ualet. Sunt. n. qui iſta om-
nia quæ corporis ſenſu accipit animus opi- G
nionem poſſe gignere confitentur, ſcientiam
uero negant. Quam tamen uolunt intelligen
tia contineri, remotamq; a ſenſibus in men-
te uiuere. Et forte in eorum numero eſt ſa-
piens ille quẽ q̃rimus. Sed de hoc alias. Nũc *Rõnes de ſomniis refellit.*
ad reliqua ꝑgamus quæ ꝓpter iſta quæ iam
dicta ſunt, paucis (niſi fallor) explicabimus.
Quid enim de moribus inquirentem, uel iu- *Cap. 12.*
uat uel impedit corporis ſenſus? Niſi ue-
ro illos ipſos, qui ſummum hominis uerum
bonum

bonum in voluptate posuere, nihil impedit
aut columbæ collũ, aut vox incerta, aut gra-
ue pondus hoĩ qđ camelis leue est, aut alia
sexcenta, quo minus dicãt eo quo delectari
se scire, uel eo quo offendunť offendi, qđ re-
2. Retra- felli posse nõ uideo. Eum commouebant q
tra. ca. 1. finẽ boni mente complectiť. Quid horũ tu
eligis? Siquid mihi videatur, quæris, in mẽte
arbitror esse summum hominis bonum. Sed
nunc de scientia quærimus. Ergo intergo sa-
pientẽ, qui non potest ignorare sapientiam,
mihi tñ tardo illi atq; stulto licet interim sci-
H re boni humani finẽ, in quo inhabitet beata
vita, aut nullũ esse, aut in animo esse, aut in
corpore, aut in vtroq;. Hoc me, si potes, ne-
scire conuince, quod notissimæ illæ vestræ
rationes nullo mõ faciunt. Quod si non põt,
non enim reperies cui falso simile sit, egone
concludere dubitabo, recte mihi uideri scire
sapientem quicquid in philosophia verũ est,
cum ego inde tam multa uera cognouerim?
Sed metuit fortasse ne summum bonũ eligat
dormiens. Nihil periculi est, cum euigilabit,
repudiabit si displicet, tenebit, si placet. Quis
enim eum recte uituperabit, qui falsum vidit
in somnis? Aut fortasse illud formidabis, ne
dormiens amittat sapientiam, si pro ueris fal
sa probauerit? Hoc iã ne dormiens quidem
audet somniare, ut sapientẽ uigilantẽ uocet,
neget si dormiat. Hæc ẽt de furore dici pñt.
Sed in alia festinat oratio. Hęc tñ sine ↄclusio
ne securissima nõ relinquo. Aut.n. amittitur
furore sapientia, & iã non erit sapiẽs, quẽ ue
rũ ignorare clamatis, aut scientia eius manet
in intellectu, ẽt si pars animi cætera id quod
accepit à sensibus uelut in somnis imagineť.
Multa p- Restat dialectica, quã certe sapiens bene no-
cipi docet uit, nec falsum scire quisquã potest. Si vero
dialecti- eã nescit, nõ pertinet ad sapientiã eius cogni
ca. tio, sine qua esse sapiens potuit, & superfluo
Cap. 13. utrum uera sit, positiue percipi q̃rimus. Hic
I fortasse aliquis mihi dicat: Soles prodere tu
stulte qđ noueris. An de dialectica nihil scire
potuisti? Ego uero plura q̃ de quauis parte
philosophię. Nã primo oẽs illas propositio-
nes quibus supra usus sum, ueras esse ista me
docuit. Deinde per istam noui alia multa ue
ra. Sed quam multa sint, numerate si pote-
stis. Si quatuor in mundo elementa sunt, non
sunt quinque. Si sol unus est, non sunt duo.
Nõ potest una anima & mori & esse immor
talis. Non põt hõ simul & beatus & miser es-
se. Non hic & sol lucet, & nox est. Aut uigila
mus nũc, aut dormimus: aut corpus est, quod
mihi uidere uideor, aut nõ est corpus. Hæc
& alia multa, q̃ commemorare longissimum
est, per istã didici uera esse, quoquo mõ sese
habeãt sensus nostri in se. Ipsa uero docuit
me, si cuius eorũ q̃ p cõnexionẽ mõ propo-
sui pars antecedens assumpta fuerit, trahere
necessario id qđ annexũ est. Ea uero q̃ p re-
pugnantiã, uel disiunctionẽ à me sunt enun-
ciata, hanc habere naturã, ut cũ auferunť cæ-
tera, siue unũ, siue plura sint, restat aliqđ, qđ
eorũ ablationẽ firmeť. Docuit ẽt me, cũ de
re cõstat, pp quã uerba dicunt, de uerbis non
debere contẽdi. Et quisquis id faciat, si impe
ritia faciat, docendũ esse, si malitia, deserẽdũ.
Si doceri nõ põt monendũ ut aliqd aliud po
tius agat, q̃ tps in superfluis operamq; con-
sumat, si non obtẽperat, negligendũ. De ca-
ptiosis aũt atq; fallacib. ratiunculis breue p̃-
ceptũ est, si male concedendo inferuntur, ad
ea q̃ cõcessa sunt esse redeundũ. Si uerũ fal-
sumq; in una cõclusione cõfligũt, accipiẽdũ
inde quod intelligitur, quod explicari nõ po
test, relinquendum. Si autem modus in ali-
quibus rebus latet penitus hominem, scien-
tiam eius non esse quærendam. Hęc quidem
habeo à dialectica, & alia multa quæ cõmẽ-
morare non est necesse. Neq; enim debeo in
gratus existere. Verum ille sapiens aut hæc
negligit, aut si profecto dialectica ipsa scien-
tia ueritatis est, sic illam nouit, ut istorum
mendacissimam calumniam, si uerum est, si
falsum est, uerum est, contemnendo, & non
miserando enecet. Hæc de perceptione sa-
tis esse propterea puto, quia de assentiendo
cũ dicere cœpero, tota ibi rursum causa uer
sabitur. Iam ergo ad eam partẽ ueniamus in
qua dubitare adhuc videtur Alipius. Et pri-
mo idipsum perspiciamus quale sit, quod te
acutissime atq; cautissime mouet. Nam si
tot tantisque rationibus roboratam (hoc.n.
dixisti) Academicorum sententiam, quæ
eis placuit, nihil scire sapientem, hoc tuum
labefactat inuentum quo cogimur confiteri
multo esse probabilius sapientem scire sapiẽ
tiam, magis est assensio cohibẽda. Hoc enim
ipso ostenditur nihil quamlibet copiosissi-
mis subtilissimisq; argumentis posse suade-
ri, cui non ex parte contraria, si assit inge-

nium

nium,non minus acriter, uel fortaſſe acrius reſiſtatur.Eo ſit,ut cũ ſit uictus Academicus, vicerit.O utinã uincat̃,nũquã efficiet quauis arte Pelaſga,ut ſimul à me uict⁹ uictorq; diſcedat.Certe nihil aliud inueniat̃, qđ aduerſum iſta dici poſsit,& ultro me uictũ eſſe,ꝓfitear.Nõ.n.de gloria cõparãda,ſed de inueniẽda ueritate tractamus. Mihi ſatis eſt quoquo mõ molẽ iſtã tranſcendere, q̃ intrantib. ad philoſophũ ſeſe opponit, & neſcio quib. receptaculis tenebras tegens talẽ eſſe philoſophiã totã minatur, nihilq; in ea lucis inuẽtũ iri ſperare ꝑmittit.Quid aũt amplius deſiderẽ,nihil habeo, ſi iã probabile eſt, nonnihil ſcire ſapientẽ.Nõ.n.alia cã ueriſimile uidebatur eũ aſſenſionẽ ſuſtinere debere,niſi ꝗa erat ueriſimile nihil poſſe cõprehendi. Quo ſublato,ꝑcipit.n.ſapiẽs,uel ipſam vt iam cõceditur ſapientiã, nulla iã cã remanebit cur non aſſentiat̃ ſapiens uel ipſi ſapientiæ.Eſt.n. ſine dubitatione mõſtruoſius, ſapientẽ nõ approbare ſapientiã, q̃ ſapiẽtẽ neſcire ſapiẽtiã. Nã quæſo, paululum quaſi ante oculos tale ſpectaculum cõſtituamus ſi poſſumus,rixã quandã ſapientis,& ſapientiæ. Quid aliud dicit ſapientia,q̃ ſe eſſe ſapientiã?At cõtra iſte: Non credo,inquit. Quis ait ſapiẽtiæ, nõ credo te eſſe ſapientiã?Quis niſi is cũ quo illa loq̃ potuit,& in quo habitare dignata eſt. ſ.ſapiens. Ite nunc & me quærite qui cũ Academicis pugnẽ,habetis iã nouũ certamẽ,ſapiẽs & ſapientia ſecum pugnant. Sapiens nõ uult conſentire ſapientiæ,ego uobiſcũ ſecurus expecto.Quis.n.non credat inuictam eſſe ſapientiam? Tamen nos aliqua cõplexione muniamus. Aut enim in hoc certamine Academicus uincet ſapientiam,& à me uincetur,quia non erit ſapiens, aut ab ea ſuperabitur, & ſapientem ſepientiæ cõſentire docebimus. Aut

A

igitur ſapiens Academicus non eſt, aut nonnulli rei ſapiens aſſentietur, niſi forte quẽ dicere puduit ſapientem neſcire ſapientiam,ſapientem non conſentire ſapientiæ dicere nõ pudebit.At ſi iam ueriſimile eſt cadere in ſapientẽ, uel ipſius ſapientiæ perceptionẽ, & nulla cauſa eſt,cur non ei quod non põt percipi aſſentiatur,uideo quod uolebã eſſe ueriſimile, ſapientem.ſ.aſſenſurum eſſe ſapientiæ.Si quæres ubi inueniat ipſam ſapientiã,reſpondebo in ſemetipſo.Si dicis eum neſcire quod habeat,redis ad illud abſurdũ, ſapiẽtẽ neſcire ſapientiã. Si ſapientem ipſum negas poſſe inueniri,non iã cum Academicis, ſed te cũ quiſquis hoc ſentis ſermone alio diſſeremus.Illi.n.cum hæc diſputant, de ſapiente profecto diſputant.Clamat Cicero, ſeipſum magnũ eſſe opinatorẽ,ſed de ſapiente ſe q̃rere.

Cicero in Hortẽſio.

Quod ſi adhuc uos adoleſcentes ignotum habetis, Certe in Hortenſio legiſtis. Si igitur nec certi eſt quicquã, nec opinari ſapientis eſt,nihil unquã ſapiens approbabit,unde manifeſtũ eſt, eos de ſapiente illis ſuis diſputationib.contra quas nitimur,quærere.Ergo ar-

B

bitror ego ſapienti certã eſſe ſapientiã, ideſt ſapientẽ percipiſſe ſapientiam. Et ob hoc eũ non opinari cum aſſentitur ſapientiæ. Aſſentitur.n.ei rei, quã ſi non percepiſſet, ſapiens non eſſet.Nec iſti quenquã non debere aſſentiri,niſi rebus q̃ nõ poſſunt percipi, affirmãt. Non aũt ſapiẽtia nihil eſt. Cũ igit̃ & ſcit ſapiẽtiã, & aſſentitur ſapiẽtiæ, neq; nihil ſcit, neq; nulli rei ſapiens aſſentitur, ꝗd amplius uultis?An de illo errore aliꝗd q̃rimus,quẽ dicunt penitus euitari,ſi in nullã rẽ animũ declinet aſſenſio?Errat.n.inquiunt, qſquis non ſolũ rẽ falſam,ſed etiã dubiã, quãuis uera ſit, approbat.Nihil aũt quod dubium non ſit inuenio.At inuenit ſapiẽs,ut dicebamus,ipſam ſapientiam. Sed hinc iam uultis fortaſſe me diſcedere. Non ſunt facile ſcuriſsima relinquenda, cum uerſutiſsimis hoĩbus agimus, morem tñ uobis geram.Sed quid hic dicam? quid, quidnã? illud nimirum uetus dicendũ eſt, ubi & ipſi habent quod dicant.

Minus errat aſſentiens, quã ſuſpendẽs ſententiã. Cap. 15.

Quid.n. faciam, quem de caſtris meis foras truditis, num implorabo auxilia doctiorũ, cum quibus ſi ſuperare nequeo, minus pudebit fortaſſe ſuperari?

C

Iaciam igitur quibus uribus poſſum fumoſum quidẽ iam, & ſcabrũ, ſed niſi fallor, ualidiſsimũ telum. Qui nihil approbat,nihil agit. O hominem ruſticum. Et ubi eſt ꝓbabile? Vbi eſt ueriſimile? Hoc uolebatis: Audiſtisne ut ſonant ſcuta Græcanica? Exceptum eſt enim quod robuſtiſsimum quidẽ. Sed qua manu iaculati ſumus? Et nihil mihi potẽtius iſti mei ſuggerunt, nec aliquid,ut uideo,uulneris fecimus. Conuertam me ad ea q̃ uilla, & ager miniſtrat, onerant me potius maiora, q̃ præparant: Nam cum ocioſus diu cogitaſſem in iſto rure quonammodo poſsit iſtuc probabile ac ueriſimile actus nr̃os ab errore defendere, primo uiſum

eſt mihi, vt ſolet videri cum iſta vendebã belle tectũ & munitum. Deinde ubi totũ cautius circũſpexi, viſus ſum mihi vidiſſe vnũ aditũ quà in ſecuros error irrueret. Nõ.n.ſolũ puto eũ errare, ꝙ falſam vitã ſequitur, ſed ẽt eũ ꝙ ueram non ſequitur. Faciamus.n.duos uiatores ad unũ locũ tendentes, quorũ alter inſtituerit nulli credere, alter nimis credulus. Ventum eſt ad aliqđ biuiũ, hic ille credulus paſtori ꝙ aderat, uel cuipiã ruſticano, ſalue

D frugi hõ: Dic quæſo quà bene in illum locũ pergatur? Rñdetur: Si hac ibis, nihil errabis. Et ille ad comitẽ: Verũ dicit, hac eamus. Ridet vir cautiſsimus, & tã cito aſſenſum facetiſsime illudit, atq; interea ille deſcendẽte in biuio figiť: Et iã incipit videri turpe ceſſare, cũ ecce ex alio viæ cornu lautus quidã & urbanus equo inſidens eminet, & propinquare occipit: Gratulatur iſte aduenienti, & ſãlutato indicat propoſitũ, q̃rit viã, dicit ẽt remãſionis ſuæ cauſam, quo beneuolentiorẽ reddat, paſtori eũ p̃ferẽs. Ille aũt caſu planus erat de ijs quos Sarmadacos iã vulgus vocat.

πλάνος ἱπόστερ. Tenuit ſuũ morem hõ peſsimus ẽt gratis: Hac ꝑge ait, nam ego inde venio. Decepit, atque abijt. Sed qñ iſte deciperetur? Nõ.n.monſtrationẽ iſtã tanq̃ uerã, inquit, approbo, ſed ꝗa eſt uериſimilis. Et hic ocioſum eſſe, nec honeſtũ, nec utile eſt, hac eã. Interea ille ꝗa aſſentiendo iã errauit, tã cito exiſtimans uera eſſe uerba paſtoris, in loco illo quo tẽdebat iã ſe reficiebat, iſte aũt non errans, ſiquidẽ probabile ſequiť, circumit ſyluas neſcio quas, nec iã cui locus ille notus ſit, ad quẽ uenire propoſuerat. inuenit. Vere uobis dicã, cum iſta cogitarẽ riſum tenere nõ potui, fieri per Aca

E demicorũ uerba neſcio q̃uo, ut erret ille qui uerã uiã uel caſu tenet, ille aũt ꝙ ꝑ auios mõtes ꝓbabiliter ductus eſt, nec petitã regionẽ inuenit, non uideatur errare. Vt. n. temerariam conſenſionem iure condemnẽ, facilius ambo errant, q̃ iſte non errat. Hinc iam aduerſum iſta uerba uigilantior, ipſa facta hominum & mores conſiderare cœpi. Tũ uero tam multa mihi & tam capitalia in iſtos uenerunt in mentem, ut iam non riderem, ſed partim ſtomacharer, partem dolerem hoĩes doctiſsimos, & acutiſsimos in tanta ſcelera

Facere ꝙ uidetur probabile. ſententiarum & flagitia deuolutos. Certe. n. non fortaſſe omnis qui errat, peccat, omnis tñ qui peccat, aut errare conceditur, aut aliquid peius. Quid ſi ergo aliquis adoleſcentiũ cũ hos audierit, dicẽtes: Turpe eſt errare, & iõ nulli rei conſentire debemus: Sed tñ cum agit quiſq; qđ ei uideť ꝓbabile, nec peccat, nec errat. Illud tñ meminerit, ꝗcquid occurrit, uel animo, uel ſenſib. non pro uero eſſe approbandũ. Id igiť audiens adoleſcens, inſidiabiť pudicitiæ uxoris alienigenæ. Te te cõſulo Mace Tulli, de adoleſcẽtiũ morib. vitaque tractamus, cui educandæ atq; inſtituendæ oẽs illæ literæ tuæ vigilauerũt. Quid aliud dicturus es, q̃ non tibi eſſe probabile, ut id faciat adoleſcens? At illi probabile eſt. Nã ſi ex alieno probabili uiuimus, nec tu debuiſti adminiſtrare rẽpublicã, ꝗa Epicuro viſum eſt nõ eſſe faciendũ. Adulterabit igiť ille iuuenis cõiugẽ alienã. Qui deprehẽſus ſi fuerit, ubi te inueniet a quo defendať, quanq̃ ẽt ſi inueniat, ꝗd dicturus es? Negabis profecto. Quid ſi tã clarũ eſt, ut fruſtra inficiere? Perſuadebis nimirũ tanq̃ in cumano gymnaſio atq; adeo Neapolitano, nihil eũ peccaſſe, immo ẽt nec erraſſe ꝗdẽ. Non.n.faciendũ eſſe adulteriũ pro uero ſibi perſuaſit, probabile ſibi occurrit, ſecutus eſt, fecit, aut fortaſſe nõ fecit, ſed feciſſe ſibi uiſus eſt. Iſte aũt maritus hõ fatuus, ꝑturbat oĩa litibus, pro uxoris caſtitate proclamans, cũ qua forte nũc dormit, & neſcit. Hoc illi iudices ſi intellexerint, aut negligẽt Academicos, & tanquã crimen ueriſsimũ puniẽt, aut eiſdẽ obtẽperantes, ueriſimiliter hominẽ probabiliterq; dãnabunt, ut iã quid agat iſte patronus prorſus ignoret. Cui. n. ſucenſeat nõ habebit, cũ oẽs ſe nihil erraſſe dicant, qñ non aſſentientes id qđ uiſum eſt, probabile fecerint. Ponet igiť ꝑſonã patroni, & philoſophi cõſolatoris ſuſcipiet, ita facile adoleſcenti, ꝗa iã tantũ in Academia ꝓfecerit perſuadebit, ut ſe tanquam in ſomnis putet eſſe dãnatum. Sed uos me iocari arbitramini: Libet deierare per oẽ diuinũ, neſcire me prorſus quomodo iſte peccauerit ſi quiſquis id egerit quod probabile videtur, non peccat, niſi forte in totum aliud eſſe errare, aliud peccare, ſeq; illis p̃ceptis egiſſe ne erremus, peccare autem nihil magnum eſſe dixiſſe. Taceo de homicidiis, parricidijs, ſacrilegiis, omnibuſque, quæ fieri aut cogitari poſſunt flagitiijs, aut facinoribus, quæ paucis uerbis, & quod eſt grauius, apud ſapientiſsimus iudices, defenduntur. Nihil

consen-

consensi, & ideo non erraui. Qũo aũt non fa
cerem, qđ probabile visum est? Qui aũt non
putant ista probabiliter posse persuaderi, le-
gant orõnẽ Catilinæ, qua patriæ parricidiũ,
quo vno continent oĩa scelera, ꝑsuasit. Iam
illud quis non ridet? Ipsi dñt nihil se in agen
do seq̃ nisi probabile, & q̃runt magnopere
veritatẽ, cum eis sit probabile non posse in-
ueniri. O mirũ monstrũ. Sed hoc omittam⁹,
minus id ad nos, minus ad vitæ nostræ discri
men, minus ad fortunarũ periculum ꝑtinet.
Illud est capitale, illud formidolosum, illud
optimo cuiq; metuendũ, qđ nefas oẽ, si hęc
rõ probabilis erit, cũ ꝓbabile cuiquã visum
fuerit esse faciendũ, tm̃ nulli quasi vero assen
tiat, non solũ sine sceleris, sed ẽt sine erroris
vituperatione cõmittat. Quid ergo? Hoc illi
non viderunt: Immo fortissime prudentissi-
meq; viderunt, nec mihi vllo pacto tm̃ arro-
gauerim, vt Marcũ Tulliũ aliqua ex parte se-
quar industria, vigilantia, ingenio, doctrina:
cui tñ asserenti, nihil scire posse hoĩem, qui
hoc solũ diceret, scio ita videri mihi, vnde id
refelleret, non hr̃et. Quid igit̃ placuit tantis
viris perpetuis, & pertinacibus contentioni-
bus agere, ne in quenquã cadere veri scientia
videret̃? Audite iam paulo attentius, non q̃d
sciam, sed quid existimẽ: Hoc.n.ad vltimum
reseruabam, vt explicarem, si possem quale
mihi videatur esse totum Academicorũ con
silium. Plato vir sapientissimus & eruditissi-
mus tꝑum suorum, qui & ita locutus est, vt
quæcunq; diceret, magna fierent, & ea locu-
I tus est, vt q̃uocunque diceret, parua non fie-
rent, dr̃ post mortẽ Socratis magistri sui, quẽ
singulariter dilexerat, à Pythagoreis ẽt multa
didicisse. Pythagoras aũt Gręca philosophia
non cõtentus, q̃ tunc aut penè nulla erat, aut
certe occultissima, postq̃ commotus Phere-
cydæ cuiusdã Syri disputationibus, immorta
lem esse animũ credidit, multos sapientes ẽt
longe lateque peregrinatus audierat. Igitur
Plato adijciens lepori subtilitatique Socrati-
cę quam in moralibus habuit, naturaliũ diui
narumq; rerũ peritiã, q̃ ab eis quos memora
ui diligenter acceperat, subiungensque quasi
formatricem illarũ partiũ iudicemq; diale-
cticam, q̃ aut ipsa esset, aut sine qua sapientia
omnino esse non posset, perfectam dr̃ com-
posuisse philosophiæ disciplinã, de qua nũc
differere tempus non est. Sat est.n.ad id quod
volo, Platonẽ sensisse duos esse mundos, vnũ
intelligibilem, in quo ipsa veritas habitaret, *Opinio Platonis ponẽs duos mũndos.*
istũ autẽ sensibilẽ, quẽ manifestũ est nos visu
tactuq; sentire. Itaq; illũ verũ, hunc verisimi
lẽ, & ad illi⁹ imaginẽ factũ. Et iõ de illo in ea
q̃ se cognosceret aĩa velut expoliri & quasi
serenari veritatẽ: de hoc aũt ĩ stultorũ aĩs nõ
sciam, sed opinionẽ posse gñari. Quicq̃d tñ K
ageretur in hoc mundo, ꝑ eas virtutes, quas *1. Retra. Cap. 1.*
ciuiles vocabat, aliarũ verarũ virtutũ similes,
q̃ nisi paucis sapientibus ignotæ essent, non
posse nisi verisimile noĩari. Hęc & alia hmõi
mihi vñr inter successores eius quantũ pote-
rant esse seruata, & pro mysteriis custodita.
Non.n.aut facile ista percipiuntur, nisi ab eis
qui se ab oĩbus vitiis mundantes, in aliã quã-
dam plusquã humanã cõsuetudinẽ vendica-
uerint, aut non grauiter peccat quisquis ea
sciens quoslibet hoĩes docere voluerit. Itaq;
Zenonem principẽ Stoicorũ, cũ iã quibusdã *Opinio Zenonis de Deo, anima et mundo.*
auditis & creditis, in scholã relictam a Plato
ne venisset, q̃ tunc Polemo retinebat, suspe-
ctũ habitũ suspicor, nec talem visum nec Pla
tonica illa velut sacrosancta decreta facile
ꝓdi committiq; deberent, priusquã didicis-
set ea, q̃ in illam scholã ab aliis accepta detu
lerat. Moritur Polemo, succedit ei Archesi-
las Zenonis quidem condiscipulus, sed sub
Polemonis magisterio. Quamobrem cum
Zeno sua quadam de mundo, & maxime de
anima, propter quam vera philosophia vigi
lat, sentẽtia delectaret̃, dicẽs eam esse morta-
lẽ, nec quidquam esse præter hunc sensibilẽ
mundum, nihilque in eo agi, nisi corpore: L
nam & Deum ipsum ignem putabat: pruden
tissime atq; vtilissime mihi videtur Arche-
sias, cum illud late serperet malũ occultasse
penitus Academiæ sententiã, & quasi aurum
inueniendum quandoque posteris obruisse.
Quare cum in falsas opiniones ruere turba
sit pronior, & consuetudine corporum om-
nia esse corporea facillime, sed noxie creda-
tur, instituit uir acutissimus, atque humanis-
simus dedocere potius, quos patiebat̃ male
doctos, q̃ docere, quos dociles nõ arbitraba
tur. Inde illa omnia nata sunt, quæ nouæ Aca
demiæ tribuuntur, quia eorum necessitatem
veteres nõ habebant. Quod si Zeno exper-
ge factus esset aliqñ, & vidisset, neq; quidquã
comprehendi posse, nisi quale ipse definie-
bat, neque tale aliquid in corporibus posse

inueniri, quibus ille tribuebat omnia, olim
prorsus hoc genus disputationum, quod ma
gna necessitate flagrauerat, fuisset extinctum.
Sed Zeno imagine constantiæ deceptus, vt
M ipsis Academicis videbat, nec mihi et nō vr̄,
pertinax fuit, fidesq; illa corporum pernitio
sa quoquo mō potuit peruixit in Chrysippū,
qui ei q̄ maxime poterat, magnas vires latius
se diffundendi dabat, nisi ex illa parte Car-
neades acrior & vigilantior superioribus cæ
teris ita restitisset, vt mirer illā opinionē ali-
quid ēt postea valuisse. Namq; Carneades pri
mo illā uelut calumniandi impudentiā, qua
uidebat Archesilā nō mediocriter infamatū,
deposuit, ne ꝯ oīa velle dicere quasi ostenta-
tionis cā videretur: Sed ipsos ꝓprie sibi Stoi-
cos, atq; Chrysippū euellendos euertēdosq;
Qūo pro- proposuit. Deinde cū vndique premeretur,
babile in- si nulli rei esset assensus, nihil acturū esse sa-
ductū ab pientem. O hominem mirū, atq; adeo nō mi
Academi rū: ab ipsis.n. Platonis fontibus ꝓfluebat. Attē
cis. c. 18. dit sapienter quales illi actiones probarent,
1. Retra. easq; nescio quarū verarū similes videns, id
Cap. 1. quod in hoc mundo ad agendū sequeret̄, ve-
risimile nominauit. Cui.n. esset simile, & pe-
rite norat, & prudenter tegebat, idq; ēt pro-
babile appellabat. Probat enim bene imagi-
A nem, quisquis eius intuetur exēplum. Quo-
modo enim approbat sapiens, aut quomodo
simile sequitur veri, cum ipsum verum quid
sit ignoret? Ergo illi norant, & approbabant
falsa, in quibus imitationem laudabilem rerū
verarum animaduertebant. Sed quia hoc tan
quam prophanis, nec fas nec facile erat ostē-
dere, reliquerunt, posteris, & quibus illo tem
pore potuerunt signum quoddam sententiæ
suæ. Illos aūt bene dialecticos de verbis mo-
uere q̄ōnem insultantes irridentesque prohi-
bebant. Ob hoc dicitur Carneades ēt tertiæ
Academiæ princeps atq; author fuisse. Dein-
de in nostrum Tullium conflictio ista dura-
uit, iam planè saucia, & vltimo spiritu Lati-
nas literas inflatura. Nam nihil mihi videtur
Antiochꝰ inflatius, q̄ tam multa copiosissime atque or-
ascholoni- natissime dicere non ita sentientem. Quibus
ta ex uete tamen ventis fœneus ille Platonicus Antio-
re acade- chus satis, vt mihi videtur, dissipatus atq; di-
mia Fœ- spersus est. Nā Epicureorū greges in animis
neū vocat delitiosorū populorū aprica stabula posue-
quod ni- runt. Quippe Antiochus Philonis auditor ho
hil hēat minis quantū arbitror circunspectissimi, qui
solidi.
iam veluti aperire cedentibus hostibus por-
tas cęperat, & ad Platonis authoritatē Acade
miam legesque reuocare: quanquam & Me-
trodorus id antea facere tentauerat, qui pri-
mus dr̄ esse confessus, non de recto * placuis-
se Academicis nihil posse cōprehendi, sed ne
cessario ꝯ Stoicos hmōi eos arma sumpsisse.
Igitur Antiochus, vt institueram dicere, audi
tis Philone Academico, & Mnesarcho Stoi-
co, in Academiā veterem quasi vacuam de-
fensoribus, & quasi nullo hoste securam, ve-
lut adiutor, & cuius irrepserat, nescio quid
inferens mali de Stoicorum cineribus, quod
Platonis adyta violaret. Sed huic arreptis ite-
rum illis armis & Philon restitit donec mo-
reretur, & omnes eius reliquias Tullius no-
ster oppressit, se uiuo impatiens labefactari,
vel contaminari quicquid amauisset. Adeo
post illa tempora non longo interuallo om-
ni peruicacia pertinaciaq; demortua, osque
illud Platonis quod in philosophia purgatis-
simum & lucidissimum, dimotis nubibus er-
roris emicuit, maxime in Plotino, qui plato-
nicus philosophus ita eius similis iudicatus
est, vt simul eos vixisse, tm̄ autem interesse tē
poris, vt in hoc ille reuixisse putandus sit. Ita-
que nunc philosophos non ferè videmus, ni-
si aut Cynicos, aut Peripateticos, aut Platoni
cos. Et Cynicos quidem, quia eos vitæ quæ-
dam delectat libertas, atque licentia. Quod
autem ad eruditionem, doctrinamq; attinet,
& mores quibus consulitur animæ, quia nō
defuerunt acutissimi, & solertissimi viri, qui
docerēt disputationibus suis Aristotelem ac
Platonem ita sibi cōcinnere, vt imperitis mi-
nusque attentis dissentire videantur, multis
quidem seculis multisque contentionibus,
sed tamen eliquata est, vt opinor, vna verissi-
mæ philosophiæ disciplina. Non enim est
ista huius mundi philosophia, quam sacro
nostra meritissime detestantur, sed alterius
intelligibilis: cui animas multi formibus er-
roris tenebris cæcatas, & altissimis a corpore
sordibus oblitas, nunquam ista ratio subtilis-
sima reuocaret, nisi summus Deus populari
quadam clementia diuini intellectus authori
tatem vsque ad ipsum corpus humanum de-
clinaret, atque submitteret, cuius non solum
præceptis, sed ēt factis excitatæ aīæ redire in
semetipsas, & resipiscere patriam, etiam si-
ne disputationum concertatione potuissent.

Hoc

Hoc mihi de Academicis interim probabiliter, vt potui perſuaſi. Quod ſi falſum eſt, nihil ad me, cui ſatis eſt iam non arbitrari nõ poſſe ab homine inueniri veritatem. Quiſqs autem putat hoc ſenſiſſe Academicos, ipſum Ciceronem audiat. Ait enim illis morẽ fuiſſe occultandi ſententiam ſuam, nec eam cuiquam, niſi qui ſecum ad ſenectutem vſque vixiſſent, aperire conſueuiſſe. Quæ ſit aũt iſta, Deus viderit, eam tñ arbitror Platonis fuiſſe. Sed vt breuiter accipiatis omne propoſitũ meum, quoquo modo ſe habet humana ſapientia, eam me video nondum percepiſſe. Sed cum triceſimum, & tertium ætatis annũ agam, non me arbitror deſperare debere eã me quandoq; adepturum. Contemptis tamẽ cæteris omnibus, quæ bona mortales putant, huic inueſtigandę inſeruire propoſui. A quo me negocio quoniam rationes Academicorum non leuiter deterrebãt, ſatis, vt arbitror, ꝯ eas iſta diſputatione muniti ſumus. Nulli autem dubium eſt gemino pondere nos impelli ad diſcedum, authoritatis atq; rationis. Mihi autem certum eſt nuſquam prorſus à Chriſti authoritate diſcedere. Nõ.n.reperio valentiorem. Quod autem ſubtiliſſima ratione perſequẽdum eſt, ita.n. iam ſum affectus, vt quid ſit verum non credendo ſolum, ſed etiam intelligendo apprehendere impatiẽter deſyderem, apud Platonicos me interim qđ ſacris literis non repugnat reperturum eſſe confido. Hic poſtquam ſermonis finem me feciſſe aſpexerunt, quanquam iam erat nox, & aliquid etiam lucerna illata ſcriptum erat, tamen illi adoleſcentes intentiſſime expectabant, vtrum Alipius vel alio die ſe reſponſurum eſſe promitteret. Tum ille: Nihil mihi aliquando, inquit, tam ex ſententia prouenisſe affirmare paratus ſum, q̃ quod hodierna diſputatione diſcedo ſuperatus, nec iſtam meam tantum puto debere eſſe lætitiã. Communicabo ergo eam vobiſcum concertatores mei vel iudices noſtri. Quandoquidem F iſto ſe pacto à ſuis poſteris vinci, ipſi etiam fortaſſe Academici optarunt. Quid enim vobis hoc ſermonis lepore iucundius, quid ſententiarum grauitate perpenſius, quid beneuolentia promptius, quid doctrina peritius videri aut exhiberi poſſet? Prorſus nequaquam digne admirari poſſum, ꝙ tam facete aſpera, tam fortiter deſperata, tam moderate conuicta, tam dilucide obſcura tractata ſunt. Quare iam ſocij mei expect[illegible] veſtrã, qua me ad rñdendũ prouoc[illegible]rtiore ſpe mecum ad diſcendum conuertite. Habemus ducem qui nos in ipſa veritatis arcana Deo iã monſtrante perducat. Hic ego, cum illi puerili quodam ſtudio, ꝙ Alipius rñſurus non videbatur, quaſi fraudatos vultu ſe oſtenderent, inuidetis, inquam arridens, * plauſibus meis. Sed quoniam de Alipij conſtantia iam ſecurus, nihil eum timeo, vt vos quoq; mihi gratias agatis, inſtruo vos aduerſus illum, q tantum intentionem veſtræ expectationis offendit. Legite Academicos, & cum ibi victorem (quid.n.facilius) iſtarum nugarum Ciceronis inueneritis, cogatur iſte a uobis hunc noſtrum ſermonem contra illa inuicta defendere. Hanc tibi Alipi duram mercedem pro mea falſa laude reſtituo. Hic cum arriſiſſent, finem tantæ conflictationis vtrum firmiſſimum neſcio, modeſtius tamẽ & citius quàm ſperaueram fecimus.

laudibus. — *1. Retra. cap. 1.*

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI de Ordine G

Liber primus.



Rdinem rerum Zenobi conſequi ac tenere cuique propriũ, tũ vero vniuerſitatis quo coercetur ac regitur hic mundus, vel videre vel pandere difficillimum hominibus atq; rariſſimum eſt. Huc accedit, ꝙ etiam ſiquis hæc poſſit, non aliud quoque valet efficere, vt dignum auditorem tam diuinis obſcuriſque rebus, vel vitæ merito, vel habitu quodã eruditionis inueniat. Nec tamen quicquam eſt, quod magis auide expectant quæq; optima ingenia, magiſque audire ac diſcere ſtudeant, qui ſcopulos vitæ huius, & procellas velut erecto quãtum licet capite inſpiciunt, q̃ quomodo fiat, vt & Deꝰ humana curet, & tanta in humanis rebus ꝑuerſitas vſquequaque diffuſa ſit, non diuinæ, H ſed ne ſeruili quidem cuipiam procurationi, ſi ei tanta poteſtas daretur, tribuenda eſſe videatur. Quamobrem, illud quaſi neceſſarium ijs quibus talia ſunt curæ credendũ dimittit, aut diuinã prouidentiã non vſque in

Oĩa diuina prouidentia regi. Cap. 1

hæc vltima & ima pertendi, aut certe mala
oĩa Dei volun[illegible]committi. Vtrunque im-
pium, sed mag flag[illegible]erius. Quanquam.n.de-
sertum Deo quicquam credere, cũ imperisſi
mum, tum etiam periculoſiſsimũ animo ſit,
tñ in ipſis hominibus nemo quenquam non
potuiſſe aliquid criminatus eſt. Negligentiæ
vero uituperatio multo eſt, q̃ malitiæ crude-
liatisq; purgatio. Itaq; velut compellitur ra
tio tenere non immemor pietatis, aut iſta ter
rena non poſſe a diuinis adminiſtrari, aut ne-
gligi atq; contemni potius, q̃ ita gubernari,
vt omnis de Deo ſit mitis atq; inculpãda cõ-
quæſtio. Sed quis tam cæcus eſt mente, vt q̃c-
quam in mouẽdis corporibus rationis, quod
præter humanam diſpoſitionem ac volunta-
tem eſt, diuinæ potentiæ moderationique da
re dubitet: niſi forte aut caſibus tam rata ſub-
tilique dimenſione, vel minutiſsimorũ quo-
rumque animalium membra fingantur, aut
quod caſu quis negat, poſsit niſi ratione fa-
I ctum fateri: aut vero p̃ vniuerſam naturam,
quod in ſingulis quibusque rebus nihil arte
humana ſatagente ordinatum miramur, alie-
nare a ſecretiſsimo maieſtatis arbitrio vllis
nugis vanæ opinionis audebimus. At. n. hoc
ipſum eſt plenius quæſtionum, quod mem-
bra publicis diſpoſita mire atque diſtincta
ſunt, cum interea humana vita innumerabi-
lium perturbationum inconſtantia uerſetur
& fluctuet. Sed hoc pacto, ſi quis tam minutũ
cerneret, vt in uermiculato pauimento, nihil
vltra unius teſſellæ modulum acies eius uale
ret ambire, uituperaret artificem uelut ordi-
nationis & compoſitionis ignarum: eo quod
varietatem lapillorum perturbatam putaret,
a quo illa emblemata in unius pulchritudinis
faciẽ congruentia ſimul cerni colluſtrarique
non poſſent. Nihil.n.aliud minus eruditis ho
minibns accidit, qui vniuerſarũ rerũ coapta
tionẽ atq; concentũ imbecilla mente cõple-
cti & conſiderare nõ valentes, ſi quid eos of-
fenderit, quia ſuæ cogitationi magnum eſt,
magnã rebus putant inhærere fœditatem. Cu
ius eroris maxima cã eſt, q̃d hõ ſibiipſi eſt in-
K cognitus. Qui tñ ut ſe noſcat, magna opus ha
bet conſuetudine recedendi a ſenſibus, & ani
mum in ſeipſum colligendi atque in ſeipſo
retinẽdi. Quod ij tñ aſſequuntur qui plagas
1. Retra. quaſdam opinionum, quas vitæ quotidianæ
Cap. 3. curſus infligit, aut ſolitudine inurunt, aut li-
beralibus medicant diſciplinis. Ita.n.aĩus ſibi
redditus, q̃ ſit pulchritudo vniuerſitatis intel
ligit, quæ profecto ab uno cognominata eſt.
Idcircoq; illã uidere nõ licet aĩæ, q̃ in multa
procedit, ſectaturq; auiditate pauperiẽ, quã
neſcit ſola ſegregatione multitudinis poſſe
uitari. Multitudinẽ aũt non hoĩum dico, ſed
oĩum q̃ ſenſus attingit. Nec mirere quod eo
egeſtatem patitur magis, quo magis appetit
plura complecti. Vt. n. in circulo quantũuis
amplo unum eſt medium quo cuncta con-
uergunt, quod centrum geometræ uocant,
& quanuis totius ambitus partes innumera-
biliter ſecari queant, nihil tamen eſt præter
illud vnum, quo cætera pariliter dimentian-
tur, & quod omnibus quaſi quodam æquali
tatis iure dominetur. Hinc uero in quamli-
bet partẽ ſi egredi velis, eo mittuntur omnia
quo in plura pergitur. Sic animus a ſeipſo fu
ſus immenſitate quadam diuerberatur, & ue-
ra mendicitate conteritur, cum eum natura
ſua cogit ubiq; unum quęrere, & multitudo
inuenire non ſinit. Sed & hęc quę dixi qua-
lia ſint, & quę cauſa extet erroris animarum,
quoque modo & in unum congruãt atq; p̃-
fecta ſint cuncta, & tñ peccata fugiẽda ſint,
aſſequeris profecto mi Zenobi. Sic. n. mihi
notum eſt ingeniũ tuũ, & pulchritudinis om
nimodę amator animus, ſine libidinis immo
deratione atque ſordibus. Quod ſignum in
te futurę ſapientię pernicioſis cupiditatibus
diuino iure pręſcribit, ne tuam cauſam deſe
ras falſis uoluptatibus illectus, qua pręuari-
catione nihil turpius & pericuioſius inueni-
ri poteſt. Aſſequeris ergo iſta, mihi crede, cũ
eruditioni operã dederis, qua purgaĩ & exco
litur animus, nullo modo ante idoneus, cui
diuina ſemina committantur. Quod totũ cu
iuſmodi ſit & quẽ flagitet ordinẽ, quidue ſtu
dioſis & bonis ratio promittat, qualemq; ui-
tam nos uiuamus chariſsimi tui & quem fru
ctũ de liberali ocio carpamus: hi te libri ſa-
tis, ut opinor, edocebũt, noĩe tuo nobis q̃ no
ſtra elaboratione dulciores, pręſertim ſi te
in ipſum ordinẽ, de quo ad te ſcribo, melio-
ra eligens inſerere atque coaptare uolueris.
Nã cum ſtomachi dolor ſcholã me deſerere
coegiſſet, qui iam ut ſcis, ẽt ſine ulla tali ne-
ceſsitate in philoſophiam confugere molie-
bar, ſtatim me contuli ad uillam familiariſ-
ſimi noſtri Verecundi. Quid dicã eo libente?

Noſti

Nosti optime hoīs, cũ in oẽs, tũ vero in nos beneuolẽtiam singularem. Ibi disserebamus inter nos quæcunq; videbantur vtilia, adhibito sanè stylo, quo cuncta exciperentur, quod videbam conducere valetudini meæ. Cũ.n. nonnulla loquendi cura detinerer, nulla inter disputandum irrepebat immoderata contentio. Simul ẽt siquid nostrum literis mãdare placuisset, nec aliter dicẽdi necessitas, nec labor recordationis esset. Agebant autem ista mecum Alipius & Nauigius frater meus, & Licentius repente admirabiliter poeticæ deditus. Trigetium item nobis militia reddiderat, qui tanquam veteranus adamauit historiam. Etiam in libris nonnihil habeamus. Sed nocte quadam cũ euigilassem de more, mecumq; ipse tacitus agitarem quæ in mentem nescio vnde veniebãt. Nam id mihi amor inueniendi veri iam in consuetudinẽ verterat, vt aut primam, si tales curæ inerant, aut certę vltimam dimidiam tñ ferè noctis partẽ peruigil quodcũq; cogitarem: nec me patiebar adolescentiũ lucubrationibus a meipso auocari: quia & illi per totum diem tm̃ agebant, vt nimium mihi videretur, si aliquid ẽt noctium in studiorum labore vsurparent, & id a me ipsi quoq; præceptum habebant, vt aliquid & præter codices secũ agerent, & apud sese habitare consuefacerent animum. Ergo, vt dixi, vigilabã. Cum ecce aquæ sonus ponè balneas, quæ præterfluebat, eduxit me in aures, & aĩaduersus est solito attentius. Mirum admodum mihi videbatur, ꝙ nunc clarius, nunc pressius eadem aqua strepebat silicibꝰ irruens, Cœpi a me quærere, quænam causa esset. Fateor nihil occurrebat: cum Licentius lecto suo importunos percusso iuxta ligno sorices terruit, seseq; vigilantem hoc mõ iudicauit. Cui ego, Animaduertisti, inq̃, Licenti. Nam video tibi musam tuam lumen ad lucubrandum accendisse, qũo canalis iste incõstanter sonet? Iam, inquit, mihi hoc non est nouum. Nam desiderio serenitatis cũ expergefactus aliqñ aurem admouissem, ne imber instrueret, hoc agebat aqua ista qđ nunc. Ap-

B probauit Trigetius. Nam & ipse in eodẽ conclaui lecto suo cubans vigilabat nobis nesciẽtibus: erant.n. tenebrę, quod in Italia ẽt, pecuniosis propè necesse est. Ergo vbi vidi scholã nr̃am quantacunq; aderat, nam & Alipius & Nauigius in vrbẽ ierant, ẽt illis horis non sopitã, & me cursus ille aquarũ aliq̃d de se dicere admonebat. Quidnã vobis, inq̃, vr̃ esse causę, ꝙ sic alternat hic sonus? Non.n. quenq̃ putamus his horis vel trãsitu, vel re aliqua lauanda toties illũ meatũ interpellare. Quid putas, inqt Licentius, nisi alicubi folia cuiuscemodi q̃ autũno ꝑpetuo copioseq; decidũt, angustiis canalis intertrusa euinci aliqñ atq; cedere: Vbi aũt vnda quæ vrgebat pertransierit, rursum colligi atq; stipari: aut aliq̃d aliud vario casu foliorũ natantiũ fieri, qđ ad illum fluxũ nunc refrenandũ, nunc emittendum similiter valeat? Visum est mihi ꝓbabile aliud hñti, confessusq; sum laudans ingenium eiꝰ, nihil me ĩuenisse cũ diu q̃sissem, cur ita esset.

C Tũ interposito modico silentio, merito inq̃, tu nihil mirabaris, & apud Calliopẽ te intus tenebas. Merito, inquit, ille. Sed modo planè dedisti mihi magnũ mirari. Quidnã hoc est: inq̃? Quod tu, inquit, ita miratus es. Vñ.n. solet, inq̃, oboriri admiratio, aut q̃ huius vitij mr̃ est, nisi res insolita, ꝑter manifestũ causarum ordinẽ?

1. Retra. cap. 3.

Et ille, Præter manifestũ, inquit, accipio, nã præter ordinẽ nihil mihi fieri vr̃. Hic ego erectior spe alacriore, q̃ soleo esse cũ aliquid ab his requiro, qđ rem tantam & tam subito heri pene ad ista conuersus adolescentis aĩus concepisset, nulla vnq̃ de his rebus inter nos antea q̃one agitata. Bene, inquã bene, sed prorsus bene multum sensisti, multũ ausus es: Hoc, mihi crede, lõgo interuallo transcendis Heliconẽ, ad cuius verticẽ tanq̃ ad cœlum peruenire conaris. Sed peruellem adesses huic sñiæ, nam eam labefactare tentabo. Sine, inquit, modo me mihi, quæso te, nã valde in aliud intendi aĩum. Hic ego nonnihil metuens, ne studio poeticæ pœnitus prouolutus a philosophia longe raperetur: Irritor inquam, abs te versus istos tuos omni' metrorum genere cantãdo & vlulando insectari, qui inter te atq; veritatem immaniorẽ murum, q̃ inter amantes tuos conantur erigere: Nam in se illi vel inolita rimula respirabant.

Ouidi, lib. metamorf. 3.

D

Lepide allusit ad pariete ꝑ cuius rimã colloquebãtur amantes.

Pyramum.n. ille tum canere instituerat. Qđ cũ seueriore q̃ putabat voce dixissem, subticuit aliquantulum. Et ego iam reliquerã cœpta, & ad me redieram, ne frustra occupare præoccupatũ atq; inepte vellem. Tũ ille, Egomet meo iudicio quasi sorex, inqt, non dictũ est commodius apud Terentium q̃ nunc dici a me de me potest. Sed sanè illud vltimum

In Ennucho.

fortasse in ꝯrium verteretur. Quod.n.ait ille, hodie perij, ego hodie forte inueniar. Nam si non contemnitis qđ superstitiosi solent ẽt de muribus augurari, si ego illum murẽ, vel soricem, qui me tibi vigilantẽ detulit, strepitu meo commonui, siquid sapit redire in cubile suũ secumq; conquiescere, cur non ego ipse isto strepitu vocis tuæ cõmouear philosophari potius q̃ cantare? Nam illa est, vt tibi quotidie probanti iam cœpi credere, vera & inconcussa nr̃a habitatio. Quare si tibi molestum non est atq; id fieri debere arbitraris, roga qđ vis: Defendam quantũ possum ordinẽ rerum, nihilq; præter ordinẽ fieri posse afferam. Tm̃.n.eum aĩo imbibi atq; hausi, vt ẽt si me quisq̃ in disputatione superarit, hoc nulli temeritati, sed rerũ ordini tribuã. Neq;.n. E res ipsa, sed Licentius superabitur. Ego rursũ gaudens eis me restitui. Tum Trigetio: Quid, inquam, tibi vr̃? Faueo quidem, inquit, ordini plurimum, sed incertus sum tñ, & rem tantam diligentissime discuti cupio. Fauorẽ, inquam, tuũ ille ergo paries habeat: Nã quod incertus es, ẽt cum Licẽtio ac meipso tibi puto esse cõe. Prorsus, ait Licentius, ego huius snĩæ certus sum. Quid.n.dubitẽ parietem, cuius mentionem fecisti, anteq̃ planè se erexerit diruere? Non.n.vere poetica tm̃ me auertere à philosophia põt, quantum inueniendi vera diffidentia. Tum Trigetius gaudentibus verbis: Habemus, inquit, iam qđ plus est, Licentium nõ Academicum: Eos.n. ille studiosissime defendere solebat. Hæc modo, inqt, F omitte q̃so ne me hoc vafrum quiddã & captatorium a nescio qua diuina re, quæ mihi ostentare se cœpit, & cui me inhiantẽ suspendendo, detorqueat atque dirumpat. Hic ego multo vberius cernẽs abũdare lætitias meas, q̃ vel optare aliqñ ausus sum, versum istũ gestiens effudi: Sic pater ille Deum faciat sic altus Apollo, Incipias: perducet.n.ipse, si seq̃mur quò nos ire iubet, atq; vbi ponere sedẽ, qui dat modo auguriũ, nostrisq; illabiť aĩs. Nec.n.altus Apollo est, qui in speluncis, in montibus, in nemoribus nidore thuris pecudumq; calamitate cõcitatus implet insanos, sed alius profecto est, alius ille altus veridicus, atq; ipsa (q̃d.n.verbis ambiã) veritas. Cuius vates sunt quicunq; pñt esse sapientes. Ergo aggrediamur Licenti freti pietate cultores, & vestigijs nr̃is ignẽ perniciosum fumosarum cupiditatum opprimamus. Hic iã inquit, ĩterroga oro te si possim hoc tm̃ nescio quid explicare & tuis verbis & meis. Hoc ipsum inquam, mihi rñde, primo vnde tibi videať aqua ista non temere sic, sed ordine influere. Nã qđ illa ligneolis canalibus superlabitur, & duciť vsq; in vsus nr̃os, p̃t ad ordinẽ pertinere. Factũ est.n.ab hoibus rõne vtentibus, vt vno eius itinere simul & biberẽt & lauarent, & pro locorũ opportunitatibus cõsequens erat vt ita fieret. Qđ vero illa, vt dicis folia sic inciderunt, vt hoc qđ admirati sum⁹ eueniret, quo tandẽ rerũ ordine, ac nũ poti⁹ casu factum putabimus? Quasi vero, inqt ille, aliter atq; ceciderunt debuisse, aut potuisse cadere cuiq̃ videri p̃t, serenissime intuenti nihil posse fieri sine cã. Quid iã vis ꝓsequar situs arborum atq; ramorũ, ipsumq; pondus quantum natura foliis imposuit: quid aeris, vel mobilitatẽ qua volitant, vel mollicię qua descendunt, variosque lapsus pro affectione cęli, pro onere, pro figuris suis, cæterisq; innumerabilibus atq; obscurioribus causis, q̃d me attinet q̃rere? Latent ista sensus nr̃os, penitus latent: Illud tñ quod aggressæ q̃õni satis est, nescio q̃uo aĩum non latet, nihil fieri sine cã. Poteſt.n. ociosus * percontator peragere quærere, q̃ cã erat, vt ibi arbores ponerẽtur? Rñdebo, secutos esse hoĩes vbertatem terræ. Quid si fructuosæ arbores nõ sunt, ac temere natæ sunt? Et hic rñdebo, vos parũ videre. Nã temerariam, q̃ illas genuit nequaq̃ esse naturam. Quid plura? Aut aliquid sine cã fieri doceat, aut nihil fieri, nisi certo causarũ ordine credite. Cui ego: Licet, inq̃ me ocio sum* ꝑcontarem voces, vix.n.possum non esse, qui expugnaui, ne cum Pyramo & Thysbe collo quereris, pergam tñ quærere abs te: Natura ista, q̃uis viderim ordinatam, cui bono, vt de cæteris rebus innumerabilibus taceam, istas ipsas arbores, quæ fructus non afferunt, procreauit? At illo cogitante quid diceret, ait Trigetius: Nunquidnam vsus arbustorum in solis fructibus præbetur hominibus? Quanta sunt alia, quæ vmbra, quæ lignis, postremo quæ ipsis frondibus seu foliis fiant? Noli obsecro, inquit ille, interrogationibus eius hæc reddere. Innumerabilia sunt enim quæ proferri possunt, ex quibus nulla est hominibus vtilitas, aut certe ita latet, vel imbecilla est, vt ab hominibus p̃sertim nobis erui defendiue

Nius sentit nihil oĩno sine cã fieri. Cap.4.

non

non posſit.Ipſe potius nos doceat,qũo aliq̃d
fiat quod non cã præceſſerit.Poſt,inquã, iſta
videbimus.Nõ.n.iam me neceſſe eſt eſſe do-
ctorem, cum tu qui tantæ rei te certũ eſſe ꝓ-
feſſus es, adhuc me nihil docueris minimũ *
diſcere cupientem,& ꝓp hoc ſolum dies no
ctesq; vigilantem.Quò me mittis,inquit? An
quia leuius te ſequor,q̃ iſta folia ventos,qui-
bus in profluentem aquam iaciũtur, vt eis ca
dere parum ſit,niſi ẽt trahantur. Nã q̃d aliud
erit cũ Licentius & Auguſtinum,& ea q̃ ſunt
in media philoſophia docet? Noli obſecro,
inq̃,aut te tm̃ abijcere, aut me extollere . Nã
& ego in philoſophia puer ſum, & nõ nimis
curo cũ interrogo per quẽ mihi ille rñdeat,
qui me quotidie querulum accipit . Cuius te
q̃dẽ credo qñq; vatẽ futurũ : Neq; hoc qñq;
forſitan longũ eſt.Sed tñ alij quoq; multũ ſe-
poſiti ab hm̃oi ſtudijs docere aliq̃d pñt, cum
differentiũ ſocietati,quaſi vinculis interroga
tionũ coarctanẽ. Idẽ aũt aliquid nõ eſt nihil.
An nõ vides (tuo.n.ſi̇̃i vtar libẽtius) illa ipſa
folia quæ ferũtur ventis,quæ vndis innatant ,
reſiſtere aliquantum præcipitanti ſe flumini,
& de rerum ordine homines commonere,ſi
tamen hoc quod abs te defenditur, verũ eſt?
Hic ille lecto etiam exiliens præ lætitia,Quis
neget deus magne,inquit,te cũcta ordine ra-
tionis adminiſtrare? Quàm ſe omnia tenent,
q̃ ratis ſucceſsionib.in nodos ſuos vrgentur,
quanta & quam multa facta ſunt , vt hæc lo-
queremur,quanta fiunt,vt te inueniamus,Vn
de.n.hoc ipſum,niſi ex rerũ ordine manat &
ducitur,quod euigilauimus , quod illum ſo-
nũ aduertiſti,quod q̃ſiſti tecum cauſam, ꝙ tu
K cãm tantillæ rei non inueniſti? Sorex ẽt pro-
diuit , vt ego vigilans prodar. Poſtremo tuus
ẽt ipſe ſermo te fortaſſe id non agentes , non
enim cuiquã in ꝑtãte eſt, quid veniat,in men
tem,ſic neſcio qũo circumagitur,ut à me ip-
ſe docear, q̃d tibi debeam reſpondere . Nãq;
oro te ſi hæc q̃ à nobis dicta ſunt literis, vt in
ſtituiſti , mãdata peruagentur paulo latius ad
hominũ famam, nonne ita res magna videbi
tur , vt de illa cõſultus aliquis vates magnus ,
aut Chaldæus reſpondere debuerit,multo an
te q̃ euenerit? Quod ſi reſpondiſſet , ita diui-
nus diceretur, ita efferretur laudib.hominũ,
vt tñ ex eo nemo q̃rere auderet, cur foliũ ex
arbore ceciderit, aut vtrũ mus oberrans iacẽ
ti homini moleſtus fuerit? Nunquidnam.n.ta
lia futura quiſquam illorum aut per ſe dixit
aliquando,aut à conſultore coactus eſt dice-
re? Atqui ſi futurum quendã librum nõ igno
bilem diceret, & id neceſſario euenturum vi
deret , non.n.poſſet aliter diuinare profecto
quicquid volitatio foliorum in agro,quicq̃d
viliſsima beſtiola in domo facit , tam ſunt in
rerũ ordine neceſſaria q̃ illæ literæ . Iis enim
verbis fiunt, quæ ſine illis præcedentib.viliſsi
mis rebus,nec in mẽtem venire poſſent, nec
ore procedere poſteriſque mandari . Quare L
iam rogo,nemo ex me quærat , cur quidque
fiat.Satis eſt nihil fieri,nihil gigni , quod non
aliqua cauſa genuerit ac mouerit.

Hic apparet te,inquã, neſcire adoleſcẽs q̃ *Ordo oĩa*
multa & à qualib.viris ꝯ̈ diuinationem dicta *complecti*
ſint.Sed reſponde nunc,non vtrũ fiat aliquid *tur.Ca.6*
ſine cã, nam id iã video te nolle rñdere : ſed
ordo iſte ſuſceptus tuus bonumne quicquã ,
an malũ tibi eſſe videatur. Et ille ſubmurmu-
rans,Non,inquit,ſic rogaſti, vt vnum è duo-
bus queam rñdere.Video hic.n. quandã me-
dietatẽ.Nam ordo mihi,nec bonũ,nec malũ *alias ,ſub*
vr̃ . Quid ſaltem cenſes,inquam , ordini eſſe *morans.*
ꝯ̈rium? Nihil,ait ille . Nam qũo eſſe contra-
rium quicquam põt ei rei , quę totum occu-
pauit,totum obtinuit? Quod.n.erit ordini cõ
trarium,neceſſe erit eſſe præter ordinem.Ni
hil aũt eſſe præter ordinem video . Nihil igiẽ
ordini oportet putare eſſe ꝯ̈rium. Ergone ait
Trigetius, ꝯ̈rius ordini error non eſt? Nullo M
modo , inquit . Nam neminem video errare
ſine cã. Cauſarum autem ſeries ordine inclu
ditur. Et error ipſe nõ ſolum gignitur cauſa,
ſed etiam gignit aliquid cuius cauſa fit. Quã-
obrem, quo extra ordinem non eſt , eo non
põt ordini eſſe ꝯ̈rius.Et cum tacuiſſet Trige-
tius,egoq; meipſum nõ caperẽ gaudio, ꝙ vi
debã adoleſcentẽ chariſsimi amici filium ẽt
meum fieri,nec hoc ſolum, verũ in amicum
quoq: iam mihi ſurgere atq; grandeſcere, &
cuius ſtudiũ vel in mediocres lr̃as deſperaue
ram, quaſi deſpecta poſſesſione ſua toto im-
petu in mediam venire philoſophiã . Quod
dum tacitus miror & exæſtuo in gratulatio-
nem,ſubito ille, quaſi mente quadam corre-
ptus exclamat , O ſi poſſem dicere quod vo-
lo . Rogo vbi vbi eſtis verba ? ſuccurrite , &
bona & mala ſunt ĩ ordine . Credite ſi vultis.
Nam qũo id explicem, neſcio. Ego mirabar *Deus non*
& tacebã . Trigetius autẽ vbi vidit hominem *diligit.*
paululum

mala, licet ad ordinē pertineant. Cap.7.

paululum quasi digesta ebrietate affabilē factum redditumq́; colloquio. Absurdum, inquit, mihi vr̄ Licenti & planè alienum a veritate quod dicis. Sed q̄so patiare me paululū, nec perturbes clamitando. Dic qđ vis, ait ille: Non.n.metuo ne me auferas ab eo quod
A video ac penè teneo. Vtinā, inquit, ab eo quē defendis ordine deuius non sis, non tanta in Deū feratis (vt mitius loquar) incuria. Quid enim potuit dici magis impiū, q̄ ēt mala ordine contineri? Certe.n.Deus amat ordinē. Vere amat, ait ille, ab ipso manat, & cū ipso est. Et si quid pōt de re tm̄ alta conuenientius dici, cogita q̄so ipse tecum. Nec.n. sum idone⁹ qui te ista nunc doceā. Quid cogitem? inquit Trigetius. Accipio prorsus quod dicis, satisq́ue mihi est in eo quod intelligo. Certe.n.& mala dixisti ordine contineri, & ipsum ordinem manare a summo Deo atq; ab eo diligi. Ex quo sequitur, vt & mala sint a sūmo Deo, & mala Deus diligat. In qua conclusione timui Licentio. At ille ingemiscens difficultate verborum, nec oīno q̄rens quid rn̄deret, sed quemadmodū quod rn̄dendum erat promeret. Nō diligit Deus mala, inqt, nec ob aliud nisi qa ordinis non est, vt Deus mala diligat. Et ordinē iō multum diligit, qa per eū nō diligit mala. At vero ipsa mala q pn̄t nō esse in ordine, cum Deus illa non diligat: Nā iste ipse est malorū ordo, vt non diligantur a Deo. An paruus rerū ordo tibi vr̄, vt & bona De⁹ diligat, & non diligat mala? Ita nec præter or
B dinem sunt mala q̄ non diligit Deus, ipsum tn̄ ordinem diligit. hoc ipsum.n. diligit diligere bona, & nō diligere mala, qđ est magni ordinis, & diuinę dispositionis. Qui ordo atque dispositio qa vniuersitatis congruētiam ipsa distinctione custodit, fit vt mala ēt esse necesse sit. Ita quasi ex anthitetis quodammō qđ nobis ēt in oratione iucundū est.i.ex ɔ̄riis omnium simul rerū pulchritudo figuratur. Post hoc intersiluit modice. Et repēte sese erigens qua Trigetius lectū habebat. Nā quęro, ex te q́so, inquit, iustusne sit Deus? Tacebat ille, nimis vt postea retulit admirans & horrēs subito condiscipuli & familiaris sui afflatum noua inspiratione sermonē. Quo tacente, ille ita secutus est. Si.n. Deum iustū nón esse rn̄de-
2. de ordine, Cap.7 ris, tu videris qđ agas, qui me dudum impietatis arguebas. Si aūt vt nobis traditur, nosq́; ipsius ordinis necessitate sentimus, iustus est

Deus, sua cuiq; distribuendo vtiq; iustus est. Quæ aūt distributio dici pōt, vbi distinctio nulla est? Aut q́ distinctio si bona sūt omnia? Quidve p̄ter ordinē reperiri pōt, si Dei iustitia bonorū malorūq; meritis sua cuiq; redduntur? Iustū aūt Deum oēs fatemur. Totum igit̄ ordine includitur. Quibus dictis resilit è strato, & iā lenior voce cū ei verbū nemo faceret. Nihilne mihi, inqt, vel tu q compulisti ad ista rn̄des? Cui ego: Noua nunc religio istæc in te incessit, cedo inq̄. Sed qđ videbit̄ per diem rn̄debo, qui mihi iā vr̄ redire, nisi lunæ est ille, q fenestris fulgor induit̄*. Simul & tacendū est, ne tanta bona tua Licenti absorbeat obliuio. Qn̄.n. nostræ literæ non sibi hæc mandari flagitent? Dicā plane tibi quod sentio, disputabo aduersum te quantum possum: non.n. mihi si me viceris maior triūph⁹ dari potest. Si aūt vel calliditati vel acuto cuidam errori hominum, quorum partes suscipere tentabo, cesserit imbecillitas tua, q́ min⁹ pasta eruditione disciplinarum tm̄ Deū fortasse sustinere non poterit, res te ipsa commonebit, q̄tæ tibi vires vt in eum firmior redeas parandæ sint. Simul qa & istā disputationem nostram elimatius volo prouenire, non.n. eā grossis * auribus debeo. Nam Zenobius noster multa mecum sępe de rerum ordine contulit, cui alta percūctanti nunq̄ satisfacere potui, seu pp obscuritatem rerum, seu pp temporum angustias. Crebrarum aūt ille procrastinationum vsq: adeo impatiens fuit, vt me quo diligentius & copiosius rn̄dere cogerer, ēt carmine prouocaret, & bono carmine, vnde illum magis ames. Sed neq; tunc tibi legi potuit ab istarū rerū studio remotissima, neque nunc pōt. Nam profectio eius tā repentina & pturbata fuit tumulto illo, vt nihil istorum venire nobis in mentē potuerit: nā id relinquere mihi rn̄suro statuerat: & multa concurrunt cur ei sermo iste mittatur. Primum est, quia debet̄. Deinde, quia cuiusmodi nunc vitam ducamus, etiā sic indicari eius in nos beneuolentiæ decet. Postremò, quod in gaudio de spe tua nemini cedit. Nam & cū præsens esset pro familiaritate patris tui, vel potius oīum nr̄m, multum solicitus erat, ne ingenij tui quædā scintillæ, quas diligenter animaduertebat, non tā conflarentur cura mea, q̄ tua extinguerentur incuria. Et cū te poeticæ quoq; studiosū eē cognouerit, sic gratula-

bitur,

bitur, vt eũ mihi gestiẽtem videre iã videar.
Nihil mihi quidẽ gratius facies, inquit, sed
siue mobilitatẽ meã & puerilẽ leuitatẽ ride-
bitis, siue aliquo iure diuino nutu,& ordine
fit in vobis,non vobis dubitẽ dicere,pigrior
sum ad illa metra subito effectus, alia longe
nescio quid mihi luce resplenduit.Pulchrior
est philosophia(fateor)q̃ Thysbe,&Pyram⁹,
q̃ illa Venus &Cupido,talesq; oĩmodi amo
res.Et cũ suspirio gratias Christo agebat. Ac
cepi ego hæc, q̄d dicã libenter,aut q̄d nõ di-
cam?Accipiat quisq; vt volet, nihil curo nisi
q̄d forte immodice gaudebã.Interea p⁹ pau-
lulũ dies sese aperuit,surrexerunt illi, & ego
ibi lachrymans multa oraui.Cũ audio Licẽ-
tiũ succinentẽ illud propheticũ læte atq; gar
rule:Deus virtutũ conuerte nos, & ostẽde fa
ciẽ tuã & salui erimus.Q̄d pridie post cœnã
cũ ad req̄sita naturę foras exisset,paulo clari⁹
cecinit, q̃ vt mr̃ nostra ferre posset, q̄d illo
loco talia continuo repetita canerent. Nihil
enim aliud dicebat, qm̃ ipsum cantilenæ mo
dum nuper hauserat,& amabat, vt fit, melos
inusitatũ.Obiurgauit eũ religiosissima vt scis
fœmina,ob hoc ipsum q̄d inconueniens lo-
cus cantico esset.Tũ ille dixerat iocãs. Quasi
vero si q̄s me hic inimicus includeret,nõ erat
Deus exauditurus vocẽ meã. Ergo mane cũ
regressus esset solus,nã vterq; ob eandẽ cau-
sam,processerat,accessit ad lectulũ meũ.Ve-
rũ dic mihi,inq̄t,ita fiat nobis q̄d vis, q̄d de
me existimes. Atq; ego adolescentis dexterã
apprehendẽs,q̄d inq̃ existimẽ sentis, credis,
intelligis.Neq;.n.arbitror te frustra heri tan-
diu cecinisse, vt virtutũ Deus cõuerso tibi se
oñdat.At ille cũ admiratione recordatus,ma
gnũ,inq̄t,dicis & verũ. Non.n.meipsum pa-
rũ mouet q̄d mõ tã ægre auocabar a nugis il
lis carminis mei, & iã redire ad eas piget &
pudet,ita totos in q̄dã magna & mira subue-
hor.Nonne hoc est,vere in Deũ conuerti? Si
mul & illud gaudeo q̄d frustra mihi scrupu-
lus supstitionis iniectus est,q̄d tali loco talia
cantitabã.Mihi,inq̃,neq; hoc displicet,&ad
illũ ordinẽ puto ptinere, vt ẽt hinc aliq̄d di-
ceremus. Nã illi cantico,& locũ ipsum,quo
illa offensa est, & noctẽ congruere video. A
q̄bus.n.rebus putas nos orare vt cõuertamur
ad Deũ,eiusq; faciẽ videamus, nisi à quodã
cæno corporis atq; sordibus,&itẽ à tenebris
q̄bus nos error inuoluit? Aut q̄d est aliud cõ
uerti,nisi ab immoderatione vitiorũ, virtute
ac tẽperantia in sese attolli? Quidve aliud est G
Dei facies,q̃ ipsa cui suspiramus, & cui nos
amare mũdos pulchrosq; reddimus,veritas?
Melius dici non põt,inquit,exclamãs.Dein-
de suppressius quasi ad aurẽ, vide q̄so quãta
occurrerunt vt credã erga nos aliq̄d iã pro-
speriore ordine fieri.Si ordinẽ,inq̃, curas,re 1. Retra.
deundũ tibi est ad illos versus.Nã eruditio di cap.3.
sciplinarũ liberalium modesta sanè atq; suc-
cincta,& alacriores & pseuerantiores & cõ-
ptiores exhibet amatores amplectendæ veri-
tati, vt & ardentius appetant, & constantius
insequant̃, & inhæreant postremo dulcius,
Quæ vocat̃ Licenti beata vita? Qua nomina-
ta,oẽs sese erigunt,& quasi attendunt in ma-
nus,vtrũ habeas q̄d dare possis egentibus va
riisq; morbis impeditis. Quibus sapĩa cũ p̃-
cipere cœperit,vt medicũ perferant,seq; cũ
aliqua patientia curari sinant,in pannos suos
recidunt. Quorũ concalefactione tabificati,
scabiẽ voluptatũ erũnosarum scalpunt liben
tius,q̃ vel vt monita medici paululũ dura, &
morbis onerosa ppetiendo atq; subeũdo va-
letudini sanorũ luciq; reddantur. Itaque illo
summi Dei noĩe ac sensu tanq̃ stipe contenti
viuunt miseri,viuũt tñ. Alios aũt viros,vel vt H
verius loquamur,alias aĩas dũ hoc corpus a- 1. Retra.
gunt, iã thalamo suo dignas cõiunx ille opti cap.3.
mus ac pulcherrimus q̄rit,quibus non viue-
re,sed beate viuere satis sit. Vade ergo ĩterim 1. Retra-
ad illas musas. Veruntñ scis quid te facere ve cta.ca.3.
lim?Iube ait q̄d placet.Vbi se,inq̃,Pyram⁹ &
illa eius s̃.seminecẽ,vt cãtaturus es,intereme
rint,in dolore ipso,quo tuũ carmen vehemẽ
tius inflãmari decet,habes cõmodissimã op-
portunitatẽ.Arripe illius fędę libidinis & in-
cendiorũ venenatorũ exercitationẽ, quibus
miseranda illa cõtingunt.Deinde totus attol-
lere in laudẽ puri & sinceri amoris quo aĩæ
dotatæ disciplinis, & virtute formosæ copu-
lantur intellectui p philosophiã,& non solũ
mortẽ fugiunt̃, verumẽt vita beatissima per-
fruuntur. Hic ille tacitus ac diu consideratio
ne nutans, nudato capite abscessit. Deinde
ego quoq; surrexi, redditisq; Deo quotidia-
nis votis,ire cœperamus in balneas. Ille.n.lo
cus nobis,cũ cœlo tristi in agro esse minime
poteramus,aptus ad disputandũ & familiaris
fuit.Cũ ecce añ fores aduertimus gallos galli
naceos ineuntes pugnã nimis acrem. Libuit

I attẽdere Quid.n.non ambiunt, quà non peragrant oculi amãtũ, nequid inde innuat pulchritudo rõnis cũcta ſcĩa, & neſciẽtia modificãtis, & gubernãtis, q̃ inhiantes ſibi ſectatores ſuos trahit quacunq: atq; vbicunq; ſectari iubes. Nã unde aut ubi nõ põt ſignũ dare? Vt in eiuſdẽ ipſis gallis erat uidere, intẽta ꝓiectius capita, inflatas comas, uehementes ictus, cauſsimas euitationes, & in oĩ motu animaliũ rõnis expertium nihil nõ decorũ, ꝗppe alia rõne deſuper oĩa moderãte: Poſtremo legẽ ipſam uictoris, ſuperbũ cãtũ, & mẽbra in unũ quaſi orbẽ collecta uelut in faſtũ dominationis. Signũ aũt uicti, elatas à ceruice pennulas & in uoce atq; motu deforme totum, & eoipſo naturæ legib. neſcio qũo cõcinnũ, & pulchrum. Multa q̃ramus. Cur ſic oẽs, cur ꝑꝑ dominationũ in ſubiectas ſibi fęminas, cur deinde nos ipſa pugnæ facies aliquatũ, & præter altiorem iſtã conſyderationẽ duceret in uoluptatẽ ſpectaculi? Quid in nobis eſſet qđ à ſenſibus remotũ multa quæreret. Quid rurſum qđ ipſorũ ſenſuũ inuitatione caperetur. Dicebamus nobiſipſis, Vbi nõ lex? Vbi non meliori debitũ imperiũ? Vbi

1. Retracta. ca. 3.

K non vmbra cõſtãtiæ? Vbi non imitatio uerisſimæ illius pulchritudinis? Vbi nõ modus? Atque inde admoniti ut ſpectãdi modus eſſet, perreximus quò propoſitũ erat. Atq; ibi vt potuimus ſanè diligenter, nã & recentes res erãt, & qñ poterãt tã inſignia triũ ſtudioſorũ memoriã effugere? omnia noſtræ lucubrationis opuſcula in hãc libelli partẽ contulimus. Nihilq; à me aliud actũ eſt illo die, vt valitudini parcerẽ, niſi qđ ante cęnã cum ipſis dimidiũ uolumẽ Virgilii audire quotidie ſolitus erã, nihil nobis vbiq; aliud q̃ rerum modũ conſyderãtibus. Quem nõ probare nemo põt, ſentire ãt cũ quiſq; aliquid ſtudioſe agit difficillimum atque rariſsimum. Deinde poſtridie bene mane alacres ad ſolitum locum conuenimus, in eoque conſedimus. Et ego attentiſsime ambobus: Hic eſto, inquam, Licenti quantum potes, & tu quidem Trigeti, nec enim parua res agitur, De ordine quærimus: Quid ego nunc quaſi in ſchola illa vnde me quoquo modo euaſiſſe gaudeo

Ordo dux ad Deũ. Cap. 9.

L conſtitutus, copioſe atque ornate vobis ordinem laudem? Accipite ſi uultis, immo facite vt ueſitis, quo neq; quicquam de huius laude breuius, neque ut mihi uidetur verius dici poteſt, Ordo eſt quem ſi tenuerimus in uita, ꝑducet ad Deũ, & quẽ niſi tenuerimus in uita, nõ ꝑueniemus ad Deũ. Peruẽturos ãt nos iã, niſi me aĩus de uobis fallit, p̃ſumim⁹, & ſperamus. Diligẽtiſsime igiť inter nos iſta qõ uerſari debet, atq; diſſolui. Vellẽ adeſſent cæteri, q nobiſcũ his negocijs ſolẽt intereſſe. Vellẽ ſi fieri poſſet nõ iſtos tm̃, ſed oẽs ſaltẽ familiares noſtros, quorũ ſꝑ admiror ingeniũ nũc mecũ habere q̃ uos eſtis intẽtos, aut certe ipſum tm̃ Zenobiũ, quem de hac re tãta molientem nunquã pro eius magnitudine ocioſum accepi. Sed ꝗa id non euenit, legẽt literas noſtras, qm̃ inſtituimus iã de iſtis reb. non ꝑdere, reſq; ipſas à memoria fugaces, ſcriptorũ quaſi uinculo quo reducanť innectere. Et ſic fortaſſe ordo ipſe poſcebat, q eorũ procurauit abſentiã. Nã & nos ꝓfecto in rẽ tantã, ꝗa ſolis perferenda imponiť, nobis erectiore aĩo inſurgitis, & cũ illi legerint q nobis maxima cura ſunt, ſiꝗd eos mouerit ad ꝯdicendũ, alias nobis diſputationes diſputatio iſta procreabit, ſeq; ipſa ſucceſsio ſermonũ in ordinẽ inſeret diſciplinæ. Sed nũc ut ꝓ miſerã Licentio quantũ res patitur aduerſabor, q totã cãm iam penè confecit, ſi poſsit eã defẽſionis muro ſtabiliter firmeq; vallare.

Hic ubi eos ſilentio, uultu, oculis, ſuſpenſione, atq; immobilitate membrorum, & rei magnitudine ſatis cõmotos, & audiẽdi deſyrio inflammatos eſſe conſpexi, ergo, inquã, Licenti ſi tibi uidetur, collige in te quicquid uiriũ potes, elima quicquid habes acuminis, & ordo iſte quid ſit, definitione cõplectere. Tum ille ubi ſe ad definiendũ cogi audiuit, quaſi aqua frigida aſperſus exhorruit, & turbatiore uultu me intuens, atque ut fit ipſa trepidatione ſubridẽs. Quid hoc eſt rei, qđ quaſi tibi uideor, ĩquit, annuere, neſcio quo aduentitio ſpiritu me credis inflatum? Statimque ſeſe animans, aut fortaſſe ait aliquid mecum eſt. Paululumque ſiluit, ut in definitione quicquid illi de ordine notionis erat conduceret. Deinde erectior, Ordo eſt, inquit, ꝑ quẽ aguntť oĩa q̃ Deus conſtituit. Quid ipſe Deus, inquã, non tibi uideť agi ordine? Prorſus, inquit, uidetur. Ergo agiť Deus, ait Tri-

A getius. Et ille: Quid.n. inquit, Chriſtũ Deum negas, qui & ordine ad nos uenit, & à patre Deo miſſum eſſe ſe dicit? Si igiť De⁹ Chriſtũ ordine ad nos miſit, & Deum Chriſtum eſſe

Io.

non

non negamus,non solū agit oīa,sed agit ordi
ne ēt Deus. Hic Trigetius addubitās:Nescio,
inqt, qūo istud accipiā. Deū. n. qn̄ noīamus
non quasi mentib.ipse Christus occurrit,sed
pater.Ille aūt tunc occurrit, qn̄ Dei filiū no-
minamus.Bellā rē facis,inquit,Licentius.Ne
gabimus ergo Dei filiū Deū esse? Hic ille, cū
ei rn̄dere periculosum videret, tn̄ se coegit
atq; ait, Et hic quidē Deus est, sed tn̄ ꝓprie
patrē Deū dicimus. Cui ego, Cohibe te po-
tius,inq̄.Non.n.filius improprie Deus dr̄. At
Trigetius religione cōmotus, cū ēt verba sua
scripta esse nollet,vrgebat Licentius vt mane
rent,puerorū.s.more, vel potius hoīum. ꝓh
nephas penè omnium, quasi vero gloriandi
cā inter nos illud ageret. Cuius motū animi
cū obiurgarē grauioribus verbis erubuit:qua
eius perturbatione aīaduerti ridentē lætan-
temq; Trigetiū.Et ambobus: Itane agitis,in-
quā? Nonne vos mouet quib.vitiorum moli
bus atq; imperitię tenebris premamur & co-
operiamur? Hæccinne est illa pauloante ve-
stra de qua ineptus lætabar attētio, & in Deū
veritatēq; surrectio? O si videretis vel tā lip-
pientib.oculis q̄ ego in quib.periculis iacea-
mus,cuius morbi dementiā risus iste indicet.
O si videretis,q̄ cito,q̄ statim, quātoq; ꝓdu-
ctius eū uerteretis in fletus. Miseri, nescitis
vbi simus? Demersos quidē esse aīos omniū
stultorū indoctorūque cōe est, sed non vno
atq; eodē modo demersis opē sapientia &
manū porrigit.Alij sunt credite,alij sunt, qui
sursum vocant, alij qui in profunda laxant.
Nolite obsecro uos geminare mihi miserias.
Satis mihi sint vulnera mea,q̄ vt sanent, penè
quotidianis fletibus Deū rogans, indigniorē
tn̄ esse me qui tā cito saner q̄ volo sæpe me-
metipse conuinco.Nolite obsecro siquid mi
hi amoris,siquid necessitudinis debetis,si in-
telligitis quantū vos diligā,quanti faciā, q̄tū
me cura exagitet morū vestrorū, si dignus sū
quem non negligatis,si deniq; Deo teste non
mentior, nihil me plus mihi optare q̄ vobis,
rependite mihi beneficiū.Et si me magistrū li
benter vocatis, reddite mihi mercedē. Boni
estote.Hic vbi ne plura dicerē lachrymæ mi-
hi modū imposuerūt, Licētius modestissime
furens qđ oīa scribebant.Quid.n.ait,fecimus
oro te? Adhuc,inquā,nec fateris saltē pecca-
tum tuū? Tu nescis in illa schola grauiter me
stomachari solitū, qđ vsqueadeo pueri non
vtilitate atq; decore disciplinarū, sed inanis-
simæ laudis amore ducerent, vt quosdā etiā
aliena verba recitare non puderet,exciperēt-
que plausus: eo ingemiscendū malū ab eisdē
ipsis,quorū erant illa quæ recitabant. Ita vos
quamuis nihil vnquā (vt opinor) tale feceri-
tis,tn̄ & in philosophiā, & in eam vitā quam
me tandē occupasse lætor,æmulationis tabi-
ficæ atq; inanis iactantiæ vltimam,sed nocen-
tiorē cæteris oīb.pestē introducere ac prose-
minare conamini:& fortasse:quia vos ab ista
vanitate morboq; deterreo, pigriores eritis
ad studia doctrinæ, & ab ardore ventosæ fa-
mæ repercussi, in torporē inertiæ cōgelabi-
tis:Me miserū,si necesse erit tales ēt nunc per
peti,a quib.vitia decedere sine aliorū vitiorū
successione non pn̄t.Probabis,ait Licentius,
q̄ purgatiores futuri simus. Mō illud obsecra
mus ꝑ oīa q̄ diligis vt ignotū nobis velis, at- D
que illa oīa deleri iubeas, simul vt parcas ēt
tabulis,quas iā non habemus.Non.n.aliquid
in libros translatum est eorū q̄ à nobis multa
disserta sunt. Prorsus inqt Trigetius, maneat
nr̄a pœna,vt ea ipsa quæ nos illicit fama fla-
gello proprio a suo amore deterreat.Vt.n.so
lis amicis & familiaribus nostris literæ istæ
innotescant,non parū desudabimus.Assensus
est ille.Atq; interea mater ingressa est, q̄siuit- *Mundi tā*
que a nobis quid promouissemus,nā & ei q̄- *tū philoso*
stio nota erat.Cuius & ingressum & rogatio- *phia sacris*
nem cū scribi nr̄o more iussissem,Quid agi- *literis ta-*
tis,inquit, Nunquidnā in illis quos legitis li- *xatur.*
bris ēt fœminas unquā audiui in hoc genus *Cap. II.*
disputationis inductas? Cui ego. Non valde
curo,inquam,superborū imperitorumq; iu-
dicia, qui similiter in legendos libros atque
in salutandos hoīes irruunt. Non.n.cogitant *1.Retra-*
quales ipsi, sed qualib. induti uestib. sint, & *cta.c.3.*
quanta pompa rerū fortunæq; ꝑfulgeant. Isti
enim in literis non multū attendunt,aut vnde
sit qō,aut quo peruenire differentes molian-
tur, quidve ab eis explicatū atq; confectū sit.
In quib.tn̄ quia nōnulli reperiunt quorū ani-
mi contēnendi non sunt, aspersi sunt. n. qui-
busdā condimentis humanitatis, & facile per E
aureas depictasq; ianuas ad sacrosancta phi-
losophiæ penetralia perducuntur, satis eis fe
cerunt & maiores nr̄i, quorū libros tibi no-
bis legentibus notos esse uideo.Et his tpib.ut
omittā cæteros, uir & ingenio & eloquentia
& ipsis insignibus munerib.fortunæ,& quod
ante

De beata vitã præfatione. ante oĩa est, mentẽ præstantissimus Theodorus, quem bene ipse nosti, id agit, vt & nunc & apud posteros nullum genus hnminũ de literis nostrorum tpum iure conqueratur. Mei aũt libri siquorũ forte man⁹ tetigerint, lectoque meo noĩe non dixerint, iste quis est, codicemque proiecerint: sed vel curiosi vel nimiũ studiosi contẽpta vilitate liminis intrare perrexerint: me tecũ philosophantem nõ moleste ferent, nec quenquã istorũ quorũ meis literis sermo miscetur, fortasse contemnent. Sunt.n. non solũ liberi, qđ cuiuis disciplinæ liberali, nedũ philosophiæ satis est, sed summo apud suos loco nati. Doctissimorum aũt hominum literę ẽt sutores philosophatos, & multo viliora fortunarũ genera continent.

F Qui tñ ingenij virtutisq; luce fulserunt, vt bona sua cum qualibet huiuscemodi nobilitate nullo modo vellent, ẽt si possent, vlla conditione mutare. Nec deerit, mihi crede tale hominũ genus, cui plus placeat hoc ipsum qa mecum philosopharis, q̃ siquid hic aliud aut iucunditatis aut grauitatis inuenerit. Nã & fęminæ sunt apud veteres philosophatæ, & philosophia tua mihi plurimũ placet. Nam nequid mater ignores, hóc Græcum verbũ, qđ philosophia nominatur, Latinè amor sapientiæ dicitur. Vnde ẽt diuinæ scripturæ, quas vehementer amplecteris, non omnino philosophos, sed philosophos huius mundi euitandos atque irridendos esse præcipiunt. *Col. 2. 1. Retra. cap. 3.* Esse autem alium mundum ab istis oculis remotissimũ, quem paucorum sanorum intellectus intuetur, satis Christus ipse significat, qui nõ dicit, Regnum meum nõ est de mundo: sed, *Ioan. 18.* Regnum meum non de hoc mundo. Nam quisquis omnem philosophiam fugiendam putat, nihil nos vult aliud q̃ nõ amare sapiẽtiam. Cõtemnerẽ te igitur in his literis meis, si sapientiam non amares: non aũt contemnerẽ, si eam mediocriter amares, multo minus

G si tantum quantum ego amares sapientiam. Nunc cum eam multo plus q̃ meipsum diligas, & nouerim quantũ me diligas, cumque in ea tñ profeceris, vt iã nec cuiusuis incommodi fortuiti, nec ipsius mortis, qđ virif doctissimis difficillimum est, horrore deterrearis, q̃ summã philosophiæ arcẽ oẽs esse confitentur, egone me non libenter tibi ẽt discipulũ dabo? Hic illa cũ blãde ac religiose nũquã me tñ mentitũ esse dixisset, & viderem tã multa nos verba fudisse, vt neq; scribenda non essent, & iam libri modus esset, neq; tabulæ reliquæ forent, placuit q̃onem differri, simul ut meo stomacho parcerem. Nam eũ plusq̃ vellem cõmouerant ea q̃ mihi euomẽda in illos adolescentes necessario visa sunt. Sed cum abire cœpissemus, Memẽto, inquit Licentius, q̃ multa, & q̃ necessaria nobis abs te accipienda per occultissimum illum diuinumque ordinem etiam te nesciente subministrẽtur. Video, inquam & ingratus Deo nõ sum. vosque ipsos qui hæc aduertitis ob id ipsum præsumo fore meliores. Hoc fuit tantũ illo die negocium meum.

D. AVRELII AVGVSTINI Hipponensis Episcopi, de ordine.

Liber Secundus.

INterpositis Deinde pauculis diebus, venit Alipius, & exorto sole clarissimo, inuitauit cœli nitor, & quantũ in illis locis hyeme poterat blanda tẽperies in pratũ descendere, quo sæpius & familiarius vtebamur. Nobiscũ erat ẽt mater nostra, cuius ingenium, in res diuinas inflammatũ animum, cũ antea conuictu diuturno & diligenti consideratione perspexeram: tum vero in quadam disputatione non paruæ rei, qnã die natali meo cum conuiuis habui, atque in libellum contuli, tanta mihi mens eius apparuerat, vt nihil aptius veræ philosophiæ videretur. Itaque institueram cum abundaret ocio, agere vt colloquio nostro non deesset. Quod in primo ẽt huius operis libro abs te cognitum est. Cum igitur memorato in loco vt cõmode potuimus consedissemus, ego illis duobus adolescentibus, quanuis vobis, inquã, succensuerim pueriliter de magnis reb. agentibus, tamen mihi videtur non sine ordine ꝓpitio deo accidisse, qđ in sermone quo uos ab ista leuitate detrahebã, tp̃s ita cõsumptum est, vt res tanta ad Alipij aduentum dilata videatur. Quapropter qm̃ ei iam q̃onem notissimam feci, & quantum in ea processerimus, ostẽdi, paratusne, es Licenti causam q̃ suscepisti ex illa tuá definitione defendere? Nam meminisse me arbitror te ordinem esse dixisse per quem Deus ageret omnia. Paratus

sum,

ſum, inquit, quantum ualeo. Quo ergo, inquam, agit ordine omnia Deus? Itane ut etiã ſe ordine agat, aut præter eum ordinẽ ab eo cætera gubernantur? Vbi oĩa bona ſunt, inqt, ordo non eſt. Eſt enim ſumma æqualitatis, q̃ ordinẽ nihil deſyderat. Negas, inquam, apud Deũ omnia bona eſſe? Non nego, inquit. Cõficitur, inquam, neq; Deũ, neque illa q̃ apud Deum ſunt ordine adminiſtrari. Cõcedebat. Nunquidnã, inquam, omnia bona nihil tibi uidentur eſſe? Immo ait ipſa uere ſunt. Vbi eſt ergo, inquam, illud tuum qđ dixiſti, omnia quę ſunt ordine adminiſtrari, nihilq; omnino eſſe quod ab ordine ſeparatum ſit? Sed ſunt, inquit, etiam mala per quæ factum eſt, ut & bona ordo concludat. Nam ſola bona non ordine reguntur, ſed ſimul bona & mala. Cum aũt dicimus, omnia quæ ſunt, nõ ſolum utique bona dicimus. Ex quo fit ut omnia ſimul quæ Deus adminiſtrat, ordine adminiſtrentur. Cui ego, Quæ adminiſtrantur, & aguntur uidentur tibi moueri, an immobilia putas eſſe? Iſta, inquit, quæ in hoc fiũt mũdo fateor moueri. Reliqua, inquam, negas? Quæ ſunt in Deo, inquit, non mouentur, reliqua omnia moueri arbitror. Cum igitur ea q̃ cũ Deo ſunt, inquam, non moueri putas, cętera autem cõcedis moueri, oſtendis omnia, quæ mouentur non eſſe cum Deo. Repete hoc ipſum, inquit, paulo planius. Quod non mihi uiſus eſt difficultate intelligẽdi fieri uoluiſſe, ſed q̃rendi ſpatio, quo inueniret quid reſponderet. Dixiſti, inquam, ea quæ cũ Deo ſunt non moueri, cætera autem moueri. Si ergo hæc quæ mouentur non mouerẽtur ſi eſſent cum Deo, quoniam omnia, quæ ſunt cũ Deo negas moueri, reſtat ut præter Deũ ſint q̃ mouentur. Quibus dictis adhuc tacebat, cũ tandem, uidetur mihi, inquit, quod & in hoc mundo ſiqua mouentur, cun Deo ſunt. Nihil hoc ad me, inquam. Fateris. n. ut opinor non omnia, quæ in hoc mundo ſunt non moueri. Ex quo conficitur non omnia mũdi huius eſſe cũ Deo. Fateor, inquit, non omnia. Ergo eſt aliquid ſine Deo. Non, inquit. Cũ Deo ſunt igitur omnia. Hic cunctabundus. Quæſo, inquit, illud non dixerim, quod ſine Deo nihil ſit. Nam prorſus omnia, quæ mouentur non mihi uidentur eſſe cum Deo. Sine Deo eſt, inquã, igitur cœlũ hoc, qđ moueri nemo ambigit. Non eſt, inquit, ſine Deo cœlũ. Ergo eſt aliqd cũ Deo qđ moueatur. Non poſſum, inquit, ut uolo explicare qđ ſentio: Tñ quid moliar dicere, peto ut nõ expectatis uerbis meis, ſagaſsime ſi poteſtis intelligatis. Nã & ſine Deo nihil uidetur eſſe, & quod cũ Deo eſt rurſum vř inconcuſſum manere. Cęlũ aũt dicere ſine Deo eſſe nõ poſſum, nõ ſolũ qđ nihil ſine Deo arbitror, ſed quod cęlũ putẽ habere aliqd quod nõ mouetur, qđ uere, aut Deus eſt, aut cũ Deo, quãuis ipſum cęlũ nõ dubitem uerti ac moueri. Defini ergo, inquã, ſi placet, qd ſit eſſe cũ Deo, & qd ſit eſſe ſine Deo. Si. n. de uerbis inter nos controuerſia eſt, facile cõtẽnetur, dũmodo rẽ ipſam quã cõcepiſti mẽte uideamus. Odi ego, inquit, definire. Quid ergo faciemus, inquã? Tu, inquit, defini q̃ſo. Nã facilius eſt mihi uidere in alterius definitione qđ non probẽ, q̃ quicquã bene definiendo explicare. Gerã tibi morem, inquam. Vř tibi id eſſe cum Deo, qđ ab eo regitur atq; adminiſtatur? Nã, ait ille, hoc animo conceperã, cũ dicebã ea quę non mouẽtur eſſe cum Deo. Vide ergo, inquã, utrũ hæc tibi ſaltẽ definitio placeat, Cũ Deo eſt, qcqd intelligit Deũ. Cõcedo, inqt. Quid ergo, inquam, ſapiens tibi Deum intelligere uon uidetur? Videtur, inquit. cum ergo ſapientes non ſolum in una domo, aut urbe, ſed etiam per immẽſa regionum peregrinando, nauigandoq; moueantur, qũo erit uerum, quicquid cum Deo eſt non moueri? Riſum mihi, inquit, mouiſti, quaſi ego quod ſapiens facit dixerim eſſe cum Deo. Cum Deo eſt, ſed illud quod nouit. Non nouit, inquã, ſapiens codicem ſuum, pallium, tunicam, ſupellectilem ſiquam habet, cæteraq; id genus quæ ſtulti etiam bene nouerunt. Fateor, inquit, noſſe tunicam & noſſe pallium, non eſſe cum Deo. Hoc ergo, inquam, dicis, non omne quod nouit ſapiens eſſe cum Deo, ſed tamen quicquid ſapientis cum Deo eſt, id noſſe ſapientem. Optime, inquit. Nam quicquid ſenſu iſto corporis nouit, non eſt cum Deo, ſed illud quod animo præcipit. Plus ẽt fortaſſe audeo dicere, ſed tamen dicã. Vobis. n. exiſtimatoribus, aut confirmer, aut diſcã. Quiſquis enim ea ſola nouit, quæ corporis ſenſus attingit, non ſolum cum Deo eſſe nõ mihi uidetur, ſed ne ſecum quidem. Hic cũ Trigetium animaduertiſſem in eo uultu ut neſcio quid uelle dicere uideretur, ſed uere-

Cum Deo esse quid sit. c. 2.

M

A

cundia

cundia eũ, ne quasi in alienum locum irrue-
ret, contineri, feci potestatem iã tacente Licẽ
tio, ut promeret, si quid uellet. At ille, Ista, in-
quit, q̃ ad sensus corporis ꝑtinẽt, prorsus ne
mo mihi vr̃ nosse. Aliud est. n. sentire, aliud
nosse. Quare si quid nouimus, solo intellectu
contineri puto, & eo solo posse cõprehendi.
Ex quo fit, ut si illud est cum Deo, quod in-
telligẽdo sapiens nouit, totũ quod nouit sa-
piens possit esse cũ Deo. qđ cum Licẽtius ap
probasset, subiecit aliud qđ nullo pacto pos-
sem contẽnere. Ait. n. Sapiens prorsus ipse cũ
B Deo est, nam & seipsum intelligit sapiẽs. Qđ
conficitur & ex eo, quod à te accepi, id esse
cũ Deo qđ intelligit Deũ, & ex eo qđ à no-
bis dictum est, id esse cũ Deo qđ à sapiente
1. Retracta. ca. 3. intelligit̃. Sed hanc eis partẽ ꝑ quã istis vtitur
sensibus, non. n. puto ei connumerandam es-
se, cũ sapiẽtem uocamus, fateor me nescire,
nec omnino cuiusmodi sit, suspicari. Negas
ergo, inquã, non solũ ex corpore & anima,
sed ẽt ex anima tota constare sapientẽ. Siqui
dem partẽ istã qua utitur sensibus, animę es-
se negare dementis est. Non. n. ipsi oculi uel
aures, sed nescio ꝗd aliud per oculos sentit.
Ipsum autem sentire, si nõ damus intellectui
nõ damus alicui parti aĩæ. Restat vt corpori
tribuat̃, quo absurdi⁹ dici nihil interim mihi
vr̃. Aĩa, inquit, sapientis perpurgata uirtutib.
& iã cohærens Deo sapientis ẽt nomine di-
gna est, nec ꝗcquã eius aliud decet appellare
sapientem, sed tñ quasi quædã, ut ita dicã, sor
des atq; exuuię, quib. se ille mũdauit, & quasi
subtraxit in seipsum, ei animæ seruiunt. Vel si
C tota hæc anima dicenda est, ei certi parte ani
mæ seruiunt atq; subiectæ sunt quam solam
sapientem nominari decet. Ita qua parte su-
biecta etiam ipsam memoriam puto habita-
re. Vtitur ergo hac sapiens quasi seruo, ut
1. Retracta. ca. 3. hac ei iubeat, easq; iã domito atque substra-
to metas legis imponat, ut dum istis sensi-
bus utitur propter illa quæ iam non sapien-
ti, sed sibi sunt necessaria, non se audeat ex-
tollere, nec superbire domino, nec ijs ipsis
quæ ad se pertinent passim atq; immodera-
te uti. Ad illam enim uilissimam partẽ pos-
sunt ea pertinere, quæ prætereunt. Quibus
autem est memoria necessaria, nisi præter-
euntibus & quasi fugientibus rebus? Ille igi-
tur sapiens amplectitur Deum, eoq; perfrui-
tur qui semper manet, nec expectatur, vt sit,
nec metuit̃ ne desit, sed eoipso quo uere est
sꝑ est præsens. Curat aũt immobilis, & in se
manens serui sui quoddamodo peculium, v
eo tanquã frugi & diligẽs famulus bene uta-
tur, parceq; custodiat. Quam sententiã eius
cum admiratione cõsiderans, recordãs sum
idipsum aliqñ me breuiter illo audiente di-
xisse. Tum arridens, Gratias age, inquam, Li-
centi huic seruo tuo, ꝗ tibi nisi aliꝗd de pe-
culio suo ministraret, nũc fortasse ꝗd prom
res, non haberes. Nam si ad eam partẽ mem
ria pertinet q̃ se uelut famulã bonæ menti r
gendã concedit, ipsa nunc adiutus es, mih
crede, ut hoc diceres. Ergo antequã ad ill
ordinẽ redeã, nõne tibi uidetur, uel propte
talia, id est, ꝑꝑ honestas ac necessarias disci
plinas, memoria opus esse sapiẽti? Quid, in
quit memoria opus est, cũ oẽs suas res ꝓsen-
tes habeat ac teneat? Non. n. uel in ipso sensu
ad id qđ ante oculos nostros est, in auxiliun
nobis uocamus memoriã. Sapienti ergo ant
illos interiores intellectus oculos habẽti oĩ
id est Deũ ipsum fixe immobiliterq; intuen-
ti, cũ quo sunt oĩa, quæ intellectus uidet a
possidet, ꝗd opus est q̃so memoria? Mihi aũ
ut opus esset ad hæc quæ abs te audieram re-
tinenda, nõdum sum illius famuli dominus,
sed ei mõ seruio modo pugno ut non seruiã,
& quasi me audeo asserere in libertatẽ meã.
Et si forte aliqñ impero, atq; obtemperat mi
hi, facitq; sæpe putare quod uicerim, in aliis
rursus reb. ita sese erigit ut eius sub pedibus
miser iaceam. Quamobrem quando de sa-
piente quærimus, me nolo nomines. Nec
me, inquam. Sed tamen nunquidnam sapiens
iste suos potest deserere, aut ullo pacto cum
hoc corpus agit, in quo istum famulum sua
lege deuinctum tenet, relinquet officium be-
neficia tribuendi quibus potest, & maxime
quod ab eo uehementissime flagitatur, sapiẽ
tiam ipsam docendi? Quod cum facit, ut con
grue doceat, minusque ineptus sit, præparat
sæpe aliquid quod ex dispositione eloquat̃
ac disputet, quod nisi memoriæ commenda
uerit, pereat necesse est. Ergo aut officia be-
neuolentiæ negabis esse sapientis, aut confi-
teberis res aliquas sapientis memoria custo-
diri, aut fortasse aliquid suarum rerum non
propter se quidem, sed propter suos sibi ta-
men necessarios commendat seruandum illi
famulo, ut ille tanquam sobrius & ex opti-
ma do-

ma domini diſciplina, non quidẽ cuſtodiat, niſi pp ſtultos ad ſapientiã perducẽdos, ſed qđ ei tñ ille cuſtodiendũ imperarit. Nec oĩno huic, inquit, cõmẽdari quicq̃ arbitrorà ſapiẽte, ſiquidẽ ille ſp Deo infixus eſt, ſiue tacitus, ſiue cũ hominib. loquens, ſed ille ſeruus iã bene inſtitutus diligẽter ſeruat qđ interdũ diſputãti dño ſuggerat, & ei tanq̃ iuſtiſsimo gratũ faciat officiũ ſuũ, ſub cuius ſe uidet poteſtate uiuere. Et hoc faciat nõ quaſi ratiocinãdo, ſed ſumma illa lege ſummoq; ordine pſcribente. Nihil, inquã, nũc reſiſto rõnibus tuis, ut quod ſuſcepimus potius peragaẽ. De iſto uero diligenter quẽadmodũ ſeſe habeat (non. n. parua res eſt, aut tã paruo ſermone cõtenta) uidebimus alias, cũ Deus ipſe opportunitatẽ ordine dederit. Definitũ eſt autẽ quid ſit eſſe cũ Deo. Et cum à me dictũ eſſet, id eſſe cũ Deo quod intelligit Deũ, uos etiã plus adiecistis, ut ibi ſint ẽt illa q̃ intelliguntẽ à ſapiente. Qua in re multũ me mouet, qũo ſubito cũ Deo ſtultitiã collocaueritis. Nã ſi cũ Deo ſunt q̃cunq; intelligit ſapiẽs, nec niſi intellectã ſtultitiã effugere põt, erit ẽt, qđ dictu nephas eſt, peſtis illa cum Deo. Qua concluſione cõmoti, cũ in ſilentio ſe aliquantũ tenuiſſent. Rñdeat, inquit Trigetius, ẽt ille, de cuius aduẽtu ad iſtã diſputationem opportuniſsimo nõ nos puto temere gratulatos. Tũ Alipius, Deus meliora, inquit, huccine mihi tandem tãtum meum ſilentium parabatur? Sed irrupta iam quies eſt. Verum nunc enitar huic utcunq; rogationi ſatisfacere, cum mihi prius uel in futurum proſpexero, & à uobis impetrauero ut à me amplius iſta reſponſione nihil flagitetis. Nullo mõ, inquã, eſt Alipi beneuolẽtiæ atq; humanitatis tuæ uocem tuam ſermoni noſtro etiã deſideratã negare. Sed perge modo, quod inſtituiſti, efﬁce, cætera ut iam ſeſe habet ordo ille prouenient. Aeque mihi de ordine, inquit, ſunt ſperãda meliora, in cuius aſſertione interim me ſubſtituere uoluiſtis. Sed ni fallor ob hoc ſtultitiam Deo iſta tua concluſione ab his copulatam putaſti, quod uniuerſa quæ intelligit ſapiẽs cũ Deo eſſe dixerunt. Sed id quatenus accipiendum ſit nunc omitto, tuam illam ratiocinationem paululum libet aduertere. Dixiſti quippe. Nam ſi cum Deo ſunt quæcunq; intelligit ſapiens, nec niſi intellectã ſtultitiã effugere põt. Quaſi uero illud obſcurũ ſit, anteq̃ ſtultitiã q̃ſq; uitet, ſapientis eũ nomine nõ eſſe cẽſendũ. Et dictũ eſt, à ſapiẽte intellecta eſſe cũ Deo. Cũ igiẽ euitandæ ſtultitiæ gratia eandẽ ſtultitiã quiſq; intelligit, nõdũ eſt ſapiẽs. Cũ aũt ſapiẽs fuerit, nõ inter ea q̃ ille ĩtelligit, ſtultitia numerãda eſt. Quamobrẽ qm̃ ea cõiuncta ſunt Deo, q̃ iam ſapiens intelligit, recte à Deo ſtultitia ſecernitur. Acute quidem inquam, ut ſoles Alipi reſpondiſti, ſed tãquã in alienas truſus angu- H
ſtias. Tñ quia ut arbitror adhuc mecũ ſtultus eſſe dignaris, quid faciemus ſi aliquẽ nanciſcamur ſapientẽ qui nos tanto malo docẽdo ac diſputando libenter liberet? Nã nihil eum prius quantũ arbitror deprecaturus ſum, niſi ut mihi oſtendat, q̃ ſit, quid ſit, qualis ſit omnino ſtultitia. De te. n. non facile affirmauerim, me tñ tm̃ & tandiu detinet, quantum & quandiu à me nõ intelligiẽ. Dicturus eſt ergo ille te authore, ut hoc uos docerem, qñ ſtultus erã, ad me uenire debuiſtis, mõ autem uos ueſtri magiſtri eſſe poteritis. Nã ego iam ſtultitiã non intelligo. Quod q̃dẽ ab eo ſi audirẽ, nõ uererer admonere hominẽ ut comes nobis fieret, ſimulq; magiſtrũ aliũ quærere mus. Vt. n. plene ſtultitiam non intelligo, uideo tñ nihil reſponſione hac eſſe ſtultius. Sed pudebit eũ fortaſſe ita nos aut relinq̃re, aut ſeq. Diſputabit ergo & exagerabit copioſiſsime ſtultitiæ mala. Nos aũt bñ nobis puidentes aut audiemus attente hominẽ neſcientem q̃ loquaẽ, aut credemus eũ, id qđ nõ intelli- I
git, ſcire, aut adhuc Deo ſuſceptorũ tuorũ rõne ſtultitia copulata eſt. Nihil autem ſuperiorum eſt quod uideo poſſe defendi. Reſtat igitur, quod non uultis, extremum. Nunquam te, inquit, inuidum ſenſeram. Nam ſi ab iſtis, ut dicis, ſuſceptis quicquam honorarii, ut ſolet accepiſſem, dum ratiocinationis huius nimium tenax es, id eis modo reddere cogerer. Quare, uel hoc contẽti ſint, quod me tecum laborante non parũ eis ad excogitandũ tẽporis dedi, uel ſi uicti patroni nulla quidẽ ſua culpa conſilio libenter auſcultant, & in hoc iã tibi cedant, & ſint in cæteris cautiores. Nõ cõtemnam, inquam, quod in tua defenſione Trigetius neſcio quid etiam perſtrepens dicere cupiebat, faciamque bona tua uenia. nam fortaſſe non bene inſtructus, es, q recẽs huic negocio ſuperueniſti, ut remoto patrocinio ipſos cauſam ſuã peragẽtes

Honorariũ quod honori cã datur.

audiam patiéter,ut cęperã. Tum Trigetius Li
centio prorſus abſente. Qũo vultis, inquit, ac
cipite, & ridete ſtultitiam meã. Nõ mihi vr̃
debere dici intellectus quo intelligitur ipſa
ſtultitia, q̃ non intelligendi vel ſola vel maxi
ma cã eſt. Non facile, inquam, recuſo iſtud
K accipere. Quãuis.n. me multum moueat qđ
ſentit Alipius, qũo recte poſsit quiſq; docere
qualis ſit res, quam nõ intelligit, quãtãq; mẽ
ti afferat perniciẽ, qđ mẽte non uidet. Nã id
vtique attẽdens, quod tu dixiſti, dicere eſt ve
ritus, cũ ei ſit iſta ẽt de doctorum libris nota
ſententia, tñ ſenſum ipſum conſiderans cor-
poris, nam & ipſo anima utitur, & ipſi ſoli
eſt cũ intellectu qualiſcũq; collatio, adducor
ut dicã neminẽ poſſe videre tenebras. Quam
1. Retra. Cap. 3. obrẽ ſi menti, hoc eſt intelligere, quod ſenſui
uidere, & licet quiſq; oculis apertis ſanis pu
riſq; poſsit uidere, tñ tenebras nõ poteſt, nõ
abſurde dicitur intelligi non poſſe ſtultitia.
Nã nullas alias mẽtis tenebras nominamus.
Nec iã illud mouebit qũo ſtultitia poſsit nõ
intellecta uitari. Vt. n. oculis tenebras uita-
mus eoipſo quo nolumus nõ videre, qſqs vo
let uitare ſtultitiã, nõ ea conet̃ intelligere, ſed
ea q̃ pñt intelligi, ꝑ hãc ſe nõ intelligere do-
leat, eãq; ſibi eẽ p̃ſentẽ, nõ quo ipſam magis
ĩtelligit, ſed quo alia minus intelligit ſentiat.

L Sed ad ordinem redeamus vt nobis ali-
Etiam deformia faciunt ad decorẽ uniuerſi. Cap. 4. quando reddatur Licentius. Illud enim iam
ex uobis requiro, utrum quæcunq; agit ſtul-
tus, ordine uobis agere uideatur. Nam uide-
te, rogatio quos laqueos habeat. Si ordine
dixeritis, ubi erit illa definitio. Ordo eſt quo
Deus agit omnia quæ ſunt, ſi etiam ſtultus,
quæ agit, agit ordine? Si autem ordo non eſt
in ijs quæ aguntur ab ſtulto, erit aliquid qđ
ordo non teneat. Neutrum autem vultis, vi-
dete quæſo, ne cuncta ipſius ordinis defenſio
nis turbetis. Hic item Trigetius. Nã ille alter
adhuc omnino abſens erat. Facile, eſt inquit,
huic quidem reſpondere complexioni tuæ,
ſed me in præſentia ſimilitudo deficit, qua
ſententiã mea uideo aſſeri illuſtrariq; debe-
re. Tamen dicam quod ſentio, facies enim
tu quod pauloante feciſti. Non enim illa cõ-
memoratio tenebrarum ad id quod à me in-
uolutum, & prolatum erat parum nobis attu
lit luminis. Namque omnis uita ſtultorum
quamuis per eoſipſos minime conſtans mi-
nimeque ordinata ſit, per diuinã tamẽ proui
dẽtiam neceſſario rerũ ordine includitur, &
quaſi qbuſdã locis illa ineffabili, & ſempiter
na lege diſpoſitis nullo mõ eſſe ſinit̃ vbi eſſe
nõ debet. Ita fit ut anguſto animo ipſam ſolã
qſque conſiderans, ueluti magna repercuſ-
ſus fędítate auerſetur. Si autẽ mentis oculos
erigens atq; diffundens, ſimul̃ vniuerſa collu
ſtret, nihil nõ ordinatũ ſuiſq; ſꝑ ueluti ſedi-
bus diſtinctũ diſpoſitũq; reperiet. Quàm ma
gna, inquam, q̃ mira mihi ꝑ uos Deus ille, at
que ipſe, ut magiſq; credere adducor, rerum
neſcio qs occultus ordo rñdet. Nã ea dici-
tis, q̃ nec qũo dicantur non uiſa, nec qũo ea
uideatis intelligo, ita ea & uera & alta eſſe ſu
ſpicor. Simile aũt aliquod in iſtã ſententiam
tu fortaſſe unũ requirebas. At mihi iã occur
runt innumerabilia, q̃ me ad conſentiendum
prorſus trahũt. Quid.n. cernifice tetri⁹? Quid
illo animo truculentius atq; dirius? At inter
ipſas leges locũ neceſſariũ tenet, & in bene
moderatę ciuitatis ordinem inſeritur, eſtque
ſuo animo nocens, ordine aũt alieno, pœna
nocentiũ. Quid ſordidius, quid inanius, dede
coris, & turpitudinis plenius meretricib. le-
nonibus, cæteriſque hoc genus peſtibus dici
põt? Aufer meretrices de rebus humanis, tur-
baueris oĩa libidinibus. Cõſtitue matronarũ
loco, labe ac decore dehoneſtaueris. Sic igit̃
genus hominũ per ſuos mores impuriſsimũ
uita, ꝑ ordinis leges cõditione uiliſsimũ. Nõ
ne in corporibus animantiũ q̃dam mẽbra ſi
ſola attendas nõ poſsis attẽdere, tñ ea natura
ordo, nec qa neceſſaria ſunt, deeſſe uoluit,
nec, qa indecora, eminere permiſit. Quæ tñ
deformia ſuos locos tenendo, meliorẽ locũ
conceſſere melioribus. Quid nobis ſuauius,
quid in agro uillaque ſpectaculo congruen-
tius fuit pugna illa conflictuq; gallinaceorũ
gallorum cuius ſuperiore libro fecimus mẽ
tionem? Quid abiectius tñ deformitate ſu-
biecti uidimus? Et per ipſam tamen eiuſdem
certaminis perfectior pulchritudo prouene
rat. Talia credo ſunt oĩa, ſed oculos quærũt.
Solœciſmos, barbariſmos quos uocant,
poetæ adamauerunt, quæ ſchemata, & meta
pſalmos mutatis, appellare nominibus, quã
manifeſta uitia fugere maluerunt. Detrahe
tamen iſta carminibus, ſuauiſsima cõdimen
ta deſiderabimus. Congere multa in unum
locum, totum acre, putridum, rancidum fa-
ſtidibo. Transfer in liberam forenſenque di-

ctionem

ctionem, quis non eã fugere atq; in antris se condere iubebit? ordo igit̃ ea gubernans, & moderãs, nec apud se nimia, nec vbilibet aliena esse patietur. Submissa q̃dam impolitisq; simillima, ipsos saltus ac venustos locos, sese interponens illustrat orõ. Quæ si sola sit, pijcis vt vilem: si aũt desit, illa pulchra non prominent, non in suis quasi regionibus possessionibusq; dominantur, sibiq; ipsa propria luce obstant, totumq; confundunt. Magnæ & hic debentur ordini gratiæ. Mentientes conclusiones, aut irrepẽtes paulatim, vel minuẽdo, vel addendo in assensionem falsitatis, qs non metuat? quis non oderit? Sæpe tñ in disputationibus certis & suis sedibus collocatę tm̃ valent, vt nescio qũo p eas dulcescat ipsa deceptio. Nonne hic quoque ordo ipse laudabitur? Iam in Musica, in Geometria, in astrorum motibus, in numerorum necessitatibus ordo ita dominat̃, vt siquis quasi ei eius fontem atque ipsum penetrale videre desideret, aut in his inueniat, aut per hæc eò sine vllo errore ducatur. Talis. n. eruditio siquis ea moderate vtatur (nã nihil ibi q̃ nimium formidandum est) talem philosophiæ militem nutrit vel ẽt ducẽ, vt ad summum illum modum, vltra quem requirere aliquid nec possit nec debeat, nec cupiat, qua vult euolet atque perueniat, multosq; perducat. Vnde iam dum ipsis humanis rebus teneatur sic eas despiciat, cunctaq: discernat, vt nullo mõ eum moueat, cur alius optet libros hr̃e nec hẽat, alius nimia vxoris fœcunditate torqueatur: egeat ille pecunia qui largiri liberaliter multa paratus est, eiq; defossæ incubet macer & scabiosus fœnerator: ampla patrimonia luxuries dispergat, atq; diffundat, vix toto die lachrymans mendic⁹ nummũ impetret. Aliũ honor extollat indignũ, lucidi mores abscõdant̃ in turba. Hæc & alia in hoĩum vita cogunt homines plerunque impie credere, nullo nos ordine diuinæ prouidẽtiæ gubernari. alij autem pij & boni atque splendido ingenio prædıti, qui neque nos deseri a summo Deo pñt in aĩum inducere, & tñ rerũ tanta quasi caligine atq; cõmixtione turbati nullũ ordinẽ vident, volentes sibi nudari abditissimas causas, errores suos sæpe ẽt carminib. cõquerunt̃. Qui si hoc solũ interrogẽt, cur Itali semper serenas hyemes orent̃, & itẽ semp Getulia nostra misera sitiat, quis eis facile re-

D

spondebit, aut vbi apud nos indagabit̃ illius ordinis ulla suspitio? Ego aũt siq̃d meos monere possum, quantũ mihi apparet quantũq; sentio, censeo illos disciplinis oĩb. erudiendos. Aliter quippe ista sic intelligi vt luce clariora sint, nullo mõ pñt. Si aũt aut pigriores sunt, aut aliis negociis p̃occupati, aut iã duri ad discendũ, fidei sibi p̃sidia parent, quo illos vinculo ad sese trahat, atq; ab his horrendis & inuolutissimis malis liberet ille, q neminẽ sibi p mysteria bene credentẽ perire pmittit. Duplex. n. est via q̃ seqmur, cũ rerũ nos obscuritas mouet, aut rõnem aut certe authoritatẽ. Philosophia rõnem pmittit, & vix paucissimos liberat, quos tñ non mõ non cõtemnere illa misteria, sed sola intelligere, vt intelligenda sunt, cogit. Nullumq; aliud hẽt negocium, q̃ vera, & vt ita dicam germana philosophia est, q̃ vt doceat qđ sit oĩum rerũ principiũ sine principio, quantusq; in eo maneat intellectus, quidue inde in nr̃am salutẽ sine vlla degeneratione manauerit: quẽ vnũ Deum omnipotentẽ eumq; tripotentẽ pr̃em & filiũ & spiritũ sanctũ docẽt veneranda mysteria, q̃ fide sincera & inconcussa populos liberãt, nec confuse, vt quidã, nec contumeliose, vt

1. Retra. Cap. 3.

E

multi p̃dicant. Quantũ aũt illud sit qđ hoc ẽt nostri generis corpus, tantus propter nos Deus assumere atq; agere dignatus est, quanto videtur vilius, tanto est clemẽtia plenius, & a quadam ingeniosorum superbia longe lateque remotius. Anima vero unde originẽ ducat, quidue hic agat, quãtum distet a Deo, quid habeat propriũ, quod alternat in vtranque naturam, quatenus moriatur, & qũo immortalis probetur, q̃ magni putatis esse ordinis vt ista discantur? Magni omnino atque certi. De quo breuiter si tempus fuerit post loquemur. Illud nunc à me accipiatis volo, Siquis temere ac sine ordine disciplinarum in harum rerum cognitionem audet irruere, pro studioso illum curiosum, pro docto credulum, pro cauto incredulũ fieri. Itaq; mihi quod modo interroganti tam bene atq; apte respõdistis, & miror vnde sit, & cogor agnoscere. Videamus tamen quousque progredi vestra latens possit intentio. Iam nobis Licentij etiam verba reddantur, qui tandiu nescio qua cura occupatus alienus ab hoc sermone fuit, vt eum ista non aliter q̃ eos qui non ad sunt familiares nostros, credã esse le-

F

ctuium.Sed redi ad nos (q̃ſo) Licēti,atq; hic
totus fac vt aſsis, tibi.n.dico. Nã definitionē
meã tu probaſti,qua dictum eſt , quid ſit eſſe
cũ Deo,cũ quo mentē ſapientis manere im-
mobilē,me quantũ aſſequi valeo docere vo-
Mēs ſapiē tis immobilis. c. 6.
luiſti. Sed illud me mouet, qũo cũ iſte ſapiēs
q̃diu inter hoĩes viuit in corpore eſſe nõ ne-
get,quo pacto fiat , vt eius corpore huc atq;
illuc vagãte mens immobilis maneat. Iſto.n.
mõ potes dicere, cũ mouetur nauis , hoĩes q
in ea ſunt non moueri , quamuis ab ipſis eam
poſsideri gubernariq; fateamur.Etenim ſi ſo
la eã cogitatione regerēt, facerentq; ire quo
vellent,tñ cũ ea moueat, nõ pñt illi, qui ibi-
dē conſtituti ſunt non moueri.Non, ait Licē
tius,aĩus ita eſt in corpore vt corpus imperet
aĩo.Neq; hoc ego dico,inquam,ſed ēt eques
non ita eſt in equo,vt ei equus imperet, & tñ
q̃uis quò velit ire equũ agat, equo moto mo
ueat neceſſe eſt. Põt, inquit, ſedere ipſe im-
mobilis.Cogis nos inquã definire qd ſit mo-
ueri,qđ ſi potes facias. Volo prorſus,inquit,
G maneat (q̃ſo) beneficiũ tuũ,nã manet, poſtu
latio mea & ne me rurſus interroges vtrum
mihi definire placeat , qñ id facere potuero,
ipſe profitebor.Quæ cũ dicta eſſent, puer de
domo cui dederamus id negocij,cucurrit ad
nos, & horã prandij eſſe nunciauit . Tũ ego,
Quid ſit,inq̃,moueri, non definire nos puer
iſte, ſed ipſis oculis cogit oñdere.Eam⁹ igiť,
& de iſto loco in aliũ locũ tranſeamus nã ni
hil eſt aliud (niſi fallor) moueri.Hic cũ arri-
ſiſſent, diſceſsimus. At vbi refecimus corpo-
ra,qñ cœlũ obduxerat nubes, ſolito loco in
balneo conſedimus Atq; ego,Cõcedis ergo,
inq̃,Licenti, nihil eſſe aliud motum q̃ de lo-
co in locũ tranſitũ? Concedo, inquit. Cõce-
dis ergo,inquam, neminē in eo loco eſſe, in
quo nõ fuerat, & motũ nõ fuiſſe? Non intelli
go,inquit.Siquid, inquã in alio loco fuit du-
dũ:& nunc in alio eſt,motũ eſſe cõcedis?Aſ-
ſentiebat.Ergo,inquã, poſſet alicuius ſapiētis
viuũ corpus hic modo nobiſcũ eſſe , vt aĩus
hinc abeſſet?Poſſet,inquit. Etiamne inquã, ſi
nobiſcũ colloqueret,& nos aliquid doceret?
Etiã ſi, inquit, nos ipſam doceret ſapientiã,
H nõ illũ dicerē nobiſcũ eſſe,ſed ſecũ . Nõ igiť
in corpore,inquã.Non,inquit. Cui ego,Cor
pus illud qđ careat aĩo, nonne mortuũ fate-
ris,cũ ego viuũ propoſuerim? Neſcio, inq̃t,
qũo explicē: nã & corpus hoĩs viuũ eſſe non
poſſe video, ſi aĩus in eo nõ ſit,& nõ poſſum
dicere,vbi ſit corpus ſapientis , nõ eius aĩum
eſſe cũ Deo.Ego,inquã,faciam vt hoc expli-
ces,Fortaſſe.n.qa vbiq; Deus eſt,quoquo ie-
rit ſapiens,ĩuenit Deũ,cũ quo eſſe poſsit . Ita
fit, vt poſsimus & non negare illũ de loco in
locũ tranſire, qđ eſt moueri, & tñ ſemp̱ eſſe
cũ Deo. Fateor, inquit corpus illud de loco
in locũ tranſitũ facere , ſed mentē ipſam ne-
go,cui nomē ſapientis impoſitũ eſt. Nũc in-
terim tibi cedo, inq̃, ne res obſcuriſsima &
diutius diligentiuſq; tractanda impediat in
pñtia propoſitũ nřm.Sed illud videamus,qñ
definitũ eſt à nobis quid ſit eſſe cũ Deo vtrũ
poſsimus ēt ſcire qd ſit eſſe ſine Deo, q̃uis iã
manifeſtũ eſſe arbitror. Nã credo videri tibi
eos q cũ Deo nõ ſunt,eē ſine Deo. Si poſſent,
inquit,mihi verba ſuppetere, dicerē fortaſſe
qđ tibi non diſpliceret.Sed peto p̱feras infan
tiã meã,reſq; ipſas,vt te decet, veloci mente
p̃ripias . Nã & iſti nec cũ Deo mihi vñr eſſe,
& à Deo tñ haberi. Itaq; nõ poſſum eos ſine
Deo eſſe dicere, quos Deus hēt. Cũ Deo itē
non dico,qa ipſi non hñt Deũ . Siquidē Deũ
hře iã inter nos pridē in ſermone illo quē die
natali tuo iucundiſsimũ habuimus , placuit
nihil aliud eē q̃ Deo p̱frui.Sed fateor me for
midare iſta ꝯ̃ria, qũo quiſq; nec ſine Deo ſit,
nec cũ Deo. Non te moueant iſta, inq̃. Nam
vbi res conuenit , quis non verba cõtemnat?
Quare iã ad illã tandem ordinis definitionē
redeamus . Nam ordinem eſſe dixiſti quo
Deus agit omnia. Nihil autem,vt video,non
agit Deus:nam inde viſum tibi eſt nihil præ-
ter ordinem poſſe inueniri . Manet, inquit ,
ſentētia mea , ſed iã video quid ſis dicturus ,
vtrum Deus agat, quæ non bene agi confite-
mur.Optime,inquam, prorſus oculũ in mē-
tē iniecisti . Sed vt vidiſti qd eſſem dicturus,
ita peto videas quid reſpõdendum ſit . Atque
ille nutans capite atq; humeris . Turbamur ,
inquit . Et huic forte qõni mater ſuperuene-
rat . Atque ille poſt aliquantulũ ſilentiũ pe-
tiit,vt à me hoc ipſum rurſus interrogaretur.
Cui loco ſuperius a Trigetio fuiſſe reſpon-
ſum non oĩno animaduerterat . Tum ego :
Quid, inquã, vel cur tibi repetam? Actum ,
aiunt , ne agas . Quare moneo potius vt ea K
quæ ſupra dicta ſunt , vel legere cures, ſi au-
dire nequiſti . Quam quidē abſentiam à ſer-
mone noſtro animi tui nõ ægre tuli , diuque

ita esse te ptuli, vt neq; illa impedirẽ, q̃ tecũ intentus remotusq; à nobis pro te agebas, & ea psequerer, q̃ te admittere stylus iste nõ sineret. Nunc illud quæro, quod nõdũ discutere diligenti rõne tentauimus. Nam ut primũ nobis ista de ordine qõnem nescio quis ordo peperit, memini te dixisse hãc esse iustitiã Dei, quæ separat inter bonos & malos, & sua cuiq; tribuit. Nã nulla, quantũ sentio, manifestior iustitiæ definitio: Itaq; rñdeas velim, utrũ tibi uideatur aliqñ Deũ non fuisse iustũ. Nunquã, inquit. Si ergo sp, inquam, Deus iustus, sp bonũ & malũ fuerũt. Prorsus inquit mater nihil aliud uideo qđ sequat̃. Non. n. iudiciũ Dei fuit ullũ qñ malũ non fuit, nec si aliqñ bonis & malis sua cuiq; tribuit, potest uideri iustus fuisse. Cui Licẽtius: Ergo dicendũ nobis censes, inquit, sp malũ fuisse. Non audeo, inquit illa, dicere. Quid inquã, ergo dicemus? Si Deus ideo iustus est, qa iudicat inter bonos & malos, qñ nõ erat malũ, non erat iustus. Hic illis tacentibus animaduerti Trigetium rñdere uelle, atq; permisit. At ille: Prorsus, inquit, erat Deus iustus. Poterat. n. bonũ, inquit, malũq; secernere, si extitisset, & ex eoipso quo poterat, iustus erat. Non. n. cũ dicimus, Ciceronẽ prudenter inuestigasse coniurationẽ Catelinæ, temperanter nullo corruptũ fuisse præmio, quo parceret malis, iuste illos summo supplicio senatus authoritate mactasse, fortiter sustinuisse oĩa tela inimicorum, & molẽ, ut ipse dixit, inuidiæ, non in eo fuissent uirtutes istæ, nisi Catilina reipub. tantã perniciem comparasset. Virtus enim per seipsam nõ per aliquod hmõi opus consideranda est & in homine, quanto magis in Deo? si tñ in angustiis rerum atque uerborum cõponere illis ista quoquo mõ permittitur, nam ut intelligamus, quia Deus semper iustus fuit, qñ extitit malum quod à bono seiungeret, nihil distulit sua cuique distribuere. non enim tunc ei erat discenda iustitia, sed tunc ea, utendum, quã semper habuit. Quod cum & Licentius & mater in tanta necessitate approbassent, quid, inquã, dicis Licenti? Vbi est quod tam magnopere asseruisti, nihil præter ordinem fieri? Quod enim factum est, ut malum nasceretur, non utique Dei ordine factum est, sed cum esset natũ, Dei ordine inclusum est. Et ille admirans ac moleste ferẽs, quod tã repente bona cã esset lapsa de manib. Prorsus, inqt, in illo dico cępisse ordinẽ ex quo malũ esse cœpit. Ergo, inquã, ut esset ipsum malũ non ordine factũ est, si postquã malũ ortũ est, ordo esse cœpit. Sed sp erat ordo apud Deũ, & aut sp fuit nihil qđ dr̃ malũ, aut si aliqñ inuenit cępisse, qa ordo ipse aut bonus est, aut ex bono est, nunq̃ aliqd sine ordine fuit, nec erit aliqñ. Quamuis & nescio quid potius occurrit, sed illa cõsuetudine obliuionis elapsum est, qđ credo ordine contigisse pro merito, uel gradu, uel ordine uitæ. Nescio qũo mihi, inquit, effugit, quã nũc sperno sñiam, non. n. debui dicere postquã malũ natũ est, cępisse ordinẽ, sed ut illa iustitia, de qua Trigetius disseruit, & ita ordinẽ fuisse apud Deũ, sed ad usum eius non uenisse, nisi postq̃ mala esse cęperũt. Eodẽ, inquã, relaberis. Illud. n. qđ minime uis incõcussum manet, nã siue apud Deũ fuit ordo, siue ex illo tẽpore esse cępit, A
quo ẽt malũ, tñ malũ illud pter ordinẽ natũ est. Quod si concedis, fateris aliqd pter ordinẽ posse fieri, quod causam tuã debilitat ac detruncat. Si ãt nõ cõcedis, incipit Deiordine natũ malũ uideri, & malorũ authorẽ Deũ fateberis. Quo sacrilegio mihi detestabilius nihil occurrit. Qđ cũ siue nõ intelligenti, siue disimulanti se intellexisse uersarẽ sæpius, & reuoluerẽ, nihil habuit qđ diceret, & se silentio dedit. Tũ mater, Ego, inquit, nõ puto nihil potuisse pter Dei ordinẽ fieri, qa ipsum malum qđ natum est, nullo mõ Dei ordine natum est, sed illa iustitia id inordinatũ esse non sinit, & in sibi meritum ordinẽ redegit 1. *Retra.*
& compulit. Hic ego cum oẽs cernerem stu *Cap. 3.*
diosissime ac pro suis quenq; uiribus Deum q̃rere, sed ipsum de quo agebamus ordinem non tenere, quo ad illius ineffabilis maiestatis intelligentiã peruenitur: Oro uos, inquã, si ut uideo, multũ diligitis ordinem, ne nos præposteros & inordinatos esse patiamini. Quanquam. n. occultissima ratio se demon- B
straturam polliceatur, nihil præter diuinũ ordinem fieri, tamẽ si quempiam ludi magistrũ audiremus, conantem docere puerũ syllabas, quem prius literas nemo docuisset, nõ dico ridendum tanquam stultũ, sed uincendum tanquam furiosum putaremus, non ob aliud, ut opinor, nisi quod docendi ordinem non teneret. At multa talia & imperitos, quæ à doctis reprehendãtur ac derideantur, &

demẽtes hoĩes,q̃ nec ſtultorũ iudiciũ fugiũt,
facere nemo ambigit,& tñ ẽt iſta oĩa,quæ fa
temur eſſe peruerſa,nõ eſſe p̃ter diuinũ ordi
nẽ,alta quædã,& multitudinis uel ſuſpitione
remotiſsima diſciplina, ſe ita ſtudioſis, &
Deũ atq; animas tm̃ amantibus manifeſtatu-
rã eſſe promittit, ut nõ nobis ſummæ nume-
Lex quæ in Deo, diſciplina eſt vitæ.
rorũ poſsint eſſe certiores. Hæc aũt diſcipli-
na ipſa Dei lex eſt,q̃ apud eũ fixa, & incon-
cuſſa ſemp̱ manens,in ſapientes animas quaſi
tranſcribit̃,ut tanto ſe ſciant uiuere melius tã
C toq; ſublimius, quãto & perfectius eã cõtẽ-
Cap. 8.
Cic. de le. primo. Vita proborum.
plantur intelligendo, & uiuendo cuſtodiũt
diligentius. Hæc igit̃ diſciplina ei,qui illam
noſſe deſiderãt,ſimul geminũ ordinẽ ſeq̱ iu-
bet,cuius una pars uitæ altera eruditionis eſt.
Adoleſcentib. ergo ſtudioſis eius ita uiuẽdũ
eſt,ut à uenereis rebus,ab illecebris vẽtris &
gutturis,ab immodeſto corporis cultu,& or
natu,ab inanibus negociis ludorum,à torpo
re ſomni atq; pigritiæ,ab æmulatione, obtre
ctatione,inuidẽtia, ab honorũ poteſtatũque
ambitionibus,ab ipſius etiã laudis immodi-
ca cupiditate ſe abſtineant. Amorẽ autẽ pe-
cuniȩ totius ſuæ ſpei certiſsimũ uenenũ eſſe
credãt,nihil eneruiter faciãt, nihil audacter.
In peccatis aũt ſuorum uel pellant omnino
irã,uel ita frenẽt,ut ſit pulſæ ſimilis, neminẽ
Hic duæ negationes magis negat.
oderint,nulla uitia non curare uelint. Magno
pere obſeruẽt cũ vindicant,ne nimiũ ſit, cũ
ignoſcunt,ne parũ. Nihil puniãt qđ non va-
leat ad melius,nihil indulgeãt, qđ vertat in
peius. Suos putent oẽs, iu quos ſibi poteſtas
data fuerit. Ita ſeruiant, vt eis dñari pudeat,
ita dñent̃, ut eis ſeruire delectet. In alienorũ
aũt peccatis moleſti nõ ſint inuito. Inimici-
tias uitẽt cautiſsime, ferãt æq̱ſsime, finiãt ci-
tiſsime. In oĩ uero ꝯctu atq; cõuerſatione cũ
hoĩbus, ſatis eſt ſeruare unũ hoc uulgare pro
uerbiũ: Nemini faciãt, qđ pati nolũt. Rẽpu-
blicã nolint adminiſtrare,niſi perfecti. Perfi-
D ci aũt uel intra ætatẽ ſenatoriã feſtinent, uel
certe intra iuuentutẽ. Sed quiſquis ſero ad
iſta ſe cõuertit,nõ arbitret̃ nihil ſibi eſſe p̃ce
ptum, nã utiq; facilius decocta ætate ſerua-
bit. In omni autẽ uita, loco, tp̱e, amicos aut
habeant,aut habere inſtent. Obſequantur di-
gnis etiam non hoc expectantibus. Superbos
minus curent, minime ſint. Apte c ongruen-
terque uiuãt. Deum colant, cogitẽt, quærãt,
fide, ſpe, charitate ſubnixi. Optent tranquil-
litatẽ, atq; certũ curſum ſtudiis ſuis, omniũ
que ſociorũ, & ſibi q̱buſq; poſſunt mentem
bonã, pacãtamq; uitã. Sequitur ut dicã qũo
ſtudioſi erudiri debeãt,q̱,ſicut dictũ eſt,viue
re inſtituerunt. Ad diſcendũ item neceſſario
dupliciter & ducimur,authoritate atq; rõne.
Tempore authoritas, re autẽ ratio prior eſt.
Aliud eſt.n. quod in agendo anteponit̃,aliud
pluris in appetendo æſtimatur. Itaq; quam-
quã bonorũ authoritas imperitæ multitudini
uideatur eſſe ſalubrior,rõ uero aptior erudi-
tis tñ,q̱a nullus hominũ niſi ex imperito peri
tus ſit,nullus autem imperitus nouit qualem
ſe debeat præbere docentib. & quali uita eſſe
docilis poſsit, euenit,ut oĩbus bona magna,
& occulta diſcere cupientibus, non aperiat
niſi authoritas ianuã. Quam quiſq; ingreſſus
ſine ulla dubitatione uitæ optimæ prȩcepta
ſectat̃, per quȩ cum docilis factus fuerit, tũ
demũ diſcet, & quanta rõne prædita ſint ea
ipſa, quæ ſecutus eſt ante rõnẽ,& quid ſit ip-
ſa ratio, q̱ poſt authoritatis cunabula firmus
& idoneus iã ſequit̃ atq; cõprehendit, & q̱d
intellectus,in quo uniuerſa ſunt, uel ipſa po-
tius uniuerſa,& q̱d præter uniuerſa uniuȩrſo
rũ principiũ. Ad quã cognitionẽ in hac uita
peruenire pauci,ultra quã uero ẽt poſt hanc
uitã nemo progredi poteſt. Qui aũt ſola au-
thoritate cõtenti,bonis tm̃ morib. rectisque
uotis conſtanter operã dederint, aut cõtem-
nentes, aut non uolentes diſciplinis liberali-
bus atq; optimis erudiri,beatos eos quidem,
cũ inter homines uiuũt, neſcio qũo appellẽ,
tñ inconcuſſe credo mox ut hoc corpus reli
querint, eos quò bene magis minuſue uixe-
rũt, eo facilius aut difficilius liberari, Autho
ritas tñ partim diuina ẽ, partim humana: Sed
uera,firma, ſumma ea eſt, q̃ diuina nomina-
tur. In qua metuenda eſt aeriorum animaliũ
* mira fallacia,quȩ per rerum ad iſtos ſenſus
corporis p̱tinentiũ quaſdã diuinationes,non
nullasque potentias decipere animas facilli-
me conſueuerunt, aut periturarum fortuna-
rum curioſas,aut fragiliũ cupidas poteſtatũ,
aut inaniũ formidoloſas miraculorũ. Illa er-
go authoritas diuina dicenda eſt,quæ non ſo
lum in ſenſibilibus ſignis tranſcẽdit oẽm hu-
manã facultatem, ſed & ipſum hominẽ agẽs,
oſtendit ei quouſq; ſe propter ipſum dep̃ſ-
ſerit,& non teneri ſenſibus, quibus uidentur
illa miranda ſed ad intellectũ iubet euolare,
ſimul

ſimul demõſtrãs & quanta hic poſsit, & cur hæc faciat, & q̃ paruipēdat. Doceat.n. oportet, & factis poteſtatē ſuã, & humilitate clementiam, & præceptione naturam, quæ omnia ſacris, q̃bus initiamur, ſecretius firmiuſque tradũtur. In quibus bonorũ vita facillime nõ diſputationũ ambagibus, ſed myſteriorum authoritate purgatur. Humana vero authoritas plerũq; fallit: In eis tñ iure videt̃ excellere qui quantũ imperitorũ ſenſus capit, multa dãt indicia doctrinarum ſuarũ, & nõ viuũt aliter, q̃ viuendũ eſſe præcipiunt. Quibus ſi aliqua ẽt fortunæ munera acceſſerint, quorũ appareant vſu magni, cõtẽptuq; maiores, difficillimũ omnino eſt, vt eis q̃ſq; viuendi præcepta dantibus credẽs recte vituperetur. Hic Alipius: Permagna, inquit, vitæ imago abs te ante oculos noſtros, cũ plene, tũ breuiter cõſtituta eſt. Cui q̃uis quotidianis præceptis tuis inhiemus, tñ nos hodie cupidiores flagrantioresq; reddidiſti. Ad q̃, ſi fieri poſſet, nõ ſolũ nos, verumetiã cunctos hoĩes iã peruenire, & eidẽ inhærere cuperẽ, vt hæc ſicuti auditu mirabilia, ita eſſent imitatione facilia. Nam neſcio quomodo, qđ vtinam vel à nobis procul abſit, animus humanus dũ hæc audiendo, cęleſtia diuina ac prorſus vera eſſe ꝓclamet, in appetendo aliter ſe gerit, vt mihi veriſsimũ videatur aut diuinos homines, aut nõ ſine diuina ope ſic viuere. Cui ego: Hæc præcepta viuendi, quæ tibi, vt ſemper plurimũ placent Alipi, quãuis hic meis verbis pro tp̃e expreſſa ſint, nõ tñ à me inuẽta eſſe optime ſcis. His.n. magnorũ hominum, & penè diuinorũ libri pleniſſimi ſunt: qđ nõ propter te dicendũ mihi putaui, ſed ꝑꝑ iſtos adoleſcẽtes, ne in eis quaſi authoritatẽ meã iure cõtemnãt. Nam mihi omnino illos nolo credere, niſi docẽti, rõnemq; reddẽti ꝑꝑ quos pro rerũ magnitudine cõcitãdos, ẽt te arbitror iſtum interpoſuiſſe ſermonẽ: non.n. tibi ſunt ad ſequendũ iſta difficilia, quæ tanta rapuiſti auiditate, tãtoq; in ea naturæ admirabilis impetu ingreſſus es, vt ego tibi verborũ; tu mihi rerũ magiſter effectus ſis. Non.n. eſt modo vlla cauſa mẽtiẽdi, aut ſaltẽ occaſio: nã neq; te falſa laude ſtudioſiorẽ fieri puto, & ij aſſunt, qui vtrunq; nouerunt, & ei ſermo iſte mittetur, cui noſtrũ nullus ignotus eſt. Bonos aũt viros, deditosq; optimis moribus ſi nõ aliter ſentis atq; dixiſti, pauciores te arbitror eſſe credere, q̃ mihi ꝓbabile eſt: ſed multi penit⁹ latẽt te. Itẽ multorũ nõ latentiũ, ea ipſa, quæ mira ſunt, latẽt: in aĩmo.n. ſunt iſta: q̃ neque ſẽſu accipi põt, & plerũq; dũ cõgruere vult vitioſorum hoĩum colloquijs, ea dicit, quæ haud probare videatur. Multa ẽt facit nõ libenter, ꝑꝑ aut vitandũ odiũ hominũ, aut ineptiã fugiendã, quod nos audiẽtes aut videntes difficile aliter exiſtimamus, q̃ ſenſus iſte renunciat. Eoq; fit, vt multos nõ taleseſſe credamus, quales & ſeipſi & eos ſui familiares nouerũt. Quod tibi ex amicorũ noſtrorum quibuſdã magnis animi bonis, q̃ nos ſoli ſcimus, ꝑſua deas velim. Nã error iſte nõ minima hac cauſa nitit̃, qđ nõ pauci ſe ſubito ad bonã vitã mirandãq; cõueniũt: & donec aliquibus clarioribus factis innoteſcãt, quales erãt, eſſe credunt̃. Nã ne longius abeã, quis iſtos adoleſcẽtes, q̃ antea nouerat, facile credat tã ſtudioſe magna quærere, tãtas repente in hac ætate indixiſſe inimicitias voluptatibus? Ergo hãc opinionẽ pellamus ex aĩo: nã & illud diuinũ auxiliũ, qđ vt decebat religioſe in vltimo ſermonis tui poſuiſti, latius q̃ nõnulli opinãtur, vltra officiũ clemẽtiæ ſuæ per vniuerſos populos agit. Sed ad diſputationis nr̃æ, ſi placet ordinẽ redeamus: & qñ de authoritate ſatis dictũ eſt, videamus q̃d ſibi ratio velit. Ratio eſt mẽtis motio, ea quæ diſcuntur diſtinguẽdi, & cõnectẽdi potens: qua duce vti ad Deũ intelligẽdũ, vel ipſam, quæ aut in nobis: aut vſquequaq; eſt, aĩam, rariſsimũ omnino genus hominũ põt: non ob aliud, niſi quia in iſtorũ ſenſuũ negocia progreſſo redire in ſemetipſum cuiq; difficile eſt. Itaq; cũ in rebus ipſis fallacibus rõne totum agere homines moliantur, q̃d ſit ipſa ratio, & qualis ſit, niſi perpauci prorſus ignorant. Mirũ vr̃, ſed tamen ſe ita res habet: Satis eſt hoc dixiſſe in præſentia: nã ſi vobis rem tantã ſicut intelligenda eſt, nũc oſtẽdere cupiã, tã ineptus ſim, q̃ arrogãs, ſi vel me illã iam percepiſſe profitear. Tñ quantũ dignata eſt in res quæ nobis notæ vidẽtur, procedere, indagemus eã, ſi poſſumus, interim, prout ſuſceptus ſermo deſyderat. At primũ videamus vbi hoc verbũ, quod ratio vocatur, frequentari ſolet: nam illud nos mouere maxme debet, quod ipſe homo à veteribus ſapiẽtibus ita definitus eſt, Homo eſt animal ratio-

1. Retra. cap. 3.

I

Rõ quid, & huius inſenſibilibus ueſtigia. cap. 11.

1. Retra. cap. 3.

K

Hominis definitio.

rationale mortale. Hic genere posito qꝫ aĩal
dictu est, videmus additas duas differẽtias, q
bus credo admonẽdus erat homo, & quò si
bi redeundũ esset, & vnde fugiendũ. Nam vt
progressus animæ vsque ad mortalia lapsus
est, ita regressus esse in rõnẽ debet. Vno ver-
bo à bestiis, quod rationale: & alio à diuinis
separatur, quod mortale dicitur. Illud igĩt
L nisi tenuerit, bestia erit: hinc nisi se auerterit,
diuina non erit Sed qm̃ solent doctissimi vi
ri qd inter rationale ac irrationale intersit,
acute subtiliterque discernere, nullo modo
est id quod instituimus negligendũ rationa-
le esse dixerunt, quod ratione vtereĩ vel vti
possit: rõnabile aũt, quod rõne factum esset
aut dictũ. Itaque has balneas rõnabiles pos-
sumus dicere, nostrũq; sermonẽ: rationales
aũt vel illũ q has fecit, vel nos qui loqui-
mur. Ergo procedit rõ ab aĩa rõnali. s. in ea
quæ vel fiunt rõnabilia, vel dicũtur. Duo er
go video, in quibus potentia visq; rõnis pos
sit ipsis etiã sensibus admoueri, opera homi
num quæ vidẽtur, & verba quæ audiuntur.
In vtroque aũt vtitur mens gemino nuncio
pro corporis necessitate: vno q oculorũ est,
altero qui aurium. Itaq; cum aliquid vide-
mus cõgruẽtibus sibi partibus figuratũ, non
absurde picimus rõnabiliter apparere. Itẽq;
cũ aliquid bene cõcinere audimus, nõ dubi
tamus dicere qđ rationabiliter sonat. Nemo
aũt non rideatur, si dixerit, Rõnabiliter olet,
aut rõnabiliter sapit, aut rõnabiliter molle
M est, nisi forte in ijs, quæ ꝑp aliquid ãb hoĩb⁹
procurata sunt, vt ita olerent, vel saperẽt, vel
ferueret, vel quid aliud. Vt siquis locũ, vnde
grauibus odoribus serpentes fugantur rõna-
biliter dicat ita olere, cãm intuens quare sit
factũ: aut poculũ quod medicus cõfecerit,
rõnabiliter amarum esse vel dulce: aut qđ tẽ
perari languido solitũ iusserit calere rõnabi
liter, aut tepere. Nemo aũt hortũ ingressus,
& rosam naribus admouens, audet ita dicere
q̃ rationabiliter fragrat: nec si medicus illã
vt olfaceret iusserit. Tunc. n. præceptũ vel da
tũ illud rõnabiliter, nõ tñ olere rõnabiliter,
dr̃: nec propterea, qa naturalis ille odor est.
Nã quãuis à coquo pulmentũ cõdiatur, rõ-
nabiliter cõditum possumus dicere: rõnabili
ter aũt sapere, cum causa extrinsecus nulla
sit, sed præsenti satis fiat voluptati, nullo mo
do ipsa loquẽdi cõsuetudine dr̃. Si. n. quæra-
tur de illo cui poculũ medicus dederit, cur
id dulciter sentire debuerit. aliud inferĩ ꝑp
qđ ita est. i. morbi genus, quod iam non illo
sensu est, sed aliter sese habet in corpore. Si
aũt rogetur liguriens aliquid, gulæ stimulo
concitatus, cur ita dulce sit, & rñdeat, qa li-
bet, aut quia delector: nemo illud dicet rõna
biliter dulce, nisi forte illius delectatio ali-
cui rei sit necessaria, & illud qđ mandit ob
hoc ita confectũ. Tenemus, quantũ inuesti-
gare potuimus, quæda vestigia rõnis in sensi
bus, & qđ ad visum atq; auditum pertinet,
in ipsa ẽt voluptate. Alij vero sensus non in
voluptate sua, sed ꝑp aliqd aliud solẽt hoc
nomen exigere: id aũt est rationalis animan
tis factũ ꝓpter aliquẽ finẽ. Sed ad oculos qđ
pertinet, in quo cõgruentia partiũ rõnabilis
dicitur, pulchrum appellari solet. Quod ve-
ro ad aures, qñ rõnabilẽ concentũ dicimus
cantumq; numerosum rationabiliter esse cõ
positũ suauitas vocaĩ proprio iam nomine.
Sed neq; in pulchris rebus cũ nos color illi-
cit, neq; in auriũ suauitate cũ pulsa chorda
quasi liquide sonat atq; pure, rõnabile illud
dicere solemus. Restat ergo vt in istorũ sen-
suum voluptate, id ad rõnẽ pertinere fatea-
mur, vbi quædam dimensio est atque modu
latio. Itaq; in hoc ipso ædificio singula be-
ne cõsiderãtes, nõ possumus nõ offeudi. qđ
vnũ ostiũ videmus in latere, alterũ propè in
medio, nec tñ in medio collocatũ. Quippe
in rebus fabricatis, nulla cogẽte necessitate, B
iniqua dimensio partiũ facere ipsi aspectui
velut quandã vr̃ iniuriã. Quod aũt intus tres
fenestræ, vna in medio, duæ à lateribus pari-
bus interuallis solis lumen infundũt, quàm
nos delectat diligẽtius intuẽtes, quamq; in
se animum rapit, manifesta res est, nec mul-
tis verbis vobis aperiẽda. Vñ ipsi architecti
iã suo verbo, rõnẽ istam vocãt: & partes di-
scorditer collocatas, dicũt nõ habere rõnẽ.
Quod latè patet, ac penè in omnes artes ope
raq; humana difunditur. Iã in carminibus,
in quibus itẽ dicimus esse rõnẽ ad voluptatẽ
auriũ pertinẽtẽ, qs nõ sentiat dimensionem
esse totius hui⁹ suauitatis opificẽ? Sed histrio
ne saltante, cum bene spectãtibus gestus illi
oẽs signa sint rerũ, q̃uis mẽbrorum numero
sus quidam motus oculos eadẽ illa dimẽsio-
ne delectet, dicitur tñ rationabilis illa salta-
tio, quod bene aliquid significet, & ostẽdat,

Differunt rationale, & rõnabile.

1. Retra. Cap.

excepta ſenſuum voluptate. Non.n. ſi pẽnatã Venerẽ faciat, & Cupidinẽ pallatiũ, quãuis id mira mẽbrorũ motione atq; collocatione depingat, oculos vr̃ offendere, ſed ꝑ oculos animum, cui rerũ ſigna illa monſtrant̃, nã oculi offenderent̃, ſi nõ pulchre mouerentur. Hoc.n. pertinebat ad ſenſum, in quo anima eoipſo qđ mixta eſt corpori, percipit voluptatẽ. Aliud ergo ſenſus, aliud per ſenſum, nam ſenſum mulcet pulcher motus, ꝑ ſenſũ autẽ animum ſolũ pulchra in motu ſignificatio. Hoc ẽt in auribus facilius aduertitur: nã ꝗcquid iucunde ſonat, illud libet, atq; ipſum auditũ illicit, qđ aũt ꝑ eundẽ ſonũ bene ſignificatur, nũcio ꝗdẽ auriũ, ſed ad ſolã mẽtem refertur. Itaque cum audimus illos verſus.

Quid tm̃ Oceano properẽt ſe tingere ſoles Hyberni, vel quæ tardis mora noctib. obſtet. Aliter metra laudamus, aliterque ſententiam: nec ſub eodem intellectu dicimus, rõnabiliter ſonat, & rationabiliter dictũ eſt. Ergo iam tria genera ſunt rerũ, in quibus illud rõnabile apparet. Vnũ eſt in factis ad aliquẽ finem relatis, alterum in dicendo, tertiũ in delectando. Primũ nos admonet nihil temere facere, ſ̃m recte docere: vltimũ beate contẽplari. In moribus eſt illud ſuperius, hæc autẽ duo in diſciplinis, de quib. nũc agimus. Nãq; illud qđ in nobis eſt rõnale .i. qđ rõne vtitur, & rationabilia uel facit uel ſequitur, quia naturali quodam vinculo in eornm ſocietate aſtringebatur, cum quibus illi erat ratio ipſa communis, nec homini homo firmiſſime ſociari poſſet, niſi colloquerẽtur, atque ita ſi mentes ſuas cogitationeſque quaſi refunderent, uidit eſſe imponẽda rebus uocabula, id eſt, ſignificãtes quoſdam ſonos, ut qm̃ ſentire animos ſuos nõ poterãt, ad eos ſibi copulandos ſenſu quaſi interprete vterentur. Sed audiri abſentiũ uerba non poterant, ergo illa ratio peperit literas, notatis omnibus oris ac linguæ ſonis, atque diſcretis. Nihil autem horũ facere poterat, ſi multitudo rerum ſine quodam defixo termino infinite patere videretur. Ergo vtilitas numerãdi magna neceſſitate animaduerſa eſt. Quibus duobus repertis, nata eſt illa librariorum & calculonũ profeſſio, uelut quædã Grammaticæ infantia, quam Varro literationẽ vocat: græca aũt quomodo appelletur nõ ſatis in præſenti recolo. Progreſſa deinde ratio animaduertit eoſdẽ oris ſonos ꝗbus loqueremur, & quos literis iam ſignauerat alios eſſe, qui moderato varie hiatu, quaſi enodati ac ſimplices faucib. ſine ulla colliſione defluerẽt, alios diuerſo preſſu oris, tenere tñ aliquem ſonũ, extremos aũt ꝗ niſi adiuncti ſibi primis erumpere non valerẽt. Itaq; literas hoc ordine, quo expoſitæ ſunt, uocales, ſemiuocales, & mutas nĩauit. Deinde ſyllabas notauit, deinde uerba in octo genera, formaſq; digeſta ſunt. Oĩſq; illorũ motus, integritas, iunctura, perite ſubtiliterq; diſtincta ſunt. Inde iã numerorũ & dimenſionis nõ immemor adiecit animũ in ipſas vocum & ſyllabarum varias moras, atque inde ſpatia tẽporis alia duplicia, alia ſimplicia eſſe cõperit, ꝗbus lõgæ breueſq; ſyllabæ tẽderent̃. Notauit ẽt iſta, & in regulas certas diſpoſuit. Poterat iã ꝑfecta eſſe Grãmatica, ſed ꝗa ipſo nomine ꝓfiteri ſe literas clamat, vñ etiã latine literatura dicit factũ eſt, vt ꝗcꝗd dignũ memoria literis mãdaret̃, ad eã neceſſario ꝑtineret. Itaq; unũ quidẽ nomen, ſed res infinita multiplex, curarum plenior q̃ iucunditatis aut ueritatis, huic diſciplinæ acceſſit Hiſtoria, nõ tam ipſis Hiſtoricis quã Grãmaticis laborioſa. Quis.n. ferat imperitũ uideri hoĩem, ꝗ volaſſe Dædalũ nõ audierit: mẽdacẽ illũ ꝗ finxerit, ſtultũ ꝗ crediderit, impudentẽ ꝗ interrogauerit nõ uideri? Aut, in quo nr̃os familiares grauiter miſerari ſoleo, ꝗ ſi nõ rñderint, ꝗd uocata ſit mr̃ Euryali, accuſant̃ ĩſcitię, cũ ipſi eos, à ꝗb. ea rogant̃ vanos, & ĩeptos, nec curioſos audeãt appellare?

Illa igitur ratione perfecta diſpoſitaque Grammatico, admonita eſt quærere atq; attendere hanc ipſam uim, quæ pepererit artem. Nam ea definiendo, diſtribuendo, colligendo nõ ſolũ digeſſerat atq; ordinauerat, verum ab omni etiam falſitatis irreptione defenderat. Quando ergo tranſiret ad alia fabricanda, niſi ipſa ſua prius quaſi quædam machinamenta, & inſtrumẽta diſtingueret, notaret, digereret, proderetque ipſam diſciplinam diſplinarum, quam Dialecticã uocant? Hæc docet docere, hæc docet diſcere, in hac ſeipſa ratio demonſtrat atque aperit quæ ſit, quid uelit, quid ualet. Scit ſcire, ſola ſcientes facere, nõ ſolum vult, ſed etiam põt. Verũ quoniã plerunq; ſtulti homines ad ea quæ ſuadentur recte, vtiliter, & honeſte, non ipſam ſynceriſſimam, quam rarus animus

et uerborum.

B

Occaſio hiſtoriæ.

F

Ver. Aen. 9.

eam uult ortam ex Primo, nec nominat tamẽ Dialectices, & rhetorices inuentio. Cap. 13.

G mus videt, veritatē, sed proprios sensus ꝯsuetudinemq; sectantur, oportebat eos non doceri solū quantū queunt, sed sæpe & maxime cōmoueri. Hanc suā partē q̄ id ageret, necessitatis pleniorē q̄ puritatis, refertissimo gremio delitiarū, quas populo spargat, vt ad vtilitatē suā dignet̄ adduci, vocauit Rhetoricā. Hactenus pars illa, q̄ in significando rōnabilis dr̄, studiis liberalibus disciplinisq; ꝓmota est. Hinc se illa rō ad ipsarū rerū diuinarū beatissimā cōtemplationē rapere voluit. Sed ne de alto caderet, quæsiuit gradus, atq; ipsa sibi viam per suas possessiones ordinēq; molita est. Desiderabat n. pulchritudinē, quā ne sola & simplex posset sine istis oculis intueri, impediebat̄ à sensib. Itaq; in eos ipsos paululum aciē torsit, qui veritatē sese hr̄e clamantes, festinantem, ad alia pergere, importuno strepitu reuocabant. Et primo ab auribus cœpit, quia dicebant ipsa verba sua esse, quibus iam & Grammaticā, & Dialecticā, & Rhetoricā fecerat. At ista potentissima secernendi cito vidit quid inter sonū, & id cuius signum esset, distaret. Intellexit nihil aliud ad aurium

1. Retra. Cap. 3.

Musica, & poetica.c.14.

1. Retra. Cap. 3.

H iudiciū pertinere, q̄ sonū, eumq; esset triplicem, Aut in voce animantis, aut in eo qđ flatus in organis faceret, aut in eo qđ pulsu ædere retur. Ad primū pertinere Tragœdos, vel Comœdos vel choros cuiuscemodi, atque oēs omnino, qui uoce propria canerēt. Scđm tibiis, & similibus instrumentis deputari. Tertio dari citharis, lyris, cymbalis, atque oī qđ percutiendo canorum esset. Videbat autem hanc materiam esse vilissimā, nisi certa dimēsione tp̄um, & acuminis grauitatisq; moderata varietate soni figurarentur. Recognouit hinc esse illa semina, q̄ in Grāmatica, cū syllabas diligenti consideratione versaret, pedes, & accētus vocauerat. Et quia in ipsis verbis breuitates, & longitudines syllabarū prope æquali multitudine sparsas in orōne attēdere facile fuit, tentauit pedes illos in ordine certos disponere atq; cōiungere: & in eo primo sensum ipsum secuta, moderatos impsit articulos, q̄ & cæsa & mēbra nominauit. Et ne longius pedū cursus ꝓuolueret̄, q̄ eius iudiciū posset sustinere, modū statuit vnde reuerteret̄, & ab eo ipso versum vocauit. Qđ aūt non esset certo fine moderatū, sed tn̄ rōnabiliter ordinatis pedib. currere, rhytmi nomine notauit, qui latine nihil aliud q̄ nume-

Triplex sonus.

Augusti. frequenter utitur cuiuscemodi pro qualibuscunque.

Versus unde.

Rhythmus.

rus dici potuit. Sic ab ea poetæ geniti sunt. In I qb. cū videret nō solū sonorū, sed ēt verborū rerumq; magna momenta, plurimū eos honorauit, eisq; tribuit quorū vellent rōnabiliū mendaciorū ptātem. Et qm̄ de prima illa disciplina stirpē ducebāt iudices in eo Grāmaticos eē ꝑmisit. In hoc igit̄ quarto gradu, siue in rhythmis, siue in ipsa modulatione intelligebat regnare numeros, totumq; perficere. Inspexit diligentissime cuiusmodi essent, reperiebat diuinos & sempiternos, ꝓsertim qđ ipsis auxiliantib. oīa superiora contexuerat. Et iā tolerabat ægerrime splendorē illorum atq; serenitatē corporea vocū materia decolorari. Et qm̄ illud qđ mens videt, semꝑ est pn̄s, & immortale approbat̄, cuius gn̄is numeri apparebāt: sonus aūt quia sensibilis res est, preterfluit in ꝑteritum tp̄s, imprimiturq; memoriæ rōnabili mendacio iā poetis fauente rōne quærendū, nequid progagini similiter inesset, Iouis & memoriæ filias Musas esse confictū est. Vn̄ ista disciplina sensus intellectusq; particeps Musicę nomē inuenit. Hinc est profecta in oculorū opes, & terrā cœlūque collustrans, sensit nihil aliud q̄ pulchritudinē sibi placere, & in pulchritudine figuras, & in figuris dimensiones, & in dimensionibus numeros: quæsiuitq; ipsa secū, vtrum ibi talis linea talisq; rotūditas, vel quælibet alia forma & figura esset, qualē intelligentia contineret. Longe deteriorē inuenit, & nulla ex parte quod uiderent oculi cum eo qđ mens cerneret, comparandū. Hęc quoq; distincta & disposita, in disciplinā redegit, appellauit Geometriam. Motus eā cœli multum mouebat, & ad se diligenter cōsiderandū inuitabat. Etiam ibi ꝑ ꝯstantissimas temporum vices, per astrorū ratos definitosque cursus, ꝑ interuallorū spatia moderata intellexit nihil aliud q̄ illam dimensionē numerosq; dn̄ari. Quæ similiter definiēdo ac secernendo in ordinē nectens Astrologiā genuit, magnum religiosis argumentū, tormētumq; curiosis. In his igit̄ oīb. disciplinis occurrebant ei oīa numerosa, q̄ tn̄ in illis dimensionib. manifestius eminebant, quas in se ipsa cogitando atq; voluēdo intuebat̄ verissimas. In his aūt, q̄ sentiuntur, umbras earum potius atq; vestigia recolebat: Hic se multū erexit, multūq; pͤsumpsit: ita ausa ē immortalē aīam L comprobare. Tractauit omnia diligenter,

per-

percepit prorsus se plurimũ posse, & ꝗcꝗd
posset, numeris posse. Mouit eã quoddã mi-
raculũ, & suspicari cępit seipsam fortasse nu
merum esse eum ipsum, quo cuncta numera-
rent, aut si id non esset, ibi tñ eũ esse; quò ꝑ-
uenire satageret. Hunc uero totis uiribus cõ-
prehendit, ꝗ iã uniuersæ ueritatis iudex futu-
rus, ille cuius mentionẽ fecit Alipius, cũ de
Academicis ꝗreremus, quasi Proteus in ma-
nibus erat. Imagines. n. falsæ rerũ earũ quas
numeramus, ab illo occultissimo quo nume
ramus pefluentes, in sese rapiũt cogitationẽ,
& sæpe illũ, cũ iã tenet, elabi faciũt. Quib. si
quisq; nõ cesserit, & oĩa quæ per tot discipli
nas late uarieq; diffusa sunt, ad unũ quoddã
simplex uerũ certumq; redegerit, eruditi no
mine dignissimus, nõ temere iã ꝗrit illa diui
na, nõ iã credenda solũ, uerumetiã cõtẽplan-
da, intelligẽda, atq; retinenda. Quisq; aũt uel
adhuc seruus cupiditatũ, & inhians reb. per-
euntibus, uel iã ista fugiẽs, casteq; uiuens, ne
sciens tñ quid sit nihil, quid informis mate-
ria, quid formarũ exanime, ꝗd corpus, quid
species in corpore, ꝗd locus, ꝗd tempus, ꝗd
in loco, ꝗd in tempore, ꝗd motus ꝭm locũ,
ꝗd motus no ꝭm locũ, quid stabilis motus,
quid sit ęuum, & quid sit nec in loco esse nec
nusquã, & quid sit preter tp̃s, & sꝑ esse, quid
sit nusquã esse, & nusquã nõ esse, & nunquã
esse, & nunquã nõ esse. Quisquis ergo ista ne
sciens, nõ dico de summo illo Deo, ꝗ scitur
melius nesciẽdo, sed de aĩa ipsa sua ꝗrere ac
disputari uoluerit, tm̃ errabit, quantũ errari
plurimũ põt, facilius aũt cognoscet ista, qui
numeros simplices atq; intelligibiles cõpre-
prehenderit. Porrò istos comprehendet, qui
& ingenio ualens, & priuilegio ætatis, aut cu
iuslibet fœlicitatis ociosus, & studio uehe-
mẽter incensus, memoratũ disciplinarum or
dinem quantũ satis est, fuerit persecutus. Cũ
.n artes illæ omnes liberales, partim ad usum
uitæ, partim ad cognitionem rerum contem
plationemq; discantur, usum earum assequi
difficillimũ est nisi ei, qui ab ipsa pueritia in
A geniosissimus, instãtissime atq; cõstãtissime
operã dederit. Quid uero ex illis ad id quod
quærimns opus est? Nec te, ꝗso mater, hæc
uelut rerũ immensa quędã sylua deterreat.
Etenim quædam de omnibus eligũtur nume
ro paucissima, id est, potentissima, cognitio
nę autem multis quidem ardua. Tibi tamen,
cuius ingeniũ quotidie mihi nouũ est, & cu-
ius animũ uel ætate uel admirabili temperan
tia remotissimũ ab oĩbus nugis, & à magna
labe corporis emergentẽ, in se multũ surre-
xisse cognosco, tã erunt facilia quã difficilia
tardissimis, miserrimeq; uiuentib. Si. n. dicã
te facile ad eũ sermonem peruenturam, ꝗ lo
cutionis & linguæ uitio careat, profecto mẽ
tiar. Me. n. ipsum, cui magna necessitas fuit
ista ꝑdiscere, adhuc in multis uerborũ sonis.
Itali exagitant, & à me uicissim, ꝗd ad ipsum
sonũ attinet, reprehẽdunt. Aliud est. n. esse ar-
te, aliud gẽte securũ. Solęcismos aũt quos di B
cimus fortasse quisq; doctus diligenter atten
dens in oratione mea reperiat, non. n. defuit
ꝗ mihi nonnulla huiusmodi uitia ipsum Ci-
ceronẽ fecisse peritissime persuaserit. Barba
rismorũ aũt genus nostris tẽporibus tale cõ-
pertum est, ut & ipsa eius ratio barbara uidea
tur, qua Roma seruata est. Sed tu contẽptis
istis uel puerilibus rebus, uel ad te nõ ꝑtinen
tib. ita grãmaticæ penè diuinã uim naturãq;
cognoscis, ut eius animã tenuisse, corpus re-
liquisse disertis uidearis. Hoc ẽt de cæteris
huiusmodi artib. dixerim, quas si penitus for
tasse contẽnis, admoneo te, quantũ filius au-
deo, quantũque ꝑmittis, ut fidẽ istã tuã, quã
uenerãdis mysteriis percepisti, firme cauteq;
custodias, deinde ut in hac uita atq; moribus
cõstãter uigilãterq; permaneas. De reb. autẽ
obscurissimis, & tã diuinis, qũo Deus & ni-
hil mali faciat, & si omnipotẽs, & tãta mala
fiãt, & cui bono mundũ fecerit, ꝗ nõ erat in-
digus, & utrum semꝑ fuerit malũ, an tẽpore
cęperit, & si semꝑ fuit, utrũ sub conditione
Dei fuerit, & si fuit, utrũ ẽt iste mundus sem-
per fuerit, in quo illud malũ diuino ordine
denominaretur, si aũt hic mundus aliqñ esse
cępit, qũo anteꝗ̃ esset, potestate Dei malũ te
nebat, & quid opus erat mũdũ fabricari, quo
malũ quod iã Dei potestas frenabat, ad pœ- C
nas animarũ includeretur. Si aũt fuit tẽpus,
quo sub Dei dominio malũ non erat, quid su
bito accidit quod per æterna retro tempora
non acciderat. In Deo enim nouum extitisse
cosilium, ne dicã impium, ineptissimum est
dicere. Si autem importunum fuisse, & quasi
improbum malum Deo dicimus, quod non
nulli existimant, iam nemo doctus risum te-
nebit, nemo nõ succensebit indoctus. Quid
enim potuit Deo nocere mali, nescio quæ
illa

illa natura?Si. n.dicũt non potuiſſe, fabrican
di mũdi cã nõ erit, ſi potuiſſe dicũt, expiabi-
le nefas eſt, Deũ violabilẽ credere, nec ita ſal
tẽ, vt vel virtute prouiderit, ne ſua ſubſtantia
violaretur. Nãq; animã pęnas hic pẽdere fa-
tentur, cũ inter eius & Dei ſubſtãtiã nihil ve-
lint omnino diſtare. Si aũt iſtũ mũdũ non fa-
ctũ dicamus, impium eſt atq; ingratũ crede-
re, ne illud ſequaẽ, quod Deus eũ non fabri-
carit. Ergo de his atq; huiuſmodi rebus, aut
ordine illo eruditionis, aut nullo mõ quic-
quã requirendũ eſt. Et ne quiſquam latiſsimũ
aliqd noſ cõplexos eſſe arbitretur, hoc dico
planius atq; breui⁹. Ad iſtarum rerũ cognitio

Quo ordine aĩa prouehitur ad cognitionẽ ſui & ipſius unitatis Cap. 18.

nẽ neminẽ aſpirare debere ſine ulla quaſi du
D plici ſcientia bonæ diſputationis potentięq;
numerorum. Si quis ẽt hoc plurimum putat,
ſolus numeros optime nouerit aut ſolã Dia-
lecticã. Si & hoc infinitũ eſt, tñ pfecte ſciat
qd ſit unũ in numeris, quantũq; ualeat, non-
dũ illa ſumma lege ſummoq; ordine rerum
omniũ, ſed in ijs quæ quotidie paſsim ſenti-
mus, atq; agimus. Excipit. n. hanc eruditionẽ
iam ipſa philoſophiæ diſciplina, & in ea ni-
hil plus inueniet q̃ quid ſit unũ, ſed lõge al-
tius longeq; diuinius. Cuius duplex eſt quæ-
ſtio eſt. Vna de aĩa, Altera de Deo. Prima effi-
cit ut noſmetipſos nouerimus, altera ut ori-
ginẽ noſtrã. Illa nobis dulcior, iſta elatior, il
la nos dignos beata uita, beatos hæc facit. Pri
ma eſt illa diſcentibus iſta iam doctis. Hic eſt
ordo ſtudiorũ ſapientiæ, p quẽ ſit quiſq; ido
neus ad intelligendũ ordinẽ rerũ. i. ad digno
ſcendos duos mundos, & ipſum parentẽ vni
uerſitatis, cuius nulla ſcientia eſt in aĩa, niſi
ſcire qũo eũ neſciat. Hũc igitur ordinẽ tenẽs
aĩa iã philoſophiæ tradita. primo ſeipſam in
ſpicit, & cui iã illa eruditio pſuaſit, aut ſuã,
aut ſeipſam eſſe rõnẽ, in rõne aũt aut nihil
eſſe melius & potentius numeris, aut nihil a-
liud q̃ numerũ eſſe rõnẽ, ita ſecũ loqueẽ, Ego
quodã meo motu interiore & occulto, ea q̃
E diſcẽda ſunt poſſum diſcernere & cõnectere,
& hęc uis mea rõ uocatur. Quid autem diſcer
nendum eſt, niſi quod aut vnum putatur &
non eſt, aut certe non tam unum eſt, q̃ puta-
tur? Item cur quid connectendum eſt, niſi ut
unum fiat, quantum poteſt. Ergo & in diſcer
nendo & in connectendo, unũ uolo, & unũ
amo. Sed cũ diſcerno, purgatum, cum conne
cto integrum uolo. In illa parte uitantur alie
na, in hanc propria copulanẽ, ut vnũ aliquid
pfectũ fiat. Lapis vt eſſet lapis, oẽs ei⁹ partes,
oĩsq; natura in unũ ſolidata eſt. Quid arbor?
Nõne arbor non eſſet, ſi una non eſſet? Quid
mẽbra cuiuſlibet animãtis ac uiſcera, & qc-
qd eſt eorũ è quib. cõſtat? Certe ſi unitatis pa
tianẽ diuortium, nõ erit aĩal. Amici qd aliud
q̃ eſſe conantur? Et quãto magis unũ, tanto
magis amici ſunt. Populus una ciuitas eſt, cui
eſt periculoſa diſſenſio. Quid eſt aũt diſſen-
tire, niſi nõ unũ ſentire? Ex multis milibus ſit
unus exercitus. Nõne quæuis multitudo eo
minus uinciẽ, quo magis in unũ coit? Vñ ip-
ſa coitio in unũ, cuneus nominatus eſt, quaſi
couneus. Quid amor oĩs? Nõne unũ uult fie-
ri cũ eo qđ amat? Et ſi ei cõtingat, unũ cũ eo
fit. Voluptas ipſa nõ ob aliud delectat uehe-
mẽtius, niſi qđ amantia ſeſe corpora in unũ
coguntur. Dolor unde pernicioſus eſt? Quia
id qđ unũ erat diſijcere nitiẽ. Ergo moleſtũ
& pnicioſum eſt cũ eo unũ fieri, qđ ſepara-
ri põt. Et multis rebus paſsim añ iacentib. de
inde in unũ formã cõgregatis, vnã facio do
mũ. Melior ergo, ſiquidẽ ego facio, illa fit.
Iõ melior qa facio, nõ dubiũ eſt inde me eſ-
ſe meliorẽ, q̃ domus eſt. Sed nõ inde ſum me
lior hirũdine aut apicula, unã & illa nidos af
fabre ſtruit, & illa fauos, ſed his melior, qa
rõnale aĩal ſum. At ſi in ratis dimenſionibus
rõ eſt, nunquidnã & aues qđ fabricãt minus
apte congruenterque dimenſum eſt? Immò
numeroſiſsimum eſt: Non ergo numeroſa fa
ciendo, ſed numeros cognoſcendo, melior
ſum. Quid ergo, illæ neſcientes operari nu-
meroſa poterãt? Poterãt profecto. Vñ id do
cetur? Ex quo qđ nos quoq; certis demẽſioni
bus rõne linguã dẽtib. & palato accomoda-
damus, ut eo ore literaturæ ac uerba prorũ-
pãt, nec tñ cogitamus cũ loqmur, quo motu
oris id facere debeamus. Deinde quis bonus
cantator, ẽt ſi Muſicæ ſit imperitus, non ipſo
ſenſu naturali & rhythmum & melos perce- G
ptum memoria cuſtodiat in canendo? Quo
quid fieri numeroſius poteſt? Hoc neſcit in-
doctus, ſed tamẽ facit operante natura. Quan
do autem melior & pecoribus præponen-
dus? Quando nouit quod facit? At nihil a-
liud me pecori præponit, niſi quod rationa-
le animal ſum. Quomodo igitur mmorta-
lis eſt ratio, & ego ſimul & rationale & mor
tale quidam eſſe definior? An ratio non
eſt im-

eſt immortalis? Sed vnum ad duo, vel duo ad
quatuor veriſsima ratio eſt. Nec magis heri
fuit iſta ratio vera, q̃ hodie: nec magis cras,
aut poſt annum erit vera. Nec ſi omnis iſte
mundus concidat, poterit iſta ratio non eſſe:
iſta enim ſemper talis eſt, mundus autem iſte
nec heri habuit, nec cras habebit quod habet
hodie, nec hodierno die vel ſpatio vnius ho
ræ eodem loco ſolem habuit: ita cum in eo
nihil manet, nihil vel parun ſpatio temporis
habet eodem modo. Igitur ſi immortalis eſt
ratio, & ego qui iſta omnia vel diſcerno vel
cõiecto, ratio ſum: illud quo mortale appel-
lor, non eſt meum. Aut ſi anima non id eſt
quod ratio, & tamen ratio ne vtor, & per rõ-
nẽ melior ſum: à deteriore ad melius, a mor-
tali ad immortale fugiendum eſt. Hæc & alia
multa ſecum anima bene erudita ſequitur, at-
que agitat: q̃ perſequi volo, nerũ ordinẽ vos
docere cupio, modum excedam, qui pr̃ eſt
ordinis. Gradatim.n.ſe & ad mores vitamq́;
optimam, non iam ſola fide, ſed certa rõne
perducit. Cui numerorũ vim atq; potentiam
diligenter intuenti, nimis indignũ videbitur
& nimis flendum, per ſuam ſciam verſum be
ne currere, citharamq́; concinere, & ſuã vi-
tam ſeq; ipſam q̃ aĩa eſt, deuium iter ſequi,
& dominante ſibi libidine, cũ turpiſsimo ſe-
vitiorum ſtrepitu diſſonare. Cũ aũt ſe cõpo-
ſuerit & ordinauerit, ac concinnã pulchrã-
q́ue reddiderit, audebit iã Deũ videre, atque
ipſum fontẽ, vnde manat omne verũ, ipſum-
q́ue patrẽ veritatis. Deus magne, qui erunt il-
li oculi, q̃ ſani, q̃ decori, q̃ valentes, q̃ con-
ſtantes, q̃ ſereni, q̃ beati? Quid autem eſt il-
lud quod vident? Quid quæſo? Quid arbitre
mur, quid æſtimemus, quid loquamur? Quo-
tidiana verba decurrũt, & ſordidata ſunt om
nia viliſsimis rebus. Nihil amplius dicã, niſi
promitti nobis aſpectum pulchritudinis, cu-
ius imitatione pulchra, cuius comparatione
fœda ſunt cætera. Hanc quiſquis viderit, vide
bit aũt qui bene viuit, bene orat, bene ſtudet,
qñ eum mouebit, cur alius optans habere fi-
lios, non hẽt, alius abundantes exponat, alius
oderit naſcituros, diligat alius natos. Qũo nõ
repugnet nihil futurum eſſe quod non ſit a-
pud Deum, ex quo neceſſe eſt ordine omnia
fieri, & tamen non fruſtra Deum rogari. Po-
ſtremo quando iſtum virum mouebunt aut
vlla onera, aut ulla pericula, aut ulla faſtidia,
aut vlla blandimenta fortunæ? In hoc enim
ſenſibili mundo vehementer cõſiderandum
eſt quid ſit tp̃s & locus: vt quod delectat in
parte, ſiue loci ſiue tp̃is intelligat̃, tamẽ mul-
to eſſe melius totũ, cuius illa pars eſt: & rur-
ſus quod offendit in parte pſpicuum ſit ho-
mini docto, non ob aliud offendere, niſi q̃a
non vr̃ totũ, cui pars illa mirabiliter cõgruit.
In illo vero mundo intelligibili quãlibet par
tem totam pulchrã eſſe atq; perfectã. Dicent
iſta latius, ſi veſtra ſtudia ſiue memoratũ iſtũ
à nobis, ſiue alium fortaſſe breuiorem atque
commodiorem, rectum tamen ordinem, vt
hortor ac ſpero, tenere inſtituerint, atque om K
nino grauiter conſtanterq́; tenuerint. Qđ vt 1. Retra.
nobis liceat, ſumma opera danda eſt optimis cap. 3.
moribus: Deus.n.noſter aliter nos exaudire *Epilogus*
non poterit. Bene aũt viuentes facillime exau *hortãs ad*
dit. Oremus ergo, non vt nobis diuitiæ, vel *bonã vi-*
honores, vel huiuſmodi res fluxæ atq; nutan- *tã c. 20.*
tes, & quouis reſiſtente tranſeuntes, ſed vt ea
proueniant quę nos bonos faciant ac beatos.
Quæ vota vt deuotiſsime impleãtur, tibi ma-
xime hoc negociũ mater iniungimus, cuius
precibus indubitanter credo atque confirmo
mihi iſtam mentem Deum dediſſe, vt inue-
niendæ veritati nihil omnino præponam, ni
hil aliud uelim, nihil cogitem, nihil amem.
Nec deſino credere nos hoc tantum bonũ,
quod te promerente concupiuimus, eadem
te petente adepturos. Iam vero te Alipi quid
horter, quid moneã? Qui propterea nimius
non es, quia talia quantumuis amare fortaſſe
ſemper parum, nimium vero nunquam re-
cte dici põt. Hic ille: Vere effeciſti, inquit, vt
memoriam doctiſsimorum ac magnorũ vi-
rorum, quæ aliqñ pro rerum magnitudine in L
credibilis videbatur, & quotidiana conſide-
ratione, & iſta præſenti, quæ in te nobis eſt
admiratione, non ſolum dubiũ non habea-
mus, verumetiam ſi neceſſe ſit de illa iurare
poſsimus. Quid.n.nobis non de illa venerabi
li ac prope diuina, quę iure & habita eſt, &
probata Pythagoræ diſciplina, abs te hodie
nr̃is ẽt pene oculis reſeratum eſt? Cum & vi 1. Retra.
tæ regulas, & ſcientiæ non tam itinera q̃ ip- cap. 3.
ſos campos, ac liquida æquora, & quod illi
viro magnæ venerationi fuit, ipſa ẽt ſacraria
veritatis vbi eſſent, qualia eſſent, quales quæ-
rerent, & breuiter, & ita plene ſignificaſti, vt
quanuis ſuſpicemur & credamus tibi eſſe ad-

huc secretiora, tñ non absq; impudentia nos putemus, si amplius quicq̃ flagitandũ abs te arbitremur. Accipio ista, inq̃, libẽter. Neque .n.me tã verba tua, q̃ vera non sunt, q̃ verus in verbis aĩus delectat atq; excitat. Et bñ qđ ei mittere statuimus has literas, qui de nobis solet libenter multa mentiri. Si qui aũt alij
M fortasse legerint, neq; hos metuo, ne tibi succenseant. Quis.n.amantis errori in iudicãdo non beneuolentissime ignoscat? Quod autẽ Pythagoræ mentionẽ fecisti, nescio quo illo
1. Retra. cap.3. diuino ordine occulto tibi in mentẽ venisse credo. Res.n.multũ necessaria mihi prorsus exciderat quàm in illo viro siquid literis memoriæ mandatis credendũ est, quamuis Varroni quis non cedat, mirari & pene quotidianis vt scis efferre laudibus soleo qđ regendæ reipublicæ disciplinã, suis auditorib. vltimã tradebat iã doctis, iã perfectis, iã sapiẽtibus, iam beatis. Tantos ibi.n.fluctus videbat, vt eis nollet cõmittere nisi virum, qui & in regẽdo penè diuinæ scopulos euitaret, & si oĩa defecissent, ipse illis fluctibus quasi scopulus fieret. De solo enim sapiente verissime dici potest, ille velut pelagi rupes immota resistit: &
Aen.7. cætera quæ luculentis in hanc sententiã versibus dicta sunt. Hic finis disputationis factus est, lætisq; omnibus & multum sperantibus confessum dimisimus, cum iam nocturnum lumen fuisset illatum.

D. AVRELII AVGVSTINI Hipponensis Episcopi, de Beata Vita Liber.

A

PRAEFATIO.

1. Retra. Cap.3. I ad Philosophiæ portũ de quo iã in beatæ vitæ regionẽ solũque ꝓcedit, vir humanissime atq; magnę Theodore, rõne institutus cursus & volũtas ipsa ꝑduceret, nescio vtrũ temere dixerim, multo minoris numeri hoĩes ad eũ peruenturos fuisse, q̃uis nũc quoq; vt videmus rari admodum pauciq; perueniant. Cum.n.in hũc mũdum, siue Deus, siue natura, siue necessitas, siue voluntas nostra, siue coniuncta horũ aliqua, siue simul omnia, res.n.multũ obscura est, sed tñ à te iam illustranda suscepta, veluti in quoddã procellosum salũ nos quasi temere passimq; proiecerit, quotus quisq; cognosceret quo sibi nitendum esset, quave redeundũ, nisi aliqñ & inuitos contraq; obnitentes aliqua tẽpestas, q̃ stultis videtur aduersa, in optatissimam terram nescientes errantesque compingeret. Igitur hominum quos philosophia potest accipere, tria quasi nauigantium genera mihi uideor videre. Vnum est eorum, quos vbi ætas compos rationis assumpserit, paruo impetu pulsuq; remorũ de proximo fugiunt, seseque recondunt in illa tranquillitate, vnde cæteris ciuibus quibus possunt, quo admoniti conentur ad se, lucidissimum signum sui alicuius operis erigunt. Alterum vero est eorum superiorique contrarium, qui fallacissima facie maris decepti, elegerunt in medium progredi longeque a sua patria peregrinari audent, & sæpe eius obliuiscuntur. Hos si nescio quo & nimis latente modo a puppi ventus, quem prosperum putant, fuerit prosecutus, penetrant, in altissima miseriarum elati atque gaudentes, quod eis vsquequaque fallacissima serenitas voluptatum, honorumq̃; blanditur. His profecto quid aliud optandum est, quã quædam in illis rebus a quibus iactati excipiantur in prospera, & si parum est, sæuiens omnino tempestas, contrarieque flans ventus, qui eos ad certa & solita gaudia vel flentes gementesque perducat? Huius generis tñ plerique nondum longius euagati, quibusdam non ita grauibus molestiis reducuntur. Hi sunt homines, quos cum lachrymabiles tragœdię fortunarum suarum, vel inanium negociorum anxiæ difficultates, quasi nihil aliud habentes quod agant, in libros doctorum sapientissimorum hominum traxerint, in ipso quodammodo portu euigilant, vnde illos nulla maris illius promissa nimium falso ridentis excludant. Est autem genus inter hæc tertium eorum, qui vel in ipso adolescentiæ limine, vel iandiu multumque iactati, tamen quædam signa respiciunt, & suæ dulcissimæ patriæ, quanuis in ipsis fluctibus, recordantur: & aut recto cursu in nullo falsi, nihil morati, eam repetunt: aut plerunque vel inter nubila deuiantes, vel mergentia contuentes sydera, vel nonnullis illecebris capti, bonæ nauigationis tempora differentes, errant diutius, sæpe etiam periclitantur. Quos item sæpe nonnulla in fluxis fortunis

cala-

calamitas,quasi conatibus eorũ aduersa tem-
pestas in optatissimã uitã quietamq; cõpel-
lit.His aũt omnibus,qui quocunq; modo ad
beatæ uitæ regionẽ feruntur, unus immanis-
simus mons ante ipsum portũ cõstitutus, q
ẽt magnas ingrediẽtibus gignit angustias, ve
hementissime formidandus,cautissimeq; vi-
tandus est.Nã ita fulget, ita mentiente illa lu-
ce uestitur,ut non solũ puenientib. nondum
que ingressis incolendũ se offerat,& eorũ vo
luntatibus pro ipsa beata terra satisfacturum
polliceatur,sed plerunq; de ipso portu ad se-
se homines inuitat,eosq; nonunquã detinet
ipsa altitudine delectatos , unde cæteros de-
spicere libeat.Hi tñ admonent sæpe uenien-
tes,ne aut occultis subter scopulis decipiant̃,
aut ad se ascendere facile putent , & quà sine
periculo ingrediantur pp illius terræ uicini-
tatem beneuolentissime docẽt.Ita cũ eis in-
uident uanissimam gloriã, locum securitatis
ostendunt. Nã quẽ montẽ alium uult intelli-
gi rõ propinquantibus ad philosophiã in-
gressiue metuendũ, nisi superbũ studiũ ina-
nissimæ gloriæ,quod ita nihil intus plenũ at
que solidũ habet,ut inflatos sibi superambu-
lantes succrepante fragili solo demergat ac
sorbeat,eisq; in tenebras reuolutis, eripiat lu
culentissimã domũ, quã penè iam uiderent.
Quæ cũ ita sint,accipe mi Theodore, namq;
ad id quod desidero,te unũ intueor,teq; ap-
tissimũ sp admiror.Accipe, inquã,& qđ illo
rum trium genus hominũ me tibi dederit, &
quo loco mihi eẽ uidear,& abs te cuiusmodi
auxiliũ expectẽ.Ego ab usq;uñ uicessimo an-
no ætatis meæ,postquã in schola rhetorũ li-
brũ illũ Ciceronis,qui Hortensius uocat̃, ac
cepi,tãto amore philosophiæ succẽsus sum,
ut statim ad eã me trãsferre meditarer.Sed ne
que mihi nebulæ defuerunt , quibus confun-
deretur cursus meus,& diu fateor,quibus in
errorẽ ducebar , labentia in Oceanum astra
suspexi . Nã & superstitio q̃dam puerilis me
ab ipsa inquisitione terrebat.Et ubi factus ere
ctior,illã caliginẽ discipuli,mihiq; persuasi
docentibus potius quam iubentibus esse cre
dendum,incidi in homines, quibus lux ista,
q̃ oculis cernitur,inter summa & diuina co-
lẽda uideretur.Non assentiebar,sed putabam
eos magnũ aliquid tegere illis inuolucris ,
quod essent aliqñ aperturi. At ubi discussis
eis euasi,maxime traiecto isto mari, diu gu-
bernacula mea repugnãtia oĩbus uẽtis in me F
diis fluctib.Academici tenuerũt. Deinde ue-
ni in has terras , hic septentrionem cui me
crederẽ didici. Animaduerti.n. & sæpe in sa-
cerdotis nostri, & aliqñ in sermonibus tuis,
cũ de Deo cogitaret̃, nihil omnino corporis
esse cogitandum,neq; cũ de aĩa, nam, id est,
unũ in rebus proximũ Deo. Sed ne in philo- 6. Confes.
sophiæ gremiũ celeriter aduolarem, fateor, cap.6.
uxoris honorisq; illecebra detinebar , ut cũ
hæc essem cõsecutus,tũ demũ me qđ paucis
fœlicissimis licuit,totis uelis oĩbusq; remis
in illũ sinũ raperẽ , ibiq; cõquiescerẽ. Lectis
aũt Platonis paucissimis libris , cuius te stu-
diosissimũ accepi,collataq; cũ eis quãtũ po-
tui,ẽt illorũ authoritate, qui diuina mysteria
tradiderũt , sic exarsi, ut oẽs illas uellẽ anco-
ras rũpere,nisi me nõnullorũ hominũ existi-
matio cõmoueret.Quid ergo restabat aliud,
nisi ut immoranti mihi superfluis,tẽpestas q̃
putabat̃ aduersa, succurreret ? Itaq; tãtus me
arripuit pectoris dolor , ut illius professio-
nis onus sustinere nõ ualẽs, q̃ mihi uilificabã
fortasse ad sirenas abiicerẽ oĩa,& optatę tran
quillitati uel quassatã nauẽ fessamq; perdu-
cerẽ.Ergo uides in qua philosophia quasi in
portu nauigẽ.Sed ipse late patet , eiusq; ma- G
gnitudo quãuis iã minus periculum , non tñ
penitus excludit errorẽ.Nã cui parti terræ,q̃
profecto una beata est,me admoueã eãq; cõ
tingã prorsus ignoro. Quid.n. solidũ tenui,
dũ adhuc de aĩa qõ nutat & fluctuat ? Quare
obsecro te per uirtutẽ tuã,per humanitatẽ, p 1. Retra.
animarũ inter se uinculũ atq; cõmerciũ , ut Cap 2.
dexterã porrigas.Hoc aũt est,ut me ames, &
à me uicissim te amari credas charũq; habe-
ri.Qđ si impetrauero,ad ipsam beatam uitã,
cui te iam hærere præsumo,paruo conatu fa
cillime accedam:Quid autẽ agã, quove mo-
do ad istum portũ necessarios meos congre
gẽ,ut cognoscas ex eo animũ meum? Neque
enim alia signa inuenio quibus me ostendã,
uel quo plenius intelligas pelagus disputatio
num mearum,quod mihi uidetur religiosius
euasisse,atq; tuo titulo dignius,ad te scriben
dum putaui,& ipso tuo nomine dedicandũ.
Aptissimè sanè . Nã de beata uita quæsiui- H
mus inter nos , nihilq; aliud uideo quod ma 1. Retra.
gis Dei donum uocandum sit . Eloquentia cap.2.
tua territus non sum.Quicquid.n.amo , quã
uis non assequar , timere non possum , for-
tunę

tunæ vero ſublimitatem multo minus: apud
te.n.vere quamuis ſit magna, ſecunda eſt. nã
Occaſio diſputatiõis quibus dñatur, eoſdem ipſos ſecundos facit.
Sed iam quid afferam, quæſo aduerte. Idibus
Nonembris mihi Natalis dies erat: poſt tam
tenue prandium, vt ab eo nihil ingeniorũ im
pediretur, oẽs qui ſimul, non modo illo die,
ſed quotidie conuiuabamur in balneas ad cõ
ſedendum vocaui. Nam is tꝑi aptus locus ſe-
cretusq́; occurrerat. Erant aũt (non.n.vereor
eos ſingulari benignitati tuæ notos interim
nominibus facere) in primis noſtra mr̃, cuiꝰ
meriti credo eſſe omne quod viuo: Nauigiꝰ
frater meus, Trigetius & Licentius, ciues &
diſcipuli mei: nec Laſtidianum & Ruſticum
conſobrinos meos, quamuis nullum vel grã
maticum paſſi ſint, deeſſe volui, ipſumq́; eo-
9. Conf. Cap.6. rum ſenſum communẽ ad rem q̃ moliebar,
neceſſarium putaui. Erat ẽt nobiſcum ætate
I minimus omnium, ſed cuius ingeniũ, ſi amo
Primi diei diſputatio. re non fallor, magnum quiddam pollicetur,
Adeodatus filius meus. Quibus attentis ſic cę
pi. Manifeſtum vobis vr̃ ex anima & corpo-
re non eſſe compoſitos? Cum omnes conſen
tirent, Nauigius ſe ignorare reſpondit. Cui
ego, Nihilne omnino ſcis, inquam, an inter
aliqua quæ ignoras etiam hoc numerandum
eſt? Non puto me, inquit omnia neſcire. Po-
teſne, inquam, nobis dicere aliquid eorũ quę
noſti? Poſſum, inquit, Niſi moleſtum eſt, in-
quam, profer aliquid. Et cum dubitaret, ſcis
ne, inq̃, ſaltem te viuere? Scio, inquit. Scis er-
go, hr̃e te vitam? Siquidem viuere nemo niſi
vita poteſt. Et hoc inquit, ſcio. Scis ẽt corpꝰ
te habere. Aſſentiebatur. Ergo iam ſcis te con
ſtare ex corpore & vita. Scio interim, ſed v-
trum hæc ſola ſint, incertus ſum. Ergo duo
iſta: inquam, eſſe non dubitas, corpus & ani-
mam, ſed incertus es vtrum ſit aliud quod ad
complendum ac perficiendum hominẽ va-
let. Ita, inquit. Hoc quale ſit, alias ſi poſſumꝰ
quæremus, inquam. Nunc illud iam ex omni
bus quęro, cum fatemur cũctis, neq; ſine cor
pore, neque ſine anima eſſe poſſe hoĩem, ci-
bos ꝑꝑ quod horũ appetamus. Propter cor-
pus, inquit Licentius. Cęteri autem cunctabã
tur, varioq; ſermone inter ſe agebant, quo-
modo poſſet ꝑꝑ corpus cibus neceſſarius vi
deri, cum appeteretur propter vitam, & vita
K non niſi ad animam pertineret. Tum ego, Vi
detur, inquam, nobis ad eã partem cibũ per-
tinere, quam cibo creſcere, robuſtioremq́ue
fieri videmus? Aſſentiebantur præter Trige-
tium. Ait enim, Cur ergo non pro edacitate
mea creui? Modum, inq̃, ſuum a natura con-
ſtitutum habent omnia corpora, vltra quam
menſuram progredi nequeant: tñ ea menſu-
ra minora eſſent. ſi eis alimẽta defuiſſent, qđ
& in pecoribus facilius animaduertimus. Et
nemo dubitat cibis ſubtractis omnium aĩan-
tium corpora macreſcere. Macreſcere, inqt
Licentius, non decreſcere. Satis eſt mihi, in-
quam, ad id quod volo. Et.n. quæſtio eſt, vtrũ
ad corpus cibus pertineat. Pertinet autem cũ
eo ſubducto ad maciem deducitur. Omnes
ita eſſe cenſuerunt. Quid ergo anima, inquã,
nulla ne habet alimenta propria? An eius eſca
ſcientia nobis vr̃? Planè, inquit, mater, nulla
re alia credo ali animam, q̃ intellectu rerum
atq; ſcientia. De qua ſnĩa cum Trigetius du-
bium ſe oſtenderet, Hodie, inquit, illa, tu ipſe
nõne docuiſti, vnde aut vbi anima paſcatur?
Nam poſt aliquantam prandij partem te di-
xiſti non aduertiſſe, quo vaſculo vteremur,
ꝙ alia neſcio quæ cogitaſſes, nec tamẽ ab ip
ſa ciborum parte abſtinueras manu atque
morſu. Vbi igitur erat animus tuus, quo tꝑe
illud te veſcente non attendebat, inde mihi
crede, & talibus epulis animus paſcitur, id
eſt, theoriis, & cogitationibus ſuis, ſi ſuꝑ eas
aliquid percipere poſſit. De qua re cũ dubi-
tanter ſtreperent, nonne, inq̃, conceditis ho-
minum doctiſſimorum aĩos multo eſſe q̃ im
peritorum, quaſi in ſuo genere pleniores, at-
que maiores? Manifeſtum eſſe dixerũt. Recte
igitur dicemus eorũ aĩos qui nullis diſcipli-
nis eruditi ſunt, nihilq́; bonarũ artium hauſe
runt, ieiunos & quaſi famelicos eſſe. Plenos,
inquit Trigetius & illorũ aĩos eſſe arbitror,
ſed vitijs atq; neqtia. Iſta ipſa eſt, inq̃, crede
mihi quædã ſterilitas & quaſi fames aĩorum.
Nam quemadmodum corpus detracto cibo
plerunq; morbis atq; ſcabie repletur, quæ in
eo vitia indicant famẽ, ita & illorum aĩ ple-
ni ſunt morbis, quibus ſua ieiuna confitent̃.
Etenim ipſam nequitiam matrem omniũ vi-
tiorum, ex eo ꝙ nequicquam ſit, i. ex eo ꝙ
nihil ſit, veteres dictam eſſe voluerunt. Cui
vitio quæ contraria virtus eſt, frugalitas no-
minatur. Vt igitur hæc a fruge, i. a fructu, pro
pter quandam animorum fœcunditatem: ita
illa ab ſterilitate, hoc eſt, a nihilo nequitia
nomi-

nominata est. Nihil est. n. oē qđ fluit, quod
soluitur, quod liquescit & quasi sp perit. Iō
tales homines etiā perditos dicimus. Est autē
aliquid si manet, si constat, si semper tale est,
ut est uirtus, cui⁹ magna pars est atq; pulcher
rima, quæ tēperantia & frugalitas dicit. Sed si
hoc obscurius est ut id iā uos uidere posſitis,
certe illud conceditis, quia si animi imperi-
torū ēt ipsi pleni sunt, ut corporū, ita animo
rum duo alimentorū genera inueniunt, unū
salubre atq; utile, alterū morbidum atq; pe-
stiferum. Quæ cum ita sint, arbitror die nata
li meo, qm̄ duo quædam esse in hoīe conue
nit inter nos, id est, corpus atq; aīum, nō me
prandium paulo lautius, corporibus nostris
solū, sed & animis ēt habere debere. Quod
aūt hoc sit prandiū, si esuritis, proferam. Nā
si uos inuitos & fastidientes alere conabor,
frustra operā consumam, magisq; uota faciē
da sunt, ut tales apulas potius, q̃ illas corpo-
ris desideretis. Quod eueniet, si sani animi ve
stri fuerint. Aegri enim sicut in moribus ip-
sius corporis uidemus, cibos suos recusant
& respuunt: Omnes se uultu ipso & consen-
tiente uoce quicquid præparassem iam sumē
re ac uorare uelle dixerunt. Atque ego rursus
exordiens, Beatos esse nos uolumns, inquā.
Vix hoc effuderā, occurrerunt una uoce con
sentientes. Videturne uobis, inquam, beatus
esse qui quod uult non habet? Negauerunt.
Quid, oīs q qđ uult habet, beatus est? Tū ma
ter, Si bona, inquit, uelit & habeat, beatus est.
Si aūt mala uelit, quāuis habeat, miser est.
Cui ego arridens atq; gestiens, Ipsam, inquā,
prorsus mater arcem philosophiæ tenuisti.
Nā tibi proculdubio uerba defuerūt, ut non
sicut Tullius te mo panderes, cuius de hac
snīa uerba ista sunt. Nām in Hortensio, quē
de laude defensione philosophiæ librū fecit,
Ecce autē, ait, non philosophi quidē, sed prō
pti tn̄ ad disputandū, omnes aiunt esse beatos
qui uiuāt ut ipsi uelint. Falsum id quidē. Velle
enim quod non deceat, idem ipsum miserri-
mum. Nec tam miserū est non adipisci qđ
uelis, q̃ adipisci uelle quod non oporteat.
Plus enim mali prauitas uoluntatis affert,
quam fortuna cuiquam boni. In quibus uer-
bis illa sic exclamabat, ut obliti penitus se-
xus eius, magnum aliquem uirum conside-
re nobiscum crederemus, me interim quan-
tum poteram intelligente, ex quo illa & q̃
diuino fonte manarent. Et Licentius, Sed di-
cendum, inquit, tibi est, ut beatus sit quisque
qd uelle debeat & quarū rerū eū oportet ha
bere desideriū. Inuita me, inquā, natali tuo
qn̄ dignaberis, quicquid apposueris libenter
sumam. Qua conditione hodie apud me vt
epuleris peto, ne flagites qđ fortasse non est
est paratū. Quē cum modestæ ac uerecundæ
commonitionis suæ pęniteret, ergo illud, in
quā, conuenit inter nos, neq; quenquā bea-
tū esse posse, q qđ uult nō hēt, Neq; oēm q
hēt qđ uult beatū esse. Dederūt. Quid illud, i *4. sen. di.*
quā, cōcedetis, oēm q beatus nō est, miserū *49. cap.*
esse? Nō dubitauerunt. Omnis igit, inquā, qui *solet.*
qđ uult non habet, miser est. Placuit omni- C
bus. Quid ergo sibi homo cōparare debet ut *Infra di-*
beatus sit, inquā? Forte. n. etiam hoc isti no- *sp. 2.*
stro conuiuio subministrabitur, ne Licentii
auiditas negligatur, nā id opinor ei compa-
randū est, qđ cū uult habet. Manifestū esse di
xerunt. Id ergo, inquā, sp manens, nec ex for
tuna pendulum, nec ullis subiectū casib. esse
debet. Nā qcquid mortale & caducū est, nō
potest à nobis qn̄ uolumus, & quandiu uolu
mus, haberi. Assentiebantur oēs. Sed Trige-
tius, Sunt, inquit, multi fortunati, qui eas ip- *1. Retra.*
sas res fragiles casibusq; subiectas, tn̄ iucun- *Cap. 2.*
das ꝓ hac uita, cumulate largeq; possideāt,
nec quicquā illis eorū q̃ uolunt deficit. Cui
ego, Qui timet, inquā, uideturne tibi beatus
esse? Non vr̄, inquit. Ergo quod amat quisq;
si amittere potest, potestne nō timere? Non
pōt, inquit. Amitti autē possunt illa fortuita.
Non igitur hæc qui amat & possidet, pōt ul-
lo mō beatus esse. Nihil repugnauit. Hoc lo-
co āt mater, Etiā si securus sit, inquit, ea se
oīa non esse amissurū, tn̄ talibus satiari non
poterit. Ergo & eo miser quo sp est indigus.
Cui ego, Quid, inquā, his omnibus abundās D
rebus atq; circunfluens, si cupiēdi modū sibi
statuat, eisq; contentus decenter iucundeque
persuatur, nonne tibi uidetur beatus? Non er
go, inquit, illis rebus, sed animi sui modera-
tione beatus est. Optime, inq̃, nec huic inter-
rogationi aliud, nec abs te aliud debuit rn̄de
ri. Ergo nullo mō dubitamus, si quis beat⁹ es-
se statuit, id eū sibi cōparare debere, quod
semꝑ manet, nec ulla sæuiente fortuna eripi
potest. Hoc, inquit, Trigetius, iamdudū con-
sensimus. Deus, inquā uobis æternus & sem-
per manens uidetur? Hoc quidem, inquit,

Licentius, ita certum, ut interrogatione non egeat, cæteriq; omnes pia deuotione concinuerunt. Deũ igitur, inquã, qui habet beatus est. Qđ cũ gaudentes libẽtissime accepissent, nihil ergo, inquam, nobis iã quærendum esse arbitror, nisi quis hominũ habeat Deum, beatus.n. profecto is erit. De quo quæro qd nobis uideatr. Hic licentius, Deum habet, q bene uiuit. Trigetius, Deũ habet, inquit qui facit quæ Deus uult fieri. In cuius sententiam Lastidianus concessit. Puer aũt illẽ minimus omniũ, is habet Deũ ait, qui spiritum immundũ nõ habet. Mater uero omnia, sed hoc maxime approbauit. Nauigius tacebat. Quẽ cũ interrogassem quid sentiret, illud vltimum sibi placere respondit. Nec Rusticum percontari uisum est negligendũ q̃nã esset de re tanta eius sententia.

E Qui mihi videbatr quod nõ deliberatione magis q̃ pudore impeditus sileret, Trigetio cõsensit. Tũ ego, Teneo, inquã omniũ placita de re magna sanè, & ultra quã nec quæri quicquã oportet, nec inueniri potest, si mõ eã uti cœpimus serenissime ac syncerissime inuestigemus. Quod hodie quia lõgũ est, & habent in epulis suis & animi quandã luxuriem, si ultra modũ in eas & uoraciter irruant. Ita. n. male quodammodo digerunt, vñ ualetudini mentiũ non minus q̃ ab illa ipsa fame metuendũ est, melius nos hæc qõ cras esurientes, si uidetur, accipiet. Illud mõ libenter liguriatis uolo, qđ subito mihi ministratori uestro in mentẽ suggestum est inferendũ, & est, nisi fallor, qualia solent ultima apponi, quasi scholastico melle confectũ atq; conditum. Quo audito sese omnes quasi in allatũ ferculũ tetenderũt, coegeruntq; ut dicere properarẽ quidnã id esset. Quid inquã putatis, nisi cum Academicis totũ quod susceperamus confectũ esse negociũ? Quo accepto nomine, tres illi q̃bus res nota erat, sese erexerunt alacrius, & uelut porrectus, ut

F fit, manibus inferentem ministrum adiuuerunt, quibus potuerunt uerbis nihil se iucundius audituros esse monstrantes. Tum ego ita rem proposui, Si manifestum est, inquã, beatum non esse, qui quod uult non habet, quod pauloante ratio demonstrauit, nemo

Supra di. sp. 1. autem quærit quod inueniri non uult, & quærunt illi semper ueritatem, uolunt ergo inuenire, uolunt igitur habere inuentionem ueritatis, & non inueniunt, sequitur eos non habere qđ uolunt, & ex eo sequitr, ẽt beatos nõ esse. At nemo sapiens nisi beatus, Sapiens igitur Academicus non est. Hic repente illi, quasi totum rapientes exclamauerũt. Sed Licentius attentius & cautius aduertens timuit assensionem, atq; subiecit. Rapui quidẽ uobiscũ, siquidẽ exclamaui illa cõclusione cõmotus. Sed nihil hinc admittã in uiscera, & partẽ meã seruabo Alipio. Nã aut simul eam mecũ lãbet, aut me admonebit, cur nõ oporteat attingere. Dulcia, inquã, magis metuere Nauigius deberet splene uitioso. Hic ille arridẽs. Planè, inquit me talia sanabũt. Nam nescio qũo contortum hoc & aculeatũ qđ posuisti, ut ait ille, de melle Hymetico, acriter dulce est, nihilq; inflat uiscera. Quare totum ẽt palato aliquantũ remorso, tñ ut possum libentissime in medullas traiicio. Nõ.n. uideo qũo redargui possit ista conclusio. Prorsus nullo mõ põt, inquit, Trigetius. Quare gaudeo iam diu cũ illis me inimicitias suscepisse. Nã nescio qua impellente natura, uel ut uerius dicã, Deo, ẽt nesciens qũo refellendi essent, tñ eis nimis aduersabar. Hic Licẽtius, Ego, inquit, illos nondũ defero. Ergo, ait Trigetius, dissentis à nobis? Nunquidnã ille inquit, uos ab Alipio dissentitis? Cui ego. Non dubito, inquã, quid si adesset Alipius, huic ratiunculæ cederet. Non. n. tã absurde sentire poterat, ut aut beatus ille uideretr, qui tñ bonũ animi quod ardẽtissime uellet habere nõ haberet, aut illos nolle inuenire ueritatẽ, aut eũ qui beatus non sit esse sapientẽ: Nã his tribus quasi melle farre atque nucleis illud qđ metuis gustare confectũ est. Illene, inqt, huic tam paruæ puerorum illecebræ cederet, Academicorum tanta ubertate deserta, qua inundante hoc nescio quid breue aut obruetur, aut protrahetur? Quasi uero, inquã longum aliqd nos q̃ramus, præsertim aduersus Alipiũ. Nam nõ mediocriter parua ista esse fortia & utilia, satis sibi ipse de suo corpore argumentaretur. Tu aũt qui elegisti de absentis authoritate pẽdere, quid horũ non probas? Vtrũ beatũ nõ esse qui qđ uult non habetr? An illos negas uelle habere inuentã ueritatẽ, quã uehementer inquirunt? An vr̃ tibi quisquam sapiens non beatus? Prorsus beatus est, inqt, qui quod uult non habet, quasi stomachãter arridẽs. Quod cum iuberem ut scriberetr, Non dixi, inquit, exclamans. Quod ita cum annue-

annuerẽ ſcribi, Dixi, inquit. Atq; ego ſemel
p̃ceperã vt nullum verbũ præter literas ſun-
deret. Ita adoleſcentẽ inter verecundiã atq;
conſtantiã exagitatum tenebã. Sed cũ his ver
bis eũ iocantes quaſi ad ueſcendã particulã
ſuã prouocaremus, animaduerti cæteros rei
totius ignaros, ſed ſcire cupientes quid inter
nos ſolos tã iucunde ageretur, ſine riſu nos
intueri. Qui mihi prorſus ſimiles viſi ſunt, qđ
plerunq; fieri ſolet, iis, qui cũ epulant̃ inter
auidiſsimos rapaciſsimosq; cõuiuas à rapiẽ-
do vel grauitate ſeſe abſtinent, vel pudore ter
rentur. Et quia ego inuitauerã, & magni cu-
iuſdam hoĩs perſonã, atq; vt totum explicẽ,
veri hoĩs ẽt in illis epulis inuitatorem gere-
bã ſuſtinere nõ potui, cõmouitq; me illa in-
æqualitas menſæ noſtræ, & diſcrepantia. Ar-
riſi matri, Atq; illa liberrime qđ minus habe
bant, quaſi de ſuo cellario propinandũ * im-
perans, Iã dic nobis, inquit, & redde qui ſint
iſti Academici, & quid ſibi velint? Cui breui
ter cũ expoſuiſſem aperteq;, ita vt nemo il-
lorũ ignarus abſcederet. Iſti hoĩes, inquit, ca-
ducarij ſunt, quo noĩe vulgo apud nos vocã-
tur, quos comitialis morbus ſubuertit: & ſi-
mul ſurrexit vt abiret, atq; hic oẽs læti ac ri-
dẽtes inter poſito fine diſceſsimus. Poſtridie
aũt cũ itẽ poſt prandiũ, ſed aliquãto q̃ pridie
ſerius ijdẽ ibidemq; ↄſediſſemus, tarde, inq̃,
veniſtis ad conuiuiũ, qđ vobis non crudita-
te accidiſſe arbitror, ſed paucitatis ferculo-
rum ſecuritate, quod nõ tã mature aggrediẽ-
dum viſum eſt, quod cito vos pereſuros puta
ſtis. Non multum .n. reliquiarũ credendum
erat remanſiſſe, vbi die ipſo atq; ſolẽnitate tã
exiguum repertũ erat. Fortaſſe recte. Sed q̃d
vobis p̃paratũ ſit, ego quoq; vobiſcũ neſcio.
Alius eſt enim qui omnibus vel cões, tũ ma-
xime tales epulas præbere non ceſſat. Sed nos
ab edẽdo, vel imbecillitate, vel ſaturitate, vel
negocio plerunq; ceſſamus, quẽ manentẽ in
hominibus beatos eos facere, inter nos heri
niſi fallor, pie conſtanterq; conuenerat. Nã
cũ rõ demonſtraſſet eũ beatũ eſſe, qui Deum
hr̃et, nec huic quiſquã veſtrum ſnĩæ reſtitiſ-
ſet, quæſitum eſt, quiſnã vobis videret Deum
hr̃e. De quare ſi bene memini, tres ſententiæ
dictę ſunt. Nam partim placuit Deũ hr̃e illũ,
qui ea faceret, q̃ Deus vellet. Quidã aũt dixe-
runt qđ is Deum haberet, qui bene viueret.
Reliquis veo in eis Deus eſſe viſus eſt in qui-
bus qui immũdus appellatur ſpiritus, nõ eſt.
Sed fortaſſe omnes diuerſis verbis vnum idẽ-
que ſenſiſtis. Nã ſi duo prima conſideremus;
& oĩs qui bene viuit ea facit, q̃ vult Deus, &
oĩs qui ea facit, q̃ vult Deus, bñ viuit: nec q̃c-
quã eſt aliud bñ viuere, q̃ ea facere q̃ Deo
placeant, niſi quid vobis aliud vr̃? Aſſentie-
bant. Tertiũ vero illud paulo diligentius cõ-
ſiderandum eſt, p̃pea quod ritu caſtiſsimorũ
ſacrorumq; ſpirituum, ſpiritus immundus
quantũ intelligo, duobus modis appellari ſo
let. Vel ille qui extrinſecus inuadit aĩam * ſen L
ſusq; conturbat, & quendã hominibus infert *Hic p̃ ani*
furorẽ, cui excludendo qui pręſunt, manum *mã aĩalẽ,*
imponere vel exorcizare dñr, hoc eſt, p̃ diui *non rõna*
na eũ adiurando expellere. Aliter aũt dr̃ ſpiri *lem intel*
tus immundus, omnis oĩno aĩa immunda: *ligat.*
qđ nihil eſt aliud q̃ vitiis, & erroribus inqui *Spũs im-*
nata. Itaq; abs te q̃ro. Tu puer, qui fortaſſe ali *mundus*
quanto ſereniore ac purgatiore ſpũ iſtã ſen- *duob. mo-*
tentiã protuliſti, qui tibi videat̃ immundum *dis appel-*
ſpiritum non hr̃e. Illene qui dæmonẽ non ha *lari ſolet.*
bet, quo veſani hoĩes fieri ſolent, an ille qui
aĩam ſuam iã a vitiis omnibusq; peccatis mũ
dauit? Is mihi vr̃, inquit, immundũ ſpiritum
non habere, qui caſte uiuit. Sed caſtũ, inquã
quẽ vocas? Eumne qui nihil peccat, an eum
qui ab illicito tm̃ concubitu tẽperat? Qũo,
inquit, caſtus põt eſſe qui ab illicito tm̃ cõcu-
bitu abſtinens ſeſe cæteris peccatis non deſi-
nit inquinari? Ille eſt vere caſtus qui Deum
attendit, & ad ipſum ſolum ſe tenet. Quæ ver-
ba pueri ſicut dicta erant, cũ conſcribi mihi
placuiſſet, Is ergo inquã, neceſſe eſt vt bene
viuat, & q̃ bene uiuit neceſſario talis eſt, niſi
quid tibi aliud vr̃. Conſenſit cũ cæteris. Ergo
vna eſt, inquam, dicta ſentẽtia. Sed illud a vo-
bis paulum quæro, velitne Deus vt homo
Deum quærat? Dederunt. Item quæro: Nun- M
quidnam poſſumus dicere, illum qui Deum
quærit male viuere? Nullo modo, dixerunt.
Etiã hoc tertiũ reſpõdete, ſpiritus immundus
poteſtne Deũ quærere? Negabant aliquantũ
dubitante Nauigio, qui poſtea cæterorũ vo-
cibus ceſsit Si igitur, inquã, qui Deũ quęrit,
id facit qđ Deus vult, & bene viuit, & ſpiritũ
immundum nõ habet, qui aũt Deum quærit,
nõndum habet Deum. Non igitur quiſquis
aut bene viuit, aut quod vult Deus facit, aut
ſpiritum immundum non habet, continuo
Deum hr̃e dicendus * eſt. Hic cũ ſe cęteri cõ- *Credẽdus*

cesſionibus ſuis deceptos rideret, poſtulauit
mater, cũ diu ſtupida fuiſſet, vt ei hoc ipſum
qđ cõcluſionis neceſsitate intorte dixeram,
explicãdo relaxarẽ, atq; ſoluerẽ. Qđ cũ fa-
ctũ eſſet. Sed nemo, inquit, põt puenire ad
Deũ, niſi Deũ quæſierit. Optime, inq̃. Tamen
qui adhuc quærit, nondum ad Deũ peruenit,
ẽt ſi bene viuit. Nõ igitur q̇ſquis bene viuit,
Deũ habet. Mihi, inquit, videt Deũ nemo nõ
habere, ſed eũ q bene viuit, habet propitiũ, q
A male, infeſtũ. Male igitur, inq̃, heſterno die
cõceſsimus eũ beatũ eſſe qui Deũ habet. Siq-
dẽ oĩs homo Deũ habet, nec tñ omnis homo
beatus eſt. Adde ergo, inquit, propitiũ. Saltẽ
inquam, hoc inter nos ſatis conſtat eũ beatũ
eſſe qui habet propitiũ Deũ? Vellẽ inquit, Na
uigius conſentire. Sed illũ vereor qui adhuc
q̃rit, præſertim ne cõcludas beatum eſſe Aca
demicũ, qui heſterno ſermone, vulgari qui-
Sap.di.1. dẽ & male latino, ſed aptiſsimo ſanè, vt mihi
videtur, verbo caducarius nominatus eſt. nõ
enim poſſum dicere homini Deũ quęrenti
aduerſum Deũ eſſe: qđ ſi dici nefas eſt, propi
tius erit, & qui propitiũ Deum habet, beatus
eſt. Beatus ergo erit ille, qui quęrit. Omnis
aũt quærens nondũ habet, qđ vult. Erit igiť
beatus homo qui quod vult nõ habet, qđ he
ri nobis oĩbus videbať abſurdũ. vnde crede-
bamus Academicorũ tenebras eſſe diſcuſſas.
Quare iã de nobis Licentius triũphabit, mi-
hiq; illa dulcia quæ cõtra valetudinem meã
temere accepi has de me pęnas exigere, qua-
ſi prudens medicus admonebit. Hic cũ ẽt ma
ter arriſiſſet ergo, inquit, Trigetius, non cõce
B do continuo Deũ aduerſari cui nõ ſit propi-
tius, ſed eſſe aliquid medium puto. Cui ego,
iſtũ tñ hominẽ, inquã, mediũ, cui nec Deus
ꝓpitius eſt nec infeſtus, Deũ quoquo modo
habere concedis? Hic cũ ille cũctareť, Aliud
eſt, inqt mater, Deũ habere, aliud nõ eſſe ſine
Deo. Quid ergo, inq̃, melius eſt, vtrũ habere
Deũ, an nõ eſſe ſine Deo? Quãtũ, inquit, poſ-
ſum intelligere, iſta eſt ſentẽtia mea: Qui be-
ne viuit, habet Deũ, ſed propitiũ: q male, hẽt
Deũ, ſed aduerſum Qui aũt adhuc quærit, nõ
dumq; inuenit, neq; propitiũ, neq; aduerſũ,
ſed nõ eſt ſine Deo. Hæcne, inquã, veſtra etiã
ſnĩa eſt; Hanc eſſe dixerũt. Dicite mihi q̃ſo,
inquã. Non vobis videtur eſſe homini Deus
propitius cui fauet? Eſſe confeſsi ſunt. Nõ er-
go, inquam, fauet Deus quærenti ſeſe homi-
ni? Reſponderunt, fauet: Habet igitur, inq̃,
qui Deũ quærit, Deũ propitiũ, & omnis qui
habet Deũ propitiũ, beatus eſt. Beatus eſt er-
go & ille qui quærit. Qui aũt q̃rit, nondũ ha-
bet quod vult. Erit igitur beatus, qui qđ vult,
nõ habet. Prorſus, inquit, mater, non mihi vř
beatus eſſe q qđ vult nõ habet. Ergo, inquã,
non oĩs qui habet Deum propitiũ, beatus eſt.
Si hoc cogit ratio, inquit, non poſſum nega-
re. Iſta igitur, inquam diſtributio erit, vt om-
nis qui iã Deũ inuenit, & propitium Deũ ha
beat, & beatus ſit: omnis aũt qui Deũ quærit,
propitium Deũ habeat, ſed nondũ ſit beatus.
Iam vero quiſquis vitijs atq; peccatis à Deo
ſe alienat, nõ modo beatus nõ ſit, ſed ne Deo
quidẽ viuat propitio. Qđ cũ placuiſſet om-
nibus, Bene habet, inquã, ſed adhuc illud ve-
reor, ne vos moueat quod iam ſuperius con-
ceſſeramus, miſerũ eſſe quiſquis beatus non
ſit: cui conſequens erit, eſſe miſerũ hominẽ,
qui propitiũ tenet Deũ quẽ adhuc Deũ quę-
rentẽ nondũ diximus eſſe beatũ. An vero qđ
ait Tullius, multorũ in terris prædiorũ domi
nos diuites appellamus, omniũ virtutũ poſ-
ſeſſores pauperes nominabimus? Sed illud vi
dete, vtrũ q̃uo verum eſt quod omnis egens
miſer ſit, ita ſit verũ qđ omnis miſer egeat.
Ita enim erit verũ, nihil aliud eſſe miſeriã q̃
egeſtatẽ, qđ me nũc cũ ducereť, laudare ſenſi
ſtis. Hoc aũt hodie longum eſt vt quæramus:
quare peto ne faſtidio vobis ſit ad iſtã men-
ſam cras ẽt cõuenire. Quod cũ oẽs ſe libẽtiſ-
ſime habere dixiſſent, ſurreximus. Tertius aũt Diſp.
dies diſputationis noſtræ matutinas nubes, q̃ tio
nos cogebant in balneas diſsipauit, tẽpusque dies.
pomeridianum candidiſsimũ reddidit. Pla- D
cuit ergo in pratuli propinqua deſcendere,
atque omnibus nobis vbi commodũ viſum
eſt conſidẽtibus, reliquus ita ſermo peractus
eſt. Omnia penè, inquam, quæ interroganti
mihi concedi à vobis volui, habeo ac teneo:
quare hodierno die, quo poſsimus tãdẽ hoc
noſtrũ conuiuiũ aliquo interuallo dierũ di-
ſtinguere, aut nihil, aut non multũ erit, vt opi
nor, qđ mihi vos rñdere neceſſe ſit: Dictũ.n.
erit à matre, nihil aliud eſſe miſeriã q̃ egeſta
tẽ, cõuenitq; inter nos, omnes, qui egeãt, mi-
ſeros eſſe. Sed vtrũ oẽs ẽt miſeri egeãt, non-
nulla q̃ſtio eſt, quã heſterno die nõ potuim⁹
explicare. Hoc aũt ita ſe habere ſi nõ demon
ſtrauerit, perfectiſsime inuentum eſt qui ſit

beatus erit.n.ille qui non eget. Omnis enim
non miser beatus est.Beatus est ergo q egesta
te caret,si quã dicimus egestatẽ, eandẽ mise-
riã esse cõstiterit.Quid.n. ait Trigetius,nõ po
test ex eo iam confici, omnẽ non egentẽ bea
tũ esse,quo manifestũ est, omnem qui egeat
esse miserum? Nã concessisse nos memini, ni
hil esse mediũ inter miserum, & beatũ. Ali-
quid ne,inquam, inter mortuum & viuum ti
bi medium vr̃ esse? Nonne oĩs homo aut vi-
uus,aut mortuus est?Fateor, inquit, neq; hic
esse aliquid mediũ.Sed quorsum istud? Qui,
inquam,etiam istud te fateri credo omnẽ qui
ante annum sepultus est esse mortuũ.Non ne
gabant.Quid oĩs qui ante annũ sepultus non
est,viuit?Nõ,ait,sequitur.Ergo,inquã non se
quitur, vt si omnis qui eget miser est,oĩs qui
nõ eget sit beatus,quãuis inter miserũ & bea-
tũ,vt inter viuum & mortuum, mediũ nihil
inueniri queat. Quod cũ aliqui eorum paulo
tardius intellexissent, me id quibus potui ver
bis ad eorum sensum accommodatis aperiẽ-
te atque versante: Ergo,inquam, miserũ esse
omnẽ qui egeat,dubitat nemo:nec nos terrẽt
quædam sapientium corpori necessaria. Nõ
enim eis eget ipse aĩus, in quo posita est vita
beata. Ipse enim perfectus est,nullus aũt per-
fectus aliquo eget:& qđ vr̃ corpori necessa-
rium,sumet,si affuerit:si non affuerit, non eũ
F istarum rerũ franget inopia. Omnis nanque
sapiens fortis est,nullus aũt fortis aliqd me-
tuit. Non igĩ metuit sapiens,aut mortẽ cor-
poris,aut dolores,quibus pellendis vel vitan
dis vel differendis sunt necessaria illa, quorũ
ei potest contingere inopia. Sed tñ non desi-
nit eis bene vti,si ipsa non desunt. Verissima
est.n.illa sententia: Nam tu quod vitare pos-
sis,stultum admittere est: Vitabit ergo mortẽ
ac dolorẽ quantũ põt, & quantum decet, ne
si minime vitauerit, non ex eo miser sit quia
hæc accidunt,sed quia vitare cum posset,no
luit:quod manifestũ stultitiæ signum est. Erit
ergo ista non vitans,non earum rerũ perpes
sione, sed stultitia miser. Si aũt non valuerit
euitare,cũ id sedulo ac decenter egerit, non
eũ ista irruentia miserũ facient.Etenim & illa
eiusdẽ Comici sñĩa nõ minus vera est: Quo-
niã non põt id fieri quod vis,id velis qđ pos-
sis.Qũo erit miser,cui nihil accidit pter volũ
tatẽ? Quia quod sibi videt nõ posse puenire,
nõ põt velle.Habet.n.rerum certissimarũ vo
luntatẽ,id est,vt quicquid agit, non agat nisi
ex virtutis quodã præscriptio & diuina lege
sapientiæ, quæ nullo ab eo pacto eripi pos-
sunt. Item nunc videte,vtrũ etiam omnis qui 1. Retra.
miser est,egeat. Nam huic sententiæ conce- ac.2.
dendæ difficultatẽ illa res facit, quod multi G
in magna fortuitarum rerum copia cõstitu-
ti sunt,quib⁹ ita facilia sunt omnia, vt ad eo-
rum nutum præsto sit quicquid cupiditas po
scit. Difficilis quidem ista vita est.Sed finga-
mus aliquem talẽ, qualẽ Tullius fuisse dicit
Oratam. Quis enim facile dicat Oratam ege
state laborasse,hominẽ ditissimũ, amœnissi-
mũ,delitiosissimum,cui neq; ad voluptatem
quicquã defuit,neq; gratiam, neq; ad bonã
integramq; valetudinem?Nã & prędiis quç-
stuosissimis,amicis iocundissimis,quantũ li-
buit,abũdauit, & illis omnibus aptissime ad
salutẽ corporis vsus est, eiusque, vt breuiter
totũ explicẽ, omne institutũ voluntatemque
oẽm successio pspera cõsecuta est. Sed for-
tasse inquiet aliquis vestrũ,plus illũ, q̃ habe-
bat,habere voluisse.Hoc ignoramus. Sed qđ
satis est qõni,faciamus eũ nõ desiderasse am
plius q̃ tenebat.Videturne vobis eguisse?Etiã
si cõcedam,inquit,Licentius,nihil eum desi-
derasse,quod in homine non sapiẽte, nescio H
qũo accipiã:metuebat tñ, erat enim vir vt dr̃,
ingenii nõ mali,ne illa omnia sibi vel vno ad
uerso impetu raperẽtur.Non enim magnum
erat intelligere talia cuncta quantacunq; es-
sent,esse sub casibus constituta. Tũ ego arri-
dẽs,Vides,inquam, Licẽti fortunassimũ istũ
hominem à beata vita ingenij bonitate impe
ditum.Quod.n.erat acutior, eo videbat illa
oĩa se posse amittere:quo metu frangebatur,
illudq; vulgare satis asserebat infidem. Ho-
minẽ malo suo esse cordatum. Hic cum & il
le & cæteri arrisissent:illud tñ,inquã, diligen
tius attẽdamus,quia & si timuit iste,nõ eguit:
vnde q̃stio est. Egere est enim in non haben-
do,nõ in timore amittendi,quæ habeas. Erat
aũt iste miser, qa metuebat, quanuis nõ ege-
ret.Non igitur oĩs qui miser est,eget. Qđ cũ
apdrobauisset cũ cæteris ẽt ipsa cuius senten
tiã defendebam, aliquantulum tamen addu-
bitans.Nescio,inquit,tñ, & nondũ plene in-
telligo, qũo ab egestate possit miseria, aut
egestas à miseria separari. Nã & iste q diues,
& locuples erat,& nihil vt dicitis ampli⁹ desi
derabat,tñ qa metuebat ne amitteret, egebat

ſapientia. Ergone hunc egentẽ diceremus ſi egeret argẽto & pecunia, cũ egeret ſapiẽtia,
I nõ diceremus? Vbi cũ oẽs mirãdo exclamaſſent, meipſo ẽt nõ mediocriter alacri atq; læto, quod ab ea potiſsimũ dictũ eſſet, qđ pro magno de philoſophorũ libris, atq; vltimũ proferre parauerã, Videtisne, inquã, aliud eſſe multas variasq; doctrinas, aliud aĩum attẽtiſsimũ in Deũ? Nã vnde iſta quæ miramur, niſi inde procedũt? Hic Licentius lętus exclamans. Prorſus, inquit nihil verius, nihil diuinius dici potuit. Nã & maior, & miſerabilior egeſtas nulla eſt, q̃ egere ſapientia, & qui ſapientia nõ eget, nulla re omnino egere põt. Eſt ergo animi egeſtas, inquã, nihil aliud quã ſtultitia. Hæc eſt enim contraria ſapientiæ, & ita cõtraria vt mors vitæ, vt beata vita miſeriæ, hoc eſt ſine aliquo medio. Nã vt omnis non beatus homo miſer eſt, omnisq; homo non mortuus viuit, ſic oẽm non ſtultũ manifeſtũ eſt eſſe ſapientẽ. Ex quo & illud iã licet dicere, nõ in eo tantũ Sergium Oratam fuiſſe miſerũ, quod timebat ne fortunæ illa munera amitteret: ſed quia ſtultus erat. Quo fit vt miſerior eſſet, ſi tã pendulis nutantibusq; ijs, quæ bona putabat, nihil omnino metuiſſet. Eſſet.n.non fortitudinis excubijs, ſed mentis ſopore ſecurior, & altiore ſtultitia demer-
K ſus miſer. At omnis qui caret ſapiẽtia magnã patitur egeſtatẽ, omnisq; compos ſapientiæ nihilo eget, ſequitur vt ſtultitia ſit egeſtas. Vt autẽ omnis ſtultus miſer, ita oĩs miſer ſtultus eſt. Ergo vt omnis egeſtas miſeria, ita omnis miſeria egeſtas eſſe conuincitur. Quam concluſionem Trigetius cum ſe parũ intellexiſſe diceret, quid, inquã, inter nos ratione conuenit? Eum egere, inquit, qui & ſapientiã nõ habeat. Quid eſt ergo, inquã, egere? Sapientiam, inquit, nõ habere. Quid eſt, inquã ſapientiã nõ habere? Hic cũ taceret, Nonne hoc eſt, inquã, habere ſtultitiã? Hoc, inquit. Nihil eſt ergo aliud, inquam, habere egeſtatẽ q̃ habere ſtultitiã. Ex quo iã neceſſe eſt egeſtatem alio verbo nominari qñ ſtultitia noĩatur: Quanquam neſcio quõ dicamus, habet egeſtatem, aut habet ſtultitiã. Tale eſt.n.ac ſi locũ aliquẽ qui lumine careat dicamus habere tenebras: quod nihil eſt aliud, quàm lumẽ nõ habere. Nõ enim tenebræ quaſi veniunt aut recedũt, ſed carere lumine hoc ipſum eſt iã tenebroſum eſſe: vt carere veſte, hoc eſt eſſe nudum.

Non enim veſte accedente veluti aliqua res mobilis nuditas fugit. Sic ergo dicimus aliquẽ habere egeſtatem: quaſi dicamus habere nuditatem. Egeſtas.n.verbũ eſt non habendi. Quamobrem vt quod volo explicẽ ſicut poſſum, ita dr̃, habet egeſtatẽ; quaſi dicatur, hẽt non habere. Itaq; ſi ſtultitiã ipſam verã & certã egeſtatẽ eſſe monſtratũ eſt: vide iã quæſtionẽ quã ſuſceperamus vtrum ſoluta ſit. Dubitabatur enim inter nos, vtrũ cum appellaremus miſeriã, nihil aliud q̃ egeſtatẽ nominaremus. Dedimus aũt rõnẽ, recte ſtultitiã vocari egeſtatem. Sicut ergo, & omnis ſtultus miſer, & omnis miſer ſtultus eſt, ita neceſſe eſt non ſolũ omnem qui egeat miſerum, ſed ẽt oẽm qui miſer ſit egentẽ eſſe fateamur. At ſi ex eo qđ & omnis ſtultus miſer eſt, & oĩs miſer ſtultus eſt, conficitur ſtultitiã eſſe miſeriam: cur non ex eo quod quiſquis eget miſer, & quiſquis miſer eſt egeat, nihil aliud miſeriam q̃ egeſtatem eſſe cõficimus? Quod cum oẽs ita eſſe faterentur, illud iam, inquam, ſequitur, vt videamus quis non egeat. Is enim erit ſapiẽs & beatus. Egeſtas aũt ſtultitia eſt, egeſtatisq; nomen. Hoc autem verbum ſterilitatem quandã & inopiã ſolet ſignificare. Attendite quæſo altius, quãta cura priſcorum hominũ, ſiue omnia, ſiue qđ manifeſtũ eſt, quædam verba creata ſunt, earũ rerum maxime quarũ erat notitia perneceſſaria. Iam enim cõcediſtis, omnem ſtultũ egere, & omnẽ qui egeat, ſtultũ eſſe, credo vos ẽt cõcedere animũ ſtultum eſſe vitioſum, omniaq; animi vitia vno ſtultitiæ noĩe includi. Primo aũt die huius diſputationis nr̃æ nequitiam dixeramus eſſe ab eo dictã, qđ necquicq̃ ſit; cui cõtrariã fragilitatem à fruge fuiſſe nominatam. Ergo in ijs duobus contrarijs, hoc eſt, frugalitate atque nequitia, illa duo vident̃ eminere, eſſe & non eſſe. Egeſtati autem de qua quæſtio eſt, quid putamus eſſe ꝯrium? Hic cũ aliquantum cũctarẽtur, ſi dicam, inquit, Trigetius, diuitias: video his paupertatem eſſe cõtrariã. Eſt quidem, inquam, vicinum. Nã paupertas & egeſtas vnũ atq; idem accipi ſolent. Tñ aliud verbum inueniendum eſt, ne meliori parti deſit vnum vocabulum, vt cum illa pars paupertatis, & egeſtatis nomine abundet, ex hac parte ſolũ opponat̃ diuitiarũ nomen. Nihil.n.abſurdius quàm vt hic ſit egeſtas vocabuli, vbi eſt cõtraria pars egeſtati. Plenitudo, inquit,

Licen-

Licentius, si dici potest, vr̃ mihi recte opponi egestati. Postea, inq̃, de verbo q̃remus fortasse diligẽtius. Non.n. hoc curandũ est in inquisitione veritatis. Quamuis.n Salustius electissimus pensator verborũ, egestati opposuerit opulẽtiã, tñ accipio plenitudinẽ. Non.n. nec hic Grammaticorũ formidine liberabimur, aut metuendũ est ne ab eis castigemur, qđ in curiose vtimur verbis, qui res suas nobis ad vtendũ dederunt. Vbi cũ arrisissent, ergo quia mẽtes vestras, inq̃, cũ intenti estis in Deũ velut quædã oracula non contemnere statui, videamus quid sibi velit hoc nomen. Nã nullũ accommodatius esse arbitror veritati. Plenitudo igiẽ, & egestas cõtraria sunt: At ẽt hic, similiter, vt in neq̃tia et frugalitate apparent illa duo, esse & nõ esse. Et si egestas est ipsa stultitia, plenitudo erit sapiẽtia. Merito etiã virtutũ omniũ matrẽ multi frugalitatẽ esse dixerunt. Quibus consentiens Tullius ẽt in populari orõne ait: Vt volet quisq; accipiat. Ego tñ frugalitatẽ, id est, modestiã & tẽperãtiam, virtutẽ esse maximã iudico. Prorsus doctis-

B sime ac decẽtissime. Consyderauit.n. frugẽ, id est, illud quod esse dicimus, cui est nõ esse ꝯriũ. Sed propter vulgarẽ loquendi consuẽtudinẽ, qua frugalitas quasi parsimonia dici solet, duobus consequentibus quid senserit illustrauit, subijciendo modestiã, & temperãtiam: Et hæc duo verba diligentius attendamus. Modestia vtique dicta est à modo, et à temperie temperantia. Vbi autem modus est atq; temperies, nec plus est quicquã nec minus. Ipsa est igitur plenitudo quam egestati contrariã posueramus, multo melius quàm si abundantiam poneremus. In abundantia enim intelligitur affluentia, & quasi rei nimiũ exuberantis effusio. Quod cũ euenit vltra q̃ satis est, ẽt ibi desideratur modus, & res quæ nimia est, modo eget. Ergo nec ab ipsa redundantia egestas aliena est, à modo autem, & plus, & minus aliena sunt. Ipsam etiam opulentiã si discutias, inuenies eã nihil aliud tenere, q̃ modum. Nam non nisi ab ope dicta est opulentia. Qũo autem opitulatur quod nimium est, cum incommodius sit sæpe, quã parum? Quicquid igitur vel parum vel nimium est, quia modo eget, obnoxiũ est egestati. Modus ergo animi sapientia est. Etenim

C sapientia contraria stultitię non negatur, & stultitiæ egestas, egestati autem contraria plenitudo. Sapientia igitur plenitudo. In plenitudine aũt modus. Modus igiẽ animi in sapientia est. Vnde illud præclarum est, & nõ immerito diffamaẽ hoc primũ in vita esse vtile. Vt ne quid nimis. Dixeramus autẽ in exordio hodiernæ disputationis nostræ, qđ si inueniremus nihil aliud esse miseriã q̃ egestatẽ: eũ beatum esse fateremur, qui nõ egeret. Est autẽ inuẽtũ: Ergo beatũ esse nihil est aliud quàm nõ egere, hoc est, esse sapientem. Si autẽ queritis q̃d sit sapientia, nã & ipsam rõ quantum in p̃sentia potuit, euoluit atq; eruit. Nihil est aliud q̃ modus animi, hoc ẽ quo sese animus librat, vt neq; excurrat in nimiũ, neque infra q̃ plenũ est, coarctetur. Excurrit autẽ in luxurias, dominationẽ, superbias, cæteraq; id genus, quibus immoderatorũ miserorumq; animi sibi lætitias atq; potentias comparari putant. Coarctatur autẽ sordibus, timoribus, mœrore, cupiditate, atque alijs quæcunque sunt quibus homines miseros ẽt miseri confitentur. Cũ vero sapientiã contẽplatur inuẽ-

Terentius in Andria supra. disputa. 3

Sapientia quid sit.

tam, cumq; vt huius pueri verbo vtar, ad ipsam se tenet, nec se ad simulacrorũ fallaciã, quorũ pondus amplexus à Deo suo cadere atq; demergi solet, vlla commotus inanitate cõuertit, nihil immoderationis, & ideo nihil egestatis, nihil igiẽ miseriæ ꝑtimescit. Habet ergo modũ suum.i. sapientiã, quisquis beatus est. Quæ est autem dicenda sapientia, nisi q̃ Dei sapientia est? Accepimus autem etiã authoritate diuina, Dei filium nihil esse aliud q̃ Dei sapientiã, & est Dei filius ꝑfecto Deus. D

1. Co. 1.

Deum habet igitur quisquis beatus est, quod omnibus nobis iã ante placuit, cum hoc conuiuium ingressi sumus. Sed q̃d putatis esse sapientiã, nisi veritatem? Etiã hoc.n. dictum est. Ego sum veritas. Veritas autem vt sit, fit per aliquem summum modũ, à quo ꝓcedit, & in quem se perfecta conuertit. Ipsi aũt summo mõ nullus alius modus imponitur. Si enim summus modus per summum mod⁹ est, per seipsum modus est. Sed ẽt summus modus necesse est vt verus modus sit. Vt igiẽ veritas modo gignitur, ita modus veritate cognoscitur. Neque igitur veritas sine modo, neque mod⁹ sine veritate vnquam fuit. Quis est Dei filius? Dictũ est, veritas. Quis est qui non habet patrem? Quis alius quã summus modus? L

Ioan. 14.

E Quisquis igiẽ ad summũ modũ ꝑ veritatem venerit, beatus est. Hoc est animum Deum

habere, id est, Deo frui. Cætera.n.q̃uis à Deo habeantur, nō habent Deū. Admonitio autē quædam, quæ nobiscū agit, vt Deū recordemur, vt eū quæramus, vt eū pulso omni fastidio sitiamus, de ipso ad nos fonte veritatis emanat. Hoc interioribus luminibus nostris iubar sol ille secretus infundit. Huius est verū omne quod loquimur, ēt q̄n adhuc vel minus sanis vel repente apertis oculis audacter conuerti, & totū intueri trepidamus: nihilq; aliud ēt hoc apparet esse q̃ Deum, nulla degeneratione impediente perfectū. Nā ibi totū atq; omne perfectū est, simulq; est omnipotentissimus Deus. Sed tamen quādiu quęrimus, nondum ipso fonte atq; vt illo verbo vtar, plenitudine saturati, nondum ad nostrū modum nos peruenisse fateamur: & iō quan uis iam Deo adiuuante, nondum tñ sapientes ac beati sumus. Illa est igit̃ plena satietas animorū, hæc est beata vita, pie perfecteq; cognoscere à quo inducaris in veritatem, qua veritate perfruaris, per quā cōnectaris sum-

F mo modo. Quæ tria vnū Deū intelligentibus vnamq; substantiā, exclusis vanitatibus varię superstitionis, ostendunt. His mater recognitis verbis, quæ suæ memoriæ penitus inhærebant, & quasi euigilans in fidem suā, versum illum sacerdotis nostri: Foue precantes trinitas: læta effudit, atque subiecit: Hæc est nullo ambigente beata vita, quæ vita perfecta est, ad quam nos festinanter posse perduci, sola fide, alacri spe, flagrante charitate præsumendum est. Ergo, inquam, quoniam modus ipse nos admonet, conuiuiū aliquo interuallo dierum distinguere, quātas pro viribus possum gratias ago summo & vero Deo patri domino liberatori animarum. Deinde vobis qui concorditer inuitati, multis ēt me cumulastis muneribus. Nam tantum in nostrū sermonem cōtulistis, vt me negare non possim, ab inuitatis meis esse satiatum. Hic omnibus gaudentibus & laudantibus Deum, quam vellem, inquit, Trigetius, hoc modo nos quotidie pasceres. Modus, inquam, ille vbique seruandus est, vbiq; amādus, si vobis cordi est ad Deum reditus noster. His dictis facto disputationis fine discessimus.

Amb. in hymno, Deus creator oīum. Lib. 9. Cō fes. c. 12. & li. 11. c. 27.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI Soliloqui orum

Libri de cognitione Dei & animæ.



Voluēti mihi multa ac varia mecum diu, ac per multos dies sedulo quærenti memetipsum ac bonū meū, quidue mali euitandum esset: ait mihi subito, siue ego ipse, siue alius q̄s extrinsecus siue intrinsecus, nescio. nam hoc ipsum est, quod magnopere scire molior. Ait ergo mihi. RA. Ecce fac te inuenisse aliquid, cui cogitata commendabis, vt pergas ad alia. AV. Memoriæ. s. RA. Tantane illa est, vt excogitata illa omnia bene seruet? AVG. Difficile est, immo nō pōt. RA. Ergo scribendum est. Sed quid agis, quod valetudo tua scribendi laborem recusat? Nec ista dictari debent, nam solitudinem meram desiderant. AVG. Verum dicis. Itaque prorsus nescio quid agam. RA. Ora saltem, auxilium quo ad concupita peruenias, & hocipsum literis manda, vt prole tua fias animosior. Deinde quod inuenis, paucis con clusiunculis breuiter collige. Nec modo cures inuitationem turbæ legentiū, paucis ista sat erunt ciuibus tuis. AVG. Ita faciā. Deus vniuersitatis conditor, præsta mihi primum vt bene te rogem, deinde vt me agam dignū quem liberes, postremo vt liberes. Deus per quem omnia, quæ per se non essent, tendunt esse. Deus qui ne id quidem quod se inuicem perimit, perire permittis. Deus qui de nihilo mundum istum creasti, omnium, quem oculi sentiunt, pulcherrimum. Deus qui malum non facis, & facis esse ne pessimum fiat. Deus qui paucis ad id quod vere est refugientibus, ostendis malum nihil esse. Deus per quem vniuersitas etiam cum sinistra parte perfecta est. Deus a quo dissonantia vsque in extremum nulla est, cum deteriora melioribus cōcinunt. Deus quem amat omne qđ pōt amare, siue sciens, siue nesciens. Deus in quo sunt oīa, cui tñ vniuersæ creaturæ nec turpitudo turpis est, nec malitia nocet, nec error errat. Deus qui nisi mundos verum scire noluisti. Deus pater veritatis pater sapientiæ, pater veræ summæque vitæ,

pater

pater beatitudinis, pater boni & pulchri, pa-
ter intelligibilis lucis, pater euigilationis atq;
illuminationis nr̄ę, pater pignoris quo admo
nemur redire ad te. Te inuoco Deus veritas,
in quo & à quo & ꝑ quē vera sunt, quæ vera
sunt omnia. Deus sapientia, in quo & à quo
& per quē sapiunt quæ sapiunt oīa. Deus ve-
ra & summa vita, in quo & à quo & per quē
viuunt, quæ vere summeq; viuunt oīa. Deus
beatitudo, in quo & à quo & per quem bea-
ta sunt, quæ beata sunt omnia. Deus bonū &
pulchrū, in quo & à quo & per quē bona &
pulchra sunt, quæ bona & pulchra sunt oīa.
Deus intelligibilis lux, in quo & à quo & per
quem intelligibiliter lucent, quæ intelligibi-
liter lucent oīa. Deus cuius regnum est totus
mundus quem sensus ignorat. Deus de cuius
regno lex etiam in ista regna describit. Deus
a quo euerti, cadere: in quem conuerti, resur
gere: in quo manere, cōsistere est. Deus a quo
exire, emori: in quem redire, reuiuiscere: in
quo habitare, viuere est. Deus quem nemo
amittit nisi deceptus, quem nemo quærit nisi
admonitus, quem nemo inuenit nisi purga-
tus. Deus quem relinquere, hoc est quod pe-
rire: quem attendere, hoc est quod amare:
quē videre, hoc est qđ habere. Deus cui nos
fides excitat, spes erigit, charitas iūgit. Deus
per quē vincimus inimicū, te deprecor. Deus
quē accepimus, ne omnino periremus. Deus
a quo admonemur, vt vigilemus. Deus ꝑ quē
a malis bona separamus. Deus ꝑ quē mala fu
gimus, & bona sequimur. Deus per quē non
cedimus aduersitatibus. Deus per quem bene
seruimus, & bene dominamur. Deus per quē
discimus aliena esse, quæ aliquādo nostra, &
nostra esse, quæ aliquando aliena putamus.
Deus per quem malorum escis atque illece-
bris non hæremus. Deus per quē nos res mi-
L nutæ non minuunt. Deus per quem melius
nostrum deteriori subiectum non est. Deus
per quem mors absorbetur in victoriā. Deus
qui nos conuertis. Deus qui nos eo qđ nō est
exuis, & eo quod est induis. Deus q̄ nos exau
dibiles facis. Deus qui nos vnis. Deus qui nos
in omnem veritatem inducis. Deus q̄ de no-
bis oīa bona loqueris, nec insanos facis, nec
a quoquā fieri sinis. Deus qui nos reuocas in
viam. Deus qui nos deducis ad ianuā. Deus q̄
facis vt pulsantibus aperiatur. Deus qui no-
bis das panem vitæ. Deus per quem sitimus
potum, quo hausto nūquā sitimus. Deus qui
arguis seculum, de peccato, de iustitia, & de *Matt. 7.*
iudicio. Deus per quem nos non mouēt qui *Ioan. 6.*
minime credunt. Deus per quem improba- *Io. 16.*
mus eorum errorem, qui animarum merita
nulla esse apud te putant. Deus per quē non
seruimus infirmis, & egenis elementis. Deus
qui nos purgas, & ad diuina præparas prę- *Gal. 4.*
mia, adueni mihi propitius tu. Quicquid a
me dictum est, vnus Deus tu, tu veni mihi in
auxilium, vna æterna vera substantia, vbi nul
la discrepantia, nulla confusio, nulla trāsitio, M
nulla indigentia, nulla mors. Vbi summa con
cordia, summa euidentia, summa constantia,
summa plenitudo, summa vita. Vbi nihil
deest, nihil redundat. Vbi qui gignit, & quem
gignit vnum est. Deus cui seruiūt omnia, cui
obtemperat omnis bona anima. Cuius legi- *Ioan. 10.*
bus rotātur poli, cursus suos sydera peragūt. *1. Retra.*
Sol exercet diem, Luna temperat noctē: om- *cap. 4.*
nisq; mundus per dies vicissitudine lucis &
noctis, per mēses incremētis decrementisq;
lunaribus, per annos Veris, æstatis, autumni
& hyemis successionibus, ꝑ lustra perfectio-
ne cursus solaris, per magnos orbes recursu
in ortus suos syderū, magnā rerum constan-
tiam quantum sensibilis materia patitur, tem
porū ordinibus replicationibusq; custodit.
Deus cuius legibus in æuo stantibus, motus
instabilis rerum mutabiliū perturbatus esse
non sinitur, frenisq; circumeūtium seculorū
semper ad similitudinē stabilitatis reuocatur:
Cuius legibus arbirrium animæ liberum est,
bonisq; præmia & malis pœnæ fixis ꝑ oīa ne
cessitatibus distributæ sunt. Deus a quo ma- A
nant vsq; ad nos omnia bona, a quo coercen
tur vsq: a nobis oīa mala. Deus supra quē ni-
hil, extra quē nihil, sine quo nihil est. Deus
sub quo totū est, in quo totū est, cū quo totū *Gen. 1.*
est. Qui fecisti hominē ad imaginem & simi
litudinem tuā, quod qui seipsum nouit, agno
scit. Exaudi, exaudi, exaudi me Deus meus,
dn̄e meus, rex meus, pater meus, causa mea,
spes mea, res mea, honor meus, domus mea,
patria mea, salus mea, lux mea, vita mea.
Exaudi, exaudi, exaudi me more illo tuo pau
cis notissimo. Iā te solū amo, te solū sequor,
te solū q̄ro, tibi soli seruire paratus sum, q̄a
tu solus iuste dominaris, tui iuris esse cupio.
Iube q̄so atq; impera quicq̄d vis, sed sana &
aperi aures meas, quibus voces tuas audiam.

Sana

Sana & aperi oculos meos, q̃bus nutus tuos videã. Expelle à me ĩsaniã, vt recognoscã te. Dic mihi qua attendã vt aspiciã te, & oĩa me spero, q̃ iusseris, esse facturũ. Recipe oro fugitiuũ tuũ dñe clemẽtissime pr̃: Iamiã satis pœnas dederim, satis inimicis tuis, quos sub pedibus habes, seruierim, satis fuerim fallaciarũ ludibriũ. Accipe me ab istis fugientẽ famulũ tuũ, quia & isti me q̃n à te fugiebam acceperũt alienũ. Ad te mihi redeundnm esse sen-
B tio. Pateat mihi pulsanti ianua tua. Q̃uo ad te perueniatur, doce me. Nihil aliud scio nisi fluxa & caduca spernẽda esse, certa & æterna requirẽda. Hoc facio pater, q̃a hoc solũ noui, sed vnde ad te perueniatur ignoro. Tu mihi suggere, tu ostende, tu viaticũ præbe. Si fide te inueniunt qui ad te refugiunt, fidẽ da. Si virtute, virtutem: si scientia, scientiã. Auge in me fidẽ, auge in me spem, auge charitatẽ. O admiranda & singularis bonitas tua. Ad te ambio, & quibus rebus ad te ambiatur à te rursum peto. Tu.n. si deseris, peritur hic. Sed nõ deseris, q̃a tu es summũ bonũ, quod nemo recte q̃siuit, & minime inuenit. Oĩs autẽ

Error animi. recte quæsiuit, quem tu recte quærere fecisti. Fac & me pater, quærere te, vendica me ab errore. Quærenti te mihi nihil aliud ꝑ te occurrat. Si nihil aliud desidero q̃ te, inueniã te iam (quæso) pater. Si autẽ est in me superflui alicuius appetitio, tuipse me munda, & fac idoneum ad videndũ te. Cæterũ de salute

Corpus. huius mortalis corporis mei, quãdiu nescio quid mihi ex eo vtile sit, vel eis quos diligo, tibi illud cõmitto pater sapientissime atque optime, &ꝑ eo qđ ad tp̃s admonueris, depre-
C cabor. Tandẽ oro excellentissimã clementiã tuã, vt me penitus ad te cõuertas, nihilq́; mihi repugnare facias tẽdẽti ad te, iubeasq́; me dũ hoc ipsum corpus ago atq; porto, purũ, magnanimũ, iustũ, prudentemq́; esse, perfe-

Obstacula. ctumq́; amatorẽ perceptorẽq́; sapientię tuę, & dignum habitatione atq; habitatorẽ beatissimi regni tui, Amẽ. A V. Ecce oraui Deũ. R A. Quid ergo scire vis? A V G. Hæc ipsa omnia quæ oraui. R A. Breuiter ea collige. A V. Deum & animã scire cupio. R A. Ni-

Quid amandum. cap. 2. hilne plus? A V G. Nihil omnino. R A. Ergo incipe quærere. Sed prius explica quomodo tibi si demonstretur Deus, possis dicere, sat est. A V G. Nescio quomodo mihi demonstrari debeat vt dicam sat est: Non enim credo me scire aliquid sic, q̃uo scire Deũ desidero. R A. Quid ergo agimus? Nonne censes prius tibi esse sciendũ, quomodo tibi Deum scire satis sit, quò cum perueneris, non amplius quæras? A V G. Censeo quidẽ, sed quo pacto fieri possit, nõ video. Quid.n. Deo simile vnq̃ intellexi, vt possim dicere, q̃uo hoc ĩtelligo, sic volo intelligere Deum? R A. Qui nondum Deũ nosti, vnde nosti nihil te nosse Deo simile? A V G. Quia si aliquid deo simile scirẽ, sine dubio id amarem: nunc aũt nihil aliud amo q̃ deum & animam, quorum neutrum scio. R A. Nõ igitur amas amicos tuos? A V G. Quo pacto eos possum amans aĩam non amare? R A. Hoc modo ergo & pulices & cimices amas? A V G. Animam me amare dixi, nõ animalia. R A. Aut homines nõ sunt amici tui, aut eos nõ amas. Omnis.n. homo animal, & animalia te non amare dixisti. A V. & homines, sunt, & eos amo, non eo quod animalia, sed eo quod homines sunt, id est, ex eo quod rationales animas habẽt, quas amo, etiam in latronibus. Licet enim mihi in quouis amare rationem, cum illum iure oderim, qui male vtitur eo quod amo. Itaque tanto magis amo amicos meos, quanto magis bene vtuntur anima rationali, vel certe quantũ desiderant ea bene vti, R A. Accipio istud. Sed tamen siquis tibi diceret, faciã te sic Deũ nosse quomodo nosti Alipium, nonne gratias ageres & diceres, satis est? A V G. Agerẽ quidem gratias, sed satis esse non dicerem. R A. Cur quæso? A V G. Quia Deũ ne sic quidem noui, q̃uo Alipium, & tamen Alipiũ non satis noui. R A. Vide ergo ne impudenter velis satis Deum nosse, qui Alipium non satis nosti. A V G. Non sequitur. Nam in cõparatione syderũ quid est cœna mea vilius? & tamen cras quid sim cœnaturus ignoro: quo autem signo luna futura sit, non impudenter me scire profiteor. R A. Ergo vel ita Deum nosse tibi satis est, vt nosti quo cras signo luna cursura sit? A V G. Non est satis. Nam hoc sensibus approbo. Ignoro aũt vtrũ vel deus vel aliqua naturæ occulta causa subito lunæ ordinem cursumq́; cõmutet: qđ si acciderit, totum illud quod præsumpserã, falsũ erit. R A. Et credis hoc fieri posse? A V G. Non credo. Sed ego quid sciam, quæro, non quid credam. Omne autẽ quod scimus, recte fortasse et credere dicimus; at non omne, quod

quod credimus,ẽt scimus. RA. Respues igitur in hac causa omne testimonium sensuũ? AVG. prorsus respuo. RA. Quid illum familiarem tuũ quẽ te adhuc ignorare dixisti, sensu vis noscere,an intellectu? AVG. Sensu quidem quod in eo noui, si tamen sensu aliquid noscitur,& vile est,& satis est. Illam vero partẽ qua mihi amicus est, id est, ipsum amicũ, intellectu assequi cupio. RA. Potestne aliter nosci? AVG. Nullo modo. RA. Amicum igitur tuum & vehementer familiarem, audes tibi dicere esse ignotum? AVG. Quidni audeã? Illam enim legem amicitiæ iustissimam esse arbitror, quę pręscribit, vt sicut non minus, ita nec plus quisq; amicum q̃ seipsum diligat. Itaq; cum memetipsum ignorẽ, qua põt a me affici contumelia quem mihi esse dixero ignotum, cum præsertim (vt credo) ne ipse quidem se nouerit? RA. Si ergo ista quæ quæ scire vis ex eo sunt genere, quæ intellectus assequitur, cum dicerem impudenter te velle Deum scire, cum Alipium nescias, non debuisti mihi cœnam tuam & lunam proferre pro simili, si hæc, vt dixisti, ad sensum pertinent. Sed quid ad nos? Nunc illud responde. Si ea q̃ de Deo dixerunt Plato & Plotinus vera sunt, satisne tibi est ita deum scire, vt illi sciebant? AVG. Non continuo si ea quę dixerunt vera sunt, etiam scisse illos ea necesse est. Nam multi copiose dicunt quæ nesciũt, vt ego ipse omnia, quæ oraui, me dixi scire cupere, quod non cuperem, si iam scirẽ. Nũ igitur eo minus illa dicere potui? Dixi enim, non quæ intellectu comprehendi, sed quæ vndecunq; collecta memoriæ mandaui, & quibus accommodaui, quantum potui, fidẽ. Scire aũt aliud est. RA. Dic quæso, scisne saltem in geometrica disciplina, quid sit linea? AVG. Istud planè scio. RA. Nec in ista professione vereris Academicos. AVG. Nõ omnino. Illi enim sapientẽ errare noluerũt, ego aũt sapiens non sum. Itaque adhuc nõ vereor earũ rerũ, quas noui, scientiã profiteri. Quod si, vt cupio, peruenero ad sapientiã faciã q̃d illa monuerit. RA. Nihil renuo, sed vt quęrere cœperam, ita vt lineã nosti, nosti ẽt pilã, quã sphærã nominant? AVG. Noui. RA. Aeque vtrunque nosti, an aliud alio magis aut minus? AVG. Aeque prorsus. Nam in vtroq; nihil fallor. RA. Quid hæc, sensibusne percepisti, an intellectu? AVG. Immo sensus in hoc negocio quasi nauim sum expertus. Nã cũ ipse me ad locũ, quò tenebã, peruexerint, vbi eos dimisi, & iam velut in solo positus, H

cœpi cogitatione ista voluere, diu mihi vestigia titubarunt. Quare citius mihi vr̃ in terra posse nauigari, q̃ geometriã sensibus percipi, q̃uis primo discẽtes aliquantũ adiuuare videantur. RA. Ergo istarũ rerũ disciplina si qua tibi est, nõ dubitas vocari sciẽtiã? AVG. Non si Stoici sinant, qui sciẽtiã tribuũt nulli nisi sapienti. Perceptionẽ sanè istorũ me habere nõ nego, quam ẽt stultitiæ cõcedũt. Sed nec istos quicq̃ pertimesco. Prorsus hęc, quę interrogasti, scientia teneo. Perge modo videã quorsum ista quæris. RA. Ne propera, ociosi sumus. Intentus tm̃ accipe, nequid temere concedas. Gaudentẽ te studeo reddere de rebus, quibus nullũ casum pertimescas, & quasi paruũ negociũ sit, præcipitare iubes? AVG. Ita deus faciat vt dicis. Itaque arbitrio tuo roga, & obiurgato grauius si quicq̃ tale post hac. RA. Ergo lineã in duas lineas ꝑ longũ scindi manifestũ tibi est nullo modo posse? AVG. Manifestũ. RA. Quid transuersim? AV. Quid, nisi infinite secari posse? RA. Quid sphæram ex vna qualibet parte à medio, ne duos quidem pares circulos habere posse pariter lucet? AVG. Pariter omnino. RA. Quid linea & sphæra, vnumne aliquid tibi videtur esse, an quicquam inter se differre? AVGV.

De ãiæ quantitate.c.6.& 7.

I

Quis non videat differre plurimũ? RA. At si æque illud atq; hoc nosti, & tñ inter se vt fateris plurimũ differũt, est ergo differentiũ rerũ scientia indifferẽs. AVG. Quis.n. negauit? RA. Tu pauloante. Nã cum te rogassem q̃uo velles Deũ nosse, vt posses dicere, satis est, respõdisti te ideo nequire hoc explicare, quia nihil haberes ꝑceptũ, similiter atq; deũ cupis ꝑcipere, nihil.n. te scire Deo simile. Quid ergo nunc? Linea vel sphæra similes sunt deo? AVG. Quis hoc dixerit? RA. Sed ego q̃siuerã, nõ quid tale scires, sed quid scires sic, q̃uo Deũ scire desideras. Sic.n. nosti lineã vt nosti sphæram, cũ se nõ sic habeat linea, vt se hẽt sphæra. Quamobrẽ responde vtrũ tibi satis sit sic Deũ nosse, vt pilã illã geometricam nosti: hoc est ita de Deo nihil vt de illa dubitare. AV. Quæso te quanuis vehemẽter vrgeas atq; cõuincas, nõ audeo tñ dicere ita me velle Deũ scire, vt hæc scio. Non solũ enim res, sed ipsa etiam scientia mihi videtur esse dissi

Dissimilis eadẽ aut par scientia. c.5.

milis

milis. Primo, quia nec linea & pila tm̄ inter
ſe differunt, ut tñ eorum cognitionē vna di
ſciplina non contineat, nullus aūt geometres
Deū ſe docere profeſſus eſt. Deinde ſi Dei &
iſtarum rerum ſcientia par eſſet, tm̄ gauderē
K ꝙ iſta noui, quantū me Deo cognito gauiſu-
rum eſſe p̄ſumo. Nunc aūt permultū hæc in
illius cōparatione contemno, vt nonnūquā
uideatur mihi, ſi illum intellexero, & modo
illo, quo videri pōt, uidero, hæc oīa de mea
notitia eſſe peritura. Siquidē nunc præ illius
amore iam uix mihi ueniūt in mentem. RA.
Eſto plus te ac multo plus q̃ de iſtis Deo co-
gnito gauiſurum, rerū tñ nō intellectus diſsi-
militudine, niſi forte alio uiſu terrā, alio ſe-
renum cęlū intueris, cū tñ multo plus illius
q̃ huius aſpectus te per mulceat. Oculi autē
ſi non falluntur, credo te interrogatū, utrum
tibi tā certum ſit terram te uidere q̃ cœlum,
tibi certum eſſe rñdere debere, quāuis nō tā
terræ q̃ cęli pulchritudine atq; ſplendore læ
teris. AVG. Mouet me (fateor) hæc ſimilitu
do, adducorque ut aſſentiar quātū in ſuo ge-
nere à cęlo terrā, tm̄ ab intelligibili Dei ma
L ieſtate ſpectamina illa diſciplinarum uera &
Senſus animæ quibus percipit Deū. Cap. 6. certa differre. RA. Bene moueris. Promittit
enim ratio quæ tecum loquitur, ita ſe demō
ſtraturam Deum tuæ menti, vt oculis ſol de-
monſtratur. Nā mentes quaſi ſui ſunt ſenſus
animi, diſciplinarum autem quæq; certiſsi-
ma talia ſunt, qualia illa quæ ſole illuſtrantur
ut uideri poſsint, ueluti terra eſt, atq; terrena
omnia, Deus aūt eſt ipſe qui illuſtrat. Ego au
tem ratio ita ſum in mentibus, ut in oculis eſt
aſpectus. Nō.n. hoc eſt habere oculos quod
aſpicere, aut itē hoc eſt aſpicere, qđ uidere.
Ergo aīæ tribus quibuſdam rebus opus eſt, vt
oculos habeat, quib. iam bene uti poſsim, ut
aſpiciat, ut uideat. Oculos animæ mens eſt
ab omni labe corporis pura.i. à cupiditatib.
rerū mortalium iā remota atq; purgata: Qđ
ei nihil aliud præſtat q̃ fides primo. Quod.n.
adhuc ei demonſtrari non poteſt vitiis in-
quinate atque ęgrotanti, quia uidere nequit
niſi ſana, ſi non credat aliter ſe eſſe viſuram,
non dat operam ſuæ ſanitati. Sed quid ſi cre-
dat quidem ita ſe rem habere, ut dicitur, at-
que ita ſe, ſi uidere potuerit, eſſe uiſuram,
ſanari ſe tamen poſſe deſperet, nōne ſe pror
ſus abijcit atq; contemnit, nec præceptis me
dici obtemperat? A V G. Omnino ita eſt, p̄ſer
tim quia ea p̄cepta neceſſe eſt ut morbus du-
ra ſentiat. RA. Ergo fidei ſpes adiicienda eſt.
AVG. Ita credo. RA. Quid ſi & credat ita ſe
habere oīa, & ſe ſperet poſſe ſanari ipſam tñ
quæ promittitur lucem nō amet, non deſide
ret, ſuiſq; tenebris q̄ iam conſuetudine iucū
dæ ſunt, ſe arbitretur debere interim eſſe con
tentam, nonne medicū illū nihilominus re-
ſpuit? A V G. Prorſus ita eſt. RA. Ergo tertia
charitas neceſſaria eſt. A VG. Nihil omnino
tam neceſſarium. R A. Sine tribus iſtis igitur
anima nulla ſanatur, ut poſsit Deū ſuū uide-
re, id eſt, intelligere. Cum ergo ſanos habue
rit oculos, quid reſtat? AVG. Vt aſpiciat. RA.
Aſpectus animæ, rō eſt: Sed q̱a non ſequit̄, ut
oīs q̱ aſpicit uideat, aſpectus rectus atq; p̱fe
ctus, id eſt, quem uiſio ſequit̄, uirtus uocat̄:
Eſt. n. uirtus uel recta uel perfecta ratio. Sed
& ipſe aſpectus quanuis iā ſanos oculos con
uertere in lucem non poteſt, niſi tria illa per
maneant: Fides, qua credatur ita ſe rem habe
re, ad quā conuertendus aſpectus eſt, ut vita
faciat beatum: Spes, qua cum bene aſpexerit,
ſe uiſurum eſſe pręſumat, Charitas, qua ui-
dere perfruiq; deſideret. Iam aſpectum ſeq̱-
tur ipſa uiſio Dei qui eſt finis aſpectus, non
qđ iā nō ſit, ſed quod nihil amplius habeat,
quo ſe intendat. Et hæc eſt uere perfecta uir-
tus, ratio perueniens ad finē ſuū, quā beata ui
ta conſequitur. Ipſa autem uiſio intellectus
eſt ille, qui in anima eſt, qui conficitur ex in
telligente & eo qđ intelligitur, vt in oculis ui
dere quod dicitur, ex ipſo ſenſu conſtat atq;
ſenſibili, quorū detracto quolibet, uideri ni-
hil pōt. Ergo cū aīæ Deū uidere, hoc eſt, Deū
intelligere contigerit, uideamus utrum ad-
huc ei tria illa ſint neceſſaria. Fides quare ſit
neceſſaria. cū iam uideat? Spes nihilominus,
quia iam tenet? Charitati uero nō ſolū nihil
detrahitur, ſed additur ēt plurimum. Na & il
lā ſingularē uerāq; pulchritudinē cū uiderit,
plus amabit, & niſi ingenti amore oculū infi
xerit, nec ab aſpiciendo uſpiā declinauerit,
manere in illa beatiſsima uiſione non pote-
rit. Sed dum in hoc corpore eſt anima, ēt ſi
pleniſsime uideat, hoc eſt, intelligat Deum,
tñ quia etiam corporis ſenſus utuntur opere
proprio, nihil quidem ualente ad fallendū,
non tamen nihil agente, poteſt adhuc dici fi
des ea qua is reſiſtitur, & illud potius uerum
eſſe creditur. Item quia in iſta uita, quanq̃

Deo

deo intellecto aīa iam beata ſit, tñ quia nul-
tas moleſtias corporis ſuſtinet, ſperandū eſt,
ei poſt mortē oīa iſta incōmoda nō futura.
Ergo nec ſpes dum in hac eſt vita, animā de-
ſerit. Sed cū poſt hanc vitā tota ſe in Deū col
legerit, charitas reſtat qua ibi teneatur. Nam
neq; dicēdo eſt, fidē habere qđ illa ſint vera,
qñ nulla falſorū interpellatione ſolicitatur,
neque quicquā ſperandū ei reſtat, cū totum
ſecura poſsideat. Tria igitur ad animā perti-
nēt, vt ſana ſit, vt aſpiciat, vt videat: Alia vero
tria, fides, ſpes, & charitas, primū illorū triū
& ſecundū ſemper ſunt neceſſaria, tertiū ve-
ro in hac vita omnia, poſt hanc vitā ſola cha
ritas. Nunc accipe quantū præſens tp̃s expo-
ſcit ex illa ſimilitudine ſenſibiliū, ēt de Deo
aliquid nunc me docentē. Intelligibilis nem-
pe Deus eſt, intelligibilia ēt illa diſciplinarū
ſpectamina, tñ plurimū differūt. Nam & ter-
ra viſibilis, & lux: ſed terra niſi luce illuſtra-
ta videri non poteſt. Ergo & illa quæ in diſci
plinis traduntur, quæ quiſquis intelligit, veriſ
ſima eſſe nulla dubitatione cōcedit, creden-
dū eſt ea nō poſſe intelligi, niſi ab alio quaſi
ſuo ſole illuſtrentur. Ergo quomodo in hoc
ſole tria quædam licet animaduertere, quod
eſt, quod fulget, quod illuminat: ita in illo ſe
cretiſsimo Deo quē vis intelligere, tria quæ-
dā ſunt: quod eſt, quod intelligitur, & quod
cætera facit intelligi. Hæc duo, id eſt, teipsū
& Deū vt intelligas, docere te audeo: Sed re-
ſponde quomodo hæc acceperis, vt probabi
lia, an vt vera? A V G. Planè vt probabilia, &
in ſpē, quod fatendū eſt, maiorē ſurrexi: Nā
p̃ter illa duo de linea & pila, nihil abs te di-
ctū eſt, quod me ſcire auderē dicere. Ra. Nō
eſt mirandū: Non enim quicquam eſt adhuc
ita expoſitum, vt abs te ſit flagitanda perce-
ptio. Sed qđ moramur? Aggredienda eſt via:
Videamus tñ, quod præcedit omnia, vtrū ſa-
ni ſimus. A V G. Hoc tu videris, ſi vel in te,
vel in me aliquantū aſpicere potes: Ego q̄ren
ti, ſi quid ſentio reſpōdebo. RA. Amaſne ali
quid præter tui Dei ſciētiā? A V. Poſſem rñ-
dere, nihil me amare amplius pro eo ſenſu q
mihi nūc eſt; ſed tutius rñdeo, neſcire me. Nā
ſæpe mihi vſu venit, vt cū alia nulla re me cre
derē cōmoueri, veniret tñ aliquid in mentē,
D quod me multo aliter atq; præſumpſerā pun
geret. Itē ſæpe quanuis in cogitationē res ali-
qua incidens non me peruellerit, re vera tñ
veniēs perturbauit plus q̄ putabā. Sed modo
videor mihi tribus tm̄ rebus poſſe cōmoue-
ri, metu amiſsionis eorū hominū quos dili-
go, metu doloris, metu mortis. R A. Amas
ergo & vitā tecū chariſsimorum tuorum, &
bonam valetudinē tuā, & vitā tuā ipſam in
hoc corpore: Neq;.n. aliter amiſsionē horū
metueres. A V. Fateor, ita eſt. RA. Modo er-
go quod nō oēs tecum ſunt amici tui, & qđ
tua valetudo minus integra eſt, facit animo
nonnullam ægritudinem. Nā & id eſſe conſe
quens video. A V G. Recte vides, negare nō
poſſum. RA. Quid ſi te repente ſano eſſe cor
pore ſentias & probes, tecumq; oēs quos di
ligis concorditer, liberali ocio frui videas,
nonne aliquātum tibi ēt lætitia geſtiendū ſit?
AVG. Vere aliquantum, immò ſi hæc præſer E
tim, vt dicis, repēte prouenerint, qñ me ca-
piā, qñ id genus gaudij vel diſsimulare per-
mittat? R A. Omnibus igitur adhuc morbis
animi & perturbationibus agitaris. Quænam
ergo taliū oculorū impudētia eſt, velle illum
ſolem videre? A V G. Ita cōcluſiſti quaſi, pr-
ſus non ſentiam quātum ſanitas mea promo
uerit, aut quid peſtium receſſerit, quantūq;
reſtiterit. Fac me iſtud concedere: Nonne vi
des hos corporis oculos etiam ſanos luce ſo
lis iſtius ſæpe repercuti & auerti, atq; ad illa
ſua obſcura confugere? Tu aūt quid promo
ueris cogitas, quid velis videre non cogitas.
Et tñ tecū hoc ipſum diſcutiam, quid profe-
ciſſe nos putas. Diuitias nullas cupis? A V G.
Hoc quidē non nunc primū. Nā cū triginta
tres annos agā, quatuordecim ferè anni ſunt
ex quo iſta cupere deſtiti, nec aliud quicq̄.
in his ſi quo caſu offerrētur, præter neceſſa-
rium victum liberalēq; vſum cogitaui. Pror-
ſus mihi vnus Ciceronis liber facillime per-
ſuaſit, nullo modo appetendas eſſe diuitias,
ſed ſi prouenerint, ſapiētiſsime atq; cautiſsi-
me adminiſtrandas. RA. Quid honores? AV.
fateor eos modo, ac penè his diebus cupere
deſtiti. RA. Quid vxor? Nōne te delectat in-
terdū pulchra, pudica, morigera, literata, vel
q̄ abs te facile poſsit erudiri, afferens ēt dotis
tm̄, qm̄ cōtēnis diuitias, q̄tū eā prorſus nihi-
lo faciat onerofam ocio tuo, præſertim ſi ſpe
res certiusq; ſis nihil ex ea te moleſtiæ eē paſ F
ſurum? A V G. Quantū velis licet eā pingere
atq; cumulare bonis oībus, nihil mihi tā fu-
giēdū q̄ cōcubitū eſſe decreui: Nihil eſſe ſen
tio

Amor rerū corporis & externarū. c. 10.

li. 3. contra Aca. ca. 20.

Li. 3. Confeſ. c. 4.

De beata vita ī præfatione.

Coint.

tio qđ magis ex arcē deijciat aīum virilē q̃ blandimenta fœminea, corporūq; ille contactus sine quo vxor haberi non pōt. Itaq; si ad officiū pertinet sapientis (qđ nondū comperi) dare operā liberis, quisquis rei huius tm̄ gr̄a concumbit, mirādus mihi videri potest, at vero imitandus nullo mō: Nā tentare hoc periculosius est, q̃ posse fœlicius. Quāobrē satis, vt credo, iuste atq; vtiliter pro libertate aīæ meæ mihi imperaui, non cupere, non q̃rere, non ducere vxorē. RA. Non ego nunc q̃ro quid decreueris, sed vtrū ad huc lucteris, an vero iā ipsam libidinē viceris? Agit.n.de sanitate oculorū tuorū. AVG. Prorsus nihil

Lib.6. Cõfes.c.13.

G hmōi quæro, nihil desidero, etiam cū horrore atq; aspernatione talia recordor. Quid vis amplius? Et hoc mihi bonū in dies crescit. Nam quanto augetur spes videndę illius, cui vehementer æstuo, pulchritudinis, tanto ad illam totus amor voluptasq; conuertitur. RA. Quid ciborum iucunditas, quantæ tibi curæ est? AVG. Ea quæ statui non edere, nihil me commouent. Iis autem, quæ non amputaui, delectari me præsentibus fateor, ita tamen vt sine vlla permotione animi vel uisa gustata subtrahantur. Cū autem non assunt prorsus, non audet hęc appetitio se inserere ad impedimentū cogitationib. meis: sed oīno siue de cibo & potu, siue de balneis, cæteraq; corporis voluptate nihil interroges. Tm̄ ab ea peto, quantū in valetudinis opem conferri pōt. RA. Multum profecisti: Ea tm̄ q̃ restant ad videndam illam lucem, plurimum impediunt. Sed molior aliquid quo mihi vr̄ facile ostendi, aut nihil edomandū nobis remanere, aut nihil nos omnino profecisse, omniumq; illorū q̃ resecta credimus tabem manere. Nā q̃ro abs te, si tibi persuadeatur aliter cum multis charissimis tuis te in studio sapientiæ non posse viuere, nisi ampla res aliqua familiaris necessitates nostras sustinere possit, nonne

Cib. li.10 Confes. cap.31.

Externa commoda nō pp se, sed pp alia vera bona possunt admitti verius quā expeti. cap.11.

H desiderabis diuitias, & optabis? AVG. Assentior. RA. Quid si ēt illud appareat, & multis te persuasurum esse sapientiā, si tibi de honore authoritas creuerit, eosq; ipsos familiares tuos non posse cupiditatibus suis modū imponere, seq; totos conuertere ad quærendū Deum, nisi & ipsi fuerint honorati, idq; nisi p tuos honores dignitateq; fieri non posse, nonne ista ēt desideranda erunt, & vt proueniant magnopere instandū? AVG. Ita est, vt dicis. RA. Iā de vxore nihil disputo: fortass .n. non pōt vt ducaē existere talis necessitas q̃q̃ si eius amplo patrimonio certum sit sust tari posse oēs quos tecū in vno loco viuer ociose cupis, ipsa ēt concorditer id sinente pſertim si gn̄is nobilitate tanta polleat, vt h nores illi quos esse posse necessarios iā dedi sti, p eam facile adipisci possint, nescio vtr pertineat ad officiū tuū ista contēnere. AVG Qn ego istud sperare audeā? RA. Istud dicis quasi ego nunc requirā quid speres. Non q̃ro quid negatū non delectet, sed quid delectet oblatū. Aliud est.n. exhausta pestis, aliu consopita. Ad hoc. n. valet qđ à quibusdam

I doctis viris dictū est, ita oēs stultos insano esse, vt male olere oē cœnū, non semp cōm ueri sentias. Multū interest vtrū animi despe tione obruaē cupiditas, an sanitate pellaē. AV GV. Quanq̃ tibi r̄ndere non possim, nunq̃ tm̄ mihi persuadebis, vt hac affectione mentis, qua nūc me esse sentio, nihil me profecisse arbitrer. RA. Credo ppea tibi hoc videri, quia q̃uis ista optare posses, non tm̄ pp seipsa, sed pp aliud expetenda viderenē. AVGV. Hoc est qđ dicere cupiebā: Nā qn̄ desideraui diuitias, ideo desideraui vt dives essem, honoresq; ipsos, quorum cupiditatē mō me pdomuisse respondi, eorū nescio quo nitore delectatꝰ volebā: Nihilq; aliud in vxore semper attendi cū attendi, nisi quā mihi efficeret cū bona fama voluptatē. Tunc erat istorū in me vera cupiditas, nunc ea oīa prorsus asper nor: Et si ad illa q̃ cupio, non nisi p hęc mihi transitus eatur, non amplectēda hęc appeto, sed subeo toleranda. RA. Optime oīno: Nā nec ego vllarum rerum vocandam puto cupiditatem, q̃ propter aliud requiruntur. Sed quæro abs te, cur eos hoīes quos diligis, vel viuere, vel tecum uiuere cupias? AVG. Vt animas nostras & Deum simul concorditer inquiramus. Ita. n. facile cui priori contingit inuentio, cæteros eo sine labore perducit. RA. Quid si nolunt hæc illi quærere? AVGV. Persuadebo vt velint. RA. Quid si non possis, vel quod se inuenisse iam, vel quòd ista non posse inueniri arbitrantur, vel quòd aliarum rerum curis & desiderio præpediūtur? AVGV. Habebo eos, & ipsi me, sicut possumus. RA. Quid si te ab inquirendo ēt impediat eorum præsentia? Nonne laborabis atq; optabis, si aliter esse non possunt, nō tecum

tecum eſſe potius q̃ ſic eſſe? AVG. Fateor, ita
eſt ut dicis. RA. Non igitur eorũ uel uitã uel
præſentiam ꝑꝑ ſeipſam, ſed ꝑꝑ inueniẽdam
ſapientiã cupis? AVG. Prorſus aſſentio. RA.
Quid? ipſam uitam tuã ſi certũ eſſet impedi-
mento eſſe ad comprehendendã ſapientiam,
uelles eam manere? AVG. Omnino eam fuge
rem. RA. Quid ſi doceberis tã te relicto cor-
pore q̃ in iſto conſtitutũ, poſſe ad ſapientiã
peruenire, curares utrum hic, an in alia uita
eo, qđ diligis, fruereris: AVG. Si nihil me pe
ius excepturũ intelligerẽ, qđ retro ageret ab
eo quo progreſſus ſum, non curarẽ. RA. Nũc
ergo propterea mori times, ne aliquo peio-
re malo inuoluaris, quo tibi auferatur diui-
na cognitio. AVG. Non ſolum ne auferatur
timeo, quid forte percipi, ſed ẽt ne interclu-
datur mihi aditus eorum, quibus percipien-
dis inhio, quãuis quod iã teneo, mecum mã
ſurũ ſit. RA. Non igitur & uitam iſtam pro-
pter ſapiẽtiam uis manere. AVG. Sic eſt. RA.
Dolor corporis reſtat, qui te fortaſſe ui ſua
commouet. AVG. Et ipſum non ob aliud ve
hemẽter formido, niſi quia me impedit à q̃-
rendo. Quanquã.n. acerrimo his dieb. dẽtiũ
dolore torquerer, non quidẽ ſinebar animo
uoluere, niſi ea quę iam forte didiceram, à di
ſcendo aũt penitus impediebar, adqꝑ mihi
tota intentione animi opus erat. Tñ mihi ui-
debatur, ſi ſe ille mentibus meis ueritatis ful
gor, aperiret, aut me non ſenſurum fuiſſe il-
lũ dolorẽ, aut certe pro nihilo toleraturum.
Sed q̄a & ſi nihilo maius aliquãdo pertuli, ta
men ſæpe cogitans quanto grauiores poſsint
accidere, cogor interdum Cornelio Celſo
aſſentiri, qui ãit: Summum bonũ eſſe ſapien-
tiam, ſummum autem malum dolorem cor-
poris. Nec eius ratio mihi uidetur abſurda:
Nam quoniam duabus inquit, partibus com
poſiti ſumus, ex animo ſcilicet & corpore:
quarum prior pars eſt animus melior, dete-
rius corpus eſt, ſummum bonum eſt melio-
ris partis optimum, ſummum autem malũ,
peſsimum deterioris. Et autem optimum
in animo ſapiẽtia, eſt in corpore peſsimum,
dolor. Summum igitur bonum hominis ſa-
pere, ſummum malum dolere, ſine ulla (ut
opinor) falſitate concluditur. RA. Poſterius
iſta uidebimus. Aliud enim fortaſſe nobis ip-
ſa, ad quam peruenire nitimur, ſapientia per
ſuadebit. Si autem hoc eſſe uerum oſtende-
rit, hanc de ſummo bono & ſummo malo
ſñiam ſine dubitatione tenebimus. Nũc illud
q̃rimus, qualis ſis amator ſapientiæ, quã ca- *Q̃uo & quib. gradibus perſpiciatur ſapientia. Cap. 13.*
ſtiſsimo conſpectu atq; amplexu, nullo in-
terpoſito velamento, quaſi nudã uidere ac te
nere deſideras, qualẽ ſe illa nõ ſinit, niſi pau-
ciſsimis & electiſsimis amatorib. ſuis. An ue-
ro ſi alicuius pulchræ fęminę amore flagra-
res, iure ſe tibi nõ daret, ſi aliud abs te quicq̃
præter ſe amari cõperiſſet, ſapiẽtiæ ſe tibi ca
ſtiſsima pulchritudo, niſi ſolã arſeris demon
ſtrabit? AVG. Quid ergo adhuc ſuſpendor in
fęlix, & cruciatu miſerabili differor? Iã cer-
te oſtendi nihil aliud me amaſſe, ſiquidẽ qđ
non ꝑꝑ ſe amatur, non amatur. Ego aũt ſolã
propter ſe amo ſapientiã, cætera uero uel ad A
eſſe mihi uolo, uel deeſſe timeo ꝑꝑ ipſam ui *Verus amor.*
tam, quietem, amicos. Quem modũ aũt põt
habere illius pulchritudinis amor, in qua nõ
ſolũ non inuideo cæteris, ſed ẽt plurimos q̃-
ro qui mecũ appetant, mecũ inhient, mecũ
teneãt, mecũq; perfruantur, tñ mihi amici
futuri, quanto erit nobis amata communior.
RA. Prorſus tales eſſe amatores ſapientię de
cet. Tales q̃rit illa cuius uere caſta eſt, & ſine
ulla contaminatione coniunctio. Sed non ad
eã una uia peruenitur. Quippe pro ſua quiſ- *1. Retra. Cap. 4.*
que ſanitate ac firmitate cõprehẽdit illud ſin
gulare ac uerisſimum bonũ. Lux eſt quædã
ineffabilis & ĩcõparabilis mẽtiũ lux. iſta uul
garis nos doceat quãtum poteſt, q̃uo ſe illud
habeat. Nam ſunt nõnulli oculi tam ſani &
vegeti, qui ſe mox ut aperti fuerint, in ipſum
ſolem ſine ulla trepidatione cõuertant. His
quodãmodo ipſa ſanitas dux ẽ, nec ductore
indigent, ſed ſola fortaſſe admonitione. His
credere, ſperare, amare ſatis eſt. Alii uero ip
ſo quẽ uidere uehementer deſiderant, fulgo
re feriuntur, & eo non uiſo ſæpe in tenebras
cũ delectatione redeũt. Quibus periculoſum
eſt, quamuis iã talib. ut ſani recte dici poſ-
ſint, uelle oſtẽdere quod adhuc uidere non B
ualent. Ergo iſti exercendi ſunt prius, & eorũ
amor utiliter differendus atq; nutriẽdus eſt.
Primò enim quędã illis demonſtranda ſunt,
quæ non per ſe lucent, ſed per lucem uideri
poſſunt, vt veſtis, aut paries, aut aliquid ho-
rum. Deinde quod non per ſe quidem, ſed ta
men per illam lucem pulchrius effulgeat, ut
aurum, argentum, & ſimilia, nec tamen ita
radiatum ut oculos lędat. Tunc fortaſſe ter-

renus

renus iste ignis modeste demonstrandus est,
deinde sydera, deinde luna, deinde auroræ
fulgor, & albescētis cęli nitor. In quib. seu
citius seu tardius, siue per totū ordinē siue q
busdā contēptis, pro sua quisq; valetudine
assuescens, sine trepidatione & cū magna vo
luptate solē uidebit. Tale aliqd sapientię stu
diosissimis, nec acute iam uidentibus, magi
stri optimi faciunt. Nā ordine quodā ad eā
peruenire bonæ disciplinæ officium est, sine
ordine autē uix credibilis fęlicitatis. Sed ho-
die satis, ut puto, scripsimus, parcendū est va
letudini. AVG. Et alio die. Da quæso, inquā,
iam, si potes, illum ordinē. Duc age quàuis,
p quæuis, qūo uis. Impera q̄uis dura, quæli-
bet ardua, q̄ tamen in mea potestate sint, per
quæ me quò desidero, peruenturum esse nō
dubitem. RA. Vnum est quod tibi possum p̄-
C cipere, nihil plus noui. Penitus esse ista sensi-
bilia fugienda, cauendumq; magnopere dū
hoc corpus agimus, ne quo eorū uisco pēnę
nostræ impediantur, quibus integris perfe-
ctisq; opus est, ut ad illam lucem ab his tene
bris euolemus, quæ se ne ostendere quidē di
gnatur in hac cauea inclusis, nisi tales fuerint
ut ista uel effracta uel dissoluta, possint in au
ras suas euadere. Itaq; qn̄ fueris talis ut nihil
te prorsus terrenorū delectet, mihi crede, eo
dem momento, eodē puncto temporis uide
bis quod cupis. AVG. Qn̄ istud erit oro te?
Non. n. puto posse mihi hæc in summum ve
nire contemptū, nisi uidero illud. in cuius cō
paratione ista sordescant. RA Hoc mō pos-
set & iste oculus corporis, dicere, tū tenebras
non amabo, cum solē uidero. Videtur enim,
quasi & hoc ad ordinē pertinere, quod longe
est secus. Amat enim tenebras, eo ꝙ sanus nō
est: Solem autem nisi sanus uidere non po-
test. Et in eo sæpe fallitur animus, ut sanum
se putet, & sese iactet: Et quia nondum ui-
dēt, ueluti iure conqueritur. Nouit autem il-
D la pulchritudo quādo se ostendat. Ipsa enim
etiam medici fungitur munere, meliusq; in-
telligit qui sint sani, q̄ iidē ipsi qui sanantur.
Nos auem quātum emerserimus, uidemur
nobis uidere, quātum autē mersi eramus, &
quò ꝓgressi fueramus, nec cogitare nec sen
tire permittimur & in comparatione grauio
ris morbi sanos esse nos credimus. Nonne
uides q̄ ueluti securi hesterna die pronun-
ciaueramus, nulla iam nos peste detineri: ni-
hilq; amare nisi sapiētiā, cętera uero nō nisi
pp istam quærere aut uelle? Quā tibi sordi-
dus, q̄ fœdus execrabilis, q̄ horribilis cōple-
xus fœmineus uidebatur, quando inter no
de uxoris cupiditate q̄situm est. Certe ista no
cte uigilantes, cum rursus eadē nobiscū age
remus, sensisti q̄ te aliter q̄ p̄sumpseras im-
ginatæ illæ blanditiæ, & amara suauitas titu
lauerit, longe quidē longe minus q̄ solet, sed
itē longe aliter q̄ putaueras, ut ibi secretissi-
mus illle medicus utrumq; demonstraret, u
deresq; & vn̄ cura eius euaseris, & qd curan
dum remaneat. AVG. Tace, obsecro, tace
Quid crucias, qd tantum fodis, alteq; descen
dis? Iā flere non duro, iamiam nihil promit-
to, nihil præsumo, ne me de istis rebus inter-
roges. Certe dicis quod ille ipse, quē uidere
ardeo, nouerit, qn̄ sim sanus, faciat quod pla
cet, qn̄ placet, sese ostendat, iā me totū eius
clementiæ curæq; committo. Semel de illo
credidi, qđ sic erga se affectos subleuare non
cesset. Ego nihil de mea sanitate, nisi cū illā
pulchritudinem uidero, pronunciabo. RA.
Prorsus nihil aliud facias. Sed iā cohibe te à
lachrymis, & stringe animū. Multū omnino
fleuisti, & hoc omnino morbus iste pectoris
tui grauiter accipit. AVG. Modum uis hábe-
re lachrymas meas, cum miseriæ meæ modū
non uideam, aut ualetudinem corpori consy
rare me iubes, cum ego ipse tabe confectus
sim? Sed q̄so te siquid in me uales, ut me ten-
tes per aliqua compendia ducere, ut uel ui-
cinitate nónnulla lucis illius quā, siquid pro
feci, tolerare ia possum, pigeat me oculos re
ferre ad illas tenebras, quæ reliquiis suis si tn̄
reliquiæ dicendæ sunt quæ cæcitati meæ ad-
huc blandiri audent. RA. Concludamus, si
placet, hoc primū uolumen, ut iam in secun
do aliquam, quæ commoda occurrerit, ag-
grediamur uiam. Nō. n. huic affectioni tuæ à
moderata exercitatione cessandū est. AVG.
Non sinam omnino concludi hunc libellū,
nisi mihi modicum quo intentus sim de vici
nia lucis aperueris. RA. Gerit tibi ille medi-
cus morem. Nam nescio quis me, quo te du
cam, fulgor inuitat. Itaque accipe intentus.
AVG. Duc oro te, ac rape quò uis. RA. Ani
mam te certe dicis, Deum uelle cognosce-
re? AVG. Hoc est totum negocium meum.
RA. Nihil ne amplius? AVG. Nihil pror-
sus. RA. Quid? Veritatem non uis com-
prehen-

Ipsa sapiētia me detur oculis, ut uideri possit.
Cap. 14.

prehendere? AVG. Quaſi uero poſsim hæc niſi per illam cognoſcere. RA. Ergo prius ipſa cognoſcenda eſt per quam poſſunt illa cognoſci. AVG. Nihil abnuo. RA. Primo itaq; illud uideamus, cũ duo uerba ſint ueritas & uerum, utrum tibi etiam res duæ iſtis uerbis ſignificari, an una uideatur? AVG. Duæ res uidentur, Nam ut aliud eſt caſtitas, aliud caſtũ, & multa in hunc modum, ita credo aliud eſſe ueritatem, & aliud quod uerum dicit. RA. Quid horum duorum putas eſſe præſtantius? AVG. Veritatem opinor. Non enim caſto caſtitas, ſed caſtitate fit caſtum: Ita etiã ſi quid uerum eſt, ueritate utique uerum eſt. RA. Quid cum caſtus aliquis moritur, cenſes mori etiam caſtitatem? AVG. Nullo modo. RA. Ergo cum interit aliquid quod verum eſt, non interit ueritas. AVG. Quomodo autem interit aliquid uerum? Non enim uideo. RA. Miror te iſtud quærere: Nonne ante oculos noſtros millia rerum uidemus interire? Niſi forte putas hanc arborem, aut eſſe arborem, ſed ueram non eſſe, aut certe interire nõ poſſe. Quanuis enim non credas ſenſibus, poſsiſq; reſpondere, ignorare te prorſus, utrum arbor ſit, tamen illud non negabis (ut opinor) ueram eſſe arborem, ſi arbor eſt: Non enim hoc ſenſu, ſed intelligentia iudicatur. Si.n. falſa arbor eſt, non eſt arbor: Si autem arbor eſt, uera ſit neceſſe eſt. AVG. Concedo iſtud. RA. Quid iſtud alterum: Nonne concedis hoc genus rerum eſſe arborem quod naſcatur, & intereat? AVG. Negare non poſſum. RA. Concluditur ergo aliquid quod uerum ſit, interire. AVG. Non contrauenio. RA. Quid illud? Nonne tibi uidetur intereuntibus rebus ueris ueritatem non interire, ut non mori caſto mortuo caſtitatem? AVG. Iam & hoc concedo, & magnopere, quid moliaris expecto. RA. Ergo attende. AVG. Iſtic ſum. RA. Verane tibi uidetur iſta ſententia. Quicquid eſt, alicubi eſſe cogitur. AVG. Nihil me ſic ducit ad conſentiendnm. RA. Fateris autem eſſe ueritatem? AVG. Fateor. RA. Ergo ubi ſit, neceſſe eſt quæramus: Non eſt enim loco; Niſi forte autem eſſe in loco aliquid aliud præter corpus, aut ueritatem corpus eſſe arbitraris. AVG. Nihil horum puto. RA. Vbinam igitur illam eſſe credis? Non enim nuſquam eſt, quam eſſe concedimus. AVG. Si ſcirem ubi eſſet, nihil fortaſſe amplius quærerem. RA. Saltem ubi non ſit, potes cognoſcere? AVG. Si commemores, fortaſſe potero. RA. Non eſt certe in rebus mortalibus. Quicquid.n. eſt, non poteſt manere, ſi non maneat illud in quo eſt. Manere autẽ, etiam rebus ueris intereuntibus, ueritatem paulo ante conceſſum eſt. Non igitur eſt veritas in rebus mortalibus. Eſt autem ueritas, & non eſt nuſquã. Sunt igitur res immortales. Nihil autem uerũ in quo ueritas non eſt. Cõficitur itaque nõ eſſe uera, niſi quæ ſunt immortalia. Et omnis falſa arbor nõ eſt arbor, & falſum lignũ non eſt lignum, & falſum argentum non eſt argentum, & omnino quicquid falſum eſt, non eſt Omne autem quod uerum non eſt, falſum eſt. Nulla igitur recte dicuntur eſſe, niſi immortalia. Hanc tu tecũ ratiunculam diligenter conſydera, nequid tibi concedendum non eſſe uideatur. Si enim rata eſt, totum negocium penè confecimus: Quod in alio fortaſſe libro melius apparebit. AVG. Habeo gratiam, & iſta mecum, atque adeo tecum quando in ſilentio ſumus, diligenter cauteq; retractabo, ſi nullæ ſe tenebræ immitant, ſuamq; etiam (quod uehementer formido (mihi faciant delectationem. RA. Conſtanter Deo crede, eique te totum cõmitte quantum potes. Noli eſſe uelle quaſi proprius & in tua poteſtate, ſed eius clemẽtiſsimi & utiliſsimi dñi te ſeruũ eſſe profitere. Ita.n. te ad ſe ſubleuare nõ deſinet, nihilq; tibi euenire ꝑmittet, niſi quod tibi proſit, etiam ſi neſcias. AVG. Audio, credo, & quantum poſſum obtempero, plurimumque ipſum deprecor, ut plurimũ poſſim, niſi quid forte amplius à me deſideras. RA. Bene habet interim, facies poſtea quicquid iam uiſus ipſe præcepit.

F

1. Retra. Cap. 4.

I

Fiducia erga Deum.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI Soliloquiorum

K

Liber Secundus.

De immortalitate hominis. Cap. 1.



Atis intermiſſum eſt opus noſtrũ, & impatiẽs eſt anim⁹, nec lachrymis modus fit, niſi amori det qđ amat. RA. Quare aggrediamur librũ.ſm. AVG. Aggredia-

grediamur. RA. Credamus Deum affuturū. AVG. Credamus ſanè, ſi uel hoc in poteſtate noſtra eſt. RA. Poteſtas noſtra, ipſe eſt. Itaque ora breuiſsimè ac perfectiſsime quantum potes. AVG. Deus ſemper idem, nouerim me nouerim te: Oratum eſt. RA. Tu q[illegible] uis te noſſe, ſcis eſſe te? AVG. [illegible]cio. RA. Vnde ſcis? AVGV. [illegible]ſcio. RA. Simplicem te [illegible] an ne multiplicem? AVG. Ne[illegible]. RA. Moueri te ſcis? AVG. Neſcio. RA.

L Cogitare ſcis? AVG. Scio. RA. Ergo uerum eſt cogitare te. AVGV. Verum. RA. Immortalem te eſſe ſcis? AVG. Neſcio. RA. Horum omniū quæ te neſcire dixiſti, quid ſcire prius mauis? AVG. Vtrum immortalis ſim. RA. Viuere igitur amas? AVG. Fateor. RA. Quid cum te immortalem eſſe didiceris, ſatiſne erit? AVG. Erit id quidem magnū, ſed id mihi paruum. RA. Hoc tamen quod paruum eſt quantum gaudebis? AVG. Plurimum. RA. Nihil iā flebis? AVG. Nihil omnino. RA. Quid ſi ipſa uita talis eſſe inueniatur, ut in ea tibi nihil amplius quā noſti noſſe liceat, temperabis à lachrymis? AVG. Immo tantum flebo, ut ita nulla ſit. RA. Nō igitur uiuere propter ipſum uiuere amas, ſed propter ſcire. AVG. Cedo concluſioni. RA. Quid ſi eadem ipſa rerum ſcientia miſerum faciat? AVG. Nullo id quidem pacto fieri poſſe credo. Sed ſi ita eſt, nemo eſſe beatus poteſt. Non enim nunc aliunde ſum miſer, niſi rerum ignorantia: Quod ſi & rerum ſcientia miſerū facit ſempiterna miſeria eſt. RA. Iam uideo totum quod cupis: Nam quoniā

M neminem ſcientia miſerum eſſe credis, ex quo probabile eſt, ut intelligentia efficiat beatum: Beatus autem nemo niſi uiuens, & nemo uiuit, qui non eſt. Eſſe uis, uiuere & intelligere, ſed eſſe, ut uiuas, uiuere, ut intelligas. Ergo eſſe te ſcis, uiuere te ſcis, intelligere te ſcis. Sed utrum iſta ſemper futura ſint, an nihil horum futurum ſit, an maneat aliqđ ſemper, & aliquid intercidat, an minui & augeri hæc poſsint, cum omnia manſura ſint, noſſe uis. AVG. Ita eſt. RA. Si igitur probauerimus ſemper nos eſſe uicturos, ſequeť etiā ſemper futuros. AVG. Sequetur. RA. Reſtabit quærere intelligendo. AVG. Manifeſtiſsimum ordinem uideo atque breuiſsimū. RA. Hic ergo eſto [illegible]c ut interroganti caute firmeq; rñdeas. AVG. Iſtic ſum. RA. Si manebit ſp mundus iſte, uerum eſt mundum ſemper manſurum eſſe? AVG. Quis hoc dubite[illegible]? RA. Quid ſi non manebit? Nonne it[illegible] uerum eſt mundū non eſſe manſur[illegible]? AVG. Nihil reſiſto. RA. Quid [illegible] interierit ſi interiturus eſt, nonne tunc id erit uerum, mundum interiſſe? Nam quandiu uerum non eſt, mundum occidiſſe, non occidit: Repugnat igitur ut mundus occiderit, & uerū non ſit mundum occidiſſe. AVG. Et hoc concedo. RA. Quid illud? Videturne tibi uerum aliquid eſſe poſſe ut ueritas non ſit? AVG. Nullo mō. RA. Erit igitur ueritas, etiam ſi mundus intereat. AVG. Negare nō poſſum. RA. Quid ſi ipſa ueritas occidat, nonne uerum erit ueritatem occidiſſe? AVG. Et iſtud quis negat? RA. Verum autem non poteſt eſſe, ſi ueritas non ſit. AVG. Iam hoc pauloante conceſsi. Ra. Nullo modo igitur occidit ueritas. AVG. Perge vt cœpiſti, nam iſta collectione nihil eſt uerius. Ra.

Veritas perpetua. Cap. 2.

Nūc rñdeas mihi uelim, utrū tibi ſentire aīa uideať, an corp⁹? AVG. Aīa vř. Ra. Quid? Intellectus uidetur tibi ad animam pertinere? AVG. Prorſus vř. Ra. Ad ſolā, an ad aliqd aliud? AVG. Nihil aliud uideo præter aīam niſi Deum, ubi intellectum eſſe credam. Ra. Iam illud uideamus. Si tibi quiſpiā iſtum parietē non eſſe parietē, ſed arborem diceret, quid putares? AVG. Aut eius ſenſum, aut meū falli, aut hoc nomine ab eo parietē uocari. Ra. Quid ſi, & illi ſpecies arboris in eo appareat, & tibi parietis, nonne poterit utrunque uerum eſſe? AVG. Nullo modo: Quia una eadēq; res & arbor & paries eſſe nō pōt. Quanuis enim ſingulis nobis ſingula eſſe uideantur, neceſſe eſt unū nřum imaginationē falſam pati. Ra. Quid ſi nec paries nec arbor eſt, & ambo fallimini. AVG. Poteſt id quidē. Ra. Hoc ergo unum ſuperius prætermiſeras. AVG. Fateor. Ra. Quid ſi agnoſcatis aliud uobis uideri quàm eſt? nunquidnam fallimini? AVG. Non. Ra. Poteſt igitur & falſum eſſe quod uidetur, & non falli cui uidetur? AVG. Poteſt Ra. Confitendum eſt igitur noneum falli qui falſa uidet, ſed eum qui aſſentitur falſis. AVG. Planè confitendum. Ra. Quid ipſum falſum, quare falſum eſt? AVG. Quòd aliter ſeſe habet quàm uidetur. Ra. Si ergo non ſint quibus uideatur, nihil eſt falſum. AVG. Sequitur. Ra. Non igitur eſt in rebus falſitas, ſed in ſenſu, non autē fallit

qui

qui falsis non assentitur: quare conficitur vt
aliud simus nos, aliud sensus: siquidem cum
ipse fallitur, possumus nos non falli. Aug. Ni-
hil habeo quod contradicam. RA. Sed nun-
quid cum anima fallitur, audes te dicere non
esse falsum? Aug. Quo pacto istud audeam?
RA. At nullus sensus sine anima, nulla falsitas
sine sensu. Aut operatur igiť anima, aut coo-
peratur falsitati. Aug. Trahunt præcedentia
consensionem. RA. Illud nunc responde, u-
trum tibi uideatur posse fieri, ut aliquando
falsitas non sit? Aug. Quomodo mihi hoc ui-
deri potest, cum tanta sit difficultas inuenien
dæ ueritatis, ut absurdius dicatur falsitatem
quam ueritatem esse non posse. RA. Nun-
quidnam arbitraris eum qui non uiuit, posse
sentire? Aug. Non potest fieri. RA. Confectũ
est animam semper uiuere. Aug. Nimis cito
urges me in gaudia: Pedetentim quæso. RA.
Atqui si recte illa concessa sunt, nihil de hac
re dubitandum uideo. Aug. Nimis cito est
inquam. Itaque faclius adducor, ut me teme
mere aliquid concessisse arbitrer, quam ut
iam securus de immortalitate animæ siã. Ta-
men euolue istam conclusionem, & quomo
do id effectum sit ostende. RA. Falsitatem di-
xisti sine sensu esse non posse, & eam nõ esse
non posse: semper igitur est sensus. At nullus
sensus sine anima: Anima igitur sempiterna
est. Nec ualet sentire nisi uiuat. Semper igiť
anima uiuit. Aug. O plumbeum pugionem.
Posses enim concludere hominem esse im-
mortalem si tibi concessissem nunquam istũ
mundum esse posse sine homine, eumque
mundum esse sempiternum. RA. Bene qui-
dem uigilas. Sed tamen non parum est quod
confecimus, rerum naturam sine anima esse
non posse, nisi forte in rerum natura falsitas
aliquando non erit. Aug. Istud quidem con-
sequens esse confiteor. Sed iam amplius deli-
berandum censeo, utrum superius concessa
non mutent. Non enim paruum gradum ad
animæ immortalitatem factũ esse uide. RA.
Satisne considerasti, nequid temere dederis?
Aug. Satis quidem, sed nihil uideo quo me
arguam temeritatis. RA. Ergo confectum est
rerum naturam sine anima uiua esse nõ pos-
se. Aug. Confectum hactenus, ut posśint ui-
cissim aliç nasci, aliæ mori. RA. Quid si de
natura rerum falsitas auferatur, nonne fiet ut
uera sint omnia? August. Consequi uideo.

RA. Responde unde tibi uideatur paries iste
uerus esse. Aug. Quia eius non fallor aspectu.
RA. Ergo quia ita est ut uidetur. Aug. Etiam.
RA. Si igitur aliqd inde falsum est, quòd ali-
ter uidetur atque est, inde uerum, quod ita ut
est uidetur, ablato eo, cui uidetur, nec falsum
quicquam, nec uerum est: At si falsitas in re-
rum natura non sit, uera sunt omnia. Nec ui-
deri quicquam nisi uiuenti animç potest. Ma
net igiť aĩa ĩ rerũ natura, si auferri falsitas nõ E
põt, manet, si potest. Aug. Video robustius q-
dem esse factum quod iam conclusum erat,
sed nihil hac adiectione promouimus. Nihi
lominus.n. manet illud qđ plurimũ me mo-
uet, nasci aĩas & interire, atque vt non desint
mundo, non earum immortalitate, sed suc-
cesśione prouenire. RA. Videnturne tibi q̃q;
corporea.i. sensibilia, intellectu posse cõpre-
hendi? Aug. Non uidentur. RA. Qui illud? Vi
detur tibi sensibus vti Deus ad res cognoscen
das? Augu. Nihil audeo de hac re temere af-
firmare, sed quantum conijcere datur, nullo
mõ Deus utitur sensib. RA. Ergo concludi-
mus non sentire posse nisi aĩam. Aug. Conclu
de interim quantum probabiliter licet. RA.
Quid illud? Dasne istum parietem, si verus pa
ries non sit, nõ esse parietem? Aug. Nihil hoc
facilius dederim. RA. Neque quicq̃ si verum
corpus non sit, corpus esse? Aug. Tale ẽt hoc
est. RA. Ergo si nihil verum est, nisi ita sit, ut
videtur, nec quicquam corporeum videri
nisi sensib⁹ potest, nec sentire nisi anima, nec
si uerum corpus non sit corpus esse, restat
ut corpus esse non posśit, nisi anima fuerit.
August. Nimis vrges, & quid resistam non
habeo. RA. Attende in ista diligentius. Au- *Verum*
gust. En assum. RA. Certe hic lapis est. Et ita *quid sit.*
verus est, si non se habet aliter ac uidetur, & *cap. 5.*
lapis non est, si verus non est, & non nisi F
sensibus uideri potest. August. Etiam. RA.
Non sunt igitur lapides in abditisśimo ter-
ræ gremio, nec omnino vbi non sunt qui sen
tiant: nec iste lapis esset nisi eum uideremus,
nec lapis erit cum discesserimus, nemoque
alius eum præsens videbit. Nec si loculos be
ne claudas, quamuis multa in eis incluseris,
aliquid habebũt. Nec prorsus ipsum lignum
intrinsecus lignum est. Fugit. n. omnes sen-
sus qcqd in altitudine est corporis minime
perlucentis, qđ non esse oĩno cogiť. Etenim
si esset, verum esset: nec verũ quicq̃ est, nisi

quod ita eſt vt videtur: illud aũt nõ videtur.
non eſt igitur verũ,niſi quid habes ad hæc qđ
reſpondeas. A V G. De iis quidẽ quæ cõceſ-
ſi,hoc natũ eſſe video, ſed abſurdũ ita eſt, vt
quicquid vis illorũ facilius negem,q̃ hoc ve-
rum eſſe concedam. RA. Nihil repugno.Vi-
de ergo,quid dicere velis corporea niſi ſenſi
bus videri poſſe, an ſentire niſi animam, an
eſſe lapidem, vel quid aliud, ſed verum non
eſſe, an ipſum verum aliter eſſe definiendũ.
G AVG. Iſtuc ipſum,oro te, vltimũ videamus.
RA. Defini ergo verum.AVG.Verum eſt,qđ
ita ſe habet vt cognitori videtur, ſi velit poſ-
ſitq; cognoſcere.RA. Nõ erit igitur verũ, qđ
nemo põt cognoſcere? Deinde ſi falſum eſt,
qđ aliter q̃ eſt videtur, quid ſi alteri videatur
hic lapis,lapis:alteri, lignũ, eadẽ res & falſa,
& vera erit? A V G. Illud me magis ſuperius
mouet, qũo ſiquid cognoſci nõ põt, eo fiat
vt verũ nõ ſit. Nã qđ ſimul vna res & vera &
falſa eſt,non nimis curo.Etenim video vnam
rem diuerſis cõparatã ſimul,& maiorẽ & mi
norẽ eſſe.Sed ex eo iſtud cõtingit,quod nihil
per ſe maius aut minus eſt. Cõparationis. n.
ſunt iſta nomina.RA. At ſi dicis nihil eſſe ve-
rũ per ſe,nõ times ne ſequat̃, vt nihil ſit p ſe.
Vnde enim lignũ eſt hoc, inde ẽt verũ lignũ
eſt. Nec fieri poteſt vt per ſeipſum.i. ſine co-
gnitore lignũ ſit, & verũ lignũ nõ ſit. A V G.
Verũ eſt, quicquid eſt. Ergo illud dico, & ſic definio, nec vereor ne
definitio mea ob hoc improbetur, quod ni-
mis breuis eſt. Nam verum mihi videtur eſſe
id quod eſt. R A. Nihil ergo erit falſum, q̃a
quicquid eſt,verum eſt. AVG. In magnas an
guſtias me cõiecisti, nec inuenio prorſus q̃d
reſpondeã Ita fit,vt cum aliter doceri nolim
H q̃ iſtis interrogationibus, verear iam tamen
Vnde falſitas, & vbi. c. 6. interrogari. RA. Deus cui nos commiſi-
mus,ſine dubitatione fert opẽ,& de his angu
ſtijs liberat nos,modo credamus, & eum ro-
gemus deuotiſsime. AVG. Nihil planè liben
tius hoc loco fecerim,nam nuſquã tantã cali
ginem pertuli. Deus pater noſter qui vt ore-
mus hortaris,qui & hoc qđ rogaris,præſtas.
Siquidẽ cũ te rogamus,melius viuimus, me-
lioresq; ſumus:exaudi me palpitantem in his
tenebris, & mihi dexteram porrige. Præten-
de mihi lumen tuum, reuoca me ab errori-
bus, vt te duce in me redeam & in te. Amen.
RA. Hic eſto quantũ potes,& vigilantiſsime
attende. AVG. Dic quæſo ſiquid tibi ſugge-
ſtũ eſt,ne pereamus. RA.Hic eſto. AVG. Ec-
ce habes me nihil aliud agentem. R A. Prius
quid ſit falſum, etiam atque etiã ventilemus.
AVG.Miror,ſi quicq̃ aliud erit, q̃ quod non
ita eſt vt videtur.RA. Attende potius,& ipſos
ſenſus prius interrogemus.Nã certe qđ ocu-
li velint,non dicitur falſum, niſi habeat ali-
quam ſimilitudinẽ veri. Vt verbi cauſa, ho-
mo quem videmus in ſomnis, non eſt vtiq;
verus homo ſed falſus, eo ipſo ꝙ habet veri-
ſimilitudinẽ.Quis.n.canẽ videat, & recte ſe
dicat hoĩem ſomniaſſe? Ergo & ille falſus ca
nis eſt,ex eo ꝙ ſimilis vero eſt. AVG. Ita eſt
vt dicis.RA. Quid,vigilãs quiſq; ſi viſo equo
putet ſe hoĩem videre,nonne eo fallitur ꝙ ei
appareat aliqua hoĩs ſimilitudo? Nã ſi nihil
ei appareat niſi equi ſpecies, nõ põt arbitrari
ſe hoĩem videre. A V G. Prorſus cedo. R A.
Dicimus item falſam arborem quam pictam
videmus,& falſam faciẽ,quæ de ſpeculo red
ditur,& falſum turriũ motum nauigantibus,
falſamq; infractionẽ remi,ob aliud nihil niſi
ꝙ veriſimilia ſunt. AVG. Fateor. RA. Ita &
in gemmis fallimur, ita in ouis,ita in ſingulis
ſigillis vno annulo impreſsis,& in cæteris ta-
libus. AVG.Sequor omnino atque concedo.
RA. Similitudo igitur rerum quæ ad oculos
pertinet, mater eſt falſitatis. A V G. Negare
nõ poſſum. R A. Et hæc omnis ſylua,niſi me
fallit,in duo genera diuidi poteſt. Nam par-
tim æqualibus in rebus, partim vero in dete-
rioribus eſt.Aequalia ſunt, qñ tam hoc illi q̃
aliud huic ſimile eſſe dicimus, vt de gemmis
dictum eſt, vel de impreſsionibus annuli: in
deterioribus autem qñ illud quod deterius
eſt,ſimile eſſe dicimus meliori.Quis enim in
ſpeculũ attendat,& recte dicat ſe eſſe illi ima
gini ſimilẽ, ac non potius illã ſibi? Hoc autẽ
genus,partim eſt in eo quod aĩa patitur, par
tim vero in ijs rebus,q̃ vident̃. Sed ipſum qđ
anima patitur, aut in ſenſu patitur, vt turris
motum qui nullus eſt:aut apud ſeipſam ex eo
quod accepit à ſenſibus,qualia ſunt viſa ſom
niantiũ, & fortaſsis ẽt furentiũ. Porrò illa q̃
in ipſis rebus quas videmus apparẽt,alia à na
tura, cætera ab aĩantibus exprimunt̃ atq; fin-
guntur. Natura gignendo vel reſultãdo ſimi-
litudines deteriores facit.Gignẽdo cũ parien
tib⁹ ſiles naſcunt̃,reſultãdo, vt de ſpeculis cu
iuſcemodi. Quãuis.n. pleraque ſpecula hoĩes
faciãt,nõ tñ ipſi effingunt eas, quæ reddũtur,
ima-

imagines. Iam vero animantium opera ſunt
in picturis,& in huiuſcemodi qbuſq; figmẽ-
tis:in quo genere includi ẽt illa pñt, ſi tñ fiũt,
quæ dæmones faciunt. Vmbras aũt corporũ,
quia non nimis ab re abeſt vt corporibus ſi-
miles & quaſi falſa corpora dicantur, nec ad
oculorũ iudiciũ pertinere negandæ ſunt, in
illo eas genere poni placet,quod reſultãdo à
natura fit. Reſultat enim omne corpus lumi-
ni obiectum,& in contraria parte vmbrã red
dit. An tibi aliquid contradicendũ vr̃? A V G.
Mihi vero nihil. Sed quonam iſta tendant,ve
hementer expecto. RA. Itaque oportet patiẽ
ter feramus,donec nobis cæteri ſenſus renũ-
cient in veriſimilitudine habitare falſitatem.
Nam & in ipſo auditu totidem ferè genera
veniunt ſimilitudinum:veluti cum loquentis
vocem quem non videmus audientes, puta-
mus alium quempiam, cui voce ſimilis eſt:
atque in deterioribus vel echoteſtis eſt, vel
tinnitus ille ipſarum aurium, vel in horolo-
gijs, merulæ aut corui quædam imitatio, vel
quæ ſibi ſomniantes aut furentes videntur au-
dire. Falſæ autem voculæ quę dicuntur à mu
ſicis,incredibile eſt, quantum atteſtantur ve-
ritati,quod poſt apparebit:tamen etiam ipſę,
quod ſat eſt nunc non abſunt ab earum ſimi-
litudine quas veras vocant. Sequeris hæc?
A V G. Et libentiſsime. Nam nihil laboro, vt
intelligam. RA. Ergone moremur. Videtur-
ne tibi aut lilium à lilio poſſe odore,aut mel
thyminum à melle thymino de diuerſis al-
uearijs ſapore, aut mollitudo plumarum cy-
gni ab anſeris tactu facile dijudicari? A V G.
Non videtnr. R A. Quid cum talia nos vel
olfacere,vel guſtare,vel tangere ſomniamus,
nonne ſimilitudine imaginum eo deteriore
quo inaniore decipimur? A V G. Verum di-
cis. RA. Ergo apparet nos in omnibus ſenſi-
bus ſiue æqualibus, ſiue in deterioribus re-
bus,aut ſimilitudine lenocinante falli,aut ẽt,
ſi non fallimur,ſuſpendentes conſenſionem,
ſeu differentiam dignoſcentes, tamen eas res
falſas nominare, quas veriſimiles deprehen-
dimus. A V G. Dubitare non poſſnm. R A.
Nunc attende, dum eadem rurſum recurri-
mus, quo fiat apertius quod conamur oſten-
dere. AVG. Eloquere quod velis. Nam ego
circumitum iſtum ſemel ſtatui tolerare, ne-
que in eo defathiſcar ſpe tanta perueniendi,
quò nos tendere ſentio. R A. Bene facis. Sed
attende vtrum tibi videatur, cum oua ſimi-
lia videamus, aliquod eorum falſum eſſe re-
cte nos poſſe dicere. A V G. Nullo modo vi
detur. Omnia enim ſi oua ſunt, vero oua
ſunt. R A. Quid cum de ſpeculo reſultare
imaginem videmus, quibus ſignis falſam eſ-
ſe comprehendimus? A V G. Scilicet quod
non tenetur,non ſonat, non per ſe mouetur,
non viuit, & cæteris innumerabilibus, quæ
proſequi longum eſt. R A. Video te nolle A
immorari, & properationi tuæ mos geren-
dvs eſt. Itaque ne ſingula repetam, ſi & illi
homines, quos videmus in ſomnis, viuere,
loqui, teneri à vigilantibus poſſent,nihilque
inter ipſos differret & eos quos expergefa-
cti ac ſani alloquimur & videmus,nunquid-
nam eos falſos diceremus? A V G. Quo pa-
cto iſtud recte diceretur? RA, Ergo ſi eo ve-
ri eſſent quo veriſimillimi apparerent, ni-
hilque inter eos & veros omniuo diſtaret,
eoque falſi ꝙ per illas vel alias differentias
diſsimiles conuincerentur, nonne ſimilitudi
nem veritatis matrem,& diſsimilitudinẽ fal-
ſitatis eſſe fatendũ eſt? A V G. Non habeo q̃d
dicam,& pudet me tam temerariæ conſenſio
nis meæ ſuperioris. R A. Ridiculum eſt ſi te
pudet,quaſi non ob idipſum elegerimus hu- *1. Retra.*
iuſmodi ſermocinationes: Quæ quoniam cũ *ca. 4.*
ſolis nobis loquimur, ſoliloquia vocari atq; *Soliloqa*
inſcribi volo,nouo quidem, & fortaſſe duro *curdicta.*
nomine,ſed ad rem demonſtrãdum ſatis ido
neo. Cum enim neque melius quæri veritas
poſsit quàm interrogando,reſpondendo, & B
vix quiſquam inueniatur, quẽ non pudeat
conuinci diſputantem, eoque penè ſemper
eueniat,vt rem bene inductam ad diſcutien-
dum inconditus peruicaciæ clamor explo-
dat,etiam cũ laceratione animorum plerũq;
diſsimulata interdum,& aperta,pacatiſsime,
ut opinor, & cõmodiſsime placuit,ut à me-
ipſo interrogatum, mihique reſpondentem
Deo adiuuante uerum quærerem: Quare ni-
hil eſt quod vereare, ſicubi te temere illiga-
ſti,redire atque reſoluere. Aliter hinc.n.eua-
di non poteſt. A V G. Recte dicis, ſed quid *Vnde ue-*
male conceſſerim non plane video: niſi for- *rum aut*
te id recte dici falſum, quod habeat aliquam *falsũ.c.8.*
ueriſimilitudinẽ, cũ prorſus mihi nihil aliud
dignum falſi nomine occurrat: & rurſus tñ
cogor fateri eo falſa uocari, quę uocantur,
quo à ueris differunt. Ex quo conficitur eam

ipsam dissimilitudinē causam esse falsitatis. Itaq; cōturbor : Non enim mihi facile quicquam venit in mentem quod ɔ̄triis causis gignatur. RA. Quid si hoc vnum est in rerū natura genus, & solum quod ita sit? An ignoras cū ꝑ animaliū innumerabilia genera cucurreris, solū cocrodilum inueniri, qui superiorē in mandēdo partē moueat, ꝓ̄sertim cū pene reperiri nihil queat, ita cuique rei simile, vt non in aliquo ēt dissimile sit? AVG. Video quidem ista: sed cum considero illud qđ falsum vocamus, & simile aliquid habere veri & dissimile, ex qua potius parte meruerit falsi nomen non valeo discernere. Si enim ex eo ꝙ dissimile est, dixero, nihil erit quod nō falsum dici possit. Nihil.n.est quod non alicui rei dissimile sit, quam verā esse concedimus. Itē si dixero eo ꝙ simile est, falsum appellandū, non solū oua illa reclamabunt, q̄ vera eo ipso sunt quo simillima, sed etiā sic non effugiā eum qui me coegerit falsa eē oīa confiteri, ꝙ omnia sibi ex aliqua parte similia esse negare non possum. Sed fac me non metuere illud rn̄dere, similitudinē ac dissimilitudinē simul efficere, vt aliq̄d falsum recte noīet, q̄ mihi euadendi viā dabis? Instabitur .n. nihilominus vt oīa falsa esse renunciē, q̄ppe omnia sibimet vt supra dictū est, & similia quadā ex parte, & dissimilia reperiuntur. Restaret vt nihil aliud falsum esse dicerem, nisi quod aliter se haberet atque videretur, ni vererer illa tot mōstra, quæ me dudū enauigasse arbitrabar. Nā eo rursum repellor vertigine inopinata, vt verum id esse dicā quod ita se habet vt vr̄. Ex quo conficitur sine cognitore nihil verū esse posse: Vbi mihi naufragium in scopulis occultissimis formidandū est, qui veri sunt ēt si nesciantur. Aut si verum esse id quod est dixero falsum non esse vspiā concludetur quouis repugnante. Itaque redeunt illi æstus, nec quicquam tanta patientia morarum tuarum processisse me video.

Crocodilus.

C

D

RA. Attēde potius, nam nullo mō in aīum inducā frustra nos auxiliū diuinū implorasse. Video.n. tentatis quantū potuimus oīb. rebus, non remansisse qđ falsum iure dicat̄, nisi qđ aut se fingit esse qđ non est, aut oīno esse tendit, & non est. Sed illud superius falsi genus, vel gallax ēt, vel mendat eit. Nā fallax id recte dr̄, qđ habet quendā fallendi appetitū, qui sine aīa intelligi nō pōt, sed partim rōne fit, partim natura. Rōne, in aīalib. rōnalibus, vt in hoīe: natura ī bestiis tanq̄ in vulpecula. Illud aūt qđ mendax voco, a mentientib. fit. Qui hoc differunt a fallacib. qđ oīs fallax appetit fallere, non aūt oīs vult fallere qui mentit̄: nā & mimi & comœdiæ & multa poemata mendaciorū plena sunt, delectandi potius q̄ fallendi voluntate, & omnes fere, qui iocā tur, mentiunt̄. Sed fallax vel fallens is recte dicitur, cuius negociū est vt quisq; fallat̄. Illi aūt qui non id agunt vt decipiant, sed tn̄ aliq̄d fingunt, vel mendaces tm̄, vel sine hoc q̄dem, mentientes tn̄ vocari nemo ambigit. Nisi quid habes aduersus ista qđ dicas. AV. Perge q̄so: nunc.n. fortasse de falsis non falsa docere cœpisti. Sed iā genus illud expecto, quale sit qđ dixisti, esse tendit & nō est. RA. Quid ni expectes? Eadē illa sunt quorū multa s̄ memorauimus. An non tibi vr̄ imago tua de speculo quasi tuipse velle esse, sed iō eē falsa, qđ non est? AVG. Valde hoc vr̄. RA. Quid omnis pictura vel cuiuscemodi simulachrū, & id genus omnia opificū, nonne illud esse cōtendunt, ad cuius quidque similitudinē factū est? AVG. Prorsus adducor. RA. Iam ea q̄bus vel dormientes vel furentes falluntur, cōcedis, vt opinor in eo eē gn̄e. AV. Nulla magis: nam nulla magis tendunt talia esse qualia vel vigilantes vel sani cernūt, & eo tn̄ falsa sunt, quo id quod tendunt esse non possunt. RA. Quid iam de turrium motu, vel de merso remo, vel de vmbris corporū plura dicā? Planū est (vt arbitror) ex hac regula esse metienda. AV. Planissimū. RA. Taceo de cæteris sensibus, nam nemo considerans non hoc inueniet, falsum appellari in rebus ipsis quas sentimus, qđ esse aliquid tendit & non est. AV. Recte dicis, Sed miror cur ab hoc genere tibi secernēda illa poemata & ioca visa sunt, cætereque fallaciæ. RA. Quia.s. aliud est falsum esse uelle, aliud verum esse non posse. Itaq; ipsa opera hoīum velut comœdias aut Tragœdias, ant mimos & id genus alia possumus operibus pictorū fictorūq; cōiungere. Tam.n. verus esse pictus homo non pōt, q̄uis in spēm hominis tendat, q̄ illa q̄ scripta sunt in libris Comicorum. Neq;.n. falsa esse volunt, aut vllo appetitu suo falsa sunt, sed quadam necessitate quantum fingentis arbitrium sequi potuerunt. At vera in scena Roscius voluntate falsa Hecuba erat, natura verus

Quid falsum, quid fallax, et quid mendax. c. 9.

Fallax quid sit.

E

rus homo, ſed illa voluntate etiam verus Tra
gœdus, eo videlicet quod implebat inſtitu-
tū, falſus aūt Priamus, eo qđ Priamū aſsimila
bat, ſed ipſe non erat Ex quo iam naſcit̃ qđ-
dā mirabile, qđ tñ ita ſe hr̃e nemo ambigit.
AVG. Quidnam id eſt? RA. Quid putas, niſi
hæc oīa inde eſſe in quibuſdam vera, vnde in
quibuſdā falſa ſunt, & ad ſuum verū hoc ſo-
lū eis ꝓdeſſe, quod ad aliud falſa ſunt? Vnde
ad id quod eſſe aut volunt, aut debent, nullo
modo perueniunt. ſi falſa eſſe fugiunt. Quo
pacto.n.iſte quē cōmemoraui, verus Tragœ-
dus eſſet, ſi nollet eſſe falſus Hector, falſa An-
dromachę, falſus Hercules, & alia innumera?
Aut vnde vera pictura eſſet, ſi falſus equus nō
eſſet? Vnde in ſpeculo vera hoīs imago, ſi nō
falſus hō? Quare ſi quibuſdā vt verū aliquid
ſint prodeſt vt ſint aliquid falſum, cur tātope
re falſitates formidamus, & pro magno bo-
no appetimus veritatē? AVG Neſcio & mul-
tū miror, niſi quia in exēplis iſtis nihil imita-
tione dignum video. Non.n.tanq̃ hiſtriones,
aut de ſpeculis quæq; relucētia, aut tanq̃ My-
ronis bucula ex ære, ita ēt nos vt in nr̃o quo-
dam habitu veri ſimus ad aliorū habitū adū-
brati atq; aſsimilati, & ob hoc falſi eſſe debe-
mus: ſed illud verū quærere, quod non quaſi
bifronte rōne ſibiq; aduerſanti, vt ex aliqua
parte verū ſit, ex aliqua falſum ſit. RA. Magna
& diuina quædā requiris. Quæ tñ ſi inueneri-
mus, none fatebimur his ipſam cōfici, & qua
ſi conflari veritatē, à qua denominatur omne
qđ verū quoquo mō noīatur? AVG. Nō inui
tus aſſentior. RA. Quid tibi ergo videt̃? Diſci
plina diſputandi, verane an falſa eſt? AVGV.
Quis dubitet veram? Sed vera eſt ēt Grāmati-
ca. RA. Itane vt illa. AVG. Non video quid
ſit vero verius. RA. Illud profecto qđ nihil
falſi habet. Quod intuens pauloante offende-
bare ex iis rebus, q̃ neſcio qūo, niſi falſæ eſ-
ſent, veræ eſſe non poſſent. An ignoras oīa il-
la fabuloſe, & aperte falſa ad Grāmáticā per
tinere? AVG. Nō ignoro iſtud quidē, ſed (vt
opinor) nō per Grāmaticā falſa ſunt ſed ꝑ eā
qualiacunque ſunt demōſtrantur. Siquidem
eſt Fabula cōpoſitū ad vtilitatē delectationē
ve mendaciū. Eſt aūt Grāmatica vocis articu
latæ cuſtos, & moderatrix diſciplina. Cuius
profeſsionis neceſsitate cogitur humana lin-
gua omnia etiam figmenta colligere, quę me
moriæ literiſque mandata ſunt, non ea falſa
faciēs, ſed de his verā quaudam docens aſſe-
renſq; rōnem. RA. Recte ſane. Nihil nūc cu-
ro, vtrum abs te iſta bene definita atque diſtin
cta ſint. Sed illud quæro vtrū hoc ita eſſe īp-
ſa Grāmatica, an vero illa diſciplina diſputa-
tiones oſtēdat? AVG. Nō nego vim peritiāq;
definiendi, quia nūc ego iſta ſeparare cona-
tus ſum, diſputatoriæ arti tribui. R A. Quid I
ipſa Grammatica, nonne ſi vera eſt, eo vera
eſt quo diſciplina eſt? Diſciplina.n. à diſcēdo
dicta eſt. Nemo aūt quæ didicit ac tenet neſci
re dici pōt, & nemo ſcit falſa. Oīs ergo vera
eſt diſciplina. A V G. Nō video quidē qđ in
iſta ratiuncula temere cōcedatur. Mouet me
tm̃ ne per iſtā cuipiā videatur ēt illas fabulas
veras eſſe, nā & has diſcimus & tenemus. RA.
Nonquidnā magiſter noſter volebat nos cre
dere, quæ docebat, & noſſe? AVG. Immo ve-
hementer, vt noſſemus, inſtabat. RA. Nunqđ
aliqñ inſtitit, vt Dædalū volaſſe crederemus?
AVG. Hoc quidem nunquam. Sed plane niſi
teneremus fabulā, vix nos poſſe aliquid ma-
nibus tenere faciebat. RA. Tu ergo negas ve-
rū eſſe quod iſta fabula ſit, & quod ita ſit Dæ-
dalus diffamatus? AVG. Hoc nō nego verum
eſſe. RA. Non negas ergo te didiciſſe verum
cū iſta didiceris. Nā ſi volaſſe Dædalum ve-
rū eſſet, & hoc pueri pro ficta fabula accipe-
rēt atq; creddērēt, eo ipſo falſa retinerēt, quo
vera eſſent illa, q̃ creddērēt. Hinc.n. extitit il
lud qđ ſuperius mirabamur, de volatu Dæda K
li verā fabulā eſſe nō potuiſſe, niſi Dædalum
volaſſe falſum eſſet. A V G. Iam teneo iſtud,
ſed quid ex eo proficiamus expecto. R A.
Quid, niſi non eſſe falſam illam rōnem, qua
collegimus, diſciplinā, niſi vera doceat, diſci
plinam eſſe nō poſſe? AVG. Et hoc quid ad
rem? RA. Quia volo dicas mihi, vnde ſit di-
ſciplina Grāmatica, Inde enim vera eſt, vn-
de diſciplina eſt. A V G. Neſcio quid tibi re-
ſpondeā. RA. Nōne tibi vr̃ ſi nihil in ea defi-
nitū eſſet, & nihil in genera, & partes diſtri-
butū atq; diſtinctū eā nullo mō diſciplinam
eſſe potuiſſe? A V G. Iā intelligo quid dicas,
nec vlla mihi occurrit cuiuſuis facies diſci-
plinæ, in qua nō definitiones, ac diuiſiones,
ac rōnes & rōcinationes, dū qđ quidq; ſit de
claratur, dū ſine cōfuſione partiū ſua cuique
reddunt̃, dū nihil prætermitrit̃ ꝓprium, nihil
annumerat̃ alienū, totū hoc ipſum, qđ diſci-
plina dr̃, egerint. R A. Ergo & totum ipſum

quoq; vera dicit. AVG. Video cõſequi. RA. Rñde nunc quæ diſciplina contineat definitionũ, diuiſionũ, partitionũq; rationes. AV. Iam ſuperius dictum eſt, hæc diſputãdi regu-

L lis contineri. RA. Grãmatica igitur eadẽ arte creata eſt, vt diſciplina, & vt vera eſſet, qua aduerſum me, abs te ſuperius à falſitate defenſa. Quod non de vna Grammatica mihi licet cõcludere, ſed prorſus de oĩbus diſciplinis. Nã dixiſti vereq; dixiſti nullã diſciplinã tibi occurrere, in qua nõ definiẽdi ius atq; diſtribuendi idipſum vt diſciplina ſit fecerit. At ſi eo veræ ſunt quo diſciplinæ, negabitne qſpiã veritatẽ ipſam eſſe, per quã oẽs veræ sũt diſciplinæ? AVG. prope eſt, omnino, vt aſſentiar. Sed illud me mouet, qđ ẽt rõnẽ diſputãdi inter eaſdem diſciplinas numeramus. Quare illã potius exiſtimo eſſe veritatem, qua & iſta ipſa ratio vera eſt. RA. Optime omnino ac vigilantiſsime. Sed non negas (vt opinor) eo veram eſſe quo diſciplina. AVG. Immo idipſum eſt quod me mouet. Aduerti n. etiã ipſam diſciplinã eſſe, & ob hoc veram dici. RA. Quid ergo? Iſtã putas aliter diſciplinam eſſe potuiſſe, niſi omnia in ea definita eſſent & diſtributa? AVG. Nihil aliud habeo quod dicam. RA. At ſi ad eã pertinet hoc officiũ, p

M ſeipſam diſciplina vera eſt. Quiſquam ne igitur mirum putabit, ſi ea quæ vera ſunt, oĩa ab ipſa vera ſunt, ſi & ipſa ſit veritas? AVG. Nihil mihi obſtat quo minus recte pergã in iſtã

Quot modis quædam ſint in alio. cap. 12.

ſententiam. RA. Ergo attende pauca, quę reſtant. AVG. Profer ſiquid habes, modo tale ſit quod intelligam, libenterque concedam. RA. Eſſe aliquid in aliquo non nos fugit duobus modis dici. Vno quo ita eſt, vt etiã ſeiungi atque alibi eſſe poſsit, vt hoc lignũ in hoc loco, vt ſol in Oriente. Altero aũt quo ita eſt aliquid in ſubiecto, vt ab eo nequeat ſeparari, vt in hoc ligno forma, & ſpẽs, quam videmus: vt in ſole lux, vt in igne calor, vt in aĩo diſciplina, & ſiqua ſunt talia. An tibi aliter videtur? AVG. Iſta quidem vetuſsima ſunt nobis, & ab ineũte adoleſcẽtia ſtudioſiſsime pcepta, & cognita. Quare non poſſum de his interrogatus, quin ea ſine vlla deliberatione concedam. RA. Quid illud? Nõne concedis qđ in ſubiecto eſt inſeparabiliter, ſi ſubiectũ ipſum nõ maneat, manere non poſſe? AVG. Hoc quoq; video neceſſariũ, nã manẽte ſubiecto, poſſe in id qđ in ſubiecto eſt nõ manere, quiſquis diligẽter res aduertit, intelligit. Siquidẽ huius corporis color põt, vel valetudinis rõne, vel ætate immutari, cũ ipſum corpus necdũ interierit. Et hoc nõ perę̃q; in oĩbus valet, ſed in his qbus nõ vt ſint ipſa ſubiecta [illegible], q̃ in ſubiectis ſunt coexiſtunt. Non. n. vt ſit iſte paries, hoc colore ſit, quẽ in eo videmus, cũ ẽt ſiquo caſu nigreſcat, aut albeſcat, vel aliquẽ aliũ mutet colorem, nihilominus tñ maneat paries ac dicat. At vero ignis ſi calore careat, nec ignis quidẽ erit: nec niuẽ vocare, niſi candidã poſſumus. Illud vero quod interrogaſti quis cõceſſerit, aut cui poſſe fieri videatur, vt id qđ in ſubiecto eſt, maneat ipſo intereunte ſubiecto? Monſtruoſum. n. & à veritate alieniſsimũ eſt, vt id, quod non eſſet niſi in ipſo eſſet, ẽt cum ipſum nõ fuerit, poſſit eſſe. RA. Illud igitur qđ quærebamus inuẽtũ eſt. AVG. Quid narras? RA. Id qđ audis. AVG. Iamne ergo liquido conſtat aĩum eſſe immortalem? RA. Si ea quæ cõceſsiſti vera ſint, liquidiſsime: niſi forte animũ dicis, ẽt ſi moriatur, animũ eſſe. AVG. Nunquã equidẽ hoc dixerim, ſed eoipſo quo interit, fieri vt animus nõ ſit, dico. Nec me ab hac ſententia reuocat quod à magnis philoſophis dictũ eſt, eam rem, quæ quocunq; venerit, vitã præſtat, mortẽ in ſe admittere non poſſe. Quamuis. n. lumẽ quocunq; intrare potuerit faciat id lucere, tenebraſq; in ſe pp memorabilẽ illam vim contrariorũ nõ poſsit admittere, tñ extinguitur, locuſque ille extincto lumine tenebratur. Ita illud quod tenebris reſiſtebat, neq; vllo modo in ſe tenebras admiſit, & ſic eis intereundo locum fecit, vt poterat etiã diſcedendo. Itaq; timeo ne mors ita contingat corpori, vt tenebræ loco aliqñ diſcedẽte animo vt lumine, aliqñ aũt ibidem extincto: vt iam non de omni morte corporis ſecuritas ſit, ſed aliquod genus mortis ſit, optandum, quo anima ex corpore incolumis educatur, perducaturq; ad locũ, ſi eſt vllus talis locus, vbi nõ poſsit extingui. Aut ſi nec hoc quidẽ poteſt, atq; in ipſo corpore aĩa quaſi lumen accẽdit, nec alibi poteſt durare, oĩſq; mors eſt extinctio quædam animæ in corpore, vel vite aliquod genus eligendũ eſt quãtũ homo finitur, quo id ipſum qđ viuitur cũ ſecuritate ac tranquillitate viuatur, quanq̃ neſcio quomodo iſtud poſsit, ſi anima moritur. O multũ beatos, quibus ſiue ab ipſis, ſiue abs quo-

libet

libet non esse metuendam mortem, ēt si aīa intereat, persuasum est. At mihi misero nullæ adhuc rationes, nulli libri persuadere potuerunt. RA. Noli gemere, immortalis est animus humanus. AV. Vnde hoc probas? RA. Ex ijs q̃ cum magna cautione, vt arbitror, superius concessisti. AV. Nihil quidem me minus vigilanter interroganti tibi memini dedisse: sed collige iam ipsam summā, oro te, videamus quo tantis ambagibus peruenerimus, nec me iam interroges volo. Si enim ea breuiter enumeraturus es, quæ concessi, quo nā rursus responsio mea desideratur? An vt moras gaudiorū mihi frustra inferas, si quid boni forte cōfecimus. RA. Faciam quod te velle video, sed attende diligentissime. AV. Loquere iam quid negas? RA. Omne quod in subiecto est, si semper manet, ipsum ēt subiectum maneat semper necesse est: Et oīs in subiecto est aīo disciplina. Necesse est igitur semper aīus maneat, si semp̱ maneat disciplina. Est aūt disciplina veritas, & semper vt initio libri huius ratio p̱suasit, veritas manet. Sēper igit̃ animus manet, nec animus mortuus dicitur. Immortalem igitur animū solus non absurde negat, qui superiorum aliquid nō recte concessum esse conuincit. AVG. Iam me volo in gaudia mittere, sed duabus aliquantū reuocor causis. Nam primum me mouet q̄d circuitu tanto vsi sumus, nescio q̃ raciocinationum catenā sequentes, cum tam breuiter totum de quo agebatur, demonstrari potuit, quod nunc demonstratum est. Quare me sollicitum facit, quod tandiu quasi ad insinuandū obambulauit rōcinatio. Deinde nō video quō in aīo semper sit disciplina, p̱sertim disputandi cū & tā pauci eius gnari sint, & q̄squis eā nouit, tanto ab infantia tp̄e fuerit indoctus. Non.n. possumus dicere, aut imperitorū aīos, nō esse aīos: aut esse in animo eā, q̃ nesciant disciplinā. Quod si vehementer absurdum est, restat, vt aut non sp̄ in aīo sit veritas, aut disciplina illa veritas non sit. RA. Vides q̃ non frustra tātos circuitus egerit nr̄a rōcinatio. Quærebam⁹.n. q̄d sit veritas, quod ne nūc quidē ī hac sylua rerū oībus penè callibus oberratis video nos inuestigare potuisse. Sed q̄d facimus? An incepta omittimus, E expectamus, & q̄d nobis librorū alienorū in manus & incidat, q̄d huic q̄oni satisfaciat? Nā & multos ante nr̄am ętatē scriptos esse arbitror, quos nō legimus: & nūc vt nihil quod nescimus, opinemur, & manifestū habemus & carmine de hac re scribi, & soluta oratione: & ab iis viris quorū nec scripta latere nos possunt, & eorū īgenia talia nouimus, vt nos in eorū literis, quod volumus, inuēturos desperare non possimus, præsertim cū hic ante oculos nostros sit ille, in quo ipsam eloquentiā quam mortuam dolebamus, perfectā reuixisse cognouimus. Illene nos sinet, cū scriptis suis viuēdi modū docuerit, viuendi ignorare naturam? AV. Non arbitror equidē, & multū inde spero, sed vnum doleo, quod vel erga se, vel erga sapientiā studium nostrū nō ei, vt volumus, valemus aperire. Nā profecto ille miseretur sitim nostrā, & exūdaret multo citius q̃ nunc. Securus.n. est, quod sibi iā totum de animę immortalitate persuasit, nec scit aliquos esse fortasse, qui huius ignorationis miseriam satis cognouerūt, & quibus pręsertim rogantibus nō subuenire crudele sit. I Ille aūt alius nouit quidē pro familiaritate ardorem nostrum, sed ita lōge abest, & ita nūc constituti sumus, vt vix ad eū vel epistolę mittendæ facultas sit. Quē credo iam ocio transalpino perfecisse carmen quo mortis metus excātatus effugiat, & antiqua glacie duratus animæ stupor frigusq; pellatur. Sed interim dum ista proueniunt, quæ in nostra potestate non sunt nonne turpissimum est perire ociū nostrum, & totum ipsum animum ex incerto arbitrio pendere deligatum?

Veri & falsi natura. ca. 15.

Vbi est quod Deum & rogauimus, & rogamus, vt nobis non diuitias, nō corporis voluptates, non populares suggestus atq; honores, sed animā nostrā, seque ipsum quærentibus iter aperiat? Itane nos deseret, aut à nobis deseritur? RA. Alienissimū quidē ab ipso est, vt eos qui talia desiderant deserat. Vnde à nobis quoq; alienū esse debet, vt tm̄ ducem deseramus. Quare si placet repetamus breuiter, vnde illa duo confecta sint, aut semp̱ manere veritatē, aut veritatem esse disputandi rationem. Hæc enim vacillare dixisti, quo minus nos faciat totius rei summa securus. An potius illud quæremus, quomodo esse possit in imperito animo disciplina, quē nō possumus non animum dicere? G Hinc enim commotus videbatur, vt de illis quæ concesseras dubitare rursus necesse fuerit. AVG. Immo discutiamus prius illa duo, deinde hoc

quale

quale ſit videbimus. Ita.n.vt opinor, nulla cõ
trouerſia remanebit. R A. Ita fiet, ſed adeſto
totus atq; cautiſsimus. Scio.n. quid tibi eue-
niat attendenti, dũ nimis pendens in conclu-
ſionẽ, quid iam ẽt inferatur expectas, ea quæ
interrogantur nõ diligenter examinata cõce-
das. AVG. Verum fortaſſe dicis, ſed enitar cõ
tra hoc genus morbi q̃tum poſſum: modo iã
tu ĩcipe quęrere, ne ſuperfluis immoremur.
RA. Ex eo, quantum memini, veritatem non
poſſe interire concluſimus, quod non ſolum
ſi totus mundus intereat, ſed ẽt ſi ipſa veritas,
verum erit & mundum & veritatem interiſ-
ſe. Nihil aũt verum ſine veritate: nullo mo-
do igitur interit veritas. AVG. Agnoſco iſta
& multũ miror, ſi falſa ſunt. R A. Ergo illud
alterum videamus. AVG. Sine me paululum
conſiderare oro te, ne huc iterum turpiter re
deam. R A. Ergone interiſſe veritatem verũ
H non erit, ſi non erit verum. Non ergo interit,
ſed verum erit. Vnde poſt occaſum veritatis
verum erit, cum iam veritas nulla eſt. A V G.
Nihil habeo quid plus cogitẽ atq; conſiderẽ:
perge ad aliud. RA. Certe faciemus quantum
poſſumus, vt docti atq; prudentes viri legant
hæc, & noſtrã (ſiqua eſt) corrigant temerita-
tem: nam me nec modo nec aliquando arbi
tror quid contra hoc dicatur poſſe inuenire.
Nũquid nam ergo dicitur veritas, niſi qua ve
rũ eſt, quicquid verum eſt? AVG. Nullo mo-
do. RA. Nunquidnam recte dicitur verũ, ni-
ſi quod non eſt falſum? AVG. Hinc vero du-
bitare dementia eſt. RA. Num falſum nõ eſt,
quod ad ſimilitudinem alicuius accõmoda-
tum eſt, neque id tamẽ eſt cuius ſimile appa-
ret? AVG. Nihil quidem aliud video, quod
libentius falſum vocem. RA. Sed tũ ſolet fal-
ſum dici etiã quod à veriſimilitudine longe
abeſt. AVG. Quis negat? RA. Sed tamen q̃d
habeat ad verũ nonnullã imitationẽ. A V G.
Qũo? Non.n.cum dicitur iunctis alitibus an-
guibus Medeam volaſſe, vlla ex parte res iſta
verũ imitatur, quippe quæ nulla ſit, nec imi-
tari aliquid poſsit ea res, quæ omnino nõ ſit.
I RA. Recte dicis: ſed non attendis eam rem,
quæ omnino nulla ſit, nec falſam quidẽ poſſe
dici. Si enim falſum eſt, non eſt: ſi eſt, non eſt
falſum. AVG. Non ergo dicemus illud de Me
dea neſcio quod monſtrum falſum eſſe, RA.
Non vtique: nam ſi factũ eſt, qũo falſum eſt?
Si nõ eſt factũ, qũo monſtrũ eſt? A V G. Mirã
rem video: itane tandem cũ audio, Angues
ingentes aliter iunctos iugo, non dico fal-
ſum? RA. Dicis plane. Eſt enim quod falſum
eſſe dicas. A V G. Quid quæſo? RA. Illam.ſ.
ſententiam quæ ipſo verſu enunciatᷓ. A V G.
Et quam tandem habet iſta imitationẽ veri?
RA. Quia ſimiliter enunciaretur etiam ſi ve-
re illud Medea feciſſet. Imitatᷓ ergo ipſa enũ-
ciatione veras ſententias falſa ſententia. Quæ
ſi non creditur, eo ſolo imitatur veras, quod
ita dicitur, eſtq; tantum falſa, non etiam fal-
lens. Si aũt fidem impetrat, imitatur ẽt credi-
tas veras. AVG. Iam intelligo multum inter-
eſſe inter illa quæ dicimus, & illa de quibus
dicimus aliquid, quare iam aſſentior. Nã hoc
ſolo reuocabar, quicquid falſum dicimus nõ
recte dici, niſi habeat veri alicuius ſimilitu-
dinem. Quis enim lapidem falſum argentum
eſſe dicens non iure rideatur? tamẽ ſi quiſquã
lapidem argentum eſſe dicat, dicimus falſum
eũ dicere, id eſt, falſam proferre ſententiam.
Stannum autẽ vel plumbum non abſurde, vt
opinor, falſum argentum vocamus, quod id
res ipſa velut imitatur: neque ex eo falſa eſt
noſtra ſententia, ſed illud ipſum de quo nun
ciatur. RA. Bene intelligis. Sed illud vide,
vtrum & argentũ falſi plumbi nomine con-
gruenter appellare poſsimus. AVG. Nõ mihi
placet. RA. Quid ita? AVG. Neſcio, niſi illud
video, vehementer contra voluntatem meã
dici. RA. Num forte propterea quod argen-
tum melius eſt, & quaſi in contumeliam eius
dicitur: plumbi aũt quidam velut honor eſt,
ſi falſum argentum vocetur. A V G. Prorſus
explicaſti quod volebam. Et ideo credo iure
infames inteſtabilesque haberi, qui muliebri
habitu ſe oſtentant, quos neſcio vtrum falſas
mulieres, an falſos viros melius vocẽ. Veros
tamen hiſtriones, verosq; infames ſine dubi-
tatione poſſumus vocare: aut ſi latent, nec in-
fame quicq̃ niſi à turpi fama nominatur, ve-
ros nequam non ſine veritate dicimus, vt opi
nor. RA. Alius locus nobis erit de iſtis rebus
differendi. Multa enim fiunt quæ quaſi facie
populari turpia videntur, aliquo tamen fine
laudabili honeſta monſtrenᷓ. Et magna quæ-
ſtio eſt, vtrũ patriæ liberandæ cauſa muliebri
tunica indutus, debeat hoſtem decipere hoc
ipſo quo mulier, falſa ſit, fortaſſe verior vir
futurus. Et vtrũ ſapiens qui aliquo mõ certũ
habeat, neceſſariã fore vitam ſuam rebus hu-

manis,

manis,malit emori frigore,q̃ fœmineis vestibus,si aliud non sit,amiciri.Sed de hoc, vt dictũ est,aliàs videbimus.Profectò.n.cernis q̃. [...]æ inquisitionis indigeat, quatenus ista progredi debeãt,ne in quasdã inexcusabiles turpitudines decidatur. Nunc aũt qđ p̄nti qõni satis est,iã puto apparere, neq; dubitari non esse falsum quicquã, nisi veri aliqua imitatione.AVG.Proficiscere ad reliqua,nã hoc mihi bene p̃suasum est.Ergo illud q̃ro, vtrũ p̄ter disciplinas quib.erudimur, & quib.ẽt ipsum studiũ sapientiæ annumerari decet,possimus quicquã ita verum inuenire qđ nõ sicut theatric⁹ Achilles ex aliqua parte falsum sit,vt ex alia verum esse posit. RA. Mihi videntur multa inueniri.Non n.disciplinæ istũ hñt lapidem, nec tñ vt verus sit lapis, imitatr̃ aliquid ẽm quod falsus dicatur. Quo vno cõmemorato,vides iã innumerabilibus supersedendũ esse q̃ sponte occurrant cogitantibus. AVG.Video prorsus. RA.Sed nonne tibi videntur vno corporis nomine includi? AVG. Viderentur, si aut inane nihil esse certum haberem,aut ipsum animum inter corpora numerandum arbitrarer, aut etiam Deum corpus aliquod esse crederẽ.Quæ omnia si sunt, & nullius imitatione falsa & vera esse video. RA In longum nos mittis,sed vtar quantum possum compendio.Certe enim aliud est qđ inane appellas,aliud,quod veritatem. AVG. Longe aliud.Quid.n.me inanius,si veritatem inane aliquid putem, aut tantopere aliquid inane appeto? Quid enim aliud q̃ veritatem inuenire desidero? RA.Ergo & illud fortasse concedis,nihil verum esse,quod non veritate fiat,vt verum sit. AVG. Iam hoc olim manifestum est.RA.Num dubitas nihil esse inane p̄ter ipsum inane,aut certe corpus? AVG. Prorsus non dubito.RA.Opinor ergo veritatem corpus esse aliquod credis? AVG.Nullo modo.RA. Quid in corpore? AVG. Nescio. RA. Nihil ad rẽ, Arbitror enim vel illud te scire, Si est inane, magis illud esse vbi nullũ sit corpus. AVG. Hoc sanè planum est. RA. Quid igitur immoramur? An tibi aut veritas videtur fecisse inane, aut aliquid verum esse vbi veritas non sit? AVG. Non videtur. RA. Non est ergo inane verum,quia neque ab eo quod inane non est, inane fieri potest. Et qđ veritate caret, verum non esse manifestũ est. Et omnino ipsum quod inane dicitur, ex eo quod nihil sit, dr̃.Qũo igitur potest verũ esse qđ non est,aut qũo potest esse qđ penitus nihil est? AVG. Age nunc inane tanq̃ inane deseramus. RA. Quid de cæteris dicis? AVG. Quid nisi id quod vides mihi plurimũ suffragari? Restat.n.animus,& Deus q̃ duo si p̄pea vera sunt,qđ in his est veritas,de immortalitate Dei nemo dubitat.Animus autẽ immortalis creditur,si veritas q̃ interire non potest, etiam in illo esse probabir̃.Quare iã illud vltimum videamus, vtrum corpus nõ sit vere verũ.i.non in eo sit veritas,sed quasi quędam imago veritatis. *An vere sit corpus. cap. 18.* Nã si & in corpore, qđ satis certum est recipere interitũ,tale verum inuenerimus quale est disciplinis,nõ cõtinuo erit disputandi disciplina veritas, qua oẽs veræ sunt disciplinæ.Verum est.n.& corpus,quod non vr̃ disputandi rõne esse formatum. B Si vero & corpus imitatione aliqua verũ est, & ob hoc non ad liquidum verũ,nihil erit fortasse quod impediat disputandi rõnem quo minus ipsa veritas esse doceatr̃. Interim quæramus de corpore. Namne hoc quidẽ cum constiterit, video istam controuersiã terminatam.RA.Vnde scis quid velit Deus? Itaque attẽde. Nã ego puto corpus aliqua forma & specie contineri, quam si non haberet,corp⁹ non esset:si verã haberet,animus esset. An aliter putandũ est? AVG.Assentior in partẽ, de cætero dubito. Nã nisi teneatr̃ aliqua figura, corpus non esse concedo. Qũo aũt si eam veram hr̃et,animus esset,nõ satis intelligo.RA. Nihilne tandẽ de primi libri exordio, & de illa tua Geometria recordaris? AVG. Bñ cõmemoras,recordor prorsus,ac libentissime. RA.Tales ne in corporibus figurę inueniunt̃, quales illa disciplina demonstrat? AVG. Immo incredibile est,quanto deteriores esse cõuincunt̃.RA.Quas ergo istarum veras putas? C AVG.Ne quæso ẽt istuc me interrogandũ putes.Quis enim mente tam cæcus est qui non videat istas, quæ in Geometrica docent̃ habitare in ipsa veritate, aut in his etiam veritatẽ: illas vero corporis figuras, si quidem quasi ad istas tendere videntur, habere nescio quã imitationem veritatis,& ideo falsas esse?Iam enim totum illud quod ostendere moliebaris,intelligo. *Veritas immortales arguit* RA.Quid ergo iã opus est,vt de disciplina disputationis requiramus? Siue.n. figuræ Geometricæ in veritate, siue in eis veritas sit, anima nostra. i. intelligentia nostra conti-

contineri nemo ambigit, ac per hoc in nostro animo et veritas esse cogitur. Quod si q̃libet disciplina, ita est in animo, vt in subiecto inseparabiliter, nec interire veritas põt, quid quæso de animi perpetua vita, nescio qua mortis familiaritate dubitamus? An illa linea vel quadratura vel rotunditas habent alia quæ imitentur, vt vera sint? AVG. Nullo modo id possum credere, nisi forte aliud sit linea quàm lõgitudo sine latitudine, & aliud circulus quàm linea circunducta vndiq; ad medium æqualiter vergens. RA. Quid ergo
D cunctamur? An vbi ista sunt, veritas non est? AVG. Auertat Deus amentiam. RA. An disciplina non est in animo? AVG. Quis hoc dixerit? RA. Sed forte potest intereunte subiecto id, quod in subiecto est, permanere? AVGV. Quando mihi hoc persuadetur? RA. Restat vt occidat veritas. AVG. Vnde fieri potest? RA. Immortalis est igitur anima, Iamiã crede rationibus tuis, crede veritati, Clamat, & in te sese habitare, & immortalẽ esse, nec sibi suam sedem quacunque corporis morte posse subduci. Auertere ab vmbra tua, reuertere in te, nullus est interitus tuus, nisi oblitũ te esse, quod interire non possit. AVG. Audio, resipisco, recolere me incipio. Sed quæso illa, quæ resistant, expedias: quõ in animo imperito, non enim eum mortalem dicere possumus, disciplina & veritas esse intelligãtur? RA. Aliud ista quæstio volumen desiderat, si eam vis tractari diligenter, Simul & illa q̃ (vt potuimus) inuestigata sunt, recensenda tibi esse video: Quia si nihil eorum, quæ concessa sunt, dubium est, multum nos egisse arbitror, nec cum parua securitate cætera quęrere.
E Ita planè est, vt dicis, & obtempero præceptis tuis libens. Sed illud saltẽ impetrem, antequam terminũ istius voluminis statuas, vt quid intersit inter veram figurã, q̃ intelligẽtia continetur, & eam quam sibi fingit cogitatio, quæ Græcè siue phantasia siue phantasma dicitur, breuiter exponas. RA. Hoc quæris quod videre, nisi mundissimus non põt, & ad cuius rei visionem parum es exercitatus, Neque nunc per istos circuitus aliud, q̃ exercitationẽ tuã, vt illud videre sis idoneus, operamur, Tñ interesse plurimum quõ possit doceri, fortasse breuiter planũ facio. Fac .n. te aliquid esse oblitũ, aliosq; te velle quasi in memoriã reuocare. Dicunt ergo illi, Nunquidnã hoc est, aut illud, diuersa velut similia proferentes? Tu vero nec illud vides qđ recordari cupis, & tñ vides non hoc esse qđ dr̃. Nunquidnam tibi cum hoc euenit omni mõ vr̃ obliuio? Nã ipsa discretio, qua non admittitur qđ falsò admoueris, pars quædã recordationis est. AVG. Ita videtur. RA. Tales ergo nondum verum vident, falli tamen decipiq; non pñt, & quid quærant, satis norunt. At si tibi quispiam dicat te post paucos dies risisse, q̃ natus es, non audes dicere falsum esse: & si author sit cui fides habẽda est, non recordaturus sed crediturus. Totũ .n. tẽpus illud validissima obliuione tibi sepultũ est, An aliter putas? AVG. Prorsus consentio. RA. Hæc igitur ab illa obliuione plurimum differt, sed illa media est, nã est alia recordationi reuisendæq; veritati propior atq; vicinior, Cui simile est quãdo videmus aliquid, certoq; recognoscimus id nos vidisse aliqñ, atque nosse affirmamus, sed vbi, aut qñ, aut quomodo, aut apud quem nobis in notitiam venerit, satagimus repetere atque recolere. Vt si de homine nobis contigerit, etiam q̃rimus vbi eum nouerimus. Quod cum & ille commemorauerit, repente tota res memoriç quasi lumen infunditur, nihil amplius vt reminiscamur, laboratur. An hoc genus ignotũ tibi est, aut obscurum? AVG. Quid hoc planius, aut quid crebrius mihi accidere solet? RA. Tales sunt qui bene disciplinis liberalib. eruditi: siquidem illas sine dubio in se obliuione obrutas eruunt discendo, & quodammodo refodiunt: nec tamen cõtenti sunt, nec se tenent, donec totam faciem veritatis, cuius quidam in illis artibus splendor iam subrutilat, lætissime atque plenissime intueantur. Sed ex his quidam falsi colores atq; formæ, velut in speculum cogitationis se fundunt, falluntq; inquirentes sæpe ac decipiunt, putantes illud totum esse quod norunt, vel qđ inquirunt. Ipsæ sunt illæ imaginationes magna cautione vitandę, quæ deprehenduntur fallaces, cũ cogitationes variato quasi speculo varient, cũ illa facies veritatis vna & immutabilis maneat. Tũ .n. alterius atq; magnitudinis quadratũ sibi cogitatio depingit, & quasi ante oculos p̃fert: sed mens interior, q̃ vult verum uidere, ad illud se potius conuertat si potest, secundum quod iudicat illa omnia esse quadrata. AVG. Quid si nobis quispiam

dicat

Quædam vera credimus q̃dã recordamur quædam nec sensu nec phantasia, sed tantũ rõne deprehẽdũtur. Cap. 20.

dicat secundum id eam iudicare, quod vide-
re oculus solet? RA. Quare ergo iurat si ta-
men bene erudita est, quantamuis pilam ve-
ram uera planitie puncto tangi? Quid tale
vnquam oculus vidit, aut videre potest, cum
ipsa imaginatione cogitationis fingi tale q̃c-
quam huiusmodi non potest? An non hoc
probamus, cum etiam minimum circulũ
imaginando animo describimus, & ab eo li-
neas ad centrum ducimus? Nam cum duas
duxerim⁹, inter quas quasi acu vix pũgi pos-
sit, alias iam in medio non possumus ipsa co
gitatione imaginaria ducere, vt ad centrum
sine vlla commixtione perueniant: cum cla-
met ratio innumerabiles posse duci, nec se-
se in illis incredibilibus angustiis, nisi cen-
tro posse contingere, ita vt in omni earum
interuallo scribi etiam circulus posſit. Hoc
cum illa phantasia implere non posſit, ma-
gisque quàm ipsi oculi deficiat, si quidem p̱
ipsos est animo inflicta manifestum est &
multum eam differre à veritate, & illam,
dum hæc videtur, non videri. Hęc dicen-
tur operosius atque subtilius, cum de intel-
ligendo differere cœperimus, quæ nobis
pars proposita est, cum de animæ vita quic-
quid solicitat, fuerit, quantum valemus,
enucleatum atque discussum. Non enim
credo te parum formidare, ne mors huma-
na, etiam si non interficiat animam, rerum ta
men omnium, & ipsius, si qua comperta fue
rit, veritatis obliuionem inferat. AVGV.
Non potest satis dici quantum hoc malum
metuendum sit. Qualis enim erit illa æ-
terna vita, vel quæ mors non ei præponen-
da est, si sic viuit anima, vt videmus eam
viuere in puero mox nato? vt de illa vita
nihil dicam quæ in vtero agitur, non
enim puto esse nullam. RA.
Bono animo esto, Deus
aderit vt iam senti-
mus q̃rentibus
nobis, qui
beatissi-
I mũ
quiddam post hoc corpus, & ve-
ritatis plenissimum sine vl-
lo mendacio polli-
cetur. AVGV.
Fiat, sicut spe
ramus.

D. AVRELII AVGVSTINI

Hipponensis Episcopi, de Magistro Liber.


QVid tibi videmur efficere velle
cum loquimur? ADEODA-
TVS. Quantum quidem mihi
nunc occurrit, aut docere, aut
discere. AVGV. Vnum horum
video & assentior. Nam loquendo nos doce
re velle manifestum est, discere autem quo-
modo? AD. Quo tandem censes, nisi cum
interrogatus? AVGV. Etiam tunc aliud quã
docere nos velle intelligo. Nam quæro abs K
te, vtrum ob aliam causam interroges, nisi vt
eum, quem interrogas, doceas quid velis?
AD. Verum dicis. Augu. Vides ergo iam
nihil nos locutione, nisi vt doceamus appe-
tere. AD. Non planè video. Nam si nihil
est aliud loqui quam verba promere, video
nos id facere, cum cantamus. Quod cum so
li sæpe facimus nullo præsente qui discat,
non puto nos docere aliquid velle. August.
At ego puto esse quoddam genus docendi
per commemorationem, magnum sanè q̃d
in nostra hac sermocinatione res ipsa indica
bit. Sed si tu non arbitraris nos discere cum *Discere*
recordamur, nec docere illum qui comme- *reminisci.*
morat, non resisto tibi: & duas iam loquen-
sti causas constituo, aut vt doceamus, aut
vt commemoramus vel alios, vel nosmetip-
sos. Quod etiam dum cantamus, efficimus.
An tibi non videtur? AD. Nam prorsus. Nã
ratum admodum est, vt ego cantem comme
morandi me gratia, sed tantummodo dele-
ctandi. August. Video quid sentias. Sed non-
ne attendis, id quod te delectat in cantu mo-
dulationem quandam esse soni, quæ quoniã
verbis & addi & detrahi potest, aliud est lo-
qui, aliud est cantare. Nam & tibiis & citha
ra cantatur, & aues cantant, & nos interdum
sine verbis musicum aliquid sonamus, qui so
nus cantus dici potest, locutio non potest.
An quicquam est quod contradicas? AD. Ni
hil sanè. August. Videtur ergo tibi, nisi aut L
docendi, aut commemorandi causa non es-
se institutam locutionem? AD. Videre-
tur, nisi me moueret quod dum oramus vti-
que loquimur, nec tamen Deum aut doceri
aliquid à nobis, aut commoneri fas est cre-
dere.

dere. Augu. Nescire te arbitror non ob aliud nobis præceptum esse, vt in clausis cubiculis oremus, quo nomine significantur mētis penetralia, nisi quod Deus, vt nobis quod cupimus præstet, cōmoneri aut doceri nostra locutione non quærit. Qui.n.loquitur, suæ uoluntatis signum foras dat per articulatum sonum: Deus autem in ipsis rationalis animæ secretis, qui homo interior vocatur, & quærendus & deprecandus est. Hæc enim sua tēpla esse voluit. An apud Apostolum non legisti: Nescitis quia templum Dei estis, & spi-

1. Cor. 3. ritus Dei habitat in vobis, & in interiore homine habitare Christum? Nec in propheta

Psal. 4. aduertisti, Dicite in cordibus vestris, & in cubilibus vestris compungimini, Sacrificate sacrificium iustitiæ & sperate in domino. Vbi putas sacrificium iustitiæ sacrificari, nisi in templo mentis, & in cubilibus cordis? Vbi

M autem sacrificandum est, ibi & orandū. Quare non opus est locutione cum oramus, id est, sonantibus verbis, nisi forte sicut sacerdotes faciunt, significandæ mentis suæ causa, nō vt Deus, sed vt homines audiant, & consensione quadam per commemorationem suspendantur in Deum. An tu aliud existimas? AD. Omnino assentior. Aug. Non te ergo mouet

Matt. 6. quod summus magister cum orare doceret discipulos verba quædam docuit, in quo nihil aliud videtur fecisse, quàm docuisse quomodo in orando loqui oporteret? AD. Nihil me omnino istud mouet. Non enim verba, sed res ipsas eos verbis docuit, quibus & se ipsi commonefacerent, a quo quid esset orādum, cum in penetralibus, vt dictum est, mentis orarent. Augu. Recte intelligis. Simul enim te credo animaduertere, etiam si quisquam contendat, quanuis nullū edamus sonum, tamen quia ipsa uerba cogitamus, nos intus apud animum loqui, sic quoque locutione nihil aliud agere quam commonere, cum memoria cui uerba inhærēt, ea reuoluēdo facit venire in mentem res ipsas, quarum

A signa sunt verba. AD. Intelligo ac sequor. Au-

Verba signa rerū. cap. 2. gust. Constat ergo inter nos verba signa esse? AD. Constat. AVG. Quid? signum nisi aliquid significet, potest esse signum? AD. Non

Aen. 2. potest. Aug. Quot verba sunt in hoc versu, Si nihil ex tanta superis placet vrbe relinqui? AD. Octo. Augu. Octo ergo signa sunt? AD. Ita est. August. Credo te hunc versum intelligere. AD. Satis arbitror. August. Dic mihi quid singula verba significet. AD. Video quidem quid significet, si: sed nullum aliud verbum quo id exponi possit, inuenio. August. Saltem illud inuenis, quicquid significatur hoc verbo, vbi nam sit? AD. Videtur mihi ꝙ, si dubitationem significet, iam dubitatio vbi nisi in animo est? August. Accipio, interim persequere cætera. AD. Nihil, quid aliud significat, nisi id quod non est? August. Verum fortasse dicis, sed reuocat me ab assentiendo quod superius concessisti, nō esse signum nisi aliquid significet: Quod autem non est, nullo modo esse aliquid potest. Quare secundum verbum in hoc versu non est signum, quia non significat aliquid, & falso inter nos constitit, ꝙ omnia verba signa sint, aut omne signum aliquid significet. AD. Nimis quidem vrges. Sed quando non habemus quid significemus, omnino stulte verbum aliquod promimus: Tu autem nunc mecum loquendo, credo quod nullum sonū frustra emittis, sed omnibus quæ ore tuo erumpunt, signum mihi das, vt intelligam aliquid. Quapropter non te oportet istas duas syllabas enūciare dum loqueris, si per eas nō significas quicquam. Si autem vides: necessariam per eas enunciationem fieri, nosque doceri, vel cōmoneri cum auribus insonant, vides etiam profecto quid velim dicere, sed explicare non possum. Aug. Quid igit facimus? An affectionem animi quandam cum rem nō videt, & tamen non esse inuenit, aut inuenisse se putat, hoc uerbo significari dicimus potius q̃ rem ipsam quæ nulla est? AD. Istud ipsum est fortasse, quod explicare moliebar. Aug. Transeamus ergo hinc quoquo modo se habet, ne res absurdissima nobis accidat. AD. Quæ tandem? Aug. Si nihil nos teneat, & moras patiamur. AD. Ridiculū hoc q̃dē est, & tamen nescio quomodo uideo posse contingere, immo planè uideo contigisse. Augu. Suo loco genus hoc repugnantiæ, si Deus fuerit, planius intelligemus. Nunc ad illū uersum te refer, & conare, ut potes, cætera eius uerba quid significent pandere. AD. Tertia præpositio est, ex, pro qua, de, possumus vt arbitror dicere. Aug. Non id q̄ro, ut pro una uoce notissima aliam uocem æque notissimā, q̄ idem significet dicas, si tñ idem significat. Sed interim concedamus ita esse. Certe

si poeta

ſi poeta iſte non ex tanta vrbe, ſed de tanta
dixiſſet, quærerẽ abs te quid, de, ſignificaret.
Diceres, ex, cũ hæc duo uerba eſſent, id eſt,
ſigna, unũ aliquid, ut tu putas, ſignificantia,
ego ãt idipſum, neſcio quid unũ, qđ his duo
bus ſignis ſignificat̃, inquiro. AD. Mihi videt̃
ſecretionem quandam ſignificare ab ea re, in
qua fuerat aliquid qđ ex illa eſſe dicit̃, ſiue il-
la non maneat, ut in hoc uerſu, non manente
urbe poterant aliqui ex illa eſſe Troiani, ſiue
maneat, ſicut ex urbe Roma dicimus eſſe ne
gociatores in Aphrica. AVG. Vt concedam
tibi hæc ita eſſe nec enumerem, q̃ multa for
taſſe præter hanc tuam regulam reperiantur,
illud certe tibi attendere facile eſt, expoſuiſ-
ſe te uerbis uerba, id eſt, ſignis ſigna, eiſdem
que notiſsimis notiſsima, ego autem illa ip-
ſa quorum hæc ſigna ſunt, mihi (ſi poſſes)
uellem, ut oſtenderes. AD. Miror te neſcire,
uel potius ſimulare neſcientem reſponſione
mea fieri, quod uis omnino nõ poſſe, quidẽ
ſermocinamur ubi non poſſumus reſponde
re niſi uerbis. Tu autem res quæris eas, q̃ qđli
bet ſint, uerba certa non ſunt, quas tamen ex
metu quoq; uerbis quæris. Prior itaq; tu ſine
uerbis quære, ut ego deinde iſta conditione
rñdeam. AVG. Iure agis fateor, ſed ſi quære-
rẽ, iſtæ tres ſyllabæ quid ſignificent, cũ dici-
tur paries, nonne poſſes digito oſtendere, ut
ego prorſus rẽ ipſam uiderẽ, cuius ſignũ eſt
hoc triſyllabum uerbum, demonſtrante te,
nulla tñ uerba referente. AD. Hoc in ſolis no
minibus quibus corpora ſignificant̃, ſi eadẽ
corpora p̃ſentia ſint, fieri poſſe cõcedo. AV-
GV. Nũ colorẽ corpus dicimus, an nõ po-
tius quandã corporis qualitatẽ? AD. Ita eſt.
AVG. Cur ergo & hic digito demoſtrari po
teſt? An addi corporibus ẽt corporum quali-
tates, ut nihilominus ẽt iſtæ cũ p̃ſentes ſunt,
doceri ſine uerbis poſsint? AD. Ego cũ corpo
ra dicerem, oĩa corporalia intelligi uolebã,
E id eſt, oĩa in corporibus ſentiuntur. AVG.
Conſydera tñ, utrũ ẽt hic aliqua tibi excipiẽ
da ſint. AD. Bene admones, non enim omnia
corporalia, ſed omnia uiſibilia dicere debui.
Fateor enim ſonum, odorem, ſaporem, gra-
uitatem, colorem, & alia quæ ad cæteros ſen
ſus pertinent, quanquam ſentiri ſine corpori
bus nequeant, & propterea ſint corporalia,
non tamen digito poſſe monſtrari. AVG. Nũ
q̃ ne uidiſti, vt homines cum ſurdis geſtu
quaſi ſermocinentur, ipſiq; ſurdi non minus
geſtu, vel q̃rant, vel rñdeant, uel doceant, vel
indicent, aut oĩa quæ uolunt, aut certe pluri
ma? Quod cũ ſit, non utiq; ſola uiſibilia ſine
uerbis oſtẽduntur, ſed & ſoni & ſapores, &
cætera huiuſmodi. Nã & hiſtriones, quaſdã a.l. totus.
* in theatris fabulas ſine uerbis ſaltando ple-
runq; aperiũt & exponũt. AD. Nihil habeo
quod contradicã, niſi quod illud, ex, nõ mõ
ego, ſed nec ipſe quidẽ ſaltator hiſtrio tibi
ſine uerbis quid ſignificet, poſſet oſtendere.
AVG. Verũ fortaſſe dicis, ſed fingamus eum
poſſe, non (ut arbitror) dubitas, quiſquis ille
motus corporis fuerit, quo mihi rẽ quę hoc F
uerbo ſignificatur, demonſtrare conabit̃, nõ
ipſam rem furură eſſe, ſed ſignũ. Quare hic
quoq; ñ q̃dẽ uerbo uerbũ, ſed tñ ſigno ſignũ
nihilominus indicabit, ut & hoc monoſylla-
bũ, ex, & ille geſtus, unã rẽ quãdã ſignificẽt,
quã mihi ego uellem nõ ſignificando mõſtra
ri. AD. Qui poteſt quod q̃ris oro te? AVG.
Quomodo paries potuit? AD. Ne ipſe quidẽ
quãtum rõ progrediens docuit, oſtendi ſine
ſigno põt. Nam & intentio digiti non eſt uti
que paries, ſed ſignũ datur per quod paries
poſsit uideri. Nihil itaq; uideo, quod ſine ſi-
gnis oſtendi queat. AVG. Quid ſi ex te quære
rem, q̃d ſit ambulare, ſurgereſq; & id age-
res, nõnne re ipſa potius, q̃ uerbis ad me do-
cendum, aut ullis aliis ſignis utereris? AD. Fa-
teor ita eſſe, & pudet me rem tam in prõptu
poſitam non uidiſſe. Ex qua etiam mihi milia
rerum iam occurrunt, quę ipſe per ſe ualeãt,
non per ſigna monſtrari, ut edere, bibere,
ſedere, ſtare, clamare, & innumerabilia cæ-
tera. AVG. Age nunc dic mihi, ſi omni-
no neſciens huius uerbi uim, abs te ambu-
lante quærerem, quid ſit ambulare, quomo-
do me doceres? AD. Idipſum agerem ali-
quando celerius, ut poſt interrogationem
tuam aliqua nouitate admonereris, & tamen G
nihil aliud fieret, q̃ id quod deberet oſtendi.
AVG. Sciſne aliud eſſe ambulare, aliud fe-
ſtinare? Nam & qui ambulat non ſtatim fe-
ſtinat, & qui feſtinat, non cotinuo ambu-
lat. Dicimus enim & in ſcribendo & in le-
gendo aliiſq; innumerabilibus rebus feſti-
nationem. Quare cum illud quod agebas ce
lerius ageres poſt interrogationem meam,
putarem ambulare nihil eſſe aliud, q̃ feſtina
re, id enim noui addideras & ob hoc falle-
ret.

ret. AD. Fateor rem non posse nos monstra-
re sine signo, si cũ, id agimus, interrogemur.
Si.n. nihil addamus, putabit qui rogat nolle
nos ostendere contẽptoq; se in eo, qđ age-
bamus, pseuerare. Sed si de his roget q̃ agere
possumus, nec eo tñ tempore quo agim⁹ ro-
H get, possumus post eius interrogationem id
agẽdo re ipsa potius, q̃ signo demõstrare qđ
rogat. Nisi forte loquentẽ me interroget qđ
sit loqui. Quid.n. dixero ut eum doceam, lo-
quar necesse est. Ex quo securius docebo, do
nec ei planũ faciam quod uult, non recedẽs
à re ipsa, quã sibi uoluit demonstrat, nec si-
gna q̃rens, quibus eam ostendam præter ip-
sam. AVG. Acutissimè omnino. Quare uide
utrum conueniat iam inter nos ea posse de-
monstrari sine signis, quæ aut non agimus cũ
interogamur, & tñ statim agere possum⁹, aut
ipsa signa forte agimus. Cũ enim loquimur,
signis facimus, de quo dictum est significare.
AD. Conuenit. AVG. Cum ergo de quibusdã
signis quæritur, possunt signis signa monstra
ri: Cum autem de rebus quæ signa non sunt,
aut eas agendo post inquisitionem si agi pos-
sunt, aut signa dando per quæ animaduerti
queat. AD. Ita est. AVG. In hac igitur tripar-
tita distributione prius illud consideremus si
placet, quod signis signa mostrantur. Non.n.
sola uerba sunt signa. AD. Nõ. AVG. Videtur
ergo mihi loquẽdo nos aut uerba ipsa signa
re uerbis, aut alia signa, uel cum gestum dici
mus, aut literam. Nam his duobus uerbis q̃
significantur, nihilominus signa sunt, Aut ali
I quid aliud quod signum non sit, uelut cum
dicimus, lapis, hoc enim uerbum signũ est,
nam significat aliquid, sed id quod eo signifi
catur, non continuo signum est, quod tamen
genus, id est, cum uerbis ea quę signa nõ sunt
significantur, non pertinet ad hanc partem,
quam discutere proposuimus. Suscepimus
.n. consyderare illud, signis signa monstran-
tur, & partes in eo duas comperimus, cum
aut eadem, aut alia signa signis docemus vel
commemoramus. An non tibi uidetur? AD.
Manifestũ. AVG. Dic ergo signa quæ uerba
sunt, ad quẽ sensum pertineant? AD. Ad audi-
tum. AVG. Quid gestus? AD. Ad uisum. AV-
GV. Quid.n. cũ uerba scripta inuenimus, nũ
uerba non sunt? An signa uerborum uerius
intelligantur, ut uerbum sit, quod cum ali-
quo significatu articulata uoce proferť? Vox

An signa signis mõstrẽtur. Cap. 4.

autem nullo alio sensu, q̃ auditu percipi po-
test. Ita fit ut cum scribitur uerbum, signum
fiat oculis quo illud quod ad aures ptinet ue
niat in mentẽ. AD. Omnino assentior. AVG.
Id quoque te arbitror assentiri, cũ dicimus
nomẽ, significare nos aliquid. AD. Verũ est.
AVG. Quid tandem? AD. Id. s. quod quidque
appellatur, uelut Romulus, Roma, uirtus, flu
uius, & innumerabilia cætera. AVG. Nũ ista
quatuor nomina nullas res significãt? AD. Im
mo aliquid. AVG. Num nihil distat iter hæc
nomina in eas res quæ his significantur? AD.
Immo plurimum. AVG. Vellem abs te audi-
re quidnam id sit. AD. Hoc uidelicet in pri-
mis, quod hęc signa sunt, illa non sunt. AVG.
Placetne appellemus significabilia ea quę si-
gnificari pñt, & signa non sunt, sicut ea, quæ
uideri possunt, uisibilia nominamus, ut de
his deinceps commodius disseramus? AD.
Placet uero. AVG. Quid illa quatuor signa,
quæ pauloante pronunciasti, nullone alio si-
gno significantur? AD. Miror ꝙ iam mihi ex-
cidisse arbitraris, ꝙ ea quæ scribũtur, eorum
quæ uoce proferuntur, & signorum signa es-
se cõperimus. AVG. Dic inter ista quid di-
stet? AD. Quod illa uisibilia sunt, hæc audibi
lia. Cur enim & hoc nomẽ non admittas, si
admisimus significabilia? AVG. Prorsus ad-
mitto, & gratũ habeo. Sed rursus quæro, qua
tuor, hæc signa nullone alio signo audibili
significari queant, ut uisibilia recordatus es?
AD. Hoc quoq; recentius dictũ recordor.
Nam nomen respondere significare aliquid,
& huic significationi quatuor ista signa subie
cerã, & illud aũt & hæc siquidẽ uoce profe-
runt, audibilia esse cognosco. AVG. Quid
ergo inter audibile signũ & audibilia signifi-
cata, quæ rursus signa sunt, interest? AD. Inter
illud quidem quod dicimus nomen, & hæc
quatuor quæ significatione eius subiecimus,
hoc distare uideo, ꝙ illud audibile signũ est
signorũ audibiliũ, hæc uero audibilia q̃dem
signa sunt, non tñ signorũ, sed rerũ partim ui
sibiliũ, sicut est Romulus, Roma, fluuius, par
tim intelligibilium, sicut est uirtus. AVG. Ac
cipio, & approbo. Sed scis ne omnia quę uo
ce articulata cum aliquo significatu proferũ
tur, uerba appellari.? AD. Scio. AVG. Ergo
& nomen uerbum est, quando quidem id vi
demus cum aliquo significatu articulata uo-
ce proferri. Et cum dicimus disertum homi-

nem bonis uerbis uti, ēt nominibus utiq; vti
tur. Et cū ſeni dn̄o apud Terētium ſeruus re
tulit, Bona uerba q̄ſo, multa ille ēt nomina di
xerat. AD. Aſſentior. AVG. Concedis igiť ijs
duabus ſyllabis, quas ædimus, cum dicimus,
uerbum, nomen quoq; ſignificari, & ob hoc
illud huius ſignū eſſe? AD. Concedo. AVG.
Hoc quoq; rn̄deas uelim. Cum uerbū ſignū
ſit nominis, & nomē ſignū ſit fluminis, & flu
men ſignū ſit rei, quæ iā uideri pōt, ut inter
hāc rem & flumen, id eſt, ſignum eius, & in-
ter hoc ſignum & nomē, qđ huius ſigni ſi-
gnū eſt, dixiſti quid interſit, quid intereſſe ar
bitraris inter ſignū noīs, quod uerbū eſſe cō
perimus, & ipſum nomē, cui⁹ ſignū eſt? AD.
Hoc diſtare intelligo, quod ea, quæ ſignificā
tur nomine ēt uerbo ſignificātur, ut.n. nomē
uerbū eſt, ita & flumē uerbū eſt. Quę autē uer
bo ſignificantur, non omnia ſignificantur, &
nomine. Nā & illud, ſi, quod in capite habet
abs te propoſitus uerſus, & hoc, ex, de quo
iā diu agentes in hæc duce rōne puenimus,
uerba ſunt, nec tamen nomina, & alia multa
inueniuntur. Quāobrem cum omnia nomi-
na uerba ſint, non aūt omnia uerba nomina
ſint, planum eſſe arbitror, quod inter uerbū
diſtet, & nomen, id eſt, inter ſignū ſigni eius,
quod nulla rurſus alia ſigna ſignificat, & ſi-
gnū ſigni eius qđ rurſus alia ſignificat. AVG.
Concedisne omnē equum animal eſſe, nec
tn̄ omne animal equum eſſe? AD. Quis dubi-
tauerit? AVG. Hoc ergo inter nomen, & uer
bum, qđ inter equū, & animal, intereſt. Niſi
forte ab aſſentiendo id te reuocat, quod
dicimus & alio mō uerbū quo ſignificantur
ea, quæ per tempora declinantur, ut ſcribo
ſcripſi, lego legi, quæ manifeſtū eſt non eſſe
noīa. AD. Dixiſti omnino quod me dubitare
faciebat. AVG. Nec te iſtud moueat, dicimus
.n. ea ſigna uniuerſaliter oīa, quæ ſignificant
aliqd, ubi ēt uerba eſſe inuenimus. Dicimus
item ſigna militaria, quę etiam proprie ſigna
nominantur, quò uerba non pertinent. Et tn̄
ſi tibi dicerem, ut omnis equus animal, non
autem omne animal equus eſt, ita omne no-
men uerbum eſt, non tn̄ omne uerbum no-
men, nihil (vt opinor) dubitares. AD. Iam in-
telligo, & prorſus aſſentior, hoc intereſſe in
ter uniuerſale illud uerbum, & nomen, qđ
inter animal & equum. AVG. Scisne etiam
cū dicimus, animal, aliud eſſe hoc triſyllabū
nomen, qđ uoce prolatū eſt, aliud id quod
ſignificatur? AD. Iā hoc ſupra conceſſi de oī
bus ſignis & ſignificabilibus. AVG. Nā oīa
ſigna tibi videnť aliud ſignificare q̄ ſunt ſi-
cut, hoc triſyllabū cū dicimus, animal? An ul
lo mō idē ſignificat, qđ eſt ipſum. AD. Non
ſanè, nā cū dicimus ſignū, nō ſolū ſigna cæte
ra quæcunq; ſunt, ſed etiam ſeipſum ſignifi-
cat, eſt enim uerbum, & utiq; omnia uerba
ſigna ſunt. AVG. Quid hoc diſyllabo cū dici
mus, uerbū, nonne tale aliquid contingit? Nā
ſi omne quod cū aliquo ſignificatu articula
ta uoce profetur, hoc diſyllabo ſignificatur,
etiam ipſum hoc genere includitur. AD. Ita B
eſt. AVG. Quid nomen? Nonne ſe ſimiliter
habet? Nam & omniū generū nomina ſignifi
cat, & ipſum nomen generis neutri nomen
eſt. An ſi ex te quęrerē quæ pars orationis no
mē, poſſes mihi reſpondere recte niſi nomē?
AD. Verum dicis. AVG. Sunt ergo ſigna, quę
inter alia quæ ſignificant, & ſeipſa ſignificēt.
AD. Sunt. AVG. Num tale tibi uidetur hoc
quadriſyllabum, ſignū cum dicimus, coniun
ctio? AD. Nullo modo. Nam ea quæ ſignifi-
cat, non ſunt nomina, hoc autem nomen eſt.
AVG. Bene attendiſti, nunc illud uide, utrū *Signa mu*
inueniātur ſigna quæ ſe inuicem ſignificent, *tus.*
vt quemadmodum hoc ab illo, ſic illud ab *Cap. 5.*
hoc ſignificetur, non enim ita ſunt inter ſe
hoc quadriſyllabum, cum dicimus, coniun-
ctio, & illa quæ ab hoc ſigñantur, cū dicim⁹,
ſi, uel nam nanque, niſi, ergo, qm̄ & ſimilia,
nam hæc illo uno ſignificantur, nullo aūt ho
rum unū illud quadryſillabū ſignificať AD.
Video, & quænam ſigna ſint ſeinuicē ſignifi-
cantia, cupio cognoſcere. AVG. Tu ergo ne-
ſcis cum dicimus, nomē & uerbum, duo uer
ba nos dicere. AD. Scio. AVG. Quid illud, ne
ſcis cum dicimus, nomē & uerbum, duo no
mina nos dicere? AD. Id quoque ſcio. AVG.
Scis igitur tam nomen uerbo, q̄ etiam uer-
bū nomine ſignificari? AD. Aſſentior. AVG.
Poteſne dicere excepto eo quod diuerſe ſcri
buntur, & ſonant, quid inter ſe differant?
AD. Poſſum fortaſſe, nam id eſſe uideo qđ
pauloante dixi. Verba enim cum dicimus,
omne quod articulata uoce cū aliquo ſigni-
ficatu profertur, ſignificamus, unde omne
nomen, & ipſum cum dicimus, nomen, uer-
bum eſt, at non omne uerbum, nomen eſt,
quamuis nomen ſit cum dicimus uerbum.

AVG. Quid si quisqua tibi affirmet & probet, vt omne nomen verbũ est, ita omne verbũ nomẽ esse, poterisne interuenire q.d distẽt, præter diuersum in literis sonũ? AD. Nõ potero, nec omnino distare aliq.d puto. AV. Quid si omnia quidẽ, q̃ uoce articulata cũ
D aliquo significatu proferuntur, & uerba sunt & nomina, sed tñ alia de causa uerba & alia de causa nomina sunt, nihilne distabit inter nomen & uerbũ? AD. Qũo istud sit, non intelligo. AVG. Hoc saltem intellige, oẽ coloratũ uisibile esse, & omne uisibile coloratũ, quan uis hæc duo uerba distinctæ differenterq; significent. AD. Intelligo. AVG. Quid si ergo ita & omne uerbum nomen, & omne nomẽ uerbũ est. Quãuis hæc ipsa duo noĩa, uel duo uerba. i. nomẽ & uerbũ, differentẽ habeant significationem. AD. Iam uideo posse id accidere, sed qũo id accidat, expecto ut ostendas. AVG. Omne quod cum aliquo significatu articulata uoce prorumpit, animaduertis, ut opinor, & aurẽ uerberare, ut sentiri, & memoriæ mandari, ut nosci possit. AD. Animaduerto. AVG. Duo ergo quædã cõtingunt, cũ aliquid tale uoce proferimus. AD. Ita est. AV. Quid si horũ duorum ex uno appellata sunt uerba, ex altero nomina, uerba scilicet à uerberando, nomina uero à noscendo, vt illud primũ ab auribus, hoc autem s̃m ab animo uocari meruerit? AD. Concedam cum ostenderis, qũo recte possim⁹ omnia uerba nomi-
E na dicere. AVG. Facile est, nam credo te accepisse ac tenere pronomen dictũ, quod proipso nomine ualeat, rem tamẽ notet minus plena significatione quàm nomen. Nam, ut opinor, definiuit ille ita quem grammatico reddidisti, Pronomen est pars orationis, q̃ quo ipso posita nomine, minus quidem plene, idẽ tamen significat. AD. Recordor, & probo. AVG. Vides igitur secundum hanc difinitionem nullis nisi nominibus seruire, & pro his solis poni posse pronomina, uelut cum dicimus, hic uir, ipse rex, eadem mulier, hoc aurum, illud argentum: hic, ipse, eadem, hoc, illud, pronomina esse, uir, rex, mulier, aurum argentum, nomina quibus plenius quàm illis pronominibus res significatæ sunt. AD. Video & assentior. AVG. Tu ergo nunc mihi paucas coniunctiones quaslibet enũcia. AD. Et, que, at, atque. AVG. Hæc omnia quæ dixisti, nonne tibi uidentur esse nomina. AD. Non omnino. AVG. Ego saltem tibi recte locutus uideor, cũ dicerẽ, hæc omnia quæ dixisti? AD. Recte prorsus, & iã intelligo q̃ mirabiliter ostenderis me nomina enunciasse, non enim aliter de his recte dici potuisset, hæc omnia. Sed.n. uereor adhuc, nec propterea mihi recte locutus uidearis, quod has quatuor coniunctiones, etiam uerba esse non nego, ut iõ de his recte dici potuerit, hæc oĩa, qm̃ recte dicitur, hæc uerba omnia. Si aũt à me quæras, quæ sit pars orationis, uerba, nihil aliud respondebo q̃ nomen: Quare huic nomini fortasse pronomẽ adiunctũ est, ut illa recta esset locutio tua. AVG. Acute quidẽ falleris, sed ut falli desinas, acutius attẽde qđ dicã, si tamen id dicere, ut uolo ualuero, nã uerbis agere, tã implicatum est, quàm digitos digitis inserere & confricare, Vbi uix dignoscitur, nisi ab eo ipso qui id agit, qui digiti pruriant, & qui auxilientur prurientib. AD. En toto animo assum, nam hæc ista similitudo me intentissimum fecit.. AVG. Verba certe sono & literis constant. AD. Ita est. AVGV. Ergo ut ea potissimum authoritate vtamur, quæ nobis charissima est, cum ait Pau-
G lus Apostolus: Non erat in Christo est & nõ est, sed est in illo erat, non opinor putandum esse tres istas literas, quas enunciamus, cum dicimus. Est, fuisse in Christo, sed illud potius, qđ istis tribus literis significatur. AD. Verum dicis. AVG. Intelligis igitur eum qui ait, Est in illo erat, nihil aliud dixisse, q̃ Est appellatur quod in illo erat, tanq̃ dixisset, Virtus in illo erat, non utiq; dixisse acciperetur, nisi uirtus appellatur, qđ in illo erat, ne duas istas syllabas, quas enunciamus, cũ dicimus, uirtus, & non illud qđ his duabus syllabis significatur in illo fuisse arbitraremur. AD. Intelligo, ac sequor. AVG. Quid illud? nonne intelligis ẽt nihil interesse, utrum quisque dicat, uirtus appellat, an uirtus nominatur? AD. Manifestum est. AVG. Ergo ita manifestum est, nihil interesse utrum quisq; dicat, est appellatur, an, est, nominatur, quod in illo erat. AD. Video & hic nihil distare. AVG. Iamne ẽt uides quid uelim ostendere? AD. Nondum sanè. AVG. Itane tu uides nomen esse id, quo res aliqua nominatur? AD. Hoc planè nihil certius uideo. AVG. Vides ergo, Est nomen esse, siquidem illud quod erat illo, Est, nominatur. AD. Negare non possum. AVG. At si H

exte quærerē quæ ſit pars orationis eſt, non opinor nomē, ſed verbū eſſe diceres, cū id rō ēt nomē eſſe docuerit. AD. Ita eſt prorſus vt dicis. AVG. Num adhuc dubitas alias quoq; partes orationis eodē modo, quo demōſtrauimus nomina eſſe? AD. Nō dubito, quandoquidē fateor ea ſignificare aliquid. Si aūt res ipſæ, quas ſignificāt, quid ſingulæ appellētur id eſt nominentur, interroges, reſpōdere non poſſum, niſi eaſipſas partes orationis, quas noīa non vocamus, ſed, vt cerno, vocare con uincimur. AVG. Nihil te mouet, nequis exiſtat qui noſtram iſtā rōnem labefactet, dicendo Apoſtolis non verborū, ſed rerū authoritatē eſſe tribuendā, quamobrem fundamentū perſuaſionis huius nō eſſe firmū q̄ putamus? Fieri.n. poſſe vt Paulus quanq̄ dixerit præceperitq; rectiſsime, minus tñ recte locutus ſit, cum ait, Eſt in illo erat, præſertim cum ſe ipſe imperitum in ſermone fateatur. Quo tandem modo iſtum refellēdum arbitraris? AD. Nihil habeo quod contradicam, & te oro vt aliquē de illis reperias, quibus verborū notitia ſumma conceditur, cuius authoritate potius id quod cupis efficias. AVG. Minus.n. tibi videtur idonea, remotis authoritatibus ipſa rō, qua demonſtratur omnibus partibus orationis ſignificari aliquid, & ex eo appellari: ſi aūt appellari, & noīari, ſi nominari, nomine vtique nominari: quod in diuerſis linguis facillime iudicatur. Quis enim non videat ſi quæras quid Gręci nominēt quod nos nominamus, quis, reſponderi τίς: quid Græci nominēt quod nos nominamus, volo, reſpōderi θέλω, quid Græci nominēt, qđ nos nominamus, bene, reſpōderi καλῶς: quid Gręci nominēt, quod nos nominamus, ſcriptū, reſponderi τὸ γεγραμμένον, quid Gręci nominēt qđ nos nominamus, & reſponderi καὶ: quid Gręci nominēt, quod nos nominamus, ab, reſponderi ἀπὸ: quid Græci nominēt qđ nos nominamus, heu, reſponderi οἴμοι: Atq; in his omnibus partibus orationis, quas nūc enumeraui, recte loqui eū, qui ſic interroget: quod niſi nomina eſſent, fieri nō poſſet? Hac ergo ratione Paulum Apoſtolū recte locutū eſſe cū remotis omnium eloquentiū authoritatibus obtinere poſsimus, quid opus eſt quęrere cuius perſona ſententia noſtra fulciatur? Sed nequis tardior aut impudentior nōdum cedat, afferatq; niſi illis authoribus, q̄bus verborū leges cōſenſu oīum tribuuntur, nullo mō eſſe ceſſurū, Quid in Latina lingua excellentius Cicerone inueniri pōt? At hic in ſuis nobiliſsimis orationibus, quas Verrinas vocāt, corā præpoſitionē, ſiue illo loco aduerbium ſit, nomē appellauit. Veruntamē q̄a fieri pōt, vt ego illū locū minus bene intelligā, exponaturq; aliàs aliter, vel à me vel ab alio, eſt ad quod rñderi poſſe nihil puto. Tradunt enim nobis nobiliſsimi diſputationum magiſtri, noīe & verbo plenā cōſtare ſententiam, quod affirmari negariq; poſsit, qđ genus idē Tullius quodā loco pronuntiatum vocat. Et cū verbi tertia perſona eſt, noīatiuū cū ea caſum nominis aiūt eſſe oportere, & recte aiūt: quod mecū ſi cōſyderes, velut cū dicim⁹, hō ſedet, equus currit: agnoſcis, vt opinor, duo eſſe pronunciata. AD. Agnoſco. AVG. Cernis in ſingulis ſingula eſſe noīa, in vno hō, in altero equus: & verba ſingula, in vno ſedet, in altero currit? AD. Cerno. AVG. Ergo ſi dicerem, ſedet tantum, aut currit tantum, rectè à me quæreres, quis vel quid: vt reſponderē hō, vel equus, animal, vel quodlibet aliud, L
quo poſsit nomē redditū verbo implere pronunciatum id eſt, illam ſententiā q̄ affirmari & negari pōt. AD. Intelligo. AVG. Attende cætera: & finge nos videre aliquid longius, & incertum habere vtrum animal ſit an ſaxū, vel quid aliud, meq; tibi dicere, quia homo eſt, animal eſt: nonne temere dicerē? AD. Temere omnino: ſed non temere plane dicerē; ſi hō eſt, animal eſt. AVG. Recte dicis. Itaque in locutione tua placet mihi, ſi placet & tibi: vtriq; autem noſtrum in mea diſplicet, quia: AD. Aſſentior. AVG. Vide iam vtrum iſtæ duæ ſententiæ plene pronunciatæ ſint: placet. Si: diſplicet. Quia. AD. Plene oīno. AVG. Age nunc, dic mihi quæ ibi ſint verba, quę nomina? AD. Verba ibi video eſſe, placet & diſplicet: nomina vero qđ aliud q̄, ſi & quia? AVG. Has ergo duas cōiunctiones ēt nomina eſſe ſatis probatū eſt. AD. Prorſus ſatis. AVG. Poteſne ipſe per te in alijs partib⁹ orationis hoc idē ad eandē regulam docere? AD. Poſſum. AVG. Transeamus ergo hinc, & iam dic mihi vtrum ſicut omnia verba nomina, & omnia nomina verba eſſe comperimus, ita tibi, & omnia nomina vocabula, & omnia vocabula nomina eſſe videantur. AD. Planè inter hęc quid diſtet præter M

ἀπόφασις ro lo- quium

uersum syllabarũ sonum non video. AVG. [illegible] ego inter[im] resisto, quanquam non de[beant qui] ẽt significatione ista discernunt quo[rum] sententiam modo considerare nõ opus est. Sed certe animaduertis ad ea iã signa nos peruenisse, quæ se inuicem signi[fi]cent, nulla præter sonum distantia, & quæ seipsa significent cum cæteris omnibus partibus orationis. AD. Non intelligo. AVGV. Non ergo intelligis & nomen vocabulo, & vocabulum nomine significari: & ita ut præter sonum literarum nihil intersit, quantum ad generale nomen pertinet: nam & speciale nomen dicimus, quod inter octo partes orationis ita est, vt alias septem non contineat. AD. Intelligo. AVG. At hoc est quod dixi, se inuicem significare vocabulum & nomẽ. AD. Teneo, sed q̃ro quid dixeris, cũ etiã seipsa significãt

A cum aliis partib. orationis. AVG. Nonne superior ratio docuit nos, oẽs partes orõnis & noĩa posse dici, & vocabula id est, & nomine & vocabulo posse significari? AD. Ita est. AVGV. Quid ipsum nomen, idest, sonũ istũ duab. syllabis expressum, si te quęram quid quid appelles, nonne recte mihi rñdebis nomẽ? AD. Recte. AVG. Nũ ita se significat hoc signũ qđ quatuor syllabis enunciamus cũ dicimus coniunctio? Hoc enim nomen inter illa, quæ significat numerari non potest. AD. Recte accipio. AVG. Id est quod dictum est nomen seipsum significare cum aliis quæ significat: quod etiam de vocabulo licet per teipsum intelligas. AD. Iam facile est: sed illud mihi nunc venit in mentem, nomen & generaliter, & specialiter dici: vocabulum autem inter octo partes orationis non accipi: quare hoc quoque inter se præter diuersum sonum differre arbitror. AVG. Quid nomẽ & onoma distare inter se aliquid putas p̃ter sonum, quo etiam linguæ discernuntur latina atq; Græca? AD. Hic vero nihil aliud intelligo. AVG. Peruentũ est ergo ad ea signa, q̃ seipsa significẽt, & aliud ab alio inuicẽ signi-

B ficetur: & quicquid ab vno hoc & ab alio, & nihil præter sonum inter se differant: nam [hoc] quartum mõ inuenitur. Tria enim superiora & de nomine, & verbo intelliguntur. AD. Omnino peruetum. AVG. Iam q̃ sermocinando inuenerimus, velim recenseas. AD. Faciam quantum possum. Nam primo omnium recordor aliquandiu nos quæsisse quã

Epilogus præcedẽtiũ capitũ. 6. 7.

ob cam loquamur, inuentumq; esse docendi cõmemorandiue grã nos loqui: qñquidẽ nec cũ interrogamus, aliud agimus, q̃ vt ille qui rogat discat quid velimus audire, & in cantando, qđ delectationis cã facere videmur, non sit propriũ locutionis: in orando Deo, quẽ doceri aut cõmoneri existimare nõ possumus, id verba valeant, vt vel nosipsos commonefaciamus, vel alij cõmoneant doceantúrue p nos. Deinde cũ satis constitisset verba nihil aliud esse, q̃ signa: ea vero q non aliquid significent, signa eẽ non posse, pposuisti versum, cuius verba singula quid significarent, conarer ostendere. Is aũt erat, Si nihil ex tanta superis placet vrbe relinqui. Cuius tñ verbũ q̃uis notissimũ, & manifestissimũ, qđ tñ significaret, non reperiebamus. Cumq; mihi videret non frustra nos id in loquendo interponere, sed qđ eo aliquid doceamus audientẽ, ipsam mentis affectionẽ cũ rem quã q̃rit non esse inuenit, vel inuenisse se putat, hoc verbo fortasse iudicari rñdisti tu quidẽ, sed tñ nescio q̃ profunditatem q̃onis loco euitans, in aliud tp̃s illustrãdam distulisti, ne me debiti quoq; tui oblitũ putes. Inde tertiũ in versu verbũ cũ satagerẽ exponere, vrgebar abs te, vt non verbũ aliud quod idẽ valeret, sed rẽ ipsam potius, q̃ per verba significaret ostenderẽ. Cumq; id sermocinantibus nobis fieri non posse dixissem, ventũ est ad ea q̃ interrogantib. digito monstrant. Hęc ergo corporalia esse oĩa arbitrabar, sed inuenimus sola visibilia. Hinc nescio q̃o ad surdos & histriones deuenimus qui nõ sola q̃ videri possunt, sed multa præterea ac propè oĩa q̃ loquimur, gesta sine voce significant, eosdẽ tñ gestus signa esse cõperimus. Tũ rursus q̃rere cępimus, q̃o res ipsas q̃ signis signãtur sine vllis signis valeremus ostendere, cũ & ille paries, & color, & omne visibile, quod intẽtione digiti ostenditur, signo quodam conuinceretur ostendi. Hic ego errans cum inueniri tale nihil posse dixissem, tandem inter nos cõstitit, ea posse demonstrari sine signo, quę cũ à nobis quæruntur, non agimus, & post inquisitionem agere possumus, locutionem tñ ex eo non esse genere. Siquidẽ & loquẽtes cũ interrogamur, qd sit locutio, istã p seipsam demõstrare facile esse satis apparuit. Ex quo admoniti sumus aut signis signa mõstrari, aut signis alia quæ signa non sunt, aut etiã

sine

fine figno res, quas agere poteſt interrogatio
nē poſſumus. Horumq́; trium, primum dili-
gentius conſyderandū, diſcutiendū́q; ſuſce-
pimus. Qua diſputatione declaratū eſt, par-
tim eſſe ſigna, q̄ ab ijs ſignis, q̄ ſignificarēt, ſi-
gnificari uiciſsim nō poſſunt, vt eſt hoc qua-
driſyllabū, cū coniunctio dicimus, partim q̄
poſſent, ut cū dicimus, ſignū ēt uerbū ſignifi
camus, & cū dicimus uerbū, ēt ſignū ſignifi
camus, nā ſignū & uerbū. & duo ſigna & duo
uerba ſunt. In hoc aūt gn̄e quo inuicē ſe ſi-
gnificāt, quædā nō tm̄, quædā tm̄, quædā ue-
ro ēt idem ualere monſtratū eſt. Etenim hoc
diſſyllabū qđ ſonat, cū dicimus, ſignū, pror
ſus oīa quib. quidq; ſignificatur ſignificat, nō
aūt omniū ſignorū ſignū eſt, cum dicim⁹ ver
bum, ſed tm̄ eorū q̄ atticulata uoce proferun
tur. Vnde manifeſtū eſt, q̄uis & uerbū ſigno,
E & ſignū uerbo. i. & duæ iſtæ ſyllabæ illis, & il
læ iſtis ſignificantur, plus tn̄ ſignū ualere q̄
uerbū, plura. ſ. illis duabus ſyllabis, q̄ illis ſi-
gnificantibus. Tantundē aūt ualet gn̄ale uer-
bū & gn̄ale nomē. Docuit. n. rō omnes partes
orationis ēt nomina eſſe, quod pronomina
his addi pn̄t, & de oībus dici pōt, qđ aliquid
nominēt, & nulla earū ſit, quæ nō uerbo ad-
iūcto pronunciatū poſsit implere. Sed cū tan
tundē ualeant nomē & uerbū, eo quod oīa
quæ uerba ſunt, ſint etiam nomina, non tn̄
idem ualent. Alia quippe de cauſa uerba, &
alia nomina nūcupari, ſatis probabiliter di-
ſputatum eſt. Siquidem alterum horum ad
auris uerberationem, alteram ad animi com
memorationem notādū eſſe cōpertū uel ex
hoc intelligi pōt, quod in loquendo rectiſsi
me dicimus, quod eſt huic rei nomen, rem
memoriæ mandare cupientes, quod eſt autē
huic rei uerbum, dicere non ſolemus. Quæ
vero non ſolum tantundem, ſed etiam idem
omnino ſignificent, & inter quæ nihil pręter
F literarū diſtet ſonum, nomen & onoma in-
uenimus. Illud ſanè mihi elapſum erat in
hoc genere, in quo inuicē ſe ſignificant, nul
lum nos ſignum comperiſſe, qđ nō inter cæ
tera q̄ ſignificat, ſe quoque ſignificet. Hæc
quantum potui recordatus ſum. Tu iam ui-
deris, quem nihil puto in hoc ſermone niſi
ſcientem certū́que dixiſſe, utrum iſta bene
ordinateq́; digeſſerim. A V G. Satis tu quidē
memoriter omnia q̄ uellē recoluiſti, & ut ti-
bi fatear, multo euidētius mihi nunc uidenẗ
iſta diſtincta, quā cum ea inquirenda ac diſſe
rendo de neſcio quibus latebris ambo erue-
rimus. Sed quonā tātis ambagibus tecū pue-
nire moliar, difficile dictū eſt hoc loco. Tu
. n. fortaſſe aut ludere nos, & à ſerijs reb. auo
care animū, quaſi quibuſdā puerilibus quæ-
ſtiunculis arbitraris, aut paruā uel mediocrē
aliquā utilitatē requirere, aut ſi magnū quid-
dā parturire iſtā diſputationē ſuſpicaris, iam
iamq; id ſcire, ſiue ſaltem audire deſyderas.
Ego aūt credas uelim neq; me uilia ludicra
hoc inſtituiſſe ſermone, quāuis fortaſſe luda
mus, idq; ipſum tamen nò puerili ſenſu æſti
mandum ſit, neq; parua bona uel mediocria
cogitare. Et tn̄ ſi dicam uitam eſſe quandam
beatā, eandemq́; ſempiternā, quò nos Deo
duce, id eſt, ipſa ueritate gradibus quibuſdā
infirmo greſſui nr̄o accōmodatis perduci cu
piam, uereor ne ridiculus uidear, qui nō re- G
rū ipſarū q̄ ſignificantur, ſed conſideratione
ſignorū tantā uiā aggredi cœperim. Dabis
igitur ueniam ſi prædudo te cū non ludendi
gratia, ſed exercendi uires, & mentis aciem,
quib. regionis illius, ubi beata uita eſt, calo-
rem ac lucē non mō ſuſtinere, uerū & ama-
re poſsimus. AD. Perge potius vt cepiſti; nā
nunq̄ ego contēnenda putē, q̄ tu dicēda uel
agēda putaueris. AVG. Age iā ergo illā partē
conſyderemus, cum ſignis non alia ſigna ſi-
gnificantur, ſed ea quæ ſignificabilia nomi-
namus. Et primū dic mihi, utrū hō, homo ſit.
AD. Nunc uero an ludas neſcio. AVG. Quid
ita? AD. Quia quærendum ex me cenſes,
utrum homo aliud ſit quàm homo. A V G.
Ita credo te illud arbitreris ſi etiam quære-
rem, utrum prima huius nominis ſyllaba a-
liud ſit quàm ho, & aliud quàm mo: AD. Ita
omnino. AVG. At iſtæ duæ ſyllabæ cōiūctæ,
hō eſt, an negabis? AD. Quis neget? A V G. H
Quæro ergo, num tu iſtæ duæ ſyllabæ coniū
ctæ ſint? AD. Nullo modo, ſed uideo quò ten
das. AVG. Dicito ergo, ne me contumelio-
ſum putes. AD. Concludi exiſtimas quod ho
mo non ſim. AVG. Quid? Tu non idem exi-
ſtimas, qui omnia ſuperiora, ex quibus hoc
confectum eſt, uera eſſe concedis? AD. Non
tibi ego dicā quid exiſtimem, niſi prius abs
te audiero, cū quæreres utrum homo homo
ſit, de duabus iſtis ſyllabis, an de re ipſa quam
ſignificant, me interrogaueris? A V G. Tu
potius reſponde ex qua parte acceperis in-

terrogationem meam , nam ſi eſt ambigua,
prius hoc cauere debuiſti, neq; mihi rñdere
antequã certus fieres quonã mõ rogauerim.
AD. Quid. n. me impediret hęc ambiguitas,
cũ ego ad utrunq; rñderim, hõ enim prorſus
hõ eſt. Nam & iſtæ duæ ſyllabę nihil aliud
ſunt, q̃ iſtæ duæ ſyllabæ, & id quod ſignifi-
cant, nihil aliud eſt, quàm id quod eſt, AVG.
Scio hoc quidem, ſed cur hoc ſolum quod
dictum eſt hõ, non ẽt cætera, quæ locuti ſu-
mus, ad utrunq; accepiſti? AD. Vnde enim cõ
uincor quod & cętera non ſic acceperim?
AVG. Vt alia omittam, eam ipſam primam
interrogationẽ meam, ſi totã ex ea parte ac-
cepiſſes. qua ſyllabæ ſonant, nihil mihi reſpõ
I diſſes, poſſem tibi. n. uideri nihil ẽt interro-
gaſſe, nunc uero cum tria uerba ſonuerim,
quorũ unũ in medio repetiui, dicẽs, utrũ hõ,
hõ ſit, primum, & ultimũ uerbũ non ſm ipſa
ſigna, ſed ſm ea, quæ his ſignificantur te ac-
cepiſſe, uel hoc ſolo manifeſtũ eſt, quod ſta
tim certus ac fidens rogationi reſpondendũ
putaſti. AD. Verum dicis. AVG. Cur ergo id
tantum quod in medio poſitum eſt, & ſecun
dũ id quod ſonat, & ſecundum id quod ſigni
ficat, te accipere libuit? AD. Ecce iã totum ex
ea tantum parte, qua ſignificatur, accipio, aſ-
ſentio enim tibi, ſemocinari nos omnino nõ
poſſe, niſi auditis uerbis ad ea referatur ani-
mus, quorũ iſta ſint ſigna. Quare oſtende nũc
quomodo iſta rõcinatione deceptus ſim, qua
me hoĩem non eſſe cõcluditur. A V G. Im-
mo eadẽ rurſus interrogabo, ut ipſe inuenias
ubi lapſus ſis. AD. Bene facis. AVG. Illud er-
go quod primo quæſierã, quia iam dediſti
non quæram. Vide igitur diligentius, utrum
ſyllaba, ho, nihil aliud ſit q̃, ho: & utrũ, mo,
nihil aliud ſit q̃ mo. AD. Hic proſus nihil a-
K liud uideo. AVG. Vide etiam num iſtis dua-
bus iunctis hõ fiat. AD. Nequaquam hoc cõ
ceſſerim, placuit enim recte placuit, ſigno
dato id quod ſignificatur attẽdere, & ex eius
conſyderatione, uel dare, uel negare quod
dr̃. Illæ aũt ſeparatim enunciatæ ſyllabæ, qa
ſine ulla ſignificatione ſonuerũt, hoc eas eſſe
quod ſonuere conceſſum eſt. A V G. Placet
igitur, firmumque animo tenes non rñdẽdũ
eſſe interrogationibus, niſi ex ijs rebus, quæ
uerbis ſignificantur. AD. Non intelligo cur
diſpliceat, ſi modo uerba ſint. AVG. Vellem
ſcire quõ illi reſiſteres, de quo iocanter ſole
mus audire, q̃ ex eius ore cũ quo diſputabat,
leonẽ proceſsiſſe concluſerit. Cũ. n. quæſiſ-
ſet, utrũ ea quæ loqueremur, noſtro ore pro-
cederẽt, atque ille non potuiſſet negare, qđ
facile fuit, egit cũ hoĩe, in loquẽdo leonẽ no
minaret. Hoc ubi factũ eſt, ridicule inſultare
cæpit & premere, ut qm̃, quicqd loquimur
ore noſtro exire cõfeſſus erat, & leonẽ ſe lo
cutũ eſſe nequibat abnuere, hõ nõ malus tan
immanem beſtiã uideret uomuiſſe. AD. Mi
nime uero erat arduum ſcurrę huic reſiſtere
non enim concederẽ ore noſtro exire quod
cunq; loquimur, nam q̃ loquimur, ea ſignif
mus. Non autem res q̃ ſignificant, ſed ſigni
quo ſignificant, loquentis ore ꝓcedit niſi cu
ipſa ſigna ſignificant. qđ genus pauloante tr L
ctauimus. A V G. Bene tu quidẽ hoc mõ ad
uerſus illum eſſes paratus, ueruntamen mih
quid rñdebis, utrũ homo nomẽ ſit requirẽt.
AD. Quid niſi eſſe nomen? AVG. Quid cun
te uideo, num nomen uideo? AD. Nõ. AVG
Viſne igitur dicã quod ſequit? AD. Ne quæ
ſo, nã mihi ipſe renuncio hoĩem nõ eſſe, qu
nomen eſſe rñderim, cũ hõ utrũ nomẽ eſſe
inquireres. Iã. n. placuerat, ex ea re quæ ſign
ficaretur, aut aſſentiri, aut negare quod dic
tur. A V G. At mihi uidetur non te fruſtra i
hanc reſponſionẽ decidiſſe, nã uigilantiam
tuam mentibus noſtris indita ipſa lex rõn
euicit, nã ſi quærerem quid eſſet homo, rñd
res fortaſſe animal, ſi aũt quærerẽ, q̃ pars or
tionis eſſet homo, nullo mõ poſſes recte rñ
dere, niſi nomen. Quamobrem cũ hõ & no
men eſſe, & animal inueniatur, illud dicitu
ex ea parte qua ſignum eſt, hoc ex parte re
quam ſignificat. Qui ergo quærit, utrum h
nomen ſit, nihil ei aliud, q̃ nomen eſſe reſp
deam, ſatis. n. ſignificat ex ea parte ſe uell
audire, qua ſignum eſt. Si aũt quærit utrun
animal ſit, multo procliuius annuam, qm̃
M tacens & nomen & animal, tantum quid e
ſet homo requireret, placita illi loquendi r
gula ad id quod duabus ſyllabis ſignificatu
animus curreret. Neque quicquam reſpon
deretur, niſi animal, uel etiam tota definiti
diceretur, id eſt, animal rationale mortale
An tibi non uidetur? A D. Prorſus videtu
Sed cum eſſe nomen conceſſerimus, quõ i
lam concluſionem nimis cõtumelioſam eu
tabimus, qua nos homines non eſſe confic
tur? AV G. Quomodo putas, niſi docend
non

non ex ea parte illatam, qua interroganti aſ-
ſentiebamur: aut ſi ex ea parte illam ſe fateatᷓ
inferre, nullo mō eſſe formidandam. Quid
.n.metuam hominem. i. tres iſtas ſyllabas nō
eſſe me confiteri? AD. Nihil eſt verius. Cur
ergo animum offendit, cum dicitur: Non es
igitur homo, cum ſecundum illa conceſſa ni
A hil verius dici potuerit? A V G V. Quia non
poſſum non putare ad id concluſionem re-
ferri, quod his duabus ſyllabis ſignificatur, ſi-
mul atque ita verba ſonuerint, ea ſcilicet re-
gula, quæ naturaliter plurimū valet, vt audi-
tis ſignis ad res ſignificatas ferratur intentio.
AD. Accipio quod dicis. A V G. Iam ergo
intelligas volo res quæ ſignificantur, pluris q̃
ſigna eſſe pendendas. Quicquid. n. propter
aliud eſt, vilius ſit neceſſe eſt ēt q̃ id propter
quod eſt: niſi tu aliud exiſtimas. AD. Videtur
mihi non temere hoc eſſe aſſentiendum: nam
cum dicimus, cœnum, longe hoc nomen ar-
bitror rei, quā ſignificat antecellere. Quòd
.n.nos offendit audientes, non ad ipſius ver-
bi pertinet ſonū: cœnum. n.nomen, mutata
vna litera cœlum eſt: inter illa vero q̃ his no-
minibus ſignificātur, quantū diſtet videmus.
Quamobrem nequaquam huic ſigno tribue
rim, quod in re quam ſignificat odimus, &
propterea hoc illi iure antepono: libētius.n.
hoc audimus, q̃ vllo ſenſu illud attingimus.
A V G. Viglantiſsime oīno. Itaq; falſum eſt
oēs res pluris, q̃ earū ſigna eſſe pendendas.
AD. Ita videtur. A V G. Dic ergo mihi, quid
arbitreris eos ſecutos eſſe, qui huic rei tā fœ-
dæ atque aſpernabili nomen indiderunt, vel
B vtrum eos probes vel improbes? AD. Ego ve
ro illos nec probare nec improbare audeo,
nec quid fuerint ſecuti, ſcio. A V G. Poteſne
ſaltē ſcire qđ tu ſequaris, cū hoc nomē enū-
cias? AD. Hoc plane poſſum: nā ſignare vo-
lo, vt eum cum quo loquor, doceā vel admo
neam de re illa, qđ eū doceri vel admoneri
oportere arbitror. A V G. Quid ipſum doce
re aut admonere, ſiue doceri aut admoneri,
qđ vel exhibes, cōmode ꝑ hoc nomen, vel
exhibetᷓ tibi, nonne charius, q̃ ipſum nomen
habendum eſt? A D. Concedo ipſam ſcīam,
q̃ per hoc ſignm euenit, eidem ſigno eſſe an-
teponendam: ſed non ideo etiam rem ipſam
puto. AVGV. In illa igitur ſententia noſtra,
quanquam ſit falſum, res omnes ſignis ſuis
præponi oportere: non tamen falſum eſt, oē

quod propter aliud eſt, vilius eſſe quā id ꝑꝑ
quod eſt. Cognitio quippe cœni, ꝑꝑ quam
hoc nomen eſt inſtitutum, pluris habēda eſt,
ipſo nomine, quod eidem cœno præponen-
dū eſſe comperimus. Non.n.ob aliud iſta co
gnitio, ſigno, de quo agimus, antelata eſt, niſi
quia illud ꝑꝑ hanc, non hæc ꝑꝑ illud eſſe cō C
uincitur. Nam ita cū quidā vorator, qui ven-
tris ab Apoſtolo dr̄ cultor, diceret iō ſe viue- *Rom. 16.*
re, vt veſceretur: non tulit qui audiebat frugi *Phil. 3.*
hō, & Quanto inquit, melius iō veſceris vt vi
ueres? Vterq; tamen ex eadem iſta regula lo-
cutus eſt: nā neq; alia de cauſa ille diſplicuit,
niſi ꝙ vitam ſuam tam paruipenderet, vt eā
duceret gutturis voluptate viliorem, dicēdo
ſe ꝑꝑ epulas viuere: neq; id ob aliud iure lau
datᷓ, niſi qđ iis duobus quid ꝑꝑ quid fieret,
hoc eſt, quid cui ſubiectū eſſet intelligens, ci-
bandū potius, vt viuamus, q̃ viuendū, vt cibe
mur, admonuit. Similiter & tu fortaſſe, & q-
libet hominū non imperite res ęſtimantium,
dicenti: cuipiam loquaci amatoriq; verborū
iō doceo vt loquar, reſponderetis: Homo,
cur non potius iō loqueris, vt doceas? Quod
ſi hæc vera ſunt, ſicuti eſſe cognoſcis, vides
profecto quanto verba minoris habēda ſint,
q̃ id propter qđ utimur verbis, cum ipſe vſus
verborū iā ſit verbis anteponendus: verba.n.
ſunt, vt his vtamur. Vtimur enim his ad docē
dum. Quanto eſt ergo melius docere q̃ loq,
tanto melior eſt, q̃ verba, locutio. Multo er-
go melior doctrina q̃ verba. Sed cupio audi- *Doctrina*
re quid forte ꝯdicendū putes. AD. Aſſentior *melior eſt*
quidē meliorē, q̃ verba eſſe doctrinam: ſed *q̃ uerba.*
vtrum aduerſus iſtam regulam, qua dicitur, D
Omne quod propter aliud eſt, inferius eſſe
quam id propter quod eſt, nihil ſit qđ obijci
poſsit, ignoro. AVG. Alias hoc opportunius
diligentiusq; tractabimus. Nunc illud quod
concedis, ſatis eſt ad id quod conficere ſtu-
deo. Das enim cognitionem rerum, q̃ ſigna
rerum eſſe chariorem. Quamobrē cognitio
rerum quæ ſignificantur, cognitioni ſignorū
anteferenda eſt. An tibi non videtur? A D.
Num ego cognitionem ſignorum cognitio-
ne rerū, ac non ſignis ipſis præſtantiorē eſſe
conceſsi? Quare vereor vt hic tibi aſſentiar.
Quid ſi enim, vt cœlum nomen melius eſt ea
re, quā ſignificat, ita & huius nominis cogni-
tio cognitioni quoque illius rei eſt a..eponē
da: quanuis ea cognitione ſit ipſum nomen

inferius? Quatuor quippe funt: nomen, &
res, cognitio nominis, & cognitio rei. Sicut
ergo primũ fecundo, cur non tertiũ quarto
antecellat? Sed fi non antecellat, non ẽt fubij-
ciendũ eft. AVG. Mire oĩno te video & te-
E nuiffe quid cõcefferis, & explicaffe quid fen
feris, Sed (vt opinor) intelligis, hoc tibi trifyl
labum nomen, quod fonat cũ dicimus. Vitiũ,
melius effe q̃ id quod fignificat, cum ipfius
cognitio nominis multo fit inferior cogni-
tione vitiorũ. Licet itaq; cõftituas ẽt ifta qua-
tuor atque confideres, nomẽ & rẽ, cognitio-
nem nominis & cognitionẽ rei. Primum fe-
cundo iure prę ponimus. Hoc.n. pofitum no
men in carmine, cum ait Perfius. Sed ftupet
Satyrâ, hic vitio, nõ modo nihil vitij fecit in verfu,
Nempe. fed nonnihil ẽt ornatus dedit: cum tamen res
ipfa, q̃ fignificatur hoc nomine, in quocunq;
ineft, cogit effe vitiofum. At non ita & tertiũ
quarto, fed quartum tertio videmus excelle-
re. Huius.n. cognitio nominis vilis eft p̃ co-
gnitione vitiorũ. AD. Etiamne cũ ifta cogni-
tio miferiores facit, cenfes effe prę ferendam?
Nã idem Perfius omnibus pœnis, quas tyran
norum vel crudelitas excogitauit, vel cupi-
ditas pendit hanc vnam anteponit, qua cru-
ciantur homines, qui vitare non poffunt, co-
gũtur agnofcere. AVG. Potes hoc mõ cogni-
tioni huius nominis ipfam quoq; virtutum
cognitionẽ negare p̃ferẽdam: quia virtutem
videre nec tenere, fuppliciũ eft: quod idẽ ille
Satyricus tyrannus vt puniantur, optauit. AD.
Deus hanc auertat amẽtiam. Iam. n. intelligo
F non ipfas cognitiones, quibus animum im-
buit optima omnium difciplina, effe accufan
das, fed eos omnium miferrimos iudicãdos,
ficut & Perfium iudicaffe arbitror, qui tali
morbo affecti funt, cui nec tanta medicina
fubueniat. AVG. Bene intelligis, fed quoquo
modo fe habeat Perfiana fnĩa, quid ad nos?
Non.n. horum authoritati fubiecti fumus in
talibus rebus. Deinde fi qua cognitio cui co-
gnitioni prę ferenda fit, non hic facile eft ex-
plicare: fatis habeo, quod effectum eft, cogni
tionem rerum quę fignificantur, etfi non co-
gnitione fignorum, ipfis tamen fignis effe po
tiorem. Quare iam illud magis magisque di-
Signare- fcutiamus, quale fit genus rerum, quas fine fi-
bus illu- gnis monftrari poffe dicebamus per feipfas,
ftrātur. vt loqui, ambulare, federe, iacere, atq; huiuf-
Cap.10. modi cętera. AD. Iã recolo quid dicas. AVG.
Omnia ne tibi videntur, quę interrogati mox
agere poffumus fine figno poffe monftrari
an aliquid excipis? AD. Ego etiam atque etiã
genus hoc totum cõfiderans, nihil adhuc in-
uenio, qđ fine figno valeat doceri, nifi forte
locutionem, & fi forte idipfum quifpiã q̃rat,
quid fit docere. video.n. eum quicquid poft G
eius interrogationem fecero, vt difcat, ab ea
ipfa re non difcere q̃ fibi demonftrari cupit:
nam fi me ceffantẽ, vt dictũ eft, uel aliud agẽ-
tem roget quifpiã, quid fi ambulare, & ego
ftatim ambulando, eũ qđ rogauit fine figno
coner docere, vnde cauebo ne id tantum pu
tet effe ambulare, quãtum ego ambulauero?
Quod fi putauerit, decipiet. Quifquis.n. plus
minusue q̃ ego ambulauerit, hunc ille ambu
laffe non arbitrabitur: & qđ de hoc vno ver-
bo dixi, tranfit in oĩa q̃ fine figno monftrari
poffe confenferã, p̃ter duo illa q̃ excipimus.
AVG. Accipio quidẽ iftud. Sed nonne tibi vr̃
aliud effe loqui, aliud docere? AD. Videt̃ fa-
nè. Nam fi effet idẽ, non doceret quifquã nifi
loquens: cũ vero & aliis fignis prę ter verba
multa doceamus, quis de ifta differentia dubi
tauerit? AVG. Quid docere & fignificare, ni-
hilne intereft, an aliquid differunt? AD. Idem
puto effe. AVG. Nonne recte dicit qui dicit,
ideo nos fignificare vt doceamus? AD. Recte
prorfus. AVG. Quid fi dicat alius, ideo nos
docere vt fignificemus, nonne facile fuperio
re fententia refelletur? DA. Ita eft. AVGV. Si
ergo fignificamus vt doceamus, nõ docemus
vt fignificemus: aliud eft docere, aliud fignifi
care. AD. Verum dicis, nec recte idem effe H
vtrunque refpondi. AVG. Nunc illud refpõ-
de, vtrum qui docet quid fit docere, fignifi-
cãdo id agat, an aliter? AD. Non video quo-
modo aliter pofsit. AVG. Falfum eft igitur
quod pauloante dixifti, doceri rẽ poffe fine
fignis, cum quę ritur quid fit ipfum docere:
qñ ne hoc quidẽ videmus fine fignificatione
agi poffe, cum aliud effe fignificare, aliud do
cere conceſſeris. Si enim diuerfa funt, ficut
apparet, neque hoc nifi per illud oftenditur,
non per fe vtique oftenditur, ficut tibi vifum
erat. Quamobrem nihil adhuc inuentum eft,
quod monftrari per feipfum queat prę ter lo
cutionem, quę inter alia fe quoque fignifi-
cat: quę tñ cum ẽt ipfa fignum fit, nondum
prorfus extat quod fine fignis doceri poffe
videatur. AD. Nihil habeo cur non affen-
tiar.

I tiar.AVG.Confectum est igit, & nihil sine si
gnis doceri,& cognitioné ipsam signis quib.
cognoscimus, chariorẽ nobis esse oportere:
quanuis non oĩa, quæ significantur posint
suis signis esse potiora.AD.Ita vr̃.AVG.Quã-
to tandẽ circuitu res tantilla peracta sit, me-
ministine quæso? Nam ex quo inter nos ver-
ba iaculamur,quod tandiu fecimus, hæc tria
ut inuenirentur,laboratũ est:vtrum nihil sine
signis posit doceri: & vtrum sint q̃dã signa
rebus,quas significant, præferenda: & vtrum
melior q̃ signa sit rerum ipsa cognitio. Sed
quartũ est,quod breuiter abs te vellẽ cogno-
scere vtrumnam ista inuenta sic putes, vt iã
de his dubitare non posis. AD. Vellẽ quidẽ
tantis ambagibus atq; anfractibus esse ad cer
ta peruẽtũ,sed & ista rogatio tua nescio qũo
me solicitat, & ab assensione deterret. Vide-
ris.n.mihi non hæc de me fuisse quæsiturus,
nisi haberes quod ꝯ̈diceres: & ipsa rerũ im-
plicatio totũ me inspicere, ac securum rñde
re non finit,verentẽ ne quid in tantis inuolu
cris lateat, quod acies mentis meæ lustrare
non posit.AVG. Dubitationem tuã non in-
uitus accipio: significat. n. aĩum minime te-
K merarium, quæ custodia trãquillitatis est ma
xima. Nam difficillimum oĩno est non ꝑtu-
bari, cũ ea quæ quasi certa prona & procli-
ui approbatione tenebamus, ꝯ̈riis disputa-
tionibus labefactantur, & quasi extorquẽtur
è manib. Quare vt æquum est,bene conside-
ratis perfectisq; rõnibus cedere, ita incogni-
ta ꝓ cognitis hr̃e periculosum. Metus est .n.
ne cũ sæpe subruunt, quæ firmisimæ statura
& mansura præsumimus,in tm̃ od ũ vel timo
rem rõnis incidamus,vt ne ipsi quidẽ perspi-
cuæ veritati fides habenda videatur. Sed age
nunc expeditius retractemus, vtrũ recte ista
dubitanda putaueris.Nã q̃ro abs te si quisquã
ignarus deceptionis auium, q̃ calamis & vi-
sco affectatur, obuiam fieret aucupi, armis
quidẽ suis instructo,nõ tñ aucupanti,sed iter
agenti,quo viso premeret gradũ, secumq; vt
sit admirans cogitaret & quæreret, quidnam
sibi hoĩs ille vellet ornatus: auceps aũt cũ in
se videret attentum,ostentandi se studio can-
nas expediret, & prope animaduersam ali-
quam auiculam fistula & accipitre figeret, su
bigeret,& caperet,nonne illum spectatorem
suum doceret nullo significatu, sed re ipsa
L quod ille scire cupiebat? AD. Metuo nequid
hic tale sit,quale de illo dixi, qui quærit quid
sit ambulare. Neq;.n.uideo & hic totũ illud
aucupiũ esse monstratũ. AVG. Facile est hac
cura te exuere. Addo enim, si ille ita intelli-
gens esset, vt ex hoc quod vidit totum illud
genus artis agnosceret.Satis est nanque ad rẽ,
de quibusdam rebus tametsi nõ omnibus, &
quosdam homines docere posse sine signo.
AD.Hoc ẽt ego possum illi addere. Si enim
sit bene intelligens paucis pasibus ambula-
tione monstrata, totũ quid sit ambulare co-
gnoscet.AVG.Facias ꝑ me, licet, nec tm̃ ni-
hil resisto,verumetiã faueo. Vides.n.ab vtra-
que nostrũ id effici, vt quædã quidẽ doceri
sine signis queant,falsumq; illud sit qđ nobis
pauloante videbat, nihil esse omnino quod
sine signis posit ostendi.Iam enim ex his nõ
vnum aliquid, aut alterum, sed milia rerum
omnino occurrunt, q̃ nullo signo dato ꝑ se-
ipsa monstrentur.Quid.n.dubitemus oro te?
Nã vt hoĩum omittam innumerabilia specta
cula in oĩb. theatris sine signo ipsis rebus ex-
hibentium, solẽ certe istũ lucemq; hæc oĩa
perlustrantẽ atque vestientẽ, lunã & cætera
sydera,terras & maria, quæq; in his innume- M
rabiliter gignunt, nonne ꝑ seipsa exhibet at-
que ostendit Deus,& natura cernentibus?Qđ
si diligentius consideremus, fortasse nihil in-
uenies, qđ per sua signa discat. Cum.n.mihi
signũ datur,si nescientẽ me inuenit,cuius rei
signũ, sit,docere me nihil põt. Si vero scien-
tẽ,quid disco per signũ? Non.n.mihi rẽ quã
significat ostendit verbum cũ lego. Et Sara- *Daniel.*
ballæ eorũ non sunt immutatæ. Nam si quæ-
dam capitum tegmina nuncupantur hoc no-
mine, num ego hoc audito, aut q̃d sit caput,
aut quid sint tegmina didici? ante ista noue-
rã,neq; cũ appellarentur ab aliis, sed cum a
me viderentur, eorum est mihi facta notitia.
Etenim cum primum istæ duæ syllabæ cum
dicimus,caput, aures meas impulerunt, tam
nesciui quid significarent,q̃ cum primo audi
rem legeremue,Saraballas.Sed cũ sæpe dice-
rent, caput, notans atque animaduertens qñ
diceretur, reperi vocabulũ esse rei, quę mihi
iam erat videndo notisima. Quod priusquã
reperissem, tantum mihi sonus erat hoc ver-
bum:signum vero esse didici, qñ cuius rei si-
gnum esset inueni, quã quidem, vt dixi non
signatu, sed aspectu didicerã. Itaq; magis si- A
gnum re cognita,q̃ signo dato ipsa res discit.
Quod

Quod vt apertius intelligas, finge nos primũ nũc audire quod dr̃, caput: & neſcientes vtrũ vox iſta ſit tantummodo ſonãs, an aliquid ẽt ſignificans q̃rere quid ſit caput: memẽto nos non rei q̃ ſignatur, ſed ipſius ſigni velle hr̃e notitiã, qua caremus profecto, q̃diu cuius ſignũ eſt ignoramus. Si ergo ita q̃rentibus res ipſa digito demõſtretur, hac conſpecta diſcimus ſignũ qđ audieramus tm̃, nondũ noueramus. In quo tñ ſigno cũ duo ſint, ſonus & ſignificatio, ſonum certe non per ſignũ percipimus, ſed eoipſo aure pulſata, ſignificatio nẽ aũt re q̃ ſignatur aſpecta. Nã illa intentio digiti ſignare nihil aliud põt, q̃ illud in quod intenditur digitus. Intentus eſt aũt non in ſignũ, ſed in mẽbrum qđ caput vocat̃. Itaque

B per illã neq; rem poſſum noſſe quã nouerã, neq; ſignũ in qđ intentus digitus non eſt. Sed de intentione digiti non nimis curo, quia ipſius demonſtrationis ſignũ mihi vr̃ potius, q̃ rerũ aliquarũ q̃ demonſtrant̃. Sicut aduerbiũ qđ ecce dicimus: nã & cũ hoc aduerbio digitum ſolemus intendere, ne vnũ demonſtrandi ſignum non ſit ſatis. Et id maxime tibi nitor perſuadere, ſi potero, p ea ſigna q̃ verba appellantur nos nihil diſcere: potius.n. vt dixi, vim verbi, id eſt, ſignificationem quæ latet in ſono, re ipſa quæ ſignificatur cognita diſcimus, q̃ illã tali ſignificatione percipimus. Et qđ dixi de capite, hoc etiam de tegminibus, deq; alijs rebus innumerabilib. dixerim. quas tñ cum iã nouerim, Saraballas adhuc vſque non noui: quas mihi ſi geſtu quiſpiã ſignificarit aut pinxerit, aut aliquid cui ſimiles ſunt, oſtenderit, ne dicã non me docuerit, quod facile obtinerem, ſi paulo amplius loq vellẽ, ſed dico id quod proximũ eſt, non verbis docuerit. Quod ſi eis forte conſpectis, cũ ſimul adero me admonuerit, dicens: Ecce Saraballa, diſcam rem quã neſciebam, non per verba quæ dicta ſunt, ſed per eius aſpectũ, p quẽ factũ eſt, vt ẽt nomen illud quid valeret, noſcerem ac tenerẽ. Non.n. cũ rẽ ipſam didici, verbis alienis credidi, ſed oculis meis: illis tñ fortaſſe vt attenderem credidi. i. vt aſpectu

C q̃rerem, quid viderem. Hactenus verba valuerunt, quibus vt plurimum tribuam, admonẽt tantum, vt quæramus res, non exhibent vt nouerimus. Is me aũt aliquid docet, qui vel oculis, vel [illegible] corpori[illegible]nſui, vel ipſi etiam mẽti pbet ea quæ cognoſcere volo. Verbis igit̃ niſi verba non diſcimus, immo ſonitum ſtrepitumq; verborum: nam ſi ea quæ ſigna non ſunt, verba non pñt, quanuis iã auditum verbum, neſcio tñ verbũ eſſe, donec quid ſignificet ſciam. Rebus ergo cognitis, verborum quoq; cognitio perficitur: verbis vero auditis, nec verba diſcuntur. Non.n. ea verba quę nouimus, diſcimus: aut q̃ non nouimus, didiciſſe nos poſſumus confiteri, niſi eorũ ſignificatione percepta, quæ non auditione vocũ emiſſarũ, ſed rerũ ſignificatarum cognitione contingit. Veriſsima quippe rõ eſt, & veriſsime dr̃ cum verba proferuntur, aut ſcire nos quid ſignificent, aut neſcire. Si ſcimus, cõmemorari potius q̃ diſcere: ſi aũt neſcimus, nec cõmemorari quid ẽ, ſed fortaſſe ad quærendum admoneri. Quod ſi dixeris, tegmina q-

D dem illa capitum, quorũ nomen ſono tantũ tenemus, nõ nos poſſe, niſi viſu cognoſcere, neq; nomen ipſum plenius, niſi ipſis cognitis noſſe: qđ tñ de ipſis pueris accepimus, vt Dan. regem ac flammas fide ac religione ſuperauerint, quas laudes dño cecinerint, quos honores ab ipſo ẽt inimico meruerint, num aliter niſi per verba didicimus? Rñdebo, cuncta q̃ illis verbis ſignificata ſunt, in noſtra notitia iam fuiſſe. Nam quid ſint tres pueri, quid fornax, quid rex, quid denique illæſi ab igne, cæteraq; oĩa iam tenebam, q̃ verba illa ſignificant. Ananias vero & Azarias & Miſael tã mihi ignoti ſunt q̃ Saraballæ: nec ad eos cognoſcendos hæc me nomina quicquam adiuuerunt, aut adiuuare iam potuerunt. Hęc aũt omnia quæ in illa leguntur hiſtoria, ita illo tẽpore facta eſſe, vt ſcripta ſunt, credere me potius, q̃ ſcire confiteor: neque iſtam dr̃iam ijdem ipſi quibus credimus neſcierunt. Ait Iſa. 7 .n. propheta: Niſi credideritis, non intelligetis. Quod non dixiſſet profecto, ſi nihil diſtare iudicaſſet. Quod ergo intelligo, id etiam credo: at non omne quod credo, etiam intelligo. Omne aũt quod intelligo, ſcio: non oẽ quod credo, ſcio: nec ideo neſcio q̃ ſit vtile credere etiam multa quæ neſcio. Cui vtilitati hanc quoq; adiungo de tribus pueris hiſtoriam: quare pleraq; cum ſcire non poſsim, quanta tamẽ vtilitate credantur, ſcio. De vniuerſis autem quæ intelligimus, non loquentem, qui pſonat foris, ſed intus ipſi menti pſidentem conſulimus veritatem, verbis fortaſſe vt conſulamus admoniti. Ille autem qui

Credere & ſcire quid differant. Cap. 11.

con-

conſulitur,docet,q in interiore homine ha-
bitare dictus eſt Chriſtus. i. incommutabilis
Dei uirtus atq; ſempiterna ſapiẽtia, quã qui
dẽ omnis rõnalis anima conſulit,ſed tñ cui-
que panditur, quantũ capere ꝑꝑ propriã, ſi-
ue malã,ſiue bonã uoluntatẽ põt. Et ſi qñ fal
litur,nõ fit uitio conſultæ ueritatis, ut neque
huius q̃ foris eſt lucis uitiũ eſt, ꝙ corporei
oculi ſæpe fallunt, quam lucẽ de rebus uiſi-
bilibus conſuli fatemur, ut eas nobis quantũ
cernere ualemus, oſtendat. Quod ſi & de co
loribus lucẽ,& de cęteris quę per corpus ſen
timus, elementa huius mundi eademq; cor-
pora q̃ ſentimus ſenſusq; ipſos quib. tanquã
interpretibus ad talia noſcenda mens utit,de
ijs aũt quæ intelliguntur, interiorẽ ueritatem
rõne conſulimus, quid dici põt vñ clareat,
F uerbis non aliqd diſcere præter ipſum q au-
res percutit ſonũ? Nãq; omnia q̃ ꝑcipimus,
aut ſenſu corporis,aut mente ꝑcipimus. Illa
ſenſibilia,hæc intelligibilia, ſiue ut more no
ſtrorũ authorum loquar, illa carnalia, hæc
ſpiritualia nominamus. De illis dum interro
gamur,reſpondemus, ſi præſto ſunt ea q̃ ſen
timus, uelut cũ à nobis quæritur intuentib.
lunam nouam,qualis aut ubi ſit. Sic ille q in
terrogat,ſi non uidet, credit uerbis, & ſæpe
non credit. Diſcit aũt nullo mõ, niſi & ipſe
qđ dr̃ uideat, ubi iam non uerbis quæ ſonue
runt,ſed rebus ipſis & ſenſibus diſcit. Nã uer
ba eadẽ ſonant uidenti, quæ non uidenti ẽt
ſonuerãt.Cum uero non de ijs, quæ corã ſen
timus,ſed de ijs quæ aliqñ ſenſimus, quærit,
non iam res ipſas, ſed imagines ab eis imp̃ſ-
ſas memoriæque mandatas loquimur, quæ
omnino quomodo uera dicamus, cum falſa
intueamur,ignoro,niſi quia non nos ea uide
re ac ſentire,ſed uidiſſe ac ſenſiſſe narramus.
Ita illas imagines in memoriæ penetralibus
rerum ante ſenſarum quædam documenta
geſtamus, quæ animo contemplantes bona
conſcientia non mentimur cum loquimur,
G ſed nobis ſunt iſta documenta : Is autem qui
audit,ſi ea ſenſit atque affuit, non diſcit meis
uerbis,ſed recognoſcit ablatis ſecum & ipſe
imaginibus.Si autem illa non ſenſit,quis non
credere potius uerbis q̃ diſcere intelligat?Cũ
uero de ijs agitur quæ mente conſpicimus,
id eſt,intellectu atque ratione,ea quidẽ loq-
mur quæ præſentia contuemur in illa interio
re luce ueritatis,qua ipſe q dr̃ hõ interior,il-
luſtraẽ & fruitur,ſed nũc quoq; noſter audi-
tor, ſi & ipſe illo ſecreto ac ſimplici oculo
uidet,nouit qđ dico ſua contẽplatione, non
uerbis meis. Ergone hunc quidẽ doceo uera
dicẽs uera intuentẽ,doceẽ.n.nõ uerbis meis,
ſed ipſis rebus Deo intus pandente manife-
ſtius. Itaq; de his ẽt interrogatus rñdere poſ-
ſet.Quid aũt abſurdius, q̃ eũ putare locutio-
ne mea doceri,qui poſſet, antequã loquerer,
ea ipſa interrogatus exponere? Nam qđ ſæpe
contingit, ut interrogatus aliquid neget, at-
que ad id fallendũ aliis interrogationibus ur H
geatur, fit ut imbecillitate cernentis, qui de
re tota illã lucẽ conſulere non põt, quod ut
partibus faciat, admoneẽ,cum de iſtis partib.
interrogatur,quib. illa ſumma cõſtat, quã to
tã cernere non ualebat. Qđ ſi uerbis perdu-
citur eius q interrogat,nõ tñ docentib. uer-
bis, ſed eo mõ inquirentib. quo mõ eſt ille à
quo q̃ritur intus diſcere idoneus, uelut ſi abs
te q̃rerẽ hoc ipſum qđ agitur, utrumnã uer-
bis doceri nihil poſſit,& abſurdũ tibi primo
uidereẽ nõ ualẽti totũ cõſpicere.Sic ergo q̃re
re oportuit, ut tuæ ſeſe uires habeãt ad audiẽ
dum illũ intus magiſtrũ, ut dicerem ea q̃ me
loquente uera eſſe cõfiteris & certus es, & te
illa noſſe confirmas. Vnde didiciſti, rñderes
fortaſſe ꝙ ego docuiſſem. Tum ego ſubne-
cterẽ, Quid ſi me hominẽ uolantem uidiſſe
dicerẽ, itane te certum uerba mea redderẽt,
quemadmodum ſi audires ſapientes homi-
nes ſtultis eſſe meliores? Negares ꝓfecto &
reſponderes, illud te nõ credere,aut ẽt, ſi cre I
deres ignorare,hoc autẽ certiſſime ſcire. Ex
hoc iã nimirũ intelligeres, neq; in illo quod
me affirmante ignorare, neq; in hoc quod
optime ſcire aliqd te didiciſſe uerbis meis,
quandoquidem etiam interrogatus de ſingu
lis,& illud ignotum, & hoc tibi notũ eſſe iu-
rares. Tum uero totum illud qđ negaueras,
fatereris,cum hæc ex quibus conſtat clara &
certa eſſe cognoſceres,omnia ſcilicet quę lo-
quimur, aut ignorare, auditorem utrũ uera
ſint,aut falſa eſſe non ignorare, aut ſcire ue-
ra eſſe.Horum trium in primo aut credere,
aut opinari,aut dubitare, in ſecundo aduerſa
ri atq; renuere, in tertio atteſtari,nuſquã igi
tur diſcere. Quia & ille q poſt uerba noſtra
rem neſcit, & q ſe falſa nouit audiſſe, & qui
poſſet interrogatus eadẽ reſpondere quæ di-
cta ſũt, nihil uerbis meis didiciſſe cõuinciẽ.
Quam-

Oratio nō semper patefacit animum.

Cap. 13.

Quamobrem in ijs ēt q̄ mēte cernuntur, frustra cernētis loquelas audit quiſquis ea cernere non pōt, niſi quia talis, quādiu ignorantur, utile eſt credere. Quiſquis aūt cernere poteſt, intus diſcipulus ueritatis, foris iudex lo-[illegible]ntis, uel potius ipſius locutionis. Nā ple[illegible]mq; ſcit illa q̄ dicta ſunt eoipſo neſciente ꝗ dixit Veluti ſi quiſquam Epicureis credēs, & mortalē animā putans, eas rōnes quæ de immortalitate eius à prudentioribus tractatę ſunt, eloquaẗ illo audiēte ꝗ ſpiritualia contueri pōt.

K Iudicat iſte eū uera dicere. At ille ꝗ dicit, utrū uera dicat ignorat, immo falſiſsima exiſtimat. Nū igiẗ putandus eſt docere, q̄ neſcit? At qui ijſdē uerbis utiẗ, quibus uti ēt ſciens poſſet. Quare iā ne hoc quidē relinꝗtur uerbis, ut his ſaltē loquentis aīus iudiceẗ. Siquidē incertū eſt, utrū ea quæ loquiẗ ſciat. Adde mentientes atq; fallentes, ꝑ quos facile intelligas nō mō nō aperiri, uerū ēt occultari animū uerbis. Nā nullo mō ambigo id conari uerba ueraciū, & id quodāmodo ꝓfiteri, ut animus loquentis appareat, ꝙ id obtineret oībus concedentibus, ſi loqui mentientibus non liceret. Quāquam ſæpe experti fuerimus & in nobis & in aliis, non earum rerū quæ cogitantur uerba proferri, qđ duob. modis poſſe accidere uideo, cū aut ſermo memoriæ mandatus & ſæpe decurſus alia cogitantis ore funditur. Quod nobis cū hymnum canimus ſæpe contingit, aut cū alio pro aliis uerba præter uoluntatē noſtrā linguæ ipſius errore proſiliunt. Nam hic quoq; non earū rerum ſigna, quas in aīo habemus, audiūtur. Nā mentientes quidem cogitant ēt de ijs rebus quas loquūtur, ut tametſi neſciamus an

L uerum dicant, ſciamus tamen eos, in animo habere quod dnt, ſi non eis aliquid duorū q̄ dixi, accidat. Quæ ſiquis & interdū accidere cōtendit, & cū accidit apparere, quanꝗ̄ ſæpe occultum eſt, & ſæpe me fallit audientem, non reſiſto. Sed his accidit aliud genus, ſanè late patens, & tamen innumerabilium diſſenſionum atq; certaminum, cum ille qui loquitūr, eadē quidē ſignificat, q̄ cogitat, ſed plerunq; tm̄ ſibi & aliis quibuſdam, ei uero cui loquitur, & item aliis nonnullis, non idē ſignificat. Dixerit enim aliquis audientibus nobis, ab aliquibus beluis hominem uirtute ſuperari, nos illico ferre non poſſumus, & hanc tam falſam peſtiferamq; ſententiam magna intentione refellimus, cū ille fortaſſe uirtutē, uires corporis uocet, & hoc nomine id qđ cogitauit enunciet, nec mentiaẗ, nec erret in rebus, nec aliud aliꝗd uoluens animo, mādata memoriæ uerba cōtexit, nec linguę lapſu aliud q̄ uolebat, ſonat, ſed tantummodo rem quā cogitat, alio q̄ nos nomine appellat, de qua illi ſtatim aſſentiremur, ſi eius cogitationē poſſemus inſpicere, quā uerbis iā prolatis explicataq; ſnīa ſua, nondū nobis pādere ualuit. Huic errori definitionē mederi poſſe dicūt, ut in hac qōne ſi definiet ꝗd ſit uirtus, eluceret aiunt nō de re, ſed de uerbo eſſe cōtrouerſiā, quod ut cōcedā ita eſſe, quotus ꝗſque bonus definitor inueniri pōt, & tn̄ aduerſus diſciplinā definiēdi multa diſputata ſunt, quæ neq; hoc loco tractare opportunū eſt, vſquequaq; a me probantur. Omitto quod multa non bene audimus, & quaſi de auditis diu multūq; contendimus: Velut tu per uerbo quodā Punico, cum ego miſericordiam dixiſſem, pietatē ſignificari te audiſſe dicebas ab eis, ꝗbus hæc lingua magis nota eſſet. Ego aūt reſiſtens ꝗd acceperis, tibi omnino excidiſſe aſſerebam. Viſus.n. mihi eras nō pietatē dixiſſe, ſed fidē, cum & coniunctiſsimus mihi aſsideres, & nullo mō hæc duo nomina ſimilitudine ſoni aurem decipiant. Diu te tn̄ arbitratus ſum neſcire quid tibi dictum ſit, cū ego neſcirem quid dixeris. Nā ſi te bene audiſſem, nequaquā mihi uideretur abſurdum pietatē & miſericordiā uno uocabulo Punicè uocari. Hæc plerunq; accidunt, ſed ea ut dixi omittamus, ne calumniam uerbis de audiendi negligentia, vel etiam de ſurditate hominū uideas cōmouere. Illa magis angunt q̄ ſuperius enumeraui, ubi uerbis liquidiſsime aure perceptis & Latinis non ualemus, cum eiuſdem linguæ ſimus, loquentem cogitata cognoſcere. Sed ecce iam remitto & concedo, cum uerba eius auditu cui nota ſunt, accepta fuerint, poſſe illi eſſe notum de ijs rebus, quas ſignificant loquentem cogitauiſſe, num ideo etiam quod nunc quæritur utrum uera dixerit, diſcit? Num hoc magiſtri profitentur, ut cogitata eorum, ac non ipſæ diſciſciplinæ quas loquendo ſe tradere putant, ꝑcipiantur atque teneantur. Nam quis tam ſtulte curioſus eſt, qui filium ſuum mittat in ſcholam, ut quid magiſter cogitet diſcat? At iſtas omnes diſciplinas, quas ſe docere

... iusq; virtutis atq; sapie-
... icauerint, tum illi qui di
cipuli vocantur ... trum vera dicta sint apud
semetipsos consi... erant, interiorem scilicet
illam veritatem pro viribus intuentes. Tunc
ergo discunt. Et cum vera dicta esse intus in-
uenerint, laudant, nescientes non se doctores
potius laudare, quàm doctos, si tñ & illi qd
... quitur, sciunt. Falluntur autem homines,
vt eos q non sunt, magistros vocent, quia ple
runq; inter tempus locutionis & tempus co
gnitionis, nulla mora interponit. Et quoniã
post admonitionem sermocinãtis cito intus
discunt, foris se ab eo qui admonuit, didicis-
se arbitrãtur. Sed de tota vtilitate verborum,
quæ si bene consideretur, non parua est, aliàs
ne Deus siuerit, reqrem⁹. Núc.n.si plus eis, q̃
oportet tribueremus, admonui te: vt iam nõ
crederemus tñ, sed et intelligere incipere-
mus, q̃ vere scriptũ sit authoritate diuina, ne
nobis quenquã magistrũ dicamus in terris,
q vnus omnium magister in cœlis sit. Quid
sit autem in cœlis, docebit ipse à quo etiam
per homines signis admonemur & foris, vt
ad eum intro conuersi erudiamur, quem di-
ligere ac nosse beata vita est, quam se omnes
clamant quærere, pauci autem sunt qui eam
vere se inuenisse lætentur. Sed iam mihi dicas
velim, qd de hoc toto meo sermone sentias?
Si.n.vera esse quæ dicta sunt, nosti, et de sin-
gulis sententijs interrogatus, ea te scire dixis-
ses. Vides ergo a quo ista didiceris. Neq;.n.
a me, cui roganti omnia responderes. Si autẽ
vera esse nõ nosti, nec ego nec ille te docuit.
Sed ego nunquàm possum docere illa, quia
C tu adhuc nõ potes discere. AD. Ego vero di-
dici admonitione verborum tuorũ, nihil a-
liud verbis q̃ admoneri hominem vt discat,
& perparum esse, quod per locutionem ali-
quanta cogitatio loquentis apparet. Vtrum
autem vera dicantur, eum docere solum, qui
se intus habitare dum foris loqueretur, admo
nuit, quem iam fauente ipso tanto ardentius
diligam, quanto ero in discendo prouectior.
Veruntamen huic orationi tuæ, qua perpetua
vsus es, ob hoc habeo maxime gratiã, q om-
nia quæ contradicere paratus eram, præoc-
cupauit atque dissoluit, nihilq; omnino abs
te derelictum est, quo me dubium faciebat,
de quo non ita mihi responderet secretũ il-
lud oraculum, vt tuis verbis asserebatur.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, de Immortalitate animæ. Liber.

D



SI alicubi est disciplina, nec uiu...
nisi in eo quod uiuit, potest, &
semper est, neq; quicquam in
quo quid semper est, potest es-
se non semper, semper uiuit, in
quo est disciplina. Si nos sumus qui ratioci-
namur, idest, animus noster, nec recte ratio-
cinari sine disciplina potest, nec sine discipli
na esse animus, nisi in quo disciplina n õesse,
potest: est in hominis animo disciplina. Est
autẽ alicubi disciplina: nam est, & quicquid
est, nusquam esse non potest. Item disciplina
non potest esse, nisi in eo quod viuit. Nihil
.n. quod non uiuit, aliquid discit. Nec esse in
eo quod nihil discit, disciplina potest. Item
semper est disciplina. Nam quod est, atque
immutabile est, semper sit necesse est. Esse au
tem disciplinam nemo negat. Et quisquis fatẽ
tur fieri non posse, vt ducta per medium cir
culum linea non sit omniũ, quæ non per me-
dium ducũtur, maxima, idq; esse alicuius di-
sciplinæ, immutabilem disciplinam esse non
negat. Item nihil in quo quid semper est, po-
test esse non semper. Nihil enim quod semp
est, patitur sibi subtrahi aliquando id in quo
semper est. Iam vero cum ratiocinamur, ani-
mus id agit. Non enim agit, nisi qui intelligit:
nec corpus intelligit, nec animus auxiliante
corpore intelligit, quia cum intelligere vult,
à corpore auertitur. Quod enim intelligit,
eiusmodi est semper, nihilque corpore eius-
modi est semper. Non igitur potest adiuuare
animum ad intellectum nitentem, cui nõ im
pedire satis est. Item nemo sine disciplina re-
cte ratiocinatur. Est enim recta raciocinatio
a certis ad incertorum indagationem nitens
cogitatio. Nihilq; certum est in animo, quod
ignorat. Omne autẽ quod scit animus in sese
habet, nec ullam rem scientia complectitur,
nisi quæ ad aliquã pertineat disciplinam. Est
.n. disciplina quarumq; rerum scientia. Semp
igitur animus humanus viuit. Ratio pfecto,
aut animus est, aut in aío. Melior aũt ratio
nostra, quàm corpus nostrum. Et corpus
nostrum nonnulla substantia est, & melius
est

Margin notes: ...rõ ... aĩa sit immortalis ab adiacente immortali. c. 1. — 1. Retra. cap. 5. — E — 1. Retra. cap. 5. — Recta rõcinatio qd sit. — 1. Retra. cap. 5. — F — Secunda rõ quia sit immu-

-tabilis, uel adiacētis immutabilis subiectum. Cap. 2.

est esse substantiam, q̃ nihil. Non est igitur rō nihil. Rursum quęcunque harmonia corporis est, in subiecto corpore sit necesse est, inseparabiliter, nec aliud quicquā in illa harmonia esse credat, quod non æque necessario sit in subiecto illo corpore, in quo & ipsa harmonia nō minus inseparabiliter. Mutabile est aūt corpus humanum, & immutabilis ratio. Mutabile est enim omne quod semper eodē modo nō est. Et semper eodē modo est, duo & quatuor & sex. Itē semper eodē modo est quod est, quod quatuor habent duo & duo, hoc aūt non habent duo. Duo igitur quatuor nō sunt. Est autem ista rō immutabilis: igitur ratio est. Nullo modo autem potest mutato subiecto id qđ in eo est, inseparabiliter non mutari. Non est igitur harmonia corporis animus. Nec mors potest accidere immutabilibus reb. Semper ergo animus viuit, siue ipse rō sit, siue in eo ratio inseparabiliter.

G

Viua substātia & immutabilis animus, nec si quō mutabilis, propterea mortalis fit, Kō tertia. ca. 3.

Quædam constantia virtus est, & omnis cōstantia immutabilis est, & omnis virtus potest aliqd agere, nec cum nō agit aliquid, virtus nō est. Omnis porro actio mouet, aut mouet. Aut igitur non omne quod mouet, aut certe non omne quod mouetur mutabile est, aut omne quod alio mouetur, nec mouet ipsum aliqd, mortale est. Neq; mortale quicquam immutabile. Quare de certo iam & sine vlla disiunctione concluditur, non omne quod mouet, mutari. Nullus aūt motus sine substantia: & omnis substantia, aut viuit aut non viuit: atq; omne quod non viuit exanime est: nec est vlla exanimis actio. Illud igit̃ quod ita mouet, vt non mutetur, non potest esse nisi viua substantia. Hæc autem omnis per quoslibet gradus corpus mouet quod mutabile est. Corpus aūt non nisi secundum tempus mouetur: ad hoc enim pertinet tardius, & celerius moueri: conficitur esse quiddam, quod tempore moueat, nec tamē mutet̃. Omne autem quod tempore mouet corpus, tametsi ad vnum finem tendat, tamen nec simul potest omnia facere, nec potest nō plura facere: neq; enim valet, quanuis ope agatur aut perfecte vnum esse, quod in partes secari potest, aut vllum esse sine partibus corpus, aut sine morarum interuallo tempus, aut vero vel breuissima syllaba enuncietur, cuius non tunc finem audias, cum iam nō audis initium. Porrò quod

H

sic agitur, & expectatione opus est, vt peragi, & memoria vt comprehendi queat, quan[do] potest. Et expectatio futurarū rerum est, præteritarum vero memoria. At intentio ad agēdum præsentis est temporis, per quod futuri in præteritum transit, nec cępti motus corporis expectari finis potest sine vlla memoria. Quomodo enim expectatur, vt desinat, quod aut cœpisse excidit, aut omnino motum esse. Rursus intentio peragendi, quę præsens est, [si]ne expectatione finis qui futurus est, non potest esse; nec est quicquam quod aut nondum est, aut iam non est. Potest igitur in agendo quiddam esse, quod ad ea quæ nondum sunt pertineat. Possunt simul in agente plura esse cum ea plura, quæ aguntur, simul esse nō possint. Possunt ergo etiam in mouente, cum in eo quod mouetur, non possint. At quæcunq in tempore simul esse non possunt, & tamen à futuro in præteritum transmittuntur, mutabilia sint, necesse est. Hinc iam colligimus posse esse quiddam quod cum mouet mutabilia, non mutatur. Cum enim non mutatur mouentis intentio perducendi ad finem, quē volet corpus quod mouet, illudque corpus de quo aliquid si eodem motu per momenta mutetur, atque illa intentio perficiendi, quam immutatam manere manifestum est, & ipsa membra artificis, & lignum aut lapidem artifici subiectum moueat, quis dubitet consequens esse, quod dictum est? Non igitur siqua mutatio corpori mouente animo fit, quanuis in eam sit intentus, hinc eum necessario mutari & ob hoc etiam mori arbitrandum est. Potest enim in hac intentione simul & memoriam præteritorum, & expectationem futurorum habere, quæ omnia sine vita esse & in illa mutatione non possunt. Quāquam & si nullus interitus sine mutatione fit, & nulla mutatio sine motu, non tamen omnis mutatio interitum, omnisque motus mutationem operatur. Licet enim ipsum corpus nostrum & motum plerunque qualibet actione, & mutatum certe, vel ætate dicere, tamen nondum interisse, idest, non esse sine vita. Liceat igitur & animum non continuo putare priuari vita, quanquam ei fortasse per motum mutatio nonnulla contingat. Si enim manet aliquid immutabile in animo, quod sine vita esse non possit, animo etiam vita sempiterna maneat necesse est. Nam hoc prorsus, ita se habet,

vt si

i primum est, sit ẜm. Est aũt primũ. Quis
ut alia omittam, aut rõnẽ numerorũ muta
em esse audeat dicere, aut artẽ quãlibet nõ
a rõne constare, aut artem non esse in artifi
, etiam cũ eam non exercet, aut eius esse,
si in animo, aut vbi vita non sit, esse posse,
it quod immutabile est aliqñ esse non pos-
, aut aliud esse artem, aliud rationem? Quã
s enim ars una multarum quasi quidã cœ-
s rationum esse dicatur, tñ ars ẽt una ratio
ici uerissime atq; ĩtelligi põt. Sed siue hoc,
ue illud sit, nõ minus immutabilẽ artẽ esse
onficitur. Artẽ aũt non solũ in animo arti-
cis, sed etiam nusquam esse in animo arti-
cis manifestũ est, idq; inseparabiliter. Nã si
rs ab animo separabitur aut erit præter quã
a animo, aut nusquam erit, aut de animo in
nimũ cõtinuo transibit: At ut sedes arti nulla
ine uita est, ita nec uita cũ rõne ulli nisi ani-
næ. Nusquã porrò esse quod est, uel qđ im-
nutabile est non esse aliquãdo non põt. Si ue
'o ars de animo in animũ transit in illo men
ura deserens istum, nemo artem docet, nisi
amittendo, aut ẽt nõ nisi docentis obliuione
fit aliquis peritus sine morte. Quæ si absurdi
ssima & falsissima sunt, sicuti sunt, immorta
lis est animus humanus. At enim si ars aliqñ
est, aliqñ non est in animo, quod per obliuio
nem atq; imperitiam satis notũ est, nihil ad
eius immortalitatẽ esset argumenti huius cõ
nexio, nisi negetur antecedens hoc mõ, Aut
est aliquid in animo, quod in præsenti cogi-
tatione non est, aut non est in erudito animo
ars musica, cũ de sola geometrica cogitat.
Hoc aũt falsum est, illud igitur uerũ. Non ãt
quicquam se habere animus sentit, nisi qđ
in cogitationem uenerit. Potest igitur aliqd
esse in animo, quod esse in se animus ipse nõ
sentiat. Id aũt quandiu fit, nihil interest. Nan-
que si diutius fuerit in aliis animus occupa-
tus, q̃ ut intentionẽ suã in antecogitata facile
possit reflectere, obliuio imperitia nomi-
natur. Sed cum uel nosipsi nobiscum ratio-
cinantes, uel ab alio bene inetrrogati de qui
busdam liberalibus artibus quædam inueni-
mus, non alibi, q̃ in animo nostro inueni-
M mus. Neq; enim. i. inuenire quod facere, aut
gignere, alioquin æterna gigneret animus in
uentione temporali, nã æterna sæpe inuenit.
Quid. n. tã æternũ, q̃ circuli ratio, uel siquid
aliud in huiuscemodi artib. nec nõ fuisse ali-
qñ, nec non fore coprehenditur? Manifestũ
etiã est immortalẽ esse animum humanũ, &
oẽs ueras rationes in secretis eius esse, quan-
uis eas, siue ignoratione, siue obliuione, aut
nõ habere, aut amisisse uideat. Nũc quatenus *Animus*
accipienda sit animi mutatio, uideamus. Si. n. *nõ muta-*
subiectus est animus arte, in subiecto existen *tur ut de*
te, neq; subiectum immutari potest, quin id *sinat esse*
quod in subiecto est, immutetur, qui possu- *animus,*
mus obtinere immutabilẽ esse artem atq; rõ- *Rõ qu'n-*
nẽ, si mutabilis ánimus, in quo illa sunt, esse *ta. cap. 5.*
conuincitur? Quæ aũt maior, q̃ in ɔ̃ria solet
esse mutatio, & qs negat animum, ut omittã
cætera, stultum aliàs, aliàs uero esse sapientẽ?
Prius ergo quot modis accipiatur, quæ dici
tur animæ mutatio, uideamus, quæ, ut opi-
nor, manifestiores duntaxat clarioresq; no-
bis duæ sunt genere, specie uero plures inue-
niunẗ. Nãq; aut ẜm corporis passiões aut ẜm
suas animas dr̃ ĩmutari. Secũdũ corporis, ut
ꝑ ætates, ꝑ morbos, ꝑ dolores, labores, offen
siones, ꝑ uoluptates. Scđm suas aũt, ut cupiẽ
do, lætãdo, metuẽdo, ægrescẽdo, studẽdo, di
scẽdo. Hæ oẽs mutationes, si non necessario
argumento sunt mori animam, nihil quidẽ A
metuendę sunt per se ipsæ separatim, sed ne
rõni nostræ aduersentur, qua dictũ est, muta
to subiecto oẽ quod in subiecto est necessa-
rio mutari uidendũ est. Sed non aduersanẗ.
Nã illud ẜm hanc mutationem subiecti dici
tur, per quã omnino mutare cogitur nomẽ.
Nam si ex albo cera nigrum colorẽ ducat ali
cunde, non minus cera est. & si ex quadrata
rotũdam formã sumat, & ex molli durescat,
frigescatq; ex calida, at ista in subiecto sunt,
& cera subiectũ. Manet ãt cera nõ magis mi-
nusue cera, cum illa mutẽtur. Potest igiẗ ali-
qua mutatio fieri eorũ, quæ in subiecto sunt,
cum ipsum tñ iuxta id quod hoc est ac diciẗ,
nõ mutetur. At si eorũ quæ in subiecto sunt,
tanta cõmutatio fieret, ut illud quod subesse
dicebatur, dici iam omnino non posset, uelu
ti cum calore ignis cera in auras discedit, eã
que mutationem patitur ut recte intelligatur
mutatũ esse subiectũ, quod cera erat, & cera B
lam non est, nullo modo aliqua rõne quic-
quã eorum, quæ in illo subiecto ideo erant,
quia hoc erat, manere putaretur. Quamobrẽ
si anima subiectũ est, ut supra dixim⁹, in quo
rõ inseparabiliter ea necessitate quoque qua
in subiecto esse monstratur, nec nisi uiua
anima

anima potest esse anima, nec in ea ratio põt esse sine vita, & immortalis rõ, immortalis est anima. Prorsus.n.nullo pacto non existente subiecto suo immutabilis rõ permaneret. Quod eueniret, si tanta accideret animæ mutatio, ut esse nõ animã faceret. i. mori cogeret. Nulla autẽ illarũ mutationũ, q̃ siue p corpus, siue per ipsam animã fiunt, q̃uis utrũ aliquæ per ipsam fiãt.i.quarũ ipsa sit cã, nõ parua sit quæstio, id agit ut animã non animã faciat. Iam igitur non solũ per se uerũ, nec nostris rationibus formidandæ sunt. Ergo incũbẽdum omnibus ratiocinãdi uiribus uideo, ut ratio q̃d sit, & quoties definiri possit, sciatur, vt ſm omnes modos & de animę immortalitate constet. Rõ est aspectus animi, quo p seipsum, non per corpus uerũ intuetur, aut ipsa ueri contemplatio, non per corpus, aut ipsum uerũ quod contẽplatur. Primũ illud in

Rõ quæ ĩcommutabilis est, siue in animo, siue cum aĩo sit, siue aĩus in ea, ab ipso eodem animo separari nequit. Rõ sexta. ca. 6.

C animo esse nemo ambigit. De secundo & tertio quæri potest, sed & secundũ sine animo esse non põt. De tertio magna qõ est, utrũ uerum illud q̃d sine instrumento corporis animus intuetur sit per seipsum, & nõ sit in animo, aut possit esse sine animo. quolibet mõ aũt se res habeat, non id posset cotẽplari animus per seipsum, nisi aliqua coniunctione cũ eo. Nam oẽ quod contẽplamur, siue cogitatione capimus, aut sensu aut intellectu capimus. Sed ea quæ sensu capiuntur, extra ẽt nos esse sentiuntur, & locis continentur, vnde nec percipi quidem posse affirmantur. Ea vero quæ intelliguntur, non quasi alibi posita intelliguntur q̃ ipse qui intelligit animus, simul enim etiam intelliguntur non contineri loco. Quare ista coniunctio intuentis animi, & eius ueri quod intuetur, aut ita est, vt subiectum sit animus, uerum autem illud in subiecto, aut contra subiectum uerum, & in subiecto animus, aut utrunq; substantia. Horum autem trium si primum est, tam est immortalis animus, q̃ ratio secundum superiorem disputationem, ꝙ inesse illa nisi uiuo non potest. Eadem necessitas in secundo est. Nam si uerum illud quod ratio dicitur, nihil habet cõmutabile sicut apparet, nihil cõmutari potest, quod in eo tanq̃ in subiecto est. Remanet igitur omnis pugna de tertio.

D Nam si animus substantia est, & substantia rationi coniungitur, non absurde quis putauerit fieri posse, ut manente illa, hic esse desinat. Sed manifestũ est, quandiu animus à rõne non separatur, eiq; cohęret, necessario eum manere atq; uiuere. Separari aũt qua tandem ui potest? Num corporea, cuius & potentia infirmior, & origo inferior, & ordo separatior? Nullo mõ. Animali ergo? Sed ẽt id qũo An aliter animus potentior quisquis est, contemplari rationẽ non potest, nisi alterũ ind separauerit? At neq; rõ cuiquam contemplanti defuerit, si oẽs contemplentur, & cũ nihil sit ipsa ratione potentius, quo nihil est incõmutabilius, nullo pacto erit animus non d rõni coniunctus eo qui est coniunctus potior. Restat ut aut ipsa ratio à se ipsum separet, aut ipse animus ab ea uoluntate separe Sed nihil est in illa natura inuidẽtiæ, quo m nus fruẽdam se animo præbeat. Deinde qu magis est, eo q̃cq̃d sibi coniũgitur facit ut si cui rei ꝯrius est interitus. Voluntate aũt animũ separari à rõne, nõ minus absurde quis d ceret, si ulla ab inuicem separatio posset est rerũ, quas non continet locus. Q̃d quidẽ dici aduersus oĩa superiora põt, q̃bus alias contradictiones opposuimus. Quid ergo? Iãne concludendum est animum esse immortalẽ? An ẽt si separari non potest, extingui potest? At illa rationis uis ipsa coniunctione afficit animũ, neque.n.non afficere potest, ita profecto afficit, ut ei esse tribuat. Est. n. maxime ipsa ratio, ubi summa ẽt incõmutabilitas intelligitur. Itaq; quæcunq; ex se afficit, cogit esse quodammodo. Non ergo extingui animus potest, nisi à ratione separatus. Separari aũt non potest, ut supra ratiocinati sumus. Non põt igitur interire. At enim auersio ipsa à ratione per quam stultitia cõtingit animo, sine defectu eius fieri non potest, si enim magis est ad rationem conuersus eiq; inhærens, ideo ꝙ inhæret incommutabili rei quæ est ueritas, quæ & maxime & primitus est, cum ab ea est auersus, idipsum esse minus habet, quod est deficere. Omnis aũt defectus tendit ad nihilum, & interitum nullum magis proprie oportet accipi, quàm cũ id quod erat, nihil fit. Quare tendere ad nihilum, est ad interitum tendere. Qui cur non cadat in animum uix est dicere, in quem defectus cadit. Dantur hæc cætera. Sed negatur esse consequens interire id quod tendit ad nihilum id est ad nihilum peruenire. Quod in corpore quoq; animaduerti potest. Nam quoniam

quod-

quodlibet corpus pars est mundi sensibilis,
& iō quāto maius est lociq; plus occupat, tā
to magis propinquat uniuerso, quantoq; id
magis facit, tāto maius est. Maius est. n. totū
q̄ pars. Quare ēt minus fit, cū minuit̄, necesse
est. Defectū ergo patitur, cum minuit̄. Porrò
aūt minuitur, cū ex eo aliquid præcisione de
trahitur. Ex quo conficit̄ vt tali detractione
tendat ad nihilū. At nulla præcisio ꝓducit ad
nihilū. Omnis. n. pars quæ remanet corpus
est, & q̄cquid hoc est, quantolibet spatio lo-
cū occupat. Neq; id posset, nisi haberet par-
tes in quas idētidē cæderet̄. Potest igitur infi-
nite cædendo infinite minui, & iō defectum
pati atq; ad nihilū tendere, quāuis peruenire
nunquā queat. Quod itidē de ipso spatio &
quolibet interuallo dici atq; intelligi potest.
Nam & de his etiam terminatis, dimidiam,
verbi gratia, partē detrahēdo, & ex eo quod
restat semp dimidiam, minuitur interuallū,
atque ad finem progreditur, ad quē tñ nullo
peruenitur modo quo minus hoc de animo
formidandum est. Est. n. profecto corpore
melior & uiuacior, à quo huic uita tribuit̄.
Quod si non id qđ est in mole corporis, sed
id qđ in specie facit corpus esse, quæ senten-
tia inuictiore rōne approbatur, tanto. n. ma
gis est corpus, quanto speciosius est atq; pul
chrius, tantoq; minus est, quāto fœdius ac de
formius, quæ defectio nō præcisione molis,
de qua iā satis actū ēst, sed speciei putatione
contingit, q̄rendū de hac re diligenter ac di-
scutiendū est, ne quis affirmet animū tali de-
fectu interire, ut qm̄ specie aliqua sua priua
tur dū stultus est, credatur intātū augeri pos-
se hāc priuationē ut omnimodo specie spo
liet animū, & ea labe ad nihilū redigat co-
gatq; interire. Quamobrē si potuerimus im-
H petrare ut ostēdatur, ne corpori quidē hoc
posse accidere, ut ēt ea specie priuetur, qua
corpus est, iure fortasse obtinebimus multo
minus auferri posse animo, quo animus est. Si
quidē nemo se bene inspexit qui nō oī cor-
pori quemlibet animum præponēdū esse fa-
teatur. Sit igitur nostræ ratiocinationis exor-
diū, ꝙ nulla res se facit aut gignit, alioquin
erat antequā esset. Quod si falsum est, illud
est uerū. Itē qđ factū ortum ue non est, & tñ
est, sempiternū sit necesse est. Quā naturā &
excellentiā q̄squis ulli corpori tribuit, uehe-
mēter errat quidē. Sed q̄d pugnamus, multo
enim magis eā dare aīo cogimur. Ita si cor-
pus ullū est sempiternū, nullus animus non
sempiternus est. Qm̄ quilibet animus cuili-
bet corpori præferendus est, & oīa sempiter
na nō sempiternis. At si qđ vere dicit̄, factum
est corpus, aliquo faciente factū est, nec eo
inferiore. Neq;. n. esset potēs ad dandū ei qđ
faceret, quicquid illud est qđ est, id qđ facie-
bat. Sed ne pari quidē, oportet. n. facientem
melius aliq̄d habere ad faciendū, q̄ est id qđ
facit. Nā de gignente nō absurde dr̄, hoc eū
esse quod est illud, qđ ab eo gignitur. Vniuer
sum igitur corpus ab aliqua ui, & natura po- I
tentiore atq; meliore factū est, nō utiq; cor-
porea. Nam si corpus à corpore factū est, nō
potuit uniuersum fieri. Verissimū est. n. qđ in
exordio ratiocinationis huius posuimus, nul
lam rem à se posse fieri. Hæc autē uis & natu
ra incorporea effectrix corporis uniuersi p̄-
sente potentia tenet uniuersum. Non. n. fecit
atq; discessit, effectūq; deseruit. Ea quippe
substātia, q̄ corpus non est, neque, ut ita di-
cā, localiter mouetur, ut ab ea substātia quæ
locum obtinet, separari queat, & illa effecto
ria uis uacare non pōt, q̄n id qđ ab ea factū
est, tueat̄, & specie carere non sinat, qua est,
in q̄tūcunq; est. Qđ. n. ꝑ se nō est, si deserat̄
ab eo qđ est, ꝓfecto nō erit, & nō possum⁹
dicere id accepisse corpus cū factum est, ut
seipso iā contētū esse posset, ēt si à condito-
re desereret̄. Quāquā si ita est, magis id habet
animus quē corpori p̄stare manifestum est.
Atq; ita de proximo immortalis probatur, si
pōt esse ꝑ seipsum. Quicq̄d. n. tale est incor
ruptibile sit necesse est, ac ꝑ hoc interire nō
possit, quia nihil se deserit. Sed corporis mu-
tabilitas in prōptu est, quod ipsius uniuer-
si corporis uniuersus motus satis indicat. Vn
de diligenter inspicientibus quantum talis na
tura inspici potest, ordinata mutabilitate id
quod mutabile est, mutari reperitur. Quod X
aūt per se est, nec motum quidē habet ullū,
omni copia sibi in seipso existente, quia mo
tus omnis ad aliud est, cuius indiget qđ mo-
uetur. Adest igit̄ spēs uniuerso corpori, me-
liore natura sufficiente atq; obtinēte quæ fe-
cit. Quare illa mutabilitas non adimit corpo
ri corpus esse, sed de specie in spēm transire
facit motu ordinatissimo. Non. n. quæpiam
eius pars ad nihil redigi sinitur, cū totū ca-
pescat uis illa effectoria nec laborante nec

Mutabilitas nō adimit corpori corpus eße.

deside potentia, dans ut sit omne quod per illā est, inquantū est, quamobrē nemo tā deuius à rōne debet esse, cui aut non sit certum corpore aīum esse meliorē, aut qui hoc concesso arbitretur corpori non accidere ut corpus non sit, aīo accidere ut animus non sit. Qđ si non accidit, neq; animus esse nisi uiuat, pt, nūquā profecto aīus morit. Quod si quisquā non eū interitū dicat formidandum animo quo efficitur, ut nihil sit quod aliquid fuit, sed eū quo dicimus, ea mortua q̄ uita carent, attēdat q nulla res seipsa caret. Est aūt animus uita qdā, vnde omne qđ animatum est, uiuit: Omne aūt inanime qđ animari potest, mortuū. i. uita priuatū intelligitur. Non ergo pōt animus mori. Nā si carere poterit uita nō animus sed animatū aliquid est. Qđ si absurdū est, multo minus hoc genus interitus timendū est animo, qđ uitæ certe non est timendū. Nā prorsus si tum moritur animus, cū eū deserit uita illa, ipsa uita q̄ hunc deserit multo melius intelligitur animus, ut iā non sit animus qcquid à uita deseritur, sed ea ipsa uita q̄ deserit. Quicquid. n. uita desertū mortuum dr, id aīa desertum intelligitur, hæc aūt uita, quæ deserit ea quæ moriuntur, quia ipsa est animus, & seipsam nō deserit, non morit animus.

Animus uita ē, sic uita carere nō pōt. Nona rō & id agitur subseq̄uenti capite. Cap. 9.

L

Animus non est tēperatio corporis. Ratio. 10 Cap. 10.

Nisi forte uitā tēperationē aliquam corporis, ut nonnulli opinati sunt, debemus credere. Quibus ꝓfecto nunquā hoc uisum esset, si ea q̄ uere sunt & incōmutabilia permanent, eodē animo à corporis cōsuetudine alienato atq; purgato uidere ualuissent. Quis .n. bene se inspiciens nō expertus est tanto se aliqd intellexisse syncerius, quanto remouere atq; subducere intentionē mentis à corporis sensibus potuit? Quod si tēperatio corporis esset animus, nō utiq; id posset accidere. Nō.n. ea res, q̄ naturā ꝓpriā nō haberet neq; substātia esset, sed in subiecto corpore tanquā color & forma inseparabiliter inesset, ullo mō se ab eodē corpore ad intelligibilia ꝑcipiēda conaret auertere, & in quātū id posset, intātū illa posset intueri, eaq; uisione melior & ꝑstantior fieri. Nullo quippe mō forma uel color, uel ipsa ēt corporis tēperatio quæ certa commixtio est earum quatuor naturarum, quibus idem corpus subsistit, auertere se ab eo pt, in quo subiecto est inseparabiliter. Ad hæc ea q̄ intelligit aīus, cū se uertit à corpore, nō sunt ꝓfecto corporea, & tū sunt maximè q̄ sunt. nā eodem mō sp sese habent. Nā nihil absurdius dici pōt q̄ ea esse, q̄ oculis uidemus, ea nō esse, quæ intelligentia cernimus, cū dubitare demētis sit, intelligentiā incōparabiliter oculis anteferri. Hæc autē quæ intelligunt eodē mō esse habentia cū ea intuet animus, satis ostendit se illis esse cōiūctū, miro quodā eodemq; incorporali mō. s. non localiter. Nanq; aut in illo sunt, aut ipse in illis. Et utrūlibet horū sit, aut ut in subiecto alterū in altero est, utrūq; substātia est, sed illud primū, non est in subiecto corpore aīus ut color & forma, qa uel ipse substātia est, uel alteri substātiæ q̄ corpus non est, in subiecto inest. Si aūt hoc ſm uerū est, non est in subiecto corpore tanq̄ color animus, qa substātia est. Tēperatio aūt corporis in subiecto corpore est tanq̄ color, Nō est ergo tēperatio corporis animus, sed uita est animus. Et si nulla res se deserit, & id morit qđ uita deserit, non igit animus mori pōt. Rursus igitur siqd metuēdū est id est metuendū ne deficiēdo animus intereat, id est, dū ipsa existendi specie priuatur. De qua re quāquā satis esse dictū arbitrer, & qđ hoc fieri nō possit certa rōne monstratū sit, tñ ēt hoc attendendū est, non esse aliam causam huius formidinis, nisi fatendum est in defectu quodā esse animum stultū, & in essentia certiore atque pleniore sapientē. Sed si quod nemini dubiū est, tunc est animus sapientissimus, cū ueritatē, q̄ semper eodē mō est, intuetur, eiq; immobilis inheret diuino amore cōiunctus, & illa oīum, q̄ quoquomodo sunt summe maximeq; est, aut ab illa est animus inquantum est, aut per seipsum est. Sed si per seipsum est, quoniam ipse sibi causa existendi est, & nunquā se deserit, nunquam interit, ut supra ēt disputauimus. Si uero ex illa diligēter opus est quærere, quæ res ei possit esse contraria, quæ animo auferat animū esse, quod illa ꝓbet. Quid est igitur? An forte falsitas, quia illa ueritas? Sed non manifestum est atq; in promptu situm, quantū nocere aīo falsitas possit? Non .n. amplius potest q̄ fallere. At nisi qui uiuit, fallitur nemo. Non igitur falsitas interimere animum potest. Quod si hæc nō potest, quæ contraria ueritati est, auferre aīo esse quod ei ueritas dedit, ita .n. est inuictissima ueritas, quid aliud inuenitur quod auferat animo id quod est animus? Nihil profecto.

M

Nam

Nam nihil eſt contrario valentius ad id auferendũ quod fit ab eius contrario. At ſi veritati ꝯrium ita quæramus, vt non inquantũ veritas eſt, ſed inquantũ ſumme maximeq; eſt, q̃quam intantum eſt idipſum, inquantum eſt veritas, ſi quidem veritatem eã dicimus qua vera ſunt oĩa, inquantuncunq; ſunt, intantũ autem ſunt inquãtum vera ſunt, tñ nullo mõ id defugerim, quod mihi euidentius ſuffragatur. Nam ſi nulla eſſentia inquantum eſſentia eſt, aliquid habet contrarium, multo minus habet contrarium prima illa eſſentia, quæ dr̃ veritas, inquantum eſſentia eſt. Primum aũt verum eſt. Omnis.n.eſſentia non ob aliud eſſentia eſt, niſi quia eſt. Eſſe aũt non habet contrariũ, niſi non eſſe: vnde nihil eſt eſſentiæ cõtrarium. Nullo mõ igitur res illa eſſe põt contraria illi ſubſtantiæ, quæ maxime ac primitus eſt. Ex qua ſi habet animus idipſum quod eſt, non.n.aliũ de hoc hr̃e põt, qui ex ſe non habet, niſi ab illa re, q̃ illo ipſo eſt aĩo p̃ſtantior, nulla res eſt qua id amittat, q̄a nulla res ei rei eſt contraria qua id habet; & propterea eſſe non deſinit. Sapientiam vero, quia conuerſionẽ habet ad id ex quo eſt, auerſione illã põt amittere. Conuerſioni nanq; auerſio ꝯria eſt. illud verò quod ex eo habet cui nulla res eſt contraria, non eſt vnde poſsit amittere. Nõ igitur poteſt interire. Hic forte oboriatur nonnulla q̃ō, vtrum ſicut non interit animus, ita nec in deteriorẽ cõmutetur eſſentiã. Videri.n.cuipiam poteſt, neque iniuria, id effectũ eſſe ratiocinatione hac, vt aĩus ad nihilum non poſsit peruenire, cõuerti autem in corpus forſitan poſsit. Si enim quod erat ante animus, corpus fuerit effectum, nõ vtiq;
D omnino non erit. Sed hoc fieri nõ poteſt, niſi aut ipſe id velit, aut ab alio cogatur. Nec cõtinuo tamen animus, ſiue ipſe id appetierit, ſiue coactus fuerit, poterit corpus eſſe. Illud .n.ſequit̃, vt ſi ſit: velit, aut cogat̃. At illud nõ ſequitur, vt ſi velit, aut cogat̃: ſit. Nunq̃ autẽ volet. Nam omnis eius appetitus ad corpus, aut vt id poſsideat, eſt, aut vt uiuificet, aut vt quodammõ fabricet̃, aut quolibet pacto ei conſulat. Nihil aũt horũ fieri põt, ſi nõ ſit corpore melior. At ſi erit corpus, melior corpore profecto non erit. Non igit̃ corpus eſſe volet. Neq; vllũ rei huius certius argm̃ eſt, q̃ cũ ſeipſum hic interrogat animus. Ita.n.facile cõperit appetitum ſe non hr̃e, niſi agendi aliquid, aut faciendi, aut ſentiendi, * aut vel tantummodo viuẽdi inquantum ſua illi ptãs eſt. *Sciendi.*

Si aũt cogitur corpus eſſe, à quo tãdẽ cogit̃? A quolibet, certe à potentiore. Non ergo ab ipſo corpore cogi põt. Nullo.n.mõ, vllo aĩo vllum corpus potentius. Potentior autem animus non cogit in aliquid, niſi quod ſuæ poteſtati ſubditum eſt. Nec vllo modo animus poteſtati alterius animi, niſi ſuis cupiditatibꝰ ſubditur. Cogit ergo ille animus nõ amplius, q̃ quantum eius quem cogit, cupiditates ſiE
ſinunt. Dictum eſt aũt cogi non poſſe aĩum, vt corpus ſit. *Dictũ eſt aũt cupiditatẽ nõ poſſe animum habere, vt &c.* Illud ẽt manifeſtum eſt, ad nullã ſuæ cupiditatis expletionem peruenire, dũ amittit oẽm cupiditatẽ: & amittit dũ corpus ſit. Non igit̃ poteſt ab eo cogi vt fiat, qui cogendi ius niſi ꝑ ſubditi cupiditates non hẽt. Deinde quiſquis animus alterũ aĩum hẽt in ptãte, magis eũ neceſſe eſt velit in ptãte hr̃e, q̃ corpus, & ei vel bonitate cõſulere, vel malitia imperitare. Nõ ergo volet vt corpus ſit. Poſtremo iſte animus cogẽs, aut animal eſt, aut caret corpore. Sed ſi caret corpore, ĩ hoc mundo nõ eſt. Et ſi ita eſt, ſumme bonus eſt, nec poteſt velle alteri tam turpem cõmutationẽ. Si autem animal eſt: aut animal eſt ẽt ille quẽ cogit, aut non eſt. Sed ſi non eſt, ad nihil cogi ab alio põt. Non.n.habet potentiorem, qui in ſummo eſt. Si aũt in corpore eſt, ab eo rurſus qui in corpore eſt ꝑ corpus cogit̃, ad quodcũq; cogit̃. Quis aũt dubitet nullo mõ ꝑ corpus fieri tantã cõmutationẽ aĩo? Fieret.n.ſi eſſet illo corpus potentius: quanuis quicquid illud eſt, ad qđ ꝑ corpus cogit̃, prorſus non per corpus, ſed per cupiditates ſuas cogit̃, de quib. ſatis dictũ eſt. Quod autẽ rationali anima melius eſt, omnibus conſen F
tientibus, Deus eſt. Qui profecto conſulit animæ, & ideo non ab eo cogi anima põt, vt cõuertatur in corpus. Si igitur nec propria voluntate, nec alio cogente id animus patitur, unde id pati põt: an quia inuitos nos plerunque opprimit ſomnus, metuẽdum eſt ne quo tali defectu animus conuertatur in corpus? Quaſi vero qm̃ ſomno membra nr̃a marceſcunt, idcirco aĩus ſit vlla ex parte debilior. Senſibilia tm̃ non ſentit quia quicquid illud eſt, qđ ſomnũ facit, è corpore eſt atq; in corpore operat̃. Corporeos.n.ſẽſus ſopit & claudit quodam modo, ita ſane, vt tali commutationi corporis cedat anima cum volupta-

Nec ſõno nec hmõi corporis affectione aĩæ uim minui. Cap. 14.

te. Quia secundum naturam est talis commutatio q̃ reficit corpus à laboribus: non tñ hęc adimit animo vel sentiendi vim vel intelligẽdi. Nam & imagines sensibilium præsto hẽt, tanta expresione similitudinis, vt eoipso tẽpore discerni nequeant ab iis rebus quarum imagines sunt: & siquid intelligit ęq; dormiẽti ac vigilanti verum est. Nam verbi gratia si

G per somnium disputare sibi visus fuerit, verasq; rationes secutus disputando didicerit aliquid, & iam expergefacto eædem incommutabiles manent, quamuis falsa reperiantur cætera, veluti locus vbi disputatio, & psona cum qua disputatio fuisse visa erat, & verba ipsa quod ad sonum attinet quibus disputari videbatur, & alia huiuscemodi, quæ etiã cũ ipsis sensibus sentiuntur agunturq; a vigilantibus, prætereunt tamen, nec vlla ex parte sempiternam præsentiam verarum rationum assequuntur. Ex quo colligitur tali commutatione corporis qualis somnus est, vsum eiusdem corporis animæ nõ vim propriam posse minui.

Rursum aiam nõ posse ĩ corpus mutari. ca. 15.

Postremo si quẽuis locum occupãti corpori, anima tamen non localiter iungitur, summis illis æternisque rationibus quæ incommutabiliter manent, nec vtique loco continentur, prior afficitur anima q̃ corpus, nec prior tantum, sed etiam magis. Tanto.n. prior quanto propinquior, & eadem cã tanto magis quanto est corpore melior. Nec ista propinquitas loco, sed naturæ ordine dicta sit.

1. Retra. cap. 5.

H Hoc autem ordine intelligitur à summa essentia speciem corpori per animã tribui, qua est in quantumcunque est. Per animam ergo corpus subsistit, & eoipso est quo animatur, siue uniuersaliter, vt mundus, siue particulariter, vt vnumquodque animal intra mundum. Quapropter consequens erat, vt anima per animam corpus fieret, nec omnino aliter posset. Quod quia non fit, manente quippe anima in eo quo anima est, corpus per illam subsistit, dantem speciem non adimentem, commutari in corpus anima nõ potest.

Qđ. aĩa non uertatur in corpus.

Si enim non tradit speciem quam sumit a summo bono, non per illam fit corpus: & si nõ per illam fit, aut non fit omnino, aut tam propinque speciẽ sumit quam anima: sed & fit corpus, & si tam propinq; sumeret speciem, id esset quod anima, nam hoc interest. Eoq; anima melior quo sumit propinquius. Tam propinq; aũt corpus sumeret, si non per aĩam sumeret. Etenim nullo interposito tam propinque vtiq; sumeret, Nec inuenitur aliquid quod inter summam vitam, q̃ sapientia, & veritas est incommutabilis, & id quod vltimum viuificatur.i.corpus, nisi viuificans anima. Quod si tradit speciem anima corpori, vt sit corpus inquantum est, nõ vtiq; speciem tradendo adimit. Adimit autem in corpus animam transmutando. Non igitur anima siue per seipsam corpus fit, quia nõ nisi anima manente corpus p eã fit: siue p aliã, quia non nisi traditione speciei fit corpus p animã, & ademptione speciei anima in corpus conuerteretur, si conuerteretur. Hoc & de irrationali anima vel vita, ꝙ nec in eã rationalis anima conuertitur dici potest. Et ipsa enim nisi inferiore ordine rationali subijceretur, æque sumeret speciem, & talis esset. Tradunt ergo speciem a summa pulchritudine acceptam potentiora infirmioribus naturali ordine. Et vtique cum tradunt, non adimunt. Eoq; sunt quæ infirmiora sunt, inquantum sunt, ꝙ species eis quasi a potentioribus traditur. Quę quidem potentiora etiam sunt. Quod his naturis datum est, quæ non mole maiore plus possunt minoribus molibus, sed sine tumore ullo localis magnitudinis eadẽ specie potentiora sunt qua meliora. In quo genere est anima corpore melior, & potentior. Quapropter cum per illã, vt dictum est, corpus subsistat, ipsa in corpus nullo modo uerti potest. Corpus enim nullum fit, nisi accipiendo per animam, speciem. At anima vt corpus fieret, non accipiendo speciem, sed amittendo fieri posset. Et propterea fieri non potest, nisi forte loco anima continetur, & localiter corpori iungitur. Nam si ita est, potest eam fortasse maior moles, quanquam speciosiorem in suam deteriorem vertere speciem, vt aer maior ignem minorem. Sed nõ est ita. Moles quippe omnis quę occupat locũ, non est in singulis suis partibus tota, sed in omnibus. Quare aliqua pars eius alibi est, & alibi alia. Anima vero nõ modo vniuersę moli corporis sui, sed etiam vnicuiq; particulæ illius tota simul adest. Partis enim corporis passionem tota sentit, nec in toto tamen corpore. Cum.n. quid dolet in pede, aduertit oculus, loquitur lingua, admouetur manus. Quod non fieret nisi id qđ animæ in eis partibus est, & in pe-

de sentiret,nec sentire quod ibi factũ est, absens posset. Non enim nuncio aliquo credibile est fieri non sentiente quod nunciat: q̃a passio quæ fit non per continuationẽ molis currit,vt cæteras animæ partes quæ alibi sunt latere nõ sinat, sed illud tota sentit anima q̃d in particula fit pedis, & ibi tm̃ sentit. vbi fit. Tota igitur singulis partibus simul adest,quæ tota simul sentit in singulis. Nec tamen hoc modo adest tota vt candor vel alia huiusmodi qualitas in vnaquaque parte corporis est. Nam quod in alia parte corpus patitur cum coloris immutatione,potest ad candorẽ qui est in alia parte non pertinere. Quapropter secundum partes molis à se distantes,& ipse à se distare conuincitur. Non autem ita esse in anima per sensum, de quo dictum est, probatur.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI De animæ quantitate Liber.



Voniam video te abundare ocio, quæso vt mihi respõdeas de iis quæ me mouẽt, non (vt opinor) importune atque incongrue. Sæpe enim cum abs te multa quæsissem, nescio qua illa Græca sententia me deterrendum putasti qua prohibemur ea,quæ supra nos sunt,requirere.Nũc vero non puto nosipsos supra nos esse: quãobrẽ cum de anima quęro, non sum dignus qui audiam. Quod supra nos, quid ad nos? Sed fortasse dignus,qui audiam, quid simus nos. AVG. Enumera breuiter quæ de anima audire velis. AD. Faciam. Nam sunt mihi ista diuturna cogitatione præparata.Quęro igitur vnde sit anima, qualis sit, quanta sit, cur corpori fuerit data, & cum ad corpus venerit qualis efficiatur, qualis cum abscesserit? AVG.Cum quæris vnde sit anima, duo quædam intelligere cogor. Aliter enim dicimus vnde sit homo, quæ sit eius patria scire cupientes: aliter vnde sit, cum quærimus vnde constet, id est, ex quibus elementis rebusque compositus. Quid horum scire vis,cum interrogas vnde sit anima? Vtrumnã quasi regionem eius & patriam vnde huc venerit nosse desideras, an vero quæ sit eius substantia requiris? AD. Equidem vtrumq; scire vellem, sed quid sit sciendum prius, tuo iudicio malo committere. AVG. Propriam quandam habitationem animæ ac patriam, Deum ipsum credo esse à quo creata est.Substantiam vero eius nominare non possum: non enim eam puto esse ex ijs vsitatis notisq; naturis, quas istis corporis sensibus tangimus.Nam neq; ex terra neque ex aqua, neq; ex aere, neque ex igne,neq; ex his omnibus, neque ex aliquibus horum coniunctis constare animam puto. Sed quemadmodum si ex me quæreres, arbor ista ex quibus constet notissima ista elementa quatuor nominarẽ, ex quibus omnia talia constare credendũ est. Porrò si pergeres quærere, vnde ipsa terra, vel aqua vel aer,vel ignis constent,nihil iam quod dicerem reperirem. Sic cum quæritur, ex quibus sit homo compositus,respondere possum,ex anima & corpore. Rursum de corpore si quæras, ad illa elementa quatuor recurram.De anima vero quærenti tibi,cum simplex quiddam & propriæ substantię videatur esse,non aliter hæream, ac si quęras, vt dictũ est,vnde sit terra.Simplex animæ natura dici potest,quia ex alijs naturis non est. AD.Quomodo eam propriam velis habere substantiam,cum dixeris à Deo factam, non intelligo. AVG. Quomodo & terram ipsam à Deo factam negare non possum: & tamen non possum dicere, ex quibus quasi alijs corporibus terra constet. Simplex enim corpus est terra eoipso quo terra est, & ideo elementum dicitur omnium istorum corporũ, quæ fiunt ex quatuor elementis. Non ergo sibi aduersatur sententia qua dicimus, & à Deo animam factam & propriam quandam habere naturam. Hanc enim eius propriam naturam & suam Deus ipse fecit,vt ignis,vt aeris,vt aquæ,vt terræ, quo cætera ex his omnibus componerentur. AD.

A *Quæ sint partes animi.*

B *Natura aĩa est simplex. Terra corpus ẽ simplex.*

Interim accipio vnde sit anima, quæ mecũ sedulo retractabo, & siquid me mouerit, post requirã. Vnde quæso explices qualis sit. AVG. Videtur mihi esse similis Deo. De anima enim,nisi fallor, requiris humana. AD. Idipsum est quod abs te explicari vellẽ,quẽadmodum sit anima similis Deo, cũ Deum à nullo factũ esse credamus, animam vero ab ipso Deo factam supra dixeris. AVG. Quid tu

Aĩa quatenus Deo similis. cap.2.

Aĩa qualis sit.

tu difficile putas Deo fuiſſe, vt aliquid ſibi ſimile faceret, cum hoc in tãta varietate imaginum etiã videas nobis eſſe conceſſum. AD. Sed nos videmur mortalia facere, Deus autẽ immortalem animã fecit, vt opinor, niſi forte tibi aliter videtur. A V. Ergo tu velles talia fieri ab hominib⁹, qualia Deus facit? AD. Nõ

C equidẽ hoc dixerim. Sed quemadmodũ ipſe immortalis immortale quiddã fecit ad ſimilitudinẽ ſuam, ſic & nos immortales à Deo facti ad ſimilitudinem noſtrã quod facimus, immortale eſſe deberet. A V G. Recte diceres, ſi ad eius imaginẽ pingeres tabulã, quod in te immortale eſſe credis, nunc vero in ea exprimis ſimilitudinem corporis, quod profecto mortale eſt. A D. Quomodo ergo ſum ſimilis Deo, cũ immortalia nulla poſſum facere vt ille? A V G. Qũo nec imago corporis tui poteſt hoc valere quod tuum corpus valet, ſic anima non mirãdum eſt, ſi potentiam tantam non habet, quantam ille ad cuius ſimilitudinem facta eſt. A D. Et hoc interim ſatis eſt. Dic nunc quanta ſit anima. A V G. Quomodo quæris quanta ſit? Nõ enim intelligo, vtrum eius quaſi ſpatium latitudinis, vel longitudinis, vel roboris, vel horum ſimul omnium requiras, an quantum valeat noſſe velis.

Aīa ſupra oīa corporea.

Cap. 3. Quanta ſit aīa.

D Solemus enim quærere quãtus fuerit Hercules, id eſt, in quot pedes ſtatura eius porrecta fuerit. Et item quantus vir fuerit, id eſt, quantæ potentiæ atque virtutis. AD. Vtrunq; de anima ſcire cupio. A V G. Atqui illud ſuperius dici non põt, nec omnino intelligi de anima. Non enim vllo modo, aut longa, aut lata, aut quaſi valida ſuſpicanda eſt anima: corporea iſta ſunt, vt mihi videtur, & de con ſuetudine corporum ſic animam quærimus. Ideoque bene præcipitur etiam in myſteriis, vt omnia corporea contemnat, vniuerſoque huic mundo renunciet, qui vt videmus corporeus eſt, quiſquis ſe talẽ reddi deſiderat, qualis à Deo factus eſt. id eſt, ſimilẽ Deo: non enim alia ſalus aiæ eſt, aut renouatio, aut reconciliatio authori ſuo. Quamobrem quanta ſit anima ſecundũ inquiſitionẽ hanc tibi reſpondere non poſſum, ſed poſſum affirmare, neque illam longã eſſe, nec latam, nec robuſtam, neque aliquid horũ, quæ in menſuris corporũ quæri ſolent. Et hoc cur exiſtimẽ, rõnem tibi reddam ſi placet. A D. Placet verò, ac vehemẽter expeto: vr̃.n. mihi quaſi

In baptiſmo.

nihil eſſe anima, ſi nihil eſt horum. A V G. Prius ergo ſi vr̃, oſtendã tibi multas eſſe res, quas non poſsis dicere nihil eſſe, nec tñ in eis inuenire aliqua huiuſmodi ſpatia, qualia in anima eſſe requiris: vt non ſolũ nõ tibi ex eo anima nihil eſſe videatur, ꝙ in ea non inuenis longitudinẽ ſiue aliquid tale, ſed eo preciosior & pluris æſtimanda ſit, ꝙ nihil horũ habet. Deinde vtrũ vere nihil horũ habeat, videbimus. AD. Vtere quo vis ordine ac mõ, ego audire & diſcere paratus ſum. A V. Rectè facis. Sed ſolo interroganti mihi reſpondeas. Fortaſſe.n. ea q̃ te docere conor, ipſe iã noſti: credo.n. non te dubitare hanc arborẽ non eſſe omnino nihil. A D. Quis hoc dubitauerit? AV. Quid illud? Num dubitas iuſtitiã multo eſſe hac arbore meliorem? A D. Ridiculũ iſtud quidẽ eſt, quaſi verò vllã ſit cõparatio. AV. Liberaliter mecũ agis. Sed illuc nũc attẽde, cũ conſtet ita hãc arborẽ eſſe deteriorẽ q̃ eſt iuſtitia, vt nec cõparanda quidẽ tibi videatur, & hoc lignũ nõ eſſe nihil confeſſus ſis, placetne tibi vt ipſam iuſtitiã nihil eſſe credamus? AD. Quis hoc demens crediderit? AVG. Recte omnino. Sed fortaſſe arbor hæc ꝓpterea tibi vr̃ eſſe aliquid, ꝙ longa eſt pro ſuo modo & lata & robuſta, quæ ſi detraxeris, nihil erit. AD. Ita vr̃. AV. Quid ergo iuſtitia, q̃ nõ nihil eſſe cõfeſſus es, immo quiddã lõge diuinius lõgeq; præſtãtius, vr̃ tibi longa eſſe? AD. Nullo mõ mihi iuſtitia aut longa aut lata, aut tale aliqd cogitãti pt̃ occurrere. A V G. Si igit̃ nihil horũ eſt iuſtitia, & tũ ipſa nõ nihil eſt, cur tibi aīa nihil vr̃, niſi eius aliqua lõgitudo ſit? AD. Age iam nõ mihi videtur ex eo nihil eſſe aīa, quod nec lõga, nec lata, nec robuſta ſit: ſed vtrũ vere ita ſit, nõdũ à te dictum eſſe ſcis. Fieri enim poteſt, vt multa ſint magni ęſtimanda quę iſtis careant, ſed non continuo ex hoc genere aīam eſſe credendũ puto. A V G. Scio iſtud nobis enodandum reſtare, & hoc me deinceps explicaturũ promiſerã: verũ quia res ſubtiliſsima eſt, & longe alios mentis oculos quærit, quàm humana conſuetudo in quotidianę uitæ actibus habere ſolita eſt, admoneo te vt ꝑ ea per quæ te ducendum exiſtimo, libẽs pergas, nec noſtro quodam neceſſario circuitu defatigatus, ęgre toleres aliquanto te tardius ad id quod cupis peruenire. Nam prius abs te q̃ro, vtrum corpus vllũ putas eſſe, qđ non

pro

pro modo suo habeat aliquam longitudinē, & latitudinē & altitudinē? AD. Quam dicas altitudinē, non intelligo. AVG. Illā dico qua efficitur, vt interiora corporis cogitētur, aut ēt sentiātur, si placet, vt vitrum: quanq̃ si hoc demas corporibus, quantum mea opinio est, neq; sentiri possunt, neque omnino corpora esse recte existimari. Hinc mihi volo aperias quid tu sentias. AD. Prorsus non dubito corpora omnia his carere nō posse. AVG. Quid illud potes cogitare, ista tria non esse nisi in corporibus? AD. Non intelligo quomodo alibi esse possint. AVG. Ergo animam nō putas esse aliud q̃ corpus? AD. Si etiam ventū corpus esse confitemur, negare non possum corpus mihi animam videri: nam tale aliq̄d eam esse cogito. AVG. Corpus quidem ventum esse tam concedo, q̃ si me de fluctu interroges. Nam nihil aliud q̃ istum aerē commotū ac agitatum ventum esse sentimus, qđ in loco tranquillissimo, & ab oībus ventis quietissimo vel breui flabello approbari potest, quo ēt muscas abigētes aerē commouemus, flatūq; sentimus. Qđ cū euenerit, occultiore quodā motu cœlestiū vel terrenorum
H corporū ꝑ magnū spatiū mundi ventus vocatur, ex diuersis partibus mundi vel cœli noīa ēt diuersa sortitus. An tibi aliter vr̃? AD. Mihi vero nihil, & probabile esse accipio qđ dicis: sed ego aīam non ipsum ventum, sed tale aliquid esse dixi. AVG. Dic mihi prius, vtrū ipsum ventum cuius mentionem fecisti, habere aliquam longitudinē, latitudinem & altitudinem sentias. Deinde videbimus vtrum tale aliquid anima sit, vt hoc modo ēt quāta sit inuestigare possimus. AD. Quid hoc aere longius & latius & altius facile inueniri potest, quem commotū, ventum esse nunc abs te mihi persuasum est? AVG.

Recte dicis. Sed nunquidnā animam tuā putas esse nisi in corpore tuo? AD. Ita puto. AVG. Intrinsecus tantū, vt tanquā aqua vtrē impleat, an tātum forinsecus, velut tectoriū, an & intrinsecus & extrinsecus eam esse arbitraris. AD. Hoc sentio quod vltimū requisisti. Nam nisi esset intrinsecus, nihil in visceribus nostris vitale haberetur, nisi esset extrinsecus non ēt in cute leuiter possis sentire pūgentē. AVG. Quid ergo amplius quæris quan
I ta sit anima, cum videas esse tantam quantā ipsa spatia corporis patiuntur? AD. Si hoc ratio docet, nihil amplius requiro. AVG. Recte facis nihil quærere amplius q̃ docet ratio. Sed hęc ratio videturne tibi firmissima? AD. Quando aliam non inuenio, videt. Suo enim loco quæram quod me multum mouet, vtrum hęc figura eadē maneat cū corpore excesserit: nā hoc inter discutiēda vltimū me posuisse memini. Sed quoniam de numero animarum quęrere, ad quantitatem mihi videtur pertinere, non esse hoc loco prætereundum existimo. AV. Non incongrue existimas, sed prius de spatio eius quod me adhuc multum mouet, explicemus, si placet, vt ēt ego aliquid discā, si tibi iā satisfactū est. AD. Quære, vt vis: nam tua ista simulata dubitatio dubitare me verissime facit de hoc ipso quod iam peractum esse præsumpserā. AV. Dic mihi quæso te, vtrum ea quæ appellatur memoria, nō tibi nomē inane videatur? AD. Cui hoc videri potest? AVG. Animæ hāc esse arbitraris, an corporis? AD. Et hinc dubitare ridiculum est. Quid enim exanime corpus meminisse aliquid credi, aut intelligi potest? AVG. Meministi ne tandem vrbis Mediolanensis? ADEOD. Valde memini. AVG. K
Nunc ergo quia eius facta mentio est, recordaris quanta & qualis sit. AD. Recordor sanè, ac nihil recentius atq; integrius. AVG. Nunc ergo cum oculis eam non videas, animo vides? AD. Ita est. AVG. Meministi credo etiam, quanto spatio terrarum hinc à nobis longe absit. AD. Ita & hoc memini. AV. Vides itaq; animo etiam ipsam locorū distātiā? AD. Video. AVG. Cum igitur anima tua hic sit vbi corpus, nec vltra spatium eius porrigatur, vt superior ratio demonstrabat, vnde fit, vt illa omnia videat? AD. Per memoriā hæc fieri puto, non quod illis locis sit præsens. AVG. Imagines ergo illorum locorū memoria continentur. AD. Ita sentio: nam & quid ibi nunc agatur ignoro, quod vtique nō ignorarē, si animus meus vsq; ad ea loca porrigeret, ꝑsentiaq; sentiret. AV. Verū mihi videris dicere. Sed certe istæ imagines corporū sunt. AD. Ita necesse est: non.n. aliud sunt vrbes terræq; q̃ corpora. AV. Nunquamne intuitus es parua specula, aut nunq̃ in pupilla oculi alieni faciem tuā vidisti? AD. Immò sæpe. AVG. Cur multo breuior q̃ est, apparet? AD. Quid enim velles aliud quàm vt pro mō speculi videretur? AVG. Necesse est

ergo imagines corporum si parua sunt corpora, in quibus apparent, paruas apparere. AD. necesse omnino. AVG. Cur ergo cũ tam paruo spatio sit aïa q̃ corpus est eius, tam magnæ in ea possunt exprimĩ imagines, vt & vrbes, & latitudo terrarũ, & quæq; alia ingẽtia apud se possit imaginari? Volo.n.cogites paulo diligẽtius, quanta, & q̃ multa memoria nostra cõtineat, quæ vtiq; anima nostra cõtinentur. Qui ergo fundus est, qui sinus, q̃ immensitas quæ posset hæc capere, cũ & eam tantã quantũ corpus est, superior ratio docuisse videatur? AD. Nõ inuenio quid respõdeã, nec satis explicare possum, quãtũ me ista moueãt & multũ me ipse derideo qui superiori rõni

M tã cito consenserã, vt ex isto corporis modo quãta sit aïa, terminarẽ. AV. Nõ ergo iã tibi tale aliqd vr̃, qualis vẽtus est. AD. Nullo modo. Nã ẽt si aer iste cuius quasi flatum ventũ esse probabiliter credit, vniuersum istũ mundum possit implere, innumerabiles tales tantosq; mundos secum aïa imaginari põt, quas imagines quo spatio contineat suspicari nõ possum. AVG. Vide ergo ne melius sit eã credere, vt superius dixeram, nec longã, nec latã, nec altã, sicut mihi de iustitia concesseras. AD. Facile assentirẽ, nisi me plus cõturbaret, quo rursum pacto tãtorũ spatiorũ imagines innumerabiles nulla sua, & lõgitudine & latitudine capere possit. AVG. Inueniemus hoc fortasse quantũ licet, si prius diligenter discutiamus hæc tria, id est, longitudinem, latitudinem, & altitudinem. Itaque enitere cogitare longitudinẽ, quę adhuc nullã latitudinem assumpserit.

Longitudo sola in aïo est nõ ĩ corpore. Cap. 6.

AD. Nihil possum tale cogitare. Si.n.filum araneæ in animo constituero, quo nihil exilius solemus videre, occurrit mihi ẽt in eo tñ & longitudo per se, & latitudo, & altitudo. Quæ qualescunq; sint, esse tñ negare non possum. AVG. Non vsquequaq; absurda est responsio tua, sed certe cum tria ista in araneæ filo esse intelligis, discernis hęc, & quid inter se differant, nosti. AD. Quidni quid differant nossem? An aliter potui videre nihil horum deesse huic filo? AVG.

A Quo igitur intellectu hæc discreuisti, hoc potes etiam seiunctis alijs, solã longitudinẽ cogitare, si nec aliquod corpus voluas aïo. Nam quodcũq; fuerit, his oĩbus nõ carebit. Incorporeũ est enim qđ te nunc intelligere cupio; nã sola longitudo nõ nisi intelligi aïo potest, in corpore inueniri non potest. AD. Iam intelligo. AVG. Ergo istam longitudinẽ si quasi secare cogitatione per longũ velis, vides profecto non posse. Nã si põt, inest etiam latitudo. AD. Manifestum est. AVG. Hanc igitur longitudinem meram & simplicem, si tibi placet lineã vocemus, hoc.n.nomine à doctis multis appellari solet. AD. Voca quicqd vis, non enim mihi de nominibus laborandũ est cum res aperta sit. AVG. Bene facis, & nõ solum approbo, verumetiã moneo, vt semper rerũ curã magis q̃ verborum te habere delectet. Sed linea ista quam iam, vt opinor, bene intelligis, si porrigat̃ siue ex vna siue ex vtraque parte qua in longum porrigi põt, cernis, nullũ esse finẽ. An ad hoc contemplãdum minus valet acies mentis tuæ? AD. Contẽplor omnino, ac nihil facilius. AVG. Vides ergo etiam nullam figuram posse fieri, si nihil agatur aliud, quàm vt illa linea porrigat̃. AD. Quam dicas figurã nondum intelligo. AVG. Figuram interim voco, cũ aliquod spatiũ linea lineisve concluditur, tanquam si circulum faceres, aut quatuor lineas finibus suis sibimet iungeres, ita vt nullius finis ab alterius copulatione liber esset. AD. Quid dicas figuram, iam me videre arbitror, sed vtinam tam viderem quò ista tendant, aut quidẽ his effecturus sis, vt ego quod de anima requiro sciã. AVG. Hoc initio te admonui, & postulaui vt patienter ferres aliquantũ circuitũ nostrum, quod item quæso vt facias. Non leuis res quæritur, non facilis ad cognoscendum: nosse enim hoc plane ac tenere volumus, si fieri põt. Aliud est enim cũ authoritati credimus, aliud cum rationi. Authoritati credere magnũ compendium est & nullus labor. Qđ si te delectat, poteris multa legere, quæ magni & diuini viri de his rebus necessariò, quę videbãt, & salubriter imperitioribus quasi nutu quodam locuti sunt, crediq; sibi voluerũt ab ijs quorũ animis vel tardioribus vel implicatioribus alia salus esse non posset. Tales.n. homines, quorũ ꝑfecto maxima multitudo est, si rõne velint verũ cõprehendere, similitudinibus rõnũ facillime decipiuntur, & in varias noxiasq; opiniones ita labũtur, vt emergere inde ac liberari, aut nunq̃, aut ægerrime queãt. His ergo vtilissimũ est excellẽtissimę authoritati credere, & secundũ hoc agere vitã: qđ si tutius putas nõ solũ nihil resisto, sed

etiam multũ approbo. Si aũt cupiditatẽ istã
refrenare nõ potes, qua tibi persuasisti rõne
peruenire ad veritatem, multi & longi circui
tus tibi tolerandi sunt, vt non ratio te addu-
cat, nisi ea quæ sola ratio dicenda est.i. vera
ratio, & non solum vera, sed ita certa, & ab
omni similitudine falsitatis aliena, si tñ vllo
modo hæc ab homine inueniri potest, vt nul
læ disputationes falsæ aut verisimiles ab ea te
possint traducere. AD. Nihil iam præprope-
re desyderabo: agat ac ducat ratio quò vult,
dũmodo perducat. AVG. Deus hoc factet, q̃
aut de solis talibus rebus, aut certe de his ma
xime deprecandus est. Sed ad rem quam in-
stituerã, redeamus. Nã si & quid sit linea, &
quid sit figura iã tibi notũ est, dic quod abs
te q̃ro, id est, vtrum putes vllam figuram fieri
posse, si linea ex vtraq; parte, aut ex altera per
infinitum ducatur. AD. Nullo modo id fieri
posse confirmo. AVG. Quid igitur agendũ
est vt figuram faciamus? AD. Quid, nisi vt il-
la linea infinita non sit, & ducatur iu circulũ,
vt ex alia parte se cõtingat? Non.n.video qũo
aliter possit ex vna linea concludi aliqđ spa-
tium, quod nisi fiat secũdũ tuã descriptionẽ,
figura non erit. AVG. Quid si rectis lineis fi-
guram facere velim, põt fieri vt de vna linea
fiat, an.non potest? AD. Nullo modo. AVG.
Quid tribus? AD. Video posse. AVG. Bene
igiť nosti, ac tenes, cũ figura lineis rectis fa-
cienda est, minus quàm tribus non posse. An
si vlla tibi aduersetur ratio, de hac te senten-
tia deuocabit? AD. Planè siquis mihi hoc fal
sum esse monstrauerit, nihil erit, quod me sci
re posse cõfidã. AV. Nũc ergo illud respon-
de, qũo tribus lineis figurã feceris. AD. Cũ
se finibus iungunt. AVG. Quid vbi se iun-
gunt, nõne videtur tibi angulus fieri? AD. Ita
est. AVG. Quot ergo angulis hæc figura con
E stat? AD. Totidem quot lineis. AVG. Quid
ipsas lineas, pares cõstituis, an impares? AD.
Pares. AV. Quid? Anguli tantundem omnes
patent, an est alius alio contractior vel aper-
tior? AD. Etiã ipsos pares esse video. AVG.
Potestne fieri, vt in figura quæ tribus rectis
paribus lineis facta sit impares anguli sint, an
non potest? AD. Nullo prorsus modo. AV.
Quid si rectis lineis tribus, sed imparibus fi-
gura constet, possunt etiam in ista pares esse
anguli, an aliud intelligis? AD. Omnino non
possuut. AVG. Recte dicis. Sed dic quæso,
quænam tibi figura melior videatur, & pul-
chrior? Eane, quæ paribus, an, quæ impari-
bus lineis constat. AD. Quis dubitat esse me
liorem in qua ęqualitas præualet? AVGV.

Ergo inequalitati æqualitatem præponis?
AD. Nescio vtrum quispiã non p̃ponat. AV. *Quæ figura præstantior. cap.9.*
Vide nunc in figura quæ tribus angulis pari-
bus perfecta est, quid in ea sit angulo contra
riũ.i. ex altera parte contra positũ, vtrũ linea,
an angulus. AD. Lineam video. AV. Quid er- *In triangulo quid angulo cõtrariẽ.*
go si & angulus angulo, & linea lineæ contra
ria non sit, nonne fateris æqualitatem esse po
tiorem in ea figura in qua id accidit? AD. Fa-
teor quidem, sed quemadmodum id fiat tri-
bus lineis, omnino non video. AVG. Quid
quatuor lineis, potestne hoc fieri? AD. Pror
sus potest. AV. Melior est igitur figura, quæ
quatuor lineis rectis paribus, quàm quæ tri-
bus constat. AD Melior certe, si quidem ma-
gis in ea ęqualitas valet. AVG. Quid ergo istã, E
q̃ quatuor rectis paribus lineis constat cefes
ne posse ét ita fieri, vt nõ anguli omnes in ea
pares sint, an non putas? AD. Video posse.
AVG. Quonam modo? AD. Si duo contra-
ctiores, duo apertiores sint. AVG. Vi- *Rhõbus.*
desne etiam, quemadmodum et ambo cõtra-
ctiores et ambo apertiores sibi contrarij sint?
AD. Ac verissime atque apertissime. AVG.
Seruatam igitur & hic quãta seruari potuit,
cernis æqualitatem: Cernis enim profecto fi
eri non posse, vt cum quatuor paribus lineis
figura perficitur, nõ aut omnes, aut certe vel
bini anguli pares sint: quæq; tamẽ paria sunt
sibi ex cõtrario rñdere. AD. Cerno, & firmis
sime teneo. AVG. Nihilne te mouet etiam in
his rebus tanta & tã inconcussa quædam iu-
stitia? AVG. Quonam modo? AVG. Quia *Iustitia est æquitas.*
nihil, vt arbitror, dicimus esse iustitiam nisi
æquitatem: Aequitas aũt ab æqualitate quadã G
videtur appellata. Sed quę in hac virtute ęqui
tas, nisi vt sua cuique tribuantur? Porrò sua
cuique, nisi quadam distinctione tribui non
possunt: An aliter putas? AD. Manifestũ est,
& p̃rsus assentior. AV. Quid distinctionem?
Arbitrarisne esse vllã, si omnia paria sint, vt
nihil omnino inter se differant? AD. Nullo
modo. AVG. Ergo iustitia seruari nõ potest,
nisi in rebus, in quibus seruatur, sit quædam,
vt ita dicã, imparilitas, & dissimilitudo. AD.
Intelligo. AVG. Cum igitur fateamur istas
figuras de quibus agimus inter se esse dissi-
miles,

ſiles, illam ſcilicet quæ tribus, & hanc quæ quatuor angulis conſtat,cum ambæ paribus lineis fiant,nonne videtur tibi quædam retenta iuſtitia,vt illa quę habere non pōt parilitatem contrariorum,inconcuſſam teneat angulorum ęqualitatem : in hac vero quia tāta eſt contrariorū cōgruentia , illa lex angulorum admittat nonnullam inæqualitatem? Hoc ergo cum me multū mouerit, quærendum abs te viſum eſt,quonam mō iſta veritate, æquitate,ęqualitate,delectere. A D. Iā cerno qd dicas,

H & non mediocriter admiror. AVG. Age nunc, quia inęqualitati æqualitatē iure præponis,nec quiſquā oīno eſt;vt opinor,humano ſenſu præditus,cui non id videatur, quæramus ſi placet figurā,in qua ſumma æqualitas inueniri queat,quæcūq;.n.erit, ea cæteris ſine dubitatione pręferetur.AD. Placet vero, & q̄ iſtà ſit,ſcire cupio.A V G. Prius ergo reſponde,vtrum tibi illarū figurarum,quarum iam quantum ſatis videbatur facta mētio eſt, ea videatur excellere,quæ quatuor lineis paribus totidēq; angulis paribus conſtet.Nāq;, vt vides,in hac & linearum æqualitas & angulorū eſt:& qđ in illa quę tribus lineis paribus claudit̄ nō inueniebamus , ideſt huic parilitas contrariorū. nam lineæ linea , & angulus angulo eſt,vt cernis, cōtrarius. A D. Ita vero eſt,vt dicis.AVG. Habetne ſummā æqualitatē, an aliter tibi vr̄? Nā ſi habet,fruſtra, vt inſtitueramus,aliā quærimus : Si aūt nō habet, volo idipſum mihi abs te demōſtretur. A D. Videtur mihi habere,nā vbi , & anguli pares & lineæ pares ſunt, vbi deprehendā inæqualitatē non video.AVG. Ego aliud ſentio:Nam recta linea donec veniat ad angulos , ſumma æqualitate prædita eſt:ſed cū ex diuerſo late-

I re alia cōiūgitur linea,& angulum facit, nōne cenſes hoc ipſum eſſe inæquale? An tibi figuræ pars qua linea clauditur cum illa parte quæ angulo concluditur, congruere videtur æqualitate aut ſimilitudine? A D. Nullo mō: Et me pudet temeritatis meæ:eò enim ductus ſum,ꝙ & angulos in ea pares inter ſe & latera cernerē: Sed quis non videat eorum laterū ab angulis magnā differentiā? AVG. Accipe aliud inæqualitatis apertiſsimum iudiciū: Certe.n.cernis,vel illā figuram triangulā paribus lineis conſtantē, vel iſtā quadratā habere aliquod mediū. AD.Cerno plane. A V G. Quid ab eodē medio cū lineas ad oēs figuræ partes ducimus , pareſne tibi duci lineæ vr̄, an impares? AD. Impares prorſus: nā lōgiores eas neceſſe eſt, quas in angulos ducimus. A V G. Iſtæ in quadrata quot ſunt,& quot in triangula? A D. Quatuor hic,tres ibi. A V G. Quid minimæ omniū,q̄ rurſum & quot ſunt in figura vtraq; ? A D. Totidē, ſcilicet eę quæ ī media latera ducunt̄.AV. Veriſsime mihi videris dicere,neq; hic opus eſt diutius īmorari,ad id.n.qđ volumus,ſatis eſt:Nā & magnā æqualitatē hic ſeruari,vt opinor, vides, & tn̄ nōdum ex omni parte pfectā. A D. Oīno video,& q̄ illa figura ſit, quæ ſummā æqualitatē habeat,noſſe vehementer expecto. A V G

Summa æqualitas in figuris. Cap. 10.

Quam cēſes niſi ea,cuius & extremitas ſibi cōcors eſt vndiq;, nullo angulo æqualitatē perturbāte,& à cuius medio ad oēs extremitatis partes pares lineæ duci pnt̄? AD.Iam, vt opinor,intelligo;nam illam figurā, quæ linea in circulū ducta terminatur , mihi videris deſcribere. A V G. Recte intelligis. Nunc itaq; illud conſydera, cū ſuperior ratio docuerit lineā in ſola longitudine intelligi, nec quicq̄ latitudinis vſurpare,& ideo per longū quà ducit̄ diuidi nō poſſe, vtrum tibi videatur figura quælibet ſine latitudine inueniri. AD. Nullo mō.AV. Quid ipſa latitudo? Poteſtne longitudinem non habere,quāuis latitudo ſola ſit,quemadmodū ſuperius lōgitudinē ſine latitudine intelleximus, an nō pōt? AD. Video non poſſe. AVG. Vides ergo etiā illud niſi fallor, quòd latitudo ab omni parte diuidi queat, linea vero per longum non queat. AD.Manifeſtum eſt. AVG. Quid ergo putas pluris habendū, quod diuidi pōt, an id quod non poteſt? A D. Profecto id quod nō poteſt. AVG. Pręponis igitur lineam latitudini. Nam ſi quod diuidi non poteſt præponēdum eſt,pręponamus neceſſe eſt etiam id qđ minus diuidi poteſt : Latitudo autem ex omni parte diuiditur,longitudo vero nō niſi ex diuerſo,nam per longum diuiſionem nō admittit: Eſt ergo latitudine præſtantior . An tu aliter exiſtimas ? A D. Iſta prorſus ratio cogit fateri vt dicis. A V G. Iam quæramus , ſi placet,vtrum ſit aliquid in iſta ratione, quod omnino nō queat diuidi,erit enim hoc multo etiā q̄ illa linea melius. Nā lineā cernis ex diuerſo innumerabiliter ſecari poſſe, itaq; tibiipſi hoc īueniēdū dimitto.AD.Ego illud puto nō poſſe diuidi,qđ mediū in figura ponebamus,

amus, vnde in extrema lineæ ducuntur. Nã
diuiditur, longitudine aut ẽt latitudine ca-
ere nõ põt. Sed si longitudinẽ solã habet, nõ
am vnde ducuntur lineæ, sed ipsa linea est.
Si vero etiam latũ est, aliud desiderat mediũ
quo in extrema latitudinis lineæ ducantur.
Vtrũq; aũt hoc rõ respuit. Id erit igitur quod
diuidi nequeat. AVG. Recte dicis. Sed nonne
ibi aliquid tale vr̃ ẽt illud, vnde linea duci-
tur, & si figura nondum sit cuius mediũ intel
ligamus? Illud.n. dico lineæ principiũ à quo
incipit longitudo, quod volo sine vlla longi-
tudine intelligas. Nam si longitudinem intel
ligas. nequaquã profecto intelligis vnde ipsa
incipit longitudo. A D. Tale omnino. A V.
Hoc ergo quod iam te intelligere video, po-
tẽtissimum omniũ est quæ demonstrata sunt.
Siquidem, hoc est, quod nullã diuisionẽ pa-
tiatur, & punctum vocatur cũ mediũ tenet fi-
guræ: si aũt principiũ lineæ est vel lineis, aut
ẽt finis, vel cũ omnino aliquid notat quod si-
ne partibus intelligendum sit, nec tamen ob-
tineat figuræ medium signum dicitur. Est er-
go signum nota sine partibus. Est aũt punctũ,
nota mediũ figuræ tenens: Ita fit vt omne pũ-
ctũ ẽt signũ sit, non autẽ omne signũ punctũ
videatur. Volo enim de his nominibus inter
nos conuenire, vt minus inter disputandum
circũloquamur: quãquam pleriq; punctum
appellent, nõ quod omnis figuræ mediũ, sed
quod solius circuli vel pilæ tenet, tametsi mi
nus nobis de vocabulis laborandum est. AD.
Assentior. A V G. Vides certe etiam quantũ
valeat. Nam ab ipso incipit linea, ipso termi-
natur, & figurã rectis lineis nullã videmus fie
ri posse, nisi ipso angulus claudatur. Deinde
A vndecunque secari linea põt, per ipsum seca
tur, cum ipsum oĩno nullã in se admittat se-
ctionem. Nulla linea lineæ nisi per ipsum co
pulatur. Postremo cũ cæteris planis figuris,
nã de altitudine adhuc nihil diximus, eã prę
ponendam ratio demõstrauerit quæ circulo
clauditur, propter summam æqualitatẽ, quæ
alia ipsius æqualitatis moderatio est, quã pun
ctum in medio cõstitutũ? Multa de huius po-
tentia dici possunt, sed adhibeo modum, &
tibiipsi cogitanda plura permitto. A D. Sanè
vt videtur, non enim me requirere pigebit si-
quid fuerit obscurius: cerno aũt mediocri-
ter, vtputo, magnam huius signi esse poten-
tiam. AVG. Nunc ergo illud attende, cum &
quid sit signum, & quid sit lõgitudo, & quid
sit latitudo perspexeris: quid horũ tibi videa-
tur alterius, & cuius indigere, sine quo esse
nõ possit. AD. Video ꝙ latitudo longitudine
indigeat, sine quà prorsus intelligi nõ potest.
Rursus longitudinẽ cerno latitudine quidẽ
nõ indigere vt sit, sed sine signo illo esse non
posse. Illud aũt signũ per semetipsum esse, te B
nullius horũ indigere manifestũ est. A V. Ita
est vt dicis: sed diligẽtius cõsydera, vtrũ lati-
tudo vere vndique secari queat, an alicunde
nec ipsa sectionẽ possit admittere, q̃uis plus
admittat q̃ linea. A D. Nescio prorsus vnde
non possit. AVG. Credo te nõ recordari, nã
nescire istud nullo modo potes: quare cõmo
nefaciam te isto mõ. Certe.n. latitudinem sic
intelligis, vt cognitione tua de altitudine ni-
hil vsurpes. AD. Sic oĩno. AVG. Accedat igit̃
huic latitudini altitudo, & rñde iã vtrũ ẽt ali
q̃d accesserit, quo magis vndiq; secari queat.
AD, Mire omnino admonuisti. Nũc.n. video
non solum desuper aut ex inferiori parte, sed
à lateribus quoque admitti posse sectionem,
nihilque omnino remansisse, vnde nõ queat
penetrare diuisiò. Quare manifestnm est &
latitudinem ex his partibus secari non posse,
per quas surrectura est altitudo. A V G. Qm̃
tibi igitur, si nõ fallor, & lõgitudo & latitudo C
& altitudo nota est, q̃ro vtrũ possint deesse
duo superiora, vbi aderit altitudo. A D. Sine
longitudine quidẽ video esse nõ posse altitu
dinẽ, sine latitudine aũt potest. AVG. Redi er
go ad cognitionẽ latitudinis, & si eã quasi ia-
centẽ aĩo figuraueris, erigatur in quodlibet
latus, tanq̃ si eam velles per tenuissimã rimã
vbi se clausæ ianuæ iungunt educere. An nõ-
dũ intelligis quid velim? AD. Intelligo quid
dicas, sed nondum fortasse quid velis. AVG.
Illud.s. vt respondeas, vtrum sic erecta latitu-
do videat̃ tibi migrasse in altitudinẽ, & latitu
dinis iã nomẽ descriptionẽq; amisisse: an ad-
huc maneat latitudo, quãuis ita sit collocata?
AD. Videtur mihi altitudo esse facta. A V G.
Recordarisne obsecro quẽadmodũ altitudi-
nẽ definieramus? AD. Recordor plane, &
me iã sic respondisse pudet. Nã etiã hoc mo
do quasi erecta latitudo sectionem per lon-
gũ deorsum versus nõ admittit, quare nulla in
ea pñt ĩteriora cogitari, q̃uis mediũ & extre
ma cogitent̃. Scd̃m aũt superiorẽ demõstra-
tionẽ altitudinis, q̃ fecisti vt recordarer, nul-

la

la omnino est altitudo, vbi nihil intus cogitari pót. AVG. Recte dicis, & sic te omnino meminisse cupiebam. Quamobré illud iam volo respódeas, vtrũ falso verũ anteponas. A D, Iam hinc dubitare, incredibilis dementia est.

D A V G. Dic ergo quæso te. Nunquidnam vera linea est, quæ per longũ secari pót: Aut verum signũ, quod vllo modo secari pót: Aut vera latitudo, quę cum erecta est, vt diximus, sectionem per longum deorsum versus admittit? AD. Nihil minus. A V G. Vnq̃ ne igitur oculis istis corporeis, vel tale punctũ, vel talem lineam, vel talem latitudinem vidisti? AD. Omnino nunquam. Non enim sunt ista corporea. A V G. Atqui si corporea corporeis oculis mira quadam rerum cognatione cernuntur, oportet animum, quo videmus illa incorporalia, corporeum corpusve non esse. an tu aliter existimas? AD. Age, iam concedo corpus non esse animum vel quicq̃ corporeũ. Quid est tandem dic mihi? AVG. Vide interim vtrum confectum sit carere illum illa omni quantitate, de qua nunc qõ est: nã quid sit animus, oblitum te esse miror priore inter nos qõne discussum. Meministi.n. te q̃sisse primitus, vnde esset, quod duobus modis à nobis tractatum esse memini: vno, quo quasi de regione eius quæsitum est: altero, vtrumnam ex terra, vel igne, vel alio quopiã istorum elementorum esset, vel ex omnibus, vel ex aliquibus horum. In qua qõne cõstitit

Animus incorporeus cernit incorporea. cap. 13.

Epilogus prædictorũ, supra. cap. 14.

E inter nos, non magis hoc quærendũ esse, quã vnde sit terra, vel siquod aliud elementorum singulorum. Intelligẽdum est.n. quanq̃ Deus fecerit animũ, habere illum certã substantiã, quæ neque terrena, neq; ignea, neque aerea sit, neque humida: nisi forte arbitrandum est Deũ terræ dedisse, vt nihil aliud sit q̃ terra, & non dedisse animo, vt nihil aliud q̃ animus sit. Si aũt definiri tibi animum vis, & quæris quid sit animus, facile respondeo. Nam mihi videtur esse substantia quædam rõnis particeps, regendo corpori accõmodata. Itaque illud potius attende, vnde ambigitur nunc, vtrum quantitas, & quasi, vt ita dicam locale spaciũ animo vllum sit. Nam profecto quia corpus nõ est, neque enim aliter incorporea illa cernere valeret, vt superior rõ demõstrabat, ꝓculdubio caret spatio quo corpora metiunt. Et ob hoc recte credi, aut cogitari, aut intelligi talis eius quãtitas non pót. Si aũt te mouet, cur tãta cœli, terræ, marisque spatia memoria cõtineat, cũ sit ipse nullius q̃titatis, mira quædã vis est, quã tñ ex iis q̃ à nobis cõperta sunt, quantũ inest ingenio tuo luminis, animaduertere potes. Si.n. corpus nullũ est, vt rõ iã ostendit, qđ longitudine, latitudine, altitudine careat, nihilq; horũ nisi cum aliis duobus esse in corpore pót, animo tñ ẽt solã lineã interiore quodã oculo .i. intelligentia, vidẽre cõcessum est, arbitror nos concedere sic aĩum corpus non esse, vt sit corpore melior: quo cõcesso non opinor dubitandũ esse eũ ẽt linea esse meliorẽ. Ridiculũ est.n. cum tria illa insunt corpori vt corpus sit, non his omnibus esse meliorẽ, qui corpore est melior. At ipsa linea, qua melior esse cõuincitur aĩus, iõ cæteris duobus præstat, quia minus q̃ illa duo secari pót. Porrò illa duo eo magis secantur q̃ linea quo magis se in spatiũ distẽdunt, linea vero spatiũ nisi lõgitudinis nullũ hẽt, quo sublato nihil omnino remanet spatii. Quapropter quicquid linea melius est, necesse est nullo spatio sit, & oĩno diuidi secariq; nõ possit. Frustra igitur, vt opinor quantitatẽ animi quæ nulla est, inuenire laboramus, cũ eũ linea cõcedamus esse meliorẽ. Et figurarũ omniũ planarũ illa optima est, quæ circulo effingitur, in qua ratio docuit nihil melius esse puncto atq; potentius, quod nullo dubitante partibus caret, quid mirũ si aĩa neq; corporea sit neq; vlla aut longitudine porrecta, aut latitudine diffusa, aut altitudine solidata, & tñ tm̃ valeat in corpore, vt penes eã sit regimẽ oĩum mẽbrorũ, & quasi cardo quidã in agẽdo, cunctarũ corporaliũ motionũ? Cũ aũt oculi mediũ, quæ pupilla dr̃, nihil aliud sit q̃ quoddã punctũ oculi, in quo tñ tãta vis est, vt eo dimidium cœlum, cuius ineffabile spatiũ est, ex aliquo eminenti loco cerni collustrarique possit, non abhorret à vero aĩum carere omni corporea magnitudine, q̃ tribus illis differẽtiis cõsummatur, q̃uis corporum magnitudines quaslibet imaginari queat. Sed paucis licet ipso aĩo animũ cernere .i. vt ipse se aĩus videat, videt aũt per intelligentiã. Huic soli.n. licet videre nihil esse in rebus potẽtius & magnificẽtius ijs naturis, q̃ vt ita dicã, sine tumoribus esse intelligũtur. Tumor.n. nõ absurde appellatur corporis magnitudo, quæ si magnipendẽda esset plus nobis ꝓfecto elephanti saperent. Quod si quisq̃

Animus quid sit.

Animus incorporeus quãtũ valeat. cap. 14.

eorum

orũ cognatus dicet elephantos eſſe ſapien
es: ſenſi.n.quanuis admirans,ſenſi tñ ẽt hinc
omines ſæpe ambigere:illud (quãtũ opinor
altẽ cõcedet,plus aſino ſapere apiculã,quo-
ũ cõparare magnitudines plus profectò eſt
ꝗ aſininũ. Vel quod ẽt de oculo dicebamus,
cui nõ liqueat aquilæ oculũ multo q̃ nr̃ eſt,
eſſe breuiorẽ? Quo tñ illa ſublime ita volans,
vt à nobis in tanta luce difficile cernatur, la-
tentem ſub frutice lepuſculũ,& ſub fluctibus
piſcẽ videre cõperta eſt. Quod ſi in ipſis ſen-
ſibus,q̃bus niſi corporea ſentire non datum
eſt,nihil ad rem.i.ad vim ſentiendi valet cor-
poris magnitudo, metuendumne eſt q̃ſo, ne
animus humanus, cuius excellentior & penè
ſolus aſpectus eſt ipſa ratio,qua ẽt ſe inueni-
re molitur,nihil ſit,ſi illũ eadẽ ratio.i. ſeipsã
omni magnitudine qua obtinetur locus, ca-
rere conuicerit? Magna quædã, crede mihi
magna,ſed ſine vlla mole de animo cogitan-
da ſunt. Qđ facilius contingit ijs qui aut be-
ne eruditi ad hæc accedunt nõ ſtudio inanis
gloriæ,ſed diuino amore veritatis accẽſi: aut
qui iã in his q̃rendis verſant̃, quanuis minus
eruditi ad inueſtiganda ea venerint,ſi patien-
ter hominibus ſe dociles præbent, atque ab
omni corporum conſuetudine, quantum in
hac vita permittitur, ſemet auertunt. Fieri au
tẽ non põt quadã diuina prouidẽtia, vt reli-
gioſis animis ſeipſos & Deũ ſuũ.i. veritatem,
pie,caſte,ac diligenter quærentibus, inueniẽ
di facultates deſint. Sed ab iſta quæſtione niſi
quid te adhuc moueat,iam recedamus, ſi pla
cet,& ad alia tranſeamus: Quicquid aũt de il
lis figuris loquacius à nobis fortaſſe diſputa-
tum eſt q̃ volebas, videbis quantum ad alia
valebit,ſi hanc diſceptationẽ aliquid eo adiu
tam eſſe concedis. Nam & exercet aĩum hoc
genus diſciplinarũ ad ſubtiliora cernenda,ne
luce illorũ repercuſſus, & eam ſuſtinere non
valens, in eaſdẽ tenebras quas fugere cupie-
bat,libẽter refugiat: & affert argumenta, niſi
fallor,certiſsima,quibus qđ fuerit inuentum
atq; cõfectum,nõ niſi impudentẽ, habeat du
bitationẽ, quantum homini talia inueſtigare
permiſſum eſt. Impudens dubitatio duobus
modis fieri cognoſcitur: Dũ aut homo q̃ rõ-
ne vti põt intantũ hebes pigerq; ad quæren-
dam veritatem efficitur, vt plus velit in tene-
bris vanitatis remanere,q̃ in eo quod à crea-
tore ſuo eſt cõditus ad ſeipſum ſemel & Deũ
ſuũ vera ratiocinatione inueniẽdũ inueſtigã-
dũq; laborare: aut tã improba cõtumacia ea K
q̃ ab alijs laborãtibus ſtudioſe, & pie quærẽti
bus,& inuenta,& cõfecta ſunt,inueniri & cõ
fici poſſe dubitare: neq; aliã ob cauſã faciũt,
niſi ꝙ à ſemetipſis inuenta non ſint. Quod ge
nus inuidiæ impudentiſsimũ eſſe ratio ꝓbat.
Minus.n ego de his rebus dubito,quam de ijs
quas iſtis oculis videmus, cũ pituita ſemper
bellũ gerentibus. Quid.n.minus ferẽdũ & au
diendũ eſts q̃ fateri nos rõne præſtare beſtiis,
& eam rẽ fateri eſſe aliquid,quã corporeo lu
mine ſentimus, quam ẽt nonnullæ beſtiæ me
lius cernũt,id aũt qđ rõne intuemur nihil eſ-
ſe cõtendere? Quod ſi diceretur tale eſſe qua
le illud eſt quod oculi vidẽt,nihil ꝓfecto di-
ci poſſe indignius videret̃. AD. Accipio iſta
libentiſsime atque aſſentior: ſed illud me mo
uet,cũ corporeæ q̃titatis non eſſe aĩa, res ita
clara ſit mihi,vt omnino quemadmodũ reſi-
ſtam illis argumẽtis, & quid eorum non con
cedam,prorſus ignorẽ. Primum cur ætate vt
corpus creſcit, ita & anima vel creſcat, vel
creſcere videatur. Quis.n.neget pueros infan
tes, ne beſtiarum quidẽ nõnullarũ aſtutiæ cõ
parandos? Quis aũt dubitet illis creſcentibus
ẽt ipſam in eis quodammodo creſcere ratio-
nẽ? Deinde ſi per ſpatium ſui corporis aĩa di
ſtenditur,q̃uo nullius quantitatis eſt? Si nõ di
ſtenditur,q̃uo ſentit vbiq; pungentẽ? AVG.
Omnino ea quæris quæ me quoq; ſepe mo- L
uerũt: Itaq; non ſum imparatus tibi rñdere,
vt mihi ſoleo. Vtrũ aũt bene rõ quæ te agit iu
dicabit,qualecũq; id tñ ſit,plus certe nõ poſ-
ſum,niſi forte aliquid melius cũ diſputamus,
in mentẽ diuinitus venerit. Sed agamus, ſi pla
cet more noſtro, vt duce ratione tu tibi ipſe
reſpõdeas: Ac prius quęramus, vtrũ creſcen
tis cũ corpore animi certum argumentũ ſit,
ꝙ ætatis acceſſu aptior humanæ cõſuetudini
homo & ĩ ea magis magisq; peritus eſt. AD.
Age,vt placet: Nã & ego id genus docẽdi ac
diſcendi maxime probo: Neſcio quo.n.mo-
do cum id quod neſciens quærebam ipſe re-
ſpondeo,fit ipſa inuentio non modo re, ſed
animi rõne ẽt dulcior. AVG. Dic ergo vtrũ
tibi maius & melius duo quædã,an vnũ atq;
idem eſſe videatur duobus nominibus appel
latum? AD. Scio aliud eſſe quod maius,aliud *Virtus cir*
qđ melius dicimus. AVG. Quid horum duo *culo ſimi-*
rum eſt cuius eſſe putes quantitatem? AD. *lis.ca.16.*
Id vide-

M Id uidelicet qđ maius dicimus. AVG. Quid
cum duarum figurarum rotundam quadrata
meliorem eſſe confitemur, quantitaſne id fa
cit, aut quid aliud? AD Nullo modo quanti-
tas, ſed illa, de qua ſuperius egimus æqualitas
huius excellentiæ cauſa eſt. AVG. Nunc ergo
illud attende, vtrum tibi videatur virtus ęqua
litas quædam eſſe vitæ, rationi vndique con-
ſentientis. Nam ſi aliud ab alio in vita diſcre-
pet, magis, ni fallor, offendimur, q̃ ſi aliqua
pars circuli, maiore minoreue interuallo, q̃
aliæ partes diſtet à puncto. An tu aliter exiſti
mas? AD. Immo aſſentior, & hanc q̃ abs te
deſcripta eſt, probo eſſe virtutem: Nam & rõ
non dicenda eſt aut exiſtimanda niſi vera: &
cuius vita per omnia congruit veritati, is eſt
profecto uel ſolus, vel certe maxime qui be-
ne atq; honeſte uiuit: & qui ita ſit affectus, ſo-
lus habere virtutem, & ea viuere iudicãdus
eſt. AVG. Probe dicis: Sed certe ẽt illud vi-
des, vt opinor, ſimiliorem eſſe virtuti circu-
lum q̃ figurarũ planarũ aliã quãlibet. Hinc
eſt. n. qđ apud Horatiũ magnis laudibus ſole
mus extollere illum verſum, quo ait, cũ de ſa
piente ageret: Fortis & in ſeipſo totus teres
A atq; rotundus. Et recte. Nã neq; in animi bo-
nis quicquam inuenis, quod magis ſibi ex oĩ
parte conſentiat q̃ virtutem: neq; in planis fi-
guris, q̃ circulũ. Quamobrẽ ſi circulus non
magnitudine ſpatij, ſed quadã conformatio-
ne cæteris p̃ſtat, quanto magis de virtute exi-
ſtimandũ eſt, ꝙ non maioris loci occupatio-
ne, ſed diuina quadã congruentia rõnũ atq;
concordia, cæteras affectiones animi ſupe-
rat? Cum autem puer proficit laudabiliter, ad
quã rem magis q̃ ad virtutẽ proficere dr̃? An
non tibi vr̃? AD. Manifeſtum eſt. AVG. Non
igitur tibi debet videri animus ſicut corpus
creſcendo cum ætate proficere: proficiendo
enim ad virtutem peruenit, quã fatemur nul-
la ſpatij magnitudine, ſed magna ui conſtan-
tiæ pulchram eſſe atq; perfectam: Et ſi aliud
eſt maius, aliud melius vt iã dediſti, quicq̃d
aĩa cũ ætate proficit, cõpos rõnis fit, non mi-
hi vr̃ fieri maior, ſed melior. Quod ſi mem-
B brorũ id faceret magnitudo, eo quiſq; pru-
dẽtior eſſe, quo lõgior aut ualidior, quod ſe
aliter habere non opinor, negabis. AD. Quis
iſtud negauerit? Sed tñ cum proficere aĩam
p ætatẽ ẽt tu concedas, miror qui fiat, vt oĩs
quãtitatis expers, & ſi nõ mẽbrorũ ſpatio, at
certe temporis adiuuet. AVG. Deſine mirari
nã & hic tibi ſimili rõne rñdeo: Vt. n. mẽbro
rum magnitudo ideo nihil affert argument
cur aĩam adiuuet, ꝙ multi exiliorib. breuio
ribusq; mẽbris prudentiores inueniuntur q̃
buſdã magna mole corporis p̃ditis: qm̃ iu
niores nonnullos ſenioribus pleriſq; magi
induſtrios atq; ſtrenuos videmus, non vide
cur putanda ſint ſpatia tp̃is in ætatibus incre
menta vt corporibus ſic animis dare: cum &
ipſa corpora quibus par tp̃s creſcere atq; am
pliora ſpatia tenere conceſſum eſt, ſæpe ſin
annoſiora breuiora, non mõ ſenilia, q̃ magni
tudine tp̃is contrahuntur atq; minuntur, ſed
ẽt puerorum, quos animaduertimus his bre-
uiores eſſe corpore, quibus ſunt ætate maio-
res. Si igitur porrecta in plurimum tp̃a, ne ip
ſis quidẽ corporibus magnitudinis afferunt
cauſam, ſed oĩs illa ſeminis vis eſt, quorundã
naturæ numerorum ſanè occultorum & dif-
ficiliũ ad dignoſcendũ: quanto minus arbitrã C
dum eſt longo tp̃e aĩam fieri longiorẽ, quia
eam videmus uſu rerũ atq; aſsiduitate multa
didiciſſe. Quòd ſi te illud mouet, ꝙ ſolemus
eã quam Græci μακροθυμίαν vocant, longa-
nimitatẽ interpretari, animaduertere licet à
corpore ad animum multa verba transferri,
ſicut ab animo ad corpus. Nã ſi montẽ im-
p̃bum, & iuſtiſsimam tellurem dixit Vergilius,
q̃ uerba cernis ab animo ad corpus eẽ trãsla-
ta, quid mirum ſi mutua vice longanimita-
tẽ dicimus, cũ longa niſi corporea eſſe non
poſsint? Ea verò inter uirtutes q̃ appellatur
animi magnitudo, ad nullũ ſpatiũ, ſed ad vim
quandam. i. ad p̃tãtem potentiamq; animi re
lata, recte intelligitur, virtus eo pluris æſtimã
da, quo plura contemnit. Sed de hac poſt lo-
quemur, cũ q̃remus, quãta ſit anima, ſicut q̃-
ri aſſolet, quantus fuerit Hercules, factorum
excellentia non mole membrorũ: ita. n. ſupra
diſtribuimus. Oportet aũt nunc te recordari
quod de puncto iam ſatis egimus: nam id po
tiſsimum eſſe maximeq; in figuris dñari rõ
docebat: Potentia vero atque dominatus,
nonne oſtentant quandã magnitudinẽ, & in
puncto tñ nullũ ſpatiũ reperiebamus? Nõ igi
tur magnũ vel ingentem animũ cũ audimus,
aut dicimus, quantũ loci occupet, ſed quantũ D
poſsit cogitandum eſt. Quamobrem ſi iã pri-
mum argumentum tuum, quo tibi per ætatẽ
cũ corpore animus creſcere videbatur, ſatiſ-

discuſ-

Virtus quid ſit.

Lib. 2. ſermonum.

discussum est, transeamus ad aliud. AD. Ne-
scio utrum omnia quæ me non frustra moue
re assolēt, prosecuti fuerimus. Et fieri pōt, ut
recordationē meā fugiāt, uerūtamen qđ nūc
in mentē uenit, uideamus quale sit, qđ puer
infans nō loquitur, atq; id crescēdo assequi-
tur. AVG. Facile est istud: Nā credo uideri ti
bi ea lingua quēq; loqui, quā loquuntur ho
mines, inter quos natus educatusq; sit. AD.
Nemo id ignorat. AVG. Constitue ergo quē
piam ibi natum atq; alitū ubi homines non
loquerentur, sed nutibus mēbrorūq; motu
cogitationes suas sibimet exprimēdas signa-
rent, nōnne censes eū talia esse facturū, neq;
locuturum qui loquentē neminem audierit?
AD. Nolo me hoc interroges, quod fieri nō
pōt: Qui.n. tales hoīes, inter quos quenq̄ na-
tū cogitare possim? AVG. Itane tu non uidi-
sti Mediolani adolescentē honestissimi cor-
poris & elegātissimæ urbanitatis, mutū tn̄ at
que ita surdum, ut neq; alios nisi motu cor-
poris intelligeret, neq; ipse aliter, q̄ uellet, si-
gnificaret? Hic.n. est notissimus. Nā ego noui
rusticū quendā loquentē, de loquente uxore
filios oēs mares atq; fœminas quatuor ferè
aut eo amplius (non.n. satis nūc cōmemini)
mutos surdosq; genuisse. Nā ex eo qđ loqui
non poterant muti, ex eo aūt ꝙ nulla signa
nisi oculis colligebāt, ēt surdi intelligebant.
AD. Illum uero ego bene noui, & de istis ne
scio quib. credo tibi: Sed quorsum ist.? AVG.
Quia dixisti non te posse cogitare inter tales
homines nasci quempiā. AD. Nec nūc aliud
dico, nā istos, nisi fallor, inter eos qui loque-
rentur, natos esse concedis. AVG. Non equi-
dem negauerim, sed cum iam inter nos con
stet nonnullos tales homines esse posse, quæ
so cogites si ex hoc genere mas & fęmina iū
gerentur, atq; in aliquā quocunq; casu dela-
ti solitudinem, vbi tn̄ uiuere ualerent, gigne-
rēt filiū non surdū, quemadmodū esset cum
parentibus iste locuturus? AD. Quemadmo-
dum censes, nisi ut parentes ei dabunt, ita ge-
stu signa redditurum? Sed tamē puer paruus
ne hoc quidem posset: Quare illa ratio mea
manet integra. Quid. n. refert utrum loqui an
F gestū facere crescendo assequatur, cum ad
animā utrūq; pertineat, quā fateri nolumus
crescere. AVG. Iam mihi uideris etiam cum
in fune quisq; ambulat, ampliorem credere
hunc habere animam, q̄ eos qui id facere ne
queunt. AD. Hoc aliud est, quis enim hoc nō
uideat esse artis? AVG. Cur obsecro artis, an
quia didicit? AD. Ita uero. AVG. Quare tibi
ergo etiā si aliud quisque discat, nō artis vr̄?
AD. Planè quicquid discitur artis esse non ne
go. AVG. Non ergo ille didicit à parentibus
gestum facere? AD. Didicit sanè. AVG. Opor
tet igitur & hoc non animæ crescendo am-
plioris, sed imitatoriæ cuiusdam artis esse cō
cedas. AD. Non possum hoc concedere. AV.
Ergo non omne quod discitur artis est, quod
nunc concesseras. AD. Artis omnino. AVG.
Non ergo ille didicit gestum, quod item nō
minus dederas. AD. Didicit, sed hoc non est
artis. AVG. Atqui tu pauloante dixisti artis
esse quod discitur. AD. Age iam concedo &
loqui & gestū facere, eo ꝙ ea didicimus artis
esse. Tn̄ aliæ sunt artes, quas dū in alios inten
dimus, discimus, aliæ quæ à magistris inferū G
tur nobis. AVG. Quas tandem istarum putas *Artes du-*
animā, ex eo qđ amplior fiat adipisci? An nę *pliciter*
omnes? AD. Non omnes puto, sed illas supe- *discimus.*
riores. AVG. Nonne tibi ex hoc genere uidę
tur, in fune ambulare? nam & hoc uidendo,
ut arbitror, qui id faciunt, assequuntur. AD.
Ita credo, sed tamen non omnes qui hęc spe
ctant & magno studio intuentur, asseq possunt,
sunt, sed qui huius rei magistros patiuntur.
AVG. Bene sanè dicis: Nam & hoc tibi etiam
de locutione responderim: Multi.n. Græci &
aliud genus linguæ crebrius nos loquētes au
diunt, q funambulum spectant, q ut linguā
nostrā discant, quēadmodū nos, cum ipso-
rum nosse uolumus, sæpe magistris tradunt.
Quæ cum ita sint, miror cur animæ incremē
tis tribuere uelis, & loquuntur homines, ꝙ
aūt in fune ambulant, nolis. AD. Nescio quō
ista confundis: Nam qui ut linguam nostram
discat magistro traditur, nouit aliam quan-
dam suā, quā eū, ꝙ eius anima creuerit, pu
to didicisse, cum autem discit alienam, non
ampliori animæ, sed arti tribuo. AVG. Quid H
si ille qui inter mutos natus atq; alitus est, se
ro ac iam iuuenis in alios homines incidens
loqui didicisset, cum aliam linguam nullam
nosset, eo tp̄e putares animam eius creuisse,
quo loqui didicerat? AD. Nunquam istuc au
sim dicere. Sed iā cedo rationi, nec puto am
plioris animæ argumentum esse quod loqui
mur, ne & alias oēs artes cogar fateri crescē
do animā cōsecutam. Quod si dixero, illud
seque-

Aĩa quõ crescere minuive dicitur. Cap. 19.

sequetur absurdũ, decrescere animã, cum qđ obliuiscitur. AVG. Bene intelligis, & uerum ut audias, recte dicit anima in discẽdo quasi crescere, & contra minui dediscendo, sed translato uerbo, ut superius ostendimus. Tñ illud cauẽdum est, ne quasi spatium loci maius occupare uideatur dũ dicit crescere, sed maiorem quãdã uim peritior, q̃ imperitior habere ad agendum. Magni tñ refert qualia sint illa ipsa quæ discit, quibus quodammodo uidetur augeri. Nã ut in corpore tria sunt genere incremẽtorũ: Vnum necessariũ, quo naturalis cõuenientia impletur in mẽbris: Alterũ superfluum, quo à cæteris mẽbris integra ualetudine augendo aliq̃d discrepat, per quod interdũ euenit, ut senis digitis nascãtur

Trium incrementorum corporis & aĩæ comparatio.

I homines, & pleraq; alia, q̃ cum præter consuetudinẽ nimia sunt, mõstruosa nominãtur: Tertium noxium, qđ cum accidit, tumor uocatur, nam ẽt sic membra crescere dicuntur, & reuera locũ occupãt ampliorẽ, sed expugnata bona ualetudine. Ita in animo quædã quasi naturalia incrementa sunt, cum honestis & ab bene beateq; uiuendũ accõmodatis disciplinis augeri dicitur. Cum uerò ea discimus quæ mirabiliora q̃ utiliora sunt, quanquam nonnullis rebus plerunq; opportuna, superuacanea tñ & de illo secundo genere numeranda sunt. Non enim si quidem tibicen, ut Varro author est, ita populũ delectauit, ut rex fieret, vt ideo animum nostrum illo artificio augendum putare debemus, quia nec maiores q̃ humani sunt, dẽtes habere uellemus, si audiuissemus, à quopiã ꝙ tales habuerit morsu hostẽ necatum. Noxiũ uero illud est genus artiũ, quo animi ualetudo sauciatur, nam & odore ac sapore mire diiudicare pulmẽta, & quo lacu piscis captus sit, uel quo tenue uinũ sit, nosse dicere, q̃dam est miseranda peritia. Et his artibus cũ quasi creuisse aĩa uidetur, quæ neglecta mente defluxit in sensus nihil aliud q̃ tumuisse vel ẽt contabuisse iudicãda est. AD. Accipio ista & as-

K sentior, nec tñ nihil angor ex eo ꝙ imperitia omnium rerum & bruta anima, quã in puero recens nato, quantum licet, inspicimus. Cur. n. nullã artem secum attulit, si ęterna est? AVG. Magnam, omnino magnã, & qua nescio utrum quicquã maius sit, quæstionem moues, in qua tantũ nostrę sibimet opiniones aduersantur, ut tibi anima nullã, mihi cõtra, oẽs artes secũ attulisse uideat̃, nec aliud quicq̃ esse id qđ dicitur discere, q̃ reminisci & recordari. Sed uidesne q̃ huius tpis nõ sit utrum ista habeant ita sese reqrere? Nunc. n. agimus ut appareat, si potest, nõn eam ſm loci spatia paruam magnamve nominari. A eternitatem aũt eius si ulla est, opportune scrutabimur, cũ illud qđ quartũ posuisti, cur corpori fuerit data, quantũ fas est, tractare cœperimus. Quid ad talẽ eius quantitatẽ attinet semperne, an non sp fuerit, futuraue sit, aut ꝙ nunc imperita, nunc perita est, cũ & longũ tps ne corporibus quidẽ afferre magnitudinis causam, superius probauerimus, & peritiã notissimũ sit posse nullã adesse crescentibus, ac sæpe senescẽtib. opportunam esse multaq; alia dicta sint satis, ut opinor, ad demonstrandũ, nõ cũ magnitudine corporis quã ætas affert, ẽt animã fieri ampliorẽ. Quare uideamus, si placet, illud alterũ argumẽtũ tuum quale sit, quod per totũ spatiũ corporis tactus sentitur ab anima, quã spatii nullius esse uolumus. A D. Sinerẽ iam ad aliud transiri, nisi de uiribus dicendũ aliquid arbitrarer. Quid est. n. hoc ꝙ auctiora per ætatẽ corpora uires præbent animæ ampliores, si cũ his amplior nõ sit anima? Quanquã. n. uirtus animæ, uires autẽ corporis putari soleãt, nunquam tñ ab aĩa eas abiudicauerim, cum uideã in exanimis corporibus nullas esse. Per corpus quidẽ uirib. sicut sensibus uti animã non negandũ est, tñ qm̃ ista sunt uiuentis officia, quis hæc dubitauerit ad animã potius ꝑtinere? Cum igitur maiores uires in pueris grandiusculis q̃ in infantibus esse uideamus, ac deinde adolescentes iuuenesq; in dies uiribus præstent, donec rursus corpore senescente minuantur, non leue quantum mihi uidetur crescẽtis cum corpore, ac deinde senescentis animæ indicium est. AVG. Non vsquequaque absurdum est quod dicis: Sed ego uires non magis in amplitudine corporis ætatisq; incrementis, q̃ in exercitatione quadã & cõfirmatione membrorũ esse soleo putare: Id ideo ut tibi probem, quæso abs te, utrum alium alio pertinacius ambulare, ac minus defatigari, maiorum uirium esse arbitreris? A D. Ita sentio. A V G. Cur ergo puer multo amplius itineris conficiebam sine defectu, cum aucupandi studio in ambulãdo exercerer, q̃ adolescens cum me ad alia

Aĩa nunquid ex se sciat. ſCap. 10.

studia

ſtudia quibus ſedere magis cogebar, cotuliſ-
ſem, ſi accedēti ætati, & p hanc animę creſcē
ti vires ampliores tribuēdæ ſunt. Deinde in
ipſis luctatorū corporibus paleſtritæ nō mo-
lē ac magnitudinē, ſed modos quoſdā lacer-
torū, & deſtrictos toros figuramq́; oēm cor
poris ſibi congruentē peritiſsime inſpiciūt,
hinc potius argumenta viriū colligunt. Quæ
tñ omnia parū ualent, niſi uis artis & exercita
tionis accedat. Sæpe ēt uiſum eſt ingētis cor-
poris viros, ab exiguis breuibusq́; ſuperari,
vel in mouendis, vel in ferēdis pōderib. vel
in ipſo ēt luctamine. Nā Olympionicū quē-
libet laſſari in itinere citius, q̃ circūforaneū
aliquē mercatorem, qui vno illius digito col
lidi poſsit, cui eſt incognitum? Quare ſi & ip
ſas uires non peræq́; oēs, ſed alias ad aliud ap
tiores magna uocamus, & corporū liniamen
ta magis, & figuræ q̃ magnitudines ualēt plu
rimū, etſi exercitationes tantū afferūt, ut cele
berrime creditū ſit, hominē tollendo quoti-
die uitulū paruū, egiſſe ut eū ēt taurū ſine ſen
ſu maioris oneris, quod paulatim addebatur,
tollere ac ſuſtinere poſſet, ne quaquā amplio
ris ætatis uires cū corpore animā creuiſſe ſi-
gnificant. Quod ſi amplius aliquid animaliū
maiora corpora eoipſo quo maiora ſunt ha-
bent uirium, illa cauſa eſt, ꝙ lege naturæ ce-
dunt pondera minora maioribus, non modo
cū ad propriū locū ſuopte nutu feruntur, vt
humida & terrena corpora in ipſius mundi
medium locū qui eſt infimus, rurſus aerea &
ignea ſurſum uerſus, ſed ēt cū aliquo tormē-
to aut iactu aut impulſu aut repulſu, eò quò
nō ſpōte ferūtur, vi aliena ire cogunť. Nā ſi
ex alto deieceris quanq̃ ſimul duos lapides
diſparis quātitatis, citius quidē maior terræ
ꝑuenit, ſed ſi ei minor ſubiciať, eoq́; ineuita
biliter occupetur, cedit profecto ſimulq́; in
ſolū deducitur. Itē ſi deiicit deſuper maior,
minor aūt contra ſurſum uerſus iacitur, vbi
obuiā uenerint, repercuſsio minoris & re-
B troceſsio fiat neceſſe eſt. Qđ ne ideo accide
re putes, ꝙ minor ꝯ naturā in ſublimia ire
cogebať, alter uero maiore impetu locū ſuū
petebat facito, ut maior in ſupna iaculeť, &
minori occurat ĩ terras deiecto, uidebis nihi
lominꝰ repulsū minorē in cęlū cogi, ſed reꝑ
cuſſu ipſo cadere in aliā partē, ut qua expe-
ditū eſt, in ima deferať. Itē ſi ambo nō motu
naturali, ſed à duobus quaſi in cāpo pugnan
tibus aduerſus inuicem iacti, ſibimet in me-
dio ſpatio cōplodantur, quis dubitauerit mi-
norē maiori eſſe ceſſurū, in eā partē unde ip
ſe eſt & quò ille ferebať? Quæ cum ita ſint. i.
cū minora ut dictū eſt pōdera maioribus ce-
dāt, multū tñ refert quāto in ſe agantur impe
tu. Nā ſi maiore impetu minor, uelut uehe-
mēti aliquo tormēto emiſſus infligať maiori
laxius iaculato, uel iā langueſcēti, quāuis ab
eodē reſiliat, retardat illū tñ, aut ēt retro agit
pro mō ictuū atq́; ponderū. His præiactis* at *Præfatis*
que intellectis, quantum ꝑſens negociū po-
ſtulabat, uide nunc eas quæ dicunť in aĩalib.
uires, utrū rationi huic congruant. Nā cor-
pora aĩaliū quis negat ſuo pōdere ꝑpediri?
*Quod pondus nutu aĩæ actū, quò inclina- *Prædita.*
uerit, multū ualet magnitudine propria. Sed
nutus auimæ ad mouendū corporis pondus, C
neruis quaſi tormentis utitur. Neruos aut ve-
getat mobilioresq́; efficit ſiccitas colorq́;
moderatus, cōtra eos laxat atq́; infirmat hu-
midus rigor. Itaq́; ſomno qa eū frigidū & hu
midū dicunt medici & probant, mēbra lan-
gueſcūt, atq́; ipſe expergefactorum conatus
multo eſt debilior, ideoq́; nihil eſt fractius
& eneruius lethargicis. At quoſdā phreneti-
cos, quibus uigiliæ & uini uis & acutæ fe-
bres. i. tot calida plus nimio neruos tendunt
atq́; durāt, maiorib. uirib. q̃ integra ualetudi
ne reluctari, & multa facere manifeſtū eſt, cū
eorū corpus ſit ægritudine attenuatius & exi-
lius. Si igiť & nutu animæ, & neruorū quodā
machinamēto, & pondere corporis conſiūt,
hæ quæ uires uocanť, uoluntas autē utrū ex-
hibet, q pronior ſit ſpe uel audacia, retundiť
aūt timiore, ſed multo magis deſperatione, nā D
in metu cū aliqua ſpes ſubeſt, vehementiores
uires apparere aſſolēt: Machinamentū conſi-
guratio quædā corporis coaptať, temperatio
modificat ualetudines, confirmat exercitatio
nis induſtria. pōdus dat moles membrorum,
quā ætas & nutrimēta cōparāt, inſtaurāt autē
ſola nutrimenta. His oĩbus q æquiter ꝑualet,
mirādus eſt uiribus, & tāto eſt alius alio in-
ualidior, quāto plus eum iſta deficiunt. Fitq́;
ſæpe ut ꝑtinaci nutu meliore machinamēto
alius quanuis paruū pondus corporis egerit,
alium maiore mole ꝑditum uincat. Rurſuſ-
que nōnunq̃ tāta moles eſt, ut ēt ſi imbecil-
liore uiſu agať, opprimat tñ paruū aduerſa-
riū multo uehementius innitentē. Cum ve-

ro non pondus corporis,nec moderatio ner
uorum,sed nutus ipse.i.animus cedit,vt om-
nino ualentior,ab omni modo inualidiore,
sed tñ timidior ab audaciore superet̃,nescio
utrum uiribus attibuendum sit, nisi qs dicat
habere quasdã suas uires aĩam, qbus ei ma-
ior audacia uel fiducia pariat̃.Quæ cũ alteri
assunt, alteri desunt, tũc intelligit̃, quantum
animus corpori suo ẽt in eo qđ per corpus
agitur,antecellat. Quamobrẽ cũ infanti pue
ro solus ad trahendũ aliqd uel repellendum
nutus sit integer,nerui aũt & pp recentẽ mi-
E nusq; perfectam cõfirmationẽ inhabiles, &
pp humorẽ qui illi ætati exuberat marcidi,
& pp nullam exercitationẽ languidi, põdus
vero adeo sit exiguũ vt ne ab alio quidẽ im-
pactum grauiter urgeat,opportuniusq; sit ad
accipiendã q̃ ad inferendã molestiã, quis est
qui cum hæc oĩa quæ desunt, contulisse an-
nos viderit, uires per eos datas cognouerit,
creuisse animã,q̃ his indies amplioribus. vtat̃,
recte ac prudenter existimet? Põt. n. iste si ab
aliquo iuuene, quem uelamine interposito
non conspiciat,paruos ac leues calamos la-
xo arcu,quantũ põt,iaculatos uiderit nõ lõ-
ge ire,moxq; recidere,ac post paululũ sagit
tas iam ferro graues,pennulis vectas, neruo
intentissimo emissas, cœlũ remotissimũ pe-
tere,fidesq; facta fuerit pari conatu hoĩs vtrũ
que esse factũ, creuisse, illũ tãtillo tpe atque
auctũ uirib.arbitrari.Quo qđ dici põt puer-
sius?Deinde aĩa si crescit,vide q̃ sit inscitũ,in
crementa eius de uirib.corporis credere,de
copia doctrinarũ non credere,cũ illis solum
accommodet nutũ, hæc autẽ sola possideat.
At si crescere animã putamus cũ addit̃ uirib.
minui putãda est, cũ demit̃.Demit̃ aũt in se-
necta,demit̃ in labore studiorũ,atq; his tem
poribus doctrinæ aggerari atq; extrui solẽt,
F neque nullo mõ eodem tẽpore simul augeri
quicq̃, & minui potest. Nullum igitur cre-
scẽtis animæ argumẽtum est,uires in maiori
ætate maiores.Multa alia dici possunt, sed si
iã tibi satisfactum est, modũ adhibebo vt ad
alia transeamus. AD. Mihi vero satis persua-
sum est, maiores uires non ex eo esse ꝙ ani-
ma creuerit.Nam ut alia omittam, quæ abs te
subtiliter dicta sunt, insania, & morbo cor-
poris animam crescere, cum ipsum corpus
minuatur,ne ipse quidem phreneticus dixe-
rit,cui vires multo ampliores, quã sano esse
solent,nemo nescit.Vnde mihi maxime vide
tur in neruis esse omne qđ miramur, cũ præ
ter spem uires in quopiã reperiuntur, quare
oro aggredere iã illud cui totus intendo,cur
animat si nõ tãti spatij magnitudinem habet
q̃ti corpus est, cur vbiq; illa sentit cũ tangit̃?
AVG.Age uero aggrediamur,quod uis, sed
multo te mihi attentiore opus est, q̃ fortasse
existimas esse debere.Quare facito vt q̃ maxi
me assis, ac rñdeas mihi, quidnã tibi uideat̃
iste esse sensus, quo anima p copus utit̃. Nã
ipse iã nomine proprio sensus dicitur. A D.
Sẽsus esse quinq; audire soleo,vidẽdi, audiẽ
di,olfaciendi,gustandi,atq; tangẽdi, plus qd
rñdeam nescio.AVG. Partitio ista uetustissi-
ma est,& ferè in concionib. celebrata. Vellẽ
aũt definiri mihi abs te, quid sit ipse sensus,
vt eadẽ definitione omnia illa includerent̃,
neq; aliud quicq̃ quod sensus non esset, in
ea includeret̃ uel intelligeret̃:Sed si id nõ po
test,nihil urgeo.Illud.n. quod satis est, certe
potes meã definitionẽ uel refellere uel pro-
bare.AD.Hoc mõ tibi fortasse nõ deero,quã
tũ ualeo:Non enim & hoc semper est facile.
AVG.Attende ergo.nã sensum puto esse, nõ
latere animam quod patitur corpus.AD. Pla
cet mihi hæc definitio. A V G. Adesto ergo
huic tanquam tuæ, ac tuere illam dum à me
paulisper refellitur. A D. Tuebor sanè, si tu
adiuueris,sin minime,iam mihi displicet,nõ
enim frustra tibi uisa est refellenda. A VG.
Noli nimis ex authoritate pendere, præser-
tim mea q̃ nulla est. Et qđ ait Horatius, Sape
re aude, ne nõ te ratio subiuget priusquã me-
tus.AD. Ego prorsus nihil metuo, quoquo
res modo processerit,non.n.errare me sines.
Sed iam incipe, siquid habes, ne differendo
potius q̃ aduersando defatiger.AVG.Dic igi
tur qd patiatur corpus tuum cum me uides?
AD. Patitur omnino aliquid nam oculi mei
partes,nisi fallor, corporis mei sunt, qui si
nihil paterentur,quomodo te uiderem? AV.
At non satis est ut psuadeas tuos oculos ali-
qd pati nisi etiam quid patiantur ostẽderis.
AD.Quid tandẽ nisi ipsum uisum? Nam vi-
dent. Si:n. me rogares quid pateretur ægro-
tans, ægritudinem responderem: Quid cu-
piens, cupiditatem: Quid metuens metum:
Quid gaudens, gaudium. Cur ergo roganti
qd uidẽs patiatur, nõ recte ipsum uisum re-
spõdeam?AVG.Sed enim gaudens gaudium
sentit,

ſentit,an negabis? AD.Immo aſſentior. AV. Hoc & de cæteris perturbationib⁹ dixerim. AD. Sic habeo. AVG. Quidquid aũt oculi ſentiunt hoc vident? AD. Nullo modo iſtud dederim:Quis enim dolorem videat, quem tamen ſæpe oculi ſentiunt? AVG. Apparet te de oculis agere, bene vigilas:itaq; vide, vtrũ vt gaudens gaudẽdo gaudiũ ſentit, ita ẽt videns vidẽdo ſentiat viſum. AD. An aliter poteſt? AVG. Quidquid autem videns videndo ſentit,id etiam videat neceſſe eſt. AD.Nõ eſt neceſſe. Quid.n. ſi amorẽ videndo ſentiat, num & amorem videt? AVG. Cautiſsime ac ſagaciſsime gaudeo ꝙ difficile deciperis.Sed nunc attende,qm̃ conſtitit inter nos, nõ omne quod oculi ſentiunt, neque omne quod videndo ſentitur videri, putasne hoc ſaltẽ verum eſſe, omne qđ vr̃ ſentiri? AD. Hoc ſanè niſi conceſſero,qũo ſenſus poterit vocari qđ videmus? AVG. Quid omne qđ ſentimus, none & patimur? AD.Ita eſt. AVG. Igitur ſi omne quod videmus, ſentimus: & omne qđ ſentimus,patimur: patimur omne quod videmus. AD. Nihil reſiſto. AVG. Pateris ergo me,ac viciſsim te ego, cum inuicẽ nos videmus? AD. Sic exiſtimo, & ad hoc me ratio inſtanter cogit. AVG. Accipe cætera:Nã credo abſurdiſsimum & ſtultiſsimum videri tibi, ſiquis affirmet ibi te pati aliquod corpus, vbi non eſt ipſum corpus quod pateris. AD.

K Videtur abſurdum,& ita eſſe opinor,vt dicis: AD. Quid illud, nonne manifeſtum eſt alio loco eſſe meũ corpus,alio tuũ? AD. Manifeſtũ eſt. AVG. Sentiunt aũt corpus meũ oculi tui, & ſi ſentiunt, vtique patiuntur: nec pñt ibi pati,vbi id,quod patiuntur,non eſt:nec tamen ibi ſunt illi vbi corpus meũ eſt: igitur ibi patiuntur,vbi non ſunt. AD.Ego quidem illa omnia conceſsi,quæ non concedere abſurdum videbam. Sed hoc vltimũ qđ ex his confectũ eſt ita eſt abſurdius,vt illorũ potius aliquid temere me dediſſe, q̃ hoc verum eſſe conſentiã.Nam oculos meos ibi ſentire vbi non ſunt,ne in ſomnis quidẽ dicere auderẽ. AVG. Vide igĩ vbi obdormieris: Quid .n. tibi tandem elaberetur incautius,ſi,vt paulo ante,vigilares. AD.Enimuero idipſum mecũ ſedulo pertracto ac reuoluo: Nihil tñ elucet ſatis,quod me dediſſe pœniteat, niſi forte illud,qđ oculi noſtri ſentiunt cũ videmus: viſus nanq; ipſe forſitã ſentit. AVG. Immo ita eſt:Is enim ſe foras porrigit, & per oculos emicat longius quaqua verſum põt luſtrare, qđ cernimus. Vnde fit vt ibi potius videat, L

vbi eſt id quod videt,non vnde erũpit, vt videat.Nõ ergo tu vides cũ me vides? AD.Quis hoc inſanus dixerit,oĩo ego uideo,ſed emiſſo uiſu ꝑ oculos uideo. AVG. At ſi tu uides, tu ſentis: ſi tu ſentis, tu pateris: nec potes ibi pati aliquid ubi non es. Ibi autem me uides ubi ego ſum:Ibi igitur pateris, ubi ego ſum. At ſi ubi ego ſum tu ibi non es,quo pacto audeas dicere uideri me abs te,prorſus ignoro. AD. Viſu,inquam, porrecto in eum locũ in quo es,uideo te ubi es,at me ibi non eſſe confiteor.Sed quẽadmodũ ſi uirga te tangerem, ego utiq; tangerem idq́; ſentirem,neq; tamẽ ego ibi eſſem ubi te tangerem. Ita qđ dico, uiſu me uidere,quãuis ego ibi non ſim, non ex eo cogor fateri nõ me eſſe qui uideã. AV. Nihil ergo temere conceſsiſti: Nam & oculi tui hoc modo defendi poſſunt, quorum eſt quaſi uirga uiſus,ut dicis. Neque illa eſt abſurda cõcluſio,qđ.ibi oculi tui uidẽt, ubi nõ ſunt: an tibi aliter uidetur? AD. Ita ſanè eſt ut dicis. Nam & illud nunc animaduerti,qđ ſi ibi uiderẽt oculi ubi ſunt, ẽt ſeipſos uiderẽt. AVG. Rectius diceres nõ ẽt ſeipſos, ſed tantummodo ſeipſos uiderẽt.Nã ubi ſunt, id M

eſt,quẽ locũ tenent, ſoli tenẽt, nec naſus eſt ibi ubi illi,nec quicquid illis uicinũ eſt:alioquin ẽt tu ibi eſſes ubi ego ſum: qa iuxta inuicẽ ſumus.Quæ cũ ita ſint,ſi tm̃ ibi uiderent oculi ubi ſunt, nihil amplius q̃ ſeipſos uiderẽt.Cũ aũt ſe nõ uident non modo cogimur cõſentire poſſe illos uidere, ubi nõ ſunt, ſed ẽt oĩno nõ poſſe,niſi ubi nõ ſunt. AD. Nihil eſt qđ hinc dubitare me faciat. AV Ergo non dubitas ibi eos pati,ubi nõ ſunt.Nã ubi uidẽt, ibi ſentiũt.Ipſum.n.uidere ſentire eſt, ſentire aũt pati:quare vbi ſentiunt, ibi patiunĩ.Alibi autem vident,quàm, vbi ſunt:Ibi igĩ patiuntur, vbi nõ ſunt. AD. Mirum eſt, q̃ iſta vera exiſtimo. AVG. Recte fortaſſe exiſtimas. Sed reſponde obſecro, vtrũ omne quod per viſum cognoſcimus,videam⁹. AD.Ita credo. AVG. Credis etiam omne quod videndo cognoſcimus,per viſum nos cognoſcere? AD. Et hoc credo. AVGV. Cur ergo plerunque fumum vidẽdo, ignem ſubter latere cognoſcimus quẽ nõ videmus? AD. Verum dicis.Etiam non puto nos videre, quicquid per viſum

Quid cognoſcere quid ſentire. Cap. 24.

 ſum

A ſum cognoſcimus,poſſumus. n. ut docuiſti,
aliud uidendo aliud cognoſcere qđ uiſus nõ
attigerit.A V G. Quid illud qđ ꝑ uiſum ſenti
mus,poſſumuſne nõ uidere?AD. Nullo mõ.
AVG.Aliud eſt ergo ſentire, aliud cognoſce
re.AD. Omnino aliud. nam ſentimus fumũ
quẽ uidemus,& ex eo ignẽ,quẽ nõ uidemus,
ſubeſſe cognoſcimus.A V G. Bene intelligis.
Sed uides certe cum hoc accidit,corpus no-
ſtrũ,id,eſt,oculos nihil pati ex igne, ſed ex
fumo quẽ ſolum uident.Etenim uidere ſenti
re,& ſentire pati eſſe, iam ſupra cõſenſimus.
AD.Teneo & aſſentior.AVG.Cũ ergo ꝑ paſ-
ſionem corporis non latet aliqd animã, non
continuo ſenſus uocatur unus de quinq; me
moratis,ſed cum ipſa paſsio non latet,nanq;
ille ignis non uiſus,nec audit⁹,nec olfactus,
nec guſtus,nec tactus à nobis, non tamẽ la-
tet animã fumo uiſo. Et cum hoc non late-
re non uocetur ſenſus, quia ex igne corpus
nihil eſt paſſum,uocatur tñ cognitio per ſen
ſum,quia ex paſsione corporis quãuis alia.i.
ex alterius rei uiſione,coniectatũ eſt atq; cõ-
pertum.AD.Intelligo,& optime uideo iſtud
congruere ac fauere illi definitioni tuæ, quã
ut meã defendam dediſti. nã ita memini eſſe
abs te ſenſum definitum, cũ aĩam non latet
quod patitur corpus. Itaq; illud quod fumus
vř,ſenſum vocamus,paſsi ſunt.n.eũ oculi vi
dẽdo q ſunt corporis partes & corpora,ignẽ
aũt ex quo nihil corpus eſt paſſum quanuis
cognitus fuerit,ſenſum non uocamus.AVG.
Memoriam quidem tuam probo & ſequacẽ
intelligentiã, uerum munitio illa definitio-
nis labaſcit.AD.Cur quæſo? AVG.Quia non
B negas,ut opinor, nonnihil pati corpus cum
creſcimus uel ſeneſcimus, neque id nos ullo
ſenſu ſentire manifeſtum eſt,nec id tñ animã
latet.Non igitur eã latet quiddam quod pati-
tur corpus, nec tñ ſenſus iſte appellari põt.
Videndo.n.maiora ea q̃ aliqñ minora uidera
mus, & uidendo ſenes eos quos iuuenes ac
pueros fuiſſe cõſtat, cõiectamus aliquã talẽ
mutationem noſtra corpora ẽt nunc dũ loq-
mur pati.Neq; in eo fallimur,ut opinor, nã
procliuius eſt ut me falli dicã ꝙ uideo, q̃ ꝙ
intelligo capillos meos nunc creſcere, cor-
puſue ꝑ momẽta mutari. Qđ ſi mutatio iſta
paſsio corporis eſt, quod nemo negat, nec
nũc ſentiť à nobis, nec tamen animam latet,
qa nos non latet,patitur;ut dixi, corpus, qđ
non latet animã,nec ſenſus eſt tñ. Quare illa C
definitio,quæ nihil, quod ſenſus nõ eſſet, de
bebat includere,cũ hoc incluſit,certe vitioſa
eſt.AD.Nihil mihi reſtare uideo,q̃ ut aut de
finias aliter,aut hanc recures,ſi potes, nã eã
iſta rõne, quã uehementer probo, uitioſam
eſſe negare nõ poſſum. AVG. Facile eſt iſtã
corrigere,quod uolo tu audeas, ſcies enim,
mihi crede, ſi bene intellexiſti ubi peccet.
AD.Num alibi q̃ ubi aliena cõprehẽdit? AV.
Quo tandem modo?AD. Quia quod ſeneſcit
corpus, quãuis in iuuene non poſsit negari
pati aliquid,idq́: cũ ſcimus, nõ latet animã
quiddã quod patitur corpus,neq; tñ ullo ſen
ſu ꝑcipi poteſt. Nam nec uideo me mõ ſe-
neſcere,neq; id auditu,aut olfactu,aut guſtu,
aut tactu ſentio.AVG.Vnde ergo illud noſti?
AD.Ratione id colligo.AVG. Quibus argu-
mentis ratio tua nititur? AD. Quod alios ui-
deo ſenes, q,vt ego nunc ſum, iuuenes erãt.
A V G. Nonne ſenſus eſt quo eos vides vnus D
de quinque?AD.Quis negat? Sed ex eo quod
illos uideo, me quoque cũ id non uideam,
coniecto ſeneſcere. AVG. Quid uerborum
ergo illi definitioni,quo perficiatur, addẽdũ
putas,cum ſenſus non ſit, niſi nõ lateat ani-
mã corporis paſsio, nec tñ ita ut eam ꝑ aliã
paſsionẽ, aut per aliud quodlibet intelligat?
AD.Dic quæſo iſtud paulo planius.AVG.Ge
ram tibi morã, & multo libentius retardanti
q̃ feſtinanti.ſed fac totus aſsis, ualebit. n.hoc
ad plura quod dicã. Definitio nihil minus,
nihil amplius continet, q̃ id qđ ſuſceptũ eſt
explicandũ,aliter omnino uitioſa eſt. Vtrum
aũt hmõi uitijs careat,conuerſione explorať,
qđ his exẽplis tibi fiat apertius.Si.n. me roga
res quid eſſet homo, & eũm hoc mõ defini
rem,homo eſt aĩal mortale, non cõtinuo qa
verum eſt, ẽt definitionem probare deberes,
ſed interpoſita ei particula.i.omnis, conuer
tere illam & intueri, utrum etiam conuerſa
vera eſſe,hoc eſt, quemadmodũ uerum eſt,
omnis homo animal mortale eſt,ita eſſet ue-
rum, omne animal mortale homo eſt, quo
aliter inuento, improbare definitionem pro
pter illud uitium quo aliena comprehendit.
Non enim ſolus homo eſt animal mortale,
ſed etiam quæuis beſtia.Hæc igitur hominis E
definitio perfici ſolet, cum additur mortali
rationale. nam homo eſt animal mortale ra
tionale,atque omnis homo animal rationale
mor-

mortale est, ita omne aīal rationale morta-
le homo est. Plus continendo ergo superior
definitio vitiosa erat, bestiam.n.cū hoīe con
tinebat: Ista perfecta est, nā & oēm hominē,
& nihil plus q̄ hoīem tenet. Tenendo aūt mi
nus, ita vitiosa est, si addes grāmaticū: quanq̄
enim omne animal rationale mortale gram-
maticum, homo sit, plures tñ homines q grā-
matici non sunt, hac definitione non conti-
nentur: & ob hoc ista per primā illam propo
sitionem falsa est: cum autē conuertitur, ve-
ra. Falsum est enim, omnis homo aīal rōna-
le mortale grammaticū est: sed verū est, om-
ne animal rōnale mortale grammaticū, ho-
mo est: q̄uis minus contineat. Cū aūt neque
per primā propositionē, neq; per conuersio
nē enūciata vera est: his singulis est profecto
vitiosior: vt sunt istæ duæ, Homo est animal
cādidū: aut homo est animal quadrupes. Nā
& si dicas, omnis homo animal candidū est
aut animal quadrupes: falsum dicis, ēt si con-
uertas, Sed hoc inter se differūt, quod illa pri
ma in aliquos homines cadit, nā pleriq; sunt
homines candidi: hęc altera in neminē, non
enim quisquam homo quadrupes. Hæc pro
tpe ad explorandas definitiones didiceris,
quēadmodum propositione atq; conuersio-
ne iudicētur. Sunt alia multa de hoc genere
quæ docentur, & verborū plena, & tenebra-
rū, quę paulatim vbi opportunū videbit, co-
nabor, vt discas. Nūc cōuerte animū ad illā
definitionē nostram, & eam peritior, cum di
scusseris, corrige. Inueneramus enim eā, cū
definitio sensus esset, cōplecti aliqd qđ sen-
sus nō esset, & iō nō esse cū cōuertitur, verā.
Fortasse.n. verū est, Oīs sensus, passio corpo
ris est aīam non latens: vt verū est, Omnis ho
mo animal mortale est. At vt falsum est om-
ne animal mortale homo est, qa id est & be-
stia: ita falsum est, omnis passio corporis nō
latens animam, sensus est: quia nunc nobis
vngues crescunt, nec animā latet. Id enim sci
mus, neq; id sentimus, sed coniectatione co-
gnoscimus. Quemadmodū ergo illi defini-
tioni hominis vt perficeretur, additū est ra-
G tionale, quo addito bestiæ quæ simul cōtine-
bantur exclusæ sunt, nihilq; præter hominē,
atq; omnē hominē tali definitione cōprehē-
dimus, nōne censes aliquid ēt huic addendū
esse, quo inde seiungatur quod tenet alienū,
nec quicq̄ in ea nisi sensns & oīs sensus intel-
ligat? AD. Censeo quidē, sed qd addi possit
ignoro. AV. Sēsus est certe oīs passio corpo
ris nō latēs aīam: sed ꝯuerti nō pt hęc enūcia
tio, pp passionē illā corporis, qua vel crescit
vel decrescit sciētibus nobis, id est, vt non la-
teat aīam. AD. Ita est. AVG, Quid? hæc pas-
sio p seipsam non latet aīam, an p aliud? AD.
Per aliud planè: Aliud est.n. videre vngues
maiores, aliud scire qđ crescant. AVG. Cū
ergo crescere ipsum sit passio, quā nullo sen
su attingimus, magnitudo aūt illa quā senti- *Sensus*
mus, eadē passione facta sit, non ipsa sit pas- *quid sit.*
sio, manifestū est talem passionē non per se-
ipsam scire nos, sed per aliud. Si ergo non p
aliud animam non lateret, nonne sentiretur,
potius q̄ conijceretur? AD. Intelligo. AVG.
Cur ergo dubitas quid illi definitioni sit ad- H
dendū? AD. Iam video sic esse definiendum,
vt sensus sit passio corporis p seipsam non la
tens aīam. Nā & omnis sensus hoc est, & om
ne hoc, vt opinor, sensus est. AVG. Si hoc ita
est, fateor definitionē esse perfectā. Sed tente-
mus eam si placet vtrum illo secundo vitio
non vacillet hominis, cui grammaticū est ad
ditū. Nā meminisse te oportet, quod esse ho-
minē dictū est animal rationale, mortale, grā
maticū: eo q́ue peccare istā definitionem, qđ
conuersione vera est cū prima enunciatione
sit falsa. Nanq; falsū est oīs homo animal rō
nale, mortale, grammaticū est: q̄uis verum
sit, omne animal rationale, mortale, grāmati
cum hō est. Ergo ideo vitiosa est hæc defini-
tio, quod nihil quidem præter hominem, sed
non omnē hominē tenet: & hæc fortasse ta-
lis est, de qua velut pfecta gloriamur. Quan-
q̄.n. omnis passio corporis per seipsam non
latens animā sensus sit, non tñ omnis sensus
istud est. Qđ sic intelligas licet, Bestię nempe
sentiunt, ac penè omnes quinq; illis sensibus
vigent quantum cuiq; natura tributum est.
An tu id negabis? AD. Nihil minus. AVG. *ia*
Quid hoc? nōne concedis sciētiam non esse *io-*
nisi cū res aliqua firma ratione percepta & *m in be*
cognita est? AD. Concedo. AVG. At bestia ra *stijs.c.26*
tione non vtitur. AD. Et hoc concedo. AVG.
Non igitur scientia cadit in bestiā. Cum au-
tem non latet aliquid vtiq; scitur. Non igitur
sentiunt bestiæ, si omnis sensus est cum pas-
sio corporis per seipsam non latet animam: I
sentiunt autem, vt pauloante concessum est.
Quid ergo dubitamus illam definitionem

improbare,quæ oēm ſenſum circūplecti mi
nime potuit,ſiquidem beſtiarū ſenſus exclu-
ſus eſt? A D. Fateor me deceptum, cū tibi cō
ceſsi ſcientiā tunc eſſe,cum aliquid firma rō-
ne percipitur.Solos.n.homines,cū hoc roga
bas,intuebar:nā neq; poſſum dicere rōne vti
beſtias, nec eis poſſum ſcientiam denegare.
Odyſs. ρ. Sciebat.n.vt opinor, dominū ſuū canis, quē
poſt viginti annos recognouiſſe perhibetur,
vt taceā de cæteris innumerabilibus. A V G.
Dic mihi oro te,ſi duæ quædam res tibi pro-
ponantur,vna ad quam perueniendum ſit,al
tera per quam peruenire poſsis, quā iſtarum
pluris pendis,& quam cui præponis? A D.
Quis dubitat eam præſtare ad quam ſit per-
ueniendum. A V G. Ergo cum ſint duæ res
quædam ſcientia & ratio,per ſcientiam per-
uenimus ad rationē, an per rationē ad ſcien-
K tiam? A D. Vtraq; res ſibimet, quantum arbi
tror, ita nexa eſt, vt per alterutrā ad alteram
perueniri poſsit.Nanq; ad ipſam rōnem non
perueniremus, niſi ad eam perueniendū eſſe
ſciremus.Præceſsit ergo ſcientia,vt ad ratio-
nem per eā perueniremus.AVG. Quid? ad ip
ſam ſcientiā quam dicis præcedere,ſine rōne
peruenitur? AD. Nunquam hoc dixerim:Nā
eſt iſta ſumma temeritas.AVG. Per rōnē igi-
tur? A D. Non ita eſt.AVG.Ergo per temeri-
tatē? AD. Quis hoc dixerit? AV.Per quid igi-
tur? AD.Per nihil, Quia inſita eſt nobis. AV.
Oblitus mihi videris, qd inter nos ſuperius
conuenerit,cū rogaſſem, vtrumnam putares
tunc eſſe ſcientiā,cū res aliqua firma ratione
percipitur.Nam reſpōdiſti, vt opinor, hanc
tibi videri humanā ſcientiam : nunc vero di-
cis poſſe hominem habere aliquā ſcientiā,
cū rē nulla rōne perceperit. Quis aūt non vi-
deat nihil ſibi aduerſius eſſe, q̄ iſta duo ſunt,
& non eſſe ſciam, niſi cum res aliqua firma
rōne percipitur, & eſſe cuiuſdam rei ſciētiā
nulla ratione pceptę.Itaq; noſſe cupio, vtrū
horum eligas: nam vtrūq; verum eſſe nullo
pacto pōt. A D. Hoc eligo quod pauloante
dixi. Nam illud ſuperius temere me dediſſe
confiteor. Cū.n.ratione inter nos verū quæ-
L ramus,idque fiat rogando & rńdendo, qūo
poſſet ad ſummā peruenire qua cōcluditur
ratio,niſi prius aliquid concederetur? Cōce-
di aūt recte qui poſsit, quod neſciretur? Ita
iſta ratio niſi inueniret in me aliquid cogni-
tū,quo innitens ad incognitū duceret, nihil
omnino per illā diſcerē,nec eā prorſus ratio
nē nominarē.Quamobrem fruſtra mihi non
aſſentiris ante rōnē neceſſario eſſe in nobis
aliquam ſcientiā, vnde ipſa ratio ſumat exor
dium.AVG.Geram tibi morem, & te quidē,
vt inſtituiſti, quoties alicuius dati pœnitet,
emendare permittam:ſed ne(quæſo)abutaris
iſta licētia,& negligēter cū interrogo, atten-
das,ne aſsidue male cōceſſa ēt de iis, q̄ bene
cōceduntur,dubitare te cogāt. A D. Perge po-
tius ad cętera.Quāuis.n.addā vigilantię meę
quicquid poſſum,nā & me pudet de ſnīa ca-
dere toties, nunq̄ tñ deterrebor pudori huic
reniti,& lapſum meū te præſertim manū dā-
te corrigere.Neque enim eſt ideo ſuſcipien-
da pertinacia, quia optanda conſtantia. A V.
Proueniat tibi planè iſta conſtantia quàm
citiſsime pōt, ita mihi placitam ſnīam protu
liſti.Sed nūc eſto q̄ præſentiſsimus ad iſta, q̄
volo. Quæro enim abs te, quid tibi intereſſe
videatur inter rationem,& ratiocinationem.
AD. Non ſatis valeo iſta diſcernere. A V G.
Hoc ergo intuere, vtrū exiſtimes homini iā
adoleſcenti, an viro, an, vt omnē ambagem
auferā,ſapiēti ſine intermiſsione ineſſe rōnē,
dum mēte ſanus eſt, ſicut bonā valetudinem
corpori, dū peſte ac vulneribus caret:ac ſi-
cut ambulare,ſedere,loqui modo ineſſe,mo
do deeſſe? AD. Sanę menti ſemper puto ineſ-
ſe rationē. AVG. Quid hoc dū per ea quæ cō
ceduntur ac manifeſta ſunt, vel interrogan-
do alium,vel coniiciendo *alia, perducimus
nos ad alicuius rei cognitionem? Videturne
tibi aut nos, aut quiuis ſapiens ſemp facere?
AD. Non ſemper. Non.n. ſemp hō quilibet
aut ſapiens, quantū opinor,vel ſecū,vel cum
alio quærit aliquid differendo. Nā qui quę-
rit,nondū inuenit:ita ſi ſemper quęrit, nunq̄
inuenit. Sapiēs autē iam inuenit,vt nihil aliud
dicā,vel ipſam ſapientiā, quā,cum eſſet ſtul-
tus, differēdo fortaſſe, aut quoquo mō alio
poterat,requirebat. AVG.Recte dicis.Quare
intelligas volo non eſſe iſtam rationem dū p
ea quæ conceduntur atq; cognita ſunt,ad ali
quid incognitū ducimur: hoc.n.nō ſemper,
vt iā conſenſimus,ineſt mēti ſanæ, rō āt ſem
per.AD. Intelligo,ſed quorſum iſta? A V G.
Quia pauloante dixiſti, propterea me tibi de
bere aſſentiri ſcientiā nos habere ante ratio-
nem, ꝙ cognito aliquo nititur, dū nos ratio
ad incognitū ducit; nunc autem inuenimus
non

non rõnem vocandam esse, dũ hoc agiť: Nõ
.n. sana mens agit hoc semp, cũ semp habeat
rõnẽ. Sed recte ista fortasse rõcinatio noiať,
vt rõ sit quidã mentis aspectus, rõcinatio aũt
rõnis inquisitio. i. aspectus illius p ea, q̃ aspi-
cienda sunt, motio. Quare ista opus est ad q̃-
rendũ, illa ad viuendũ. Itaq; cũ ille mentis a-
spectus, quẽ rõnẽ uocamus, coniectus in rẽ
aliquã, uidet illam, scientia noiatur: Cum au
tem non videt mens, quanuis intendat aspe-
ctum, inscitia vel ignorantia dr̃. Non enim,
& his corporalibus oculis oĩs qui aspicit vi-
det, quod in tenebris facillime animaduerti-
mus. Ex quo licet, vt opinor, aliud esse aspe-
ctum, aliud uisionem, quæ duo in mente rõ-
nem, & scientiam nominamus: nisi quod te
aduersus hæc mouet, aut parum dilucide ista
distincta arbitraris. AD. Per mihi hæc distin-
ctio placet, & libenter assentior. AVG. Vide
ergo nunc, utrum nos aspicere putes ut ui-
deamus, an uidere, ut aspiciamus. AD. Hinc
uero nec cęcus quidem quisquã dubitauerit,
aspectũ esse pp uisionẽ, non uisionem pp a-
spectũ. AVG. Fatendũ igiť, uisionẽ pluris q̃
aspectũ esse pendendam. AD. Fatendum om
nino. AVG. Ergo & scientiam pluris quam
rationem. AD. Consequens uideo. AVG. Pla
cetne tibi meliores aut fœliciores esse homi-
nibus bestias? AD. Auertat Deus tam imma-
nem amentiam. AVGV. Recte sane exhor-
ruisti, sed ad id nos cogit sententia tua. Dixi-
sti enim eas habere scientiam, & non habere
rationem. Rationem autem habet homo, per
quam uix ad scientiam peruenitur. Sed ut cõ-
cedam facile perueniri, quid nos adiuuabit
rõ, ut bestiis nos anteponendos putemus, cũ
illę habeant scientiam, & hanc pluris q̃ rõnẽ
pendendam esse cõpertũ sit. AD. Cogor om-
nino aut scientiã bestiis non concedere, aut
nihil recusare qn mihi merito anteponanť.
Sed quæso explica illud, qđ de cane Vlissis
cõmemoraui, quale nam sit: nã eius admira-
tione cõmotus tã inaniter latraui. AV. Quid
autem hoc putas esse nisi uim quandã sentiẽ-
di, non sciendi? Sensu. n. nos multæ bestiæ su
perant, cuius rei causam non hic locus est vt
quæramus: mente autem, rõne, scientia nos il
lis Deus præposuit. Sed ille sensus ea quibus
tales animæ delectantur, accedente consue
tudine, cuius magna uis est, põt discernere,
atq; eo facilius, qđ anima beluarum magis
corpori affixa est, cuius illi sunt sensus quib.
utiť ad uictum uoluptatemq;, quã ex eodẽ
illo corpore capit. Humana uero aĩa pp rõ-
nem atq; scientiã, de quib. agimus ꝙ sunt ista
longe p̃stantiora sensibus, suspendit se a cor-
pore quantum põt, & ea, quæ intus est, liben
tius fruitur uoluptate, quantoq; in sensus de-
clinat, tanto magis similiorẽ hoĩem decori
facit. Inde est qđ ẽt pueri uagientes, quanto
alieniores a rõne sunt, tanto facilius discer-
nunt sensu etiam contactum coniunctionẽ-
que nutricum, nec odorẽ aliarũ pñt sustine-
re, cum quibus consuetudo non fuit. Quam- D
obrem quamuis aliud ex alio inciderit, liben
ter tñ in eo sermone demoror, quo admone
tur anima, ne se ultra quam necessitas cogit
refundat in sensus, sed ab his potius ad seip-
sam colligat, & repuerescat Deo: qđ est no- *Ephe. 4.*
uũ hoĩem fieri uetere exuto, a quo incipere
pp neglectã Dei legẽ certa ẽ necessitas, quo
neq; uerius neq; secretius quicquã scripturis
diuinis continetur. Vellẽ hinc plura dicere, *1. Retra-*
ac meipsum constringere, dũ quasi tibi p̃ci- *cta. 8.*
pio, ut nihil aliud agerẽ q̃ reddere me mihi
cui me maxime debeo, atq; ita Deo fieri, qđ *Horatius*
ait Horatius, Amicũ mancipiũ dño. Qđ oĩo
fieri nõ põt, nisi ad eius reformemur imagi-
nẽ, q̃ nobis, ut preciosissimũ quiddã & cha-
rissimũ, custodiendã dedit, dum nosipsos no
bis tales dedit, qualibus nihil posset p̃ter ip-
sum anteponi. Hac aũt actione nihil mihi uř
operosius, & nihil est cessationi similius, ne-
que tñ eam suscipere aut implere aĩus põt,
nisi eoipso adiuuante cui reddiť. Vnde fit ut
hõ eius clementia reformandus sit, cuius bo-
nitate ac ptãte formatus est. Sed ad proposi-
tum redire cogimur. Quare uide utrum tibi
iam probatũ sit, feras non habere sciam, to-
tamq; illã uelut imaginẽ sciæ, quã miramur,
uim esse sentiendi. AD. Probatũ sanè, & siqd
de hoc diligentius quærendũ est, aliud tp̃s au E
cupabor, nunc nosse cupio quid hinc cõfi-
cias. AVG. Quid aliud putas, nisi definitio- *Sciã et sẽ*
nem illã sensus, ut antea, qđ nescio qd plus *sus quid*
q̃ sensum includebat, ita nunc contrario ui- *differant.*
tio uacillare, qđ non omnem sensum potuit *Cap. 29.*
includere. Hñt. n. ferę sensum, nec hñt scien
tiã: quicquid aũt non latet, sciť, & omne qđ
sciť, ad sciam profecto pertinet, de quib. om
nibus iam mihi tecum conuenit. Aut igitur
non est uerum, sensum esse passionem cor-

 poris

poris nõ latentẽ animã, aut eo carent bestię,
quia scientia carent: sensum autem concedi
mus bestijs: Definitio ergo illa vitiosa est.
A D. Fateor nihil me inuenire quo resistam.
AVG. Accipe aliud quo magis nos huius de
finitionis pudeat. Nã meministi, vt opinor,
tertium definitionis vitium tibi demonstra-
tũ, quo prorsus nihil est turpius, cũ ex neutra
parte vera est, qualis est illa hominis, Homo
est animal quadrupes: nam siue omnis homo
animal est quadrupes, siue omne aĩal quadru
F pes homo est, qui dicit atque affirmat, insa-
nit profecto, si non iocatur. A D. Verum di-
cis. A V G. Quid si in hoc vitio ista nr̃a de-
prehenditur, putasne quicq̃ magis esse qđ sit
explodendum atq; exterminandũ de anima?
A D. Quis id recuset? Sed nollem, si fieri po-
test, ẽt hic tandiu detineri, atq; interrogatiun
culis agitari. A V G. Nihil est quod metuas,
iam enim confectũ est negocium: an tibi nõ-
dum persuasum est, cũ de differentia ferarũ
& hoĩum ageret, aliud esse sentire, aliud sci-
re? A D. Immo maxime. A V G. Aliud ergo
sensus, aliud scientia. A D. Ita est. A V G. Nõ
autem sentimus ratione, sed aut visu, aut au-
ditu, aut olfactu, aut gustu, aut tactu. AD. As-
sentior. AVG. Et omne quod scimus, ratio-
ne scimus. Nullus igitur sensus scientia est.
Quicquid aũt nõ latet, ad scientiã pertinet.
Ad nullũ ergo sensum pertinet non latere, vt
nullus homo quadrupes recte dici põt. Qnã-
obrem ista nostra definitio suscepta tua, nõ
solũ alienos terminos inuasisse, neq; aliquid
G sui iuris reliquisse, sed nihil omnino habuis-
se propriũ, totumq; alienum occupasse con
uicta est. A D. Quid ergo agemus? Patierisne
illã de iudicio ita discedere? Quãquã.n. ego
ei defensionẽ, qualem potui, præbuerim, tu
tñ ipsam litis formulã, q̃ nos decepit compo
suisti. Et ego quidẽ tãmetsi obtinere non po-
tui, bona tñ fide affui, quod mihi satis est. Tu
vero si præuaricationis arguaris, quid facias
à quo & producta est, vt iurgaret audẽter, &
oppugnata vt turpiter cederet? AVG. Nunc-
quidnam est hic quisquã iudex, à quo huic
vel mihi metuendũ sit? Ego te priuatim quasi
adhibitus iurisconsultus, instruendi causa re-
fellere volui, vt cũ ad iudiciũ ventum fuerit,
paratus assistas. A D. Est ergo aliquid qđ pro
ista ꝓferas, q̃ mihi inualidissimo temere de-
fendendã tuẽdãq; cõmendas? AV G. Est cer
te. AD. Quidnã, id est obsecro? A V G. Quia
quanq̃ sit aliud sensus, aliud scientia, illud tñ
latere vtrisque cõe est, vt ipsi homini & be-
stiæ, quanuis plurimũ differant, animal tñ es-
se cõe est: Non latet.n. quicquid animæ appa
ret, siue per temperantiã corporis, siue p in-
telligentiæ puritatẽ, atque illud primum sen
sus, hoc aũt alterum scientia sibi vendicauit.
A D. Manet ergo illa definitio tuta & ꝓbata?
A V. Manet vero. A D. Vbinã ergo deceptus
sum? A V G. Vbi rogaui, vtrũ omne quod nõ
latet sciatur. Tu.n. huic rogationi temere as-
sensus es. A D. Nam quid velles vt dicerem?
AVG. Non continuo esse & scientiam siquid
non latet, sed si per rõnem non latet, sciẽtiã:
Dum autem per corpus non latet, sensum vo
cari, si per seipsam non lateat, corporis pas-
sio. An ignoras quibusdam philosophis &
peracutis visum esse, ne idipsum quidẽ quod
mente comprehenditur, ad nomen aspirare
scientiæ, nisi tam firma comprehensio sit, vt
ab ea mẽs nulla ratione queat dimoueri. AD.
Accipio ista gratissime. Sed quæso qm̃ quid
sit sensus, subtilissime (quantum arbitror) ex-
plicatũ est, referamus nos ad illã quæstionẽ
ꝑꝑ quã explicandã hoc susceperamus. Attu-
leram .n. ego argumentũ, quo tantã probarẽ
aĩam esse, quantum eius est corpus, eo ꝙ tan
gentem à capite vsque ad pedis extremũ pol
licẽ sentit quaquauersum tetigeris, atq; inde
ad sensus definitionẽ morarũ plenissimã, sed
forte necessario delati sumus. Itaque ipsum
fructum tanti operis iam ostende, si placet.
AVG. Est omnino atque vberrimus. Nã totũ
quod quærebamus, effectum est. Si.n. sensus
est corporis passio per seipsam non latẽs ani
mã, quod vt firmissime teneremus, diutius q̃
velles sermocinati sumus, meministine tan-
dem nos comperisse ibi sentire oculos vbi
non sunt, vel potius ibi pati? A D. Memini.
A V G. Etiã illud dedisti, nisi fallor, nec mo-
do dubitas dandum fuisse, animã multo quã
totum corpus est, esse meliorem ac potẽtio-
rem. AD. Hinc vero dubitare nefariũ puto.
A V G. Age si corpus põt ibi pati aliqd vbi
nõ est, ꝑꝑ quandã cũ anima contemperatio-
nem, quod oculis in cernendo accidere inuẽ
tum est, adeone aĩam crassam & pigrã* puta-
mus, per quam ipsi oculi tantum possunt, vt
eam lateat corporis passio si non ibi iaceat,
vbi passio ipsa contingit? AD. Multum me

mouet

mouet ista cōclusio,& ita multū, vt omnino stupeā,& non solum quid respondeam, sed prorsus vbi sim, non inueniam. Quid.n.dicā? sensum non esse, cū corporis passio per seipsam non lateat animam? Quid erit aliud, si hoc nō est? Oculos nihil pati cum videmus? Absurdissimū est eos ibi pati vbi sunt, vt seipsos nō videant, nec vbi sunt, quicq̃ est pręter
K ipsos. Non esse oculis animā potentiorē, cū eadem sit istorū potentia? Nihil est demētius. An hoc dicēdū est, potētius esse ibi pati, vbi quidq: sit, q̃ vbi non sit? Sed si hoc verum esset, nō esset præstātior visus cæteris sensibus. A V G. Quid quod ictū aliquē, vel incidens quippiā, vel humoris perturbationē, cū ibi patiantur oculi vbi sunt, neq; hoc aīam latet, nec ista passio, visus, sed tactus vocatur: & tn̄ talia pati oculus posset etiā in exanimi corpore, q̃uis deesset anima, quā passio non lateret: illud aūt quod pati nō pōt oculus, nisi ad sit anima, idest, quod vidēdo patitur, hoc solū ibi patitur, vbi non est? Ex quo cui non videatur, nullo loco animā contineri? Siquidem oculus, qđ est corpus, id tm̄ non loco suo patitur, quod nunq̃ sine anima pateret. A D. Quid igitur faciā, quæso te? Nonne istis rōnibus confici pōt, animas nostras non esse in corporibus? Qđ si ita est, nōne vbi sim, nescio? Quis enim mihi eripit, quod ego ipse anima sum? A V G. Ne perturbere, ac magis bono animo facito sis. Ista.n. cogitatio & cōsideratio ad nosmetipsos inuitat, & quantum licet, auellit à corpore. Quod aūt tibi visum
L est, nō esse aīam in corpore viuentis animantis, quanq̃ videatur absurdū, non tn̄ doctissimi hoīes, quibus id placuerit, defuerunt, neque nunc arbitror deesse: Sed vt ipse intelligis, res est subtilissima, & ad quam cernendā mentis acies satis purganda est. Nunc attende potius quid aliud afferas quo conuincas aīam, vel lōgā, vel latā esse, vel q̃d eiusmodi. Nā illud argm̄ tuū de tāgēdi sensu, sentis nō attingere veritatē, nec valere aliquid, vt eam per totum corpus tanq̃ sanguinem diffusam esse conuincat: aut si iam, quod afferas, nihil habes, videamus quę restant. A D.

Nihil haberē fortasse, nisi recordarer quātum pueri mirari soleremus palpitātes lacertarum caudas amputatas à cætero corpore, quem motū sine anima fieri nullo modo mihi persuadere possum: neque quo pacto fiat, vt nullū sit animæ spatiū, quando præcidi ēt cū corpore potest, intelligo. A V G. Possem respōdere, aerē & ignē, quę duo per animæ præsentiam tenentur in corpore terreno & humido, vt oīum quatuor fiat contemperatio, dū post eiusdē animę abscessum ad superna euadūt ac sese expediunt, mouere illa corpuscula tanto concitatius, quanto plagæ M recētiores subito erūpunt: deinde porro motum languescere, postremo desinere, dū minus minusq; fit, quod effugit, ac deinde totū euolat. Sed ab hoc me reuocat qđ his hausi oculis penè serius q̃ credi pōt, sed certe non serius q̃ deberē. cū enim nuper in agro essemus Liguriæ, nostri illi adolescentes qui tūc mecū erant studiorū suorum gratia, animaduerterunt humi iacentes in opaco loco reptantem bestiolam multipedem, longum dicam quendā vermiculū: vulgo notus est, hoc tamen qđ dicā nunquā in eo expertus eram. Verso nanque stylo quē forte habebat vnus illorum, animal medium percussit, Tū ambę partes corporis ab illo vulnere in cōtraria discesserunt, tāta pedū celeritate, ac nihilo imbecilliore nisu, q̃ si duo huiuscemodi animantia forent. Quo miraculo exterriti, causęq; curiosi, ad nos vbi simul ego & Alipius considebamus, alacriter viuentia frusta illa detulerunt. Neq; nos parū commoti, ea currere in tabula quaquauersum poterant cernebamus: atq; vnū ipsorū stylo tactū, cōtorque A bat se ad doloris locū, nihil sentiente alio ac suos alibi motus peragēte. Quid plura? Tentauimus quatenus id valeret, atq; vermiculū, immo iā vermiculos in multas partes cōcidimus: ita oēs mouebantur, vt nisi à nobis illud factū esset, & cōparerent vulnera recētia, totidem illos separatim natos, ac sibi quenque vixisse crederemus. Sed tunc ego quod illis adolescentibus dixi, cū intenti me intuerentur, tibi nūc dicere vereor. Iam.n. tm̄ processimus, vt nisi tibi aliter respōdero, quod ſm meam causam probabiliter valet, tota nostra intentio per tam lōgum munita sermonē, ab vno vermiculo penetrata succubuisse videatur. Illis aūt pręceperā vt ī studiis sicut coeperāt, suū cursum tenerēt: ita eos oppurtunius aliqñ ad quærēda & discutiēda ista, si res moneret esse vēturos. Sed q̄ illis discedētibus cū Alipio sermocinatus sum, cū vterq; nr̄m pro suo quisq; modulo recordaretur, & cōiectaret

micu ... ecti mo- ntur. 31.

ret & quærere, si exponere velim, longè plura à nobis dicenda sunt, quàm, ab ipso principio tantis ambagibus atque anfractibus dicta sunt. Non apud te tamē tacebo quod sentio, nisi mihi tunc multa iam nota essent de corpore, de specie quæ inest corpori, de loco, de tpe, de motu, quę subtilissime atq; abstrusissime propter hanc ipsam quæstionem disserūtur, ad dandū palmam iis, qui corpus esse animam dicūt, declinarem. Quapropter te vt possum etiam atque etiam moneo, ne temere aut in libros aut in disputationes loquacissimorū hominum, nimiumq: sensibus his corporeis credentium te præcipites, donec corrigas firmesq; vestigia, quæ vsque ad ipsum Deū aīam ducunt: ne ab illo secretissimo & trāquilissimo mētis habitaculo, à quo nunc dum hæc incolit peregrina est, studiis facilius & laboribus, q̄ inertia desidiaq; auertaris. Nunc aūt accipe contra illud quo vt sentio multum moueris, non quod robustius de multis, sed qđ breuius, neq; quod mihi ꝓbabilius q̄ cætera, sed quod tibi aptius eligere potui. AD. Dic, oro te, q̄ citissime potes. A V G. Primū illud dico, si maxime causa lateat, cur in concisione quorundam corporū illa contingant, non continuo nos hoc vno ita perturbari oportere, vt tam multa quæ superius luce clariora tibi visa sunt, falsa esse arbitremur. Fieri enim potest vt huius rei causa nos lateat, quæ vel humanæ naturæ occultata est, vel sit alicui homini cognita, nec iste à nobis īterrogari possit, aut ēt hoc ingenio simus, vt satisfacere nobis interrogatus non possit. Nunquidnam ex eo quicquid ex cōtraria parte firmissime didicimus ac verissimū esse confitemur, labi nobis atque extorqueri decet? Atqui si illa maneant integra, q̄ interrogatus certa & indubia esse respondisti, nihil est qđ istū vermiculū pueriliter metuamus, quāquam viuacitatis & numerositatis eius cām non valeamus afferre. Si n. apud te de aliquo fixū immotūq; constaret, quod esset vir bonus eumq: in latronum conuiuio quos persequereris deprehenderes, atq; aliquo casu anteq̄ abs te interrogari posset moreret, quamlibet cām putares potius illius cū sceleratis coniunctionis atq; conuiuij, ēt si te semper lateret, q̄ scelus, & societatē. Cur ergo nō cū tam multis argumētis superius ędi-tis, atq; abs te firmissime cōprobatis, planū tibi factū sit, non loco aīam contineri, atque ob hoc nullius talis esse quātitatis, qualem in corporib⁹ cernimus, aliq̄ suspicaris esse causam, cur nōnullū aīal cōcisum in oībus partibus viuat, nō ea tñ qđ cū corpore aīa cōcidi potuerit? Quā si reperire nō possumus, nōne quærenda est potius vera, q̄ falsa credēda? Deinde quæro abs te, vtrū putes in verbis nostris aliud esse ipsum sonū, aliud quod sono significatur. AD. Ego vtrunq; idē puto. A V. Dic mihi ergo, sonus ipse vnde ꝓcedat cū loqueris. A D. Quis dubitet à me procedere. A V G. Abs te ergo sol procedit dū noīas solem? A D. De sono me, non de re ipsa interrogasti. AVG. Aliud ergo sonus est, aliud res q̄ significat sonus: tu aūt vtrunque idē esse dixeras. AD. Age iam concedo aliud esse significantem sonum, aliud rē quæ significat. A V. Dic ergo, vtrum possis gnarus latinæ linguæ nominare in loquendo solem, si non intellectus solis præcederet sonū? A D. Nullo modo possem. AVG. Quid antequam ipsum nomen de ore procedat, si volens id enunciare aliquandiu te in silentio teneas, nonne in tua cogitatione manet, quod expressa voce alius auditurus est? A D. Manifestum est. AVGV. Quid cum ipse sol tantæ sit magnitudinis, nū illa notio eius, quam cogitatione ante vocē tenes, aut longa, aut lata, aut quid eiusmodi videri potest? A D. Nullo modo. AVG. Age iam dic mihi, cum ore ipsum nomen erumpit tuo, atque id ego audiens solem cogito, quem tu ante vocem & cum ipsa voce cogitasti, & tunc fortasse ambo cogitamus, nōne tibi videtur nomen ipsum veluti accepisse abs te significationē, quam ad me per aures deportaret? A D. Videtur. A V G. Cum ergo nomen ipsum sono, & significatione cōstet, sonus autem ad aures, significatio ad mentē petineat, nonne arbitraris in nomine velut in aliquo animante sonum esse corpus, significationem aūt quasi animam soni? A D. Nihil mihi videtur similius. A V G. Attende nunc, vtrum nominis sonus per literas diuidi possit, cū aīa eius, id est, significatio non possit? Siquidem ipsa est, quam pauloante in nostra cogitatione nec latam nec longam respondisti tibi videri. AD. Prorsus assentior. A V. Quid cum per literas singulas sonus ille diuiditur, videtur tibi significationē illā retinere? A D. Quomodo possunt singulæ literæ

signifi-

Marginal letters: B (beside "tio, nisi mihi tunc multa"); C (beside "perius luce clariora"); B (right, beside "auditurus est? A D. Manifestum est. AVGV.").

Marginal note (left): aliàs, astructissime.

Marginal note (right, cut off at the gutter): Nō[…] son[…] nus[…] res[…] fica[…] me[…] per[…]

ſignificare quod nomen, quod ex his confe-
ctum ſit ſignificat? A V G. At cum perdita ſi-
gnificatione diſcerptus in literis ſonus eſt, nũ
aliud putas eſſe factum, q̃ dilaniato corpore
diſceſsiſſe animam, & quaſi mortem quãdã
nominis contigiſſe. AD. Non ſolũ aſſentior,
ſed ita libẽter, vt nihil me magis in hoc ſer-
mone delectauerit. A V G. Si ergo ſatis per-
ſpexiſti in hac ſimilitudine, quomodo poſsit
diſſecto corpore anima non ſecari, accipe
nũc quõ fruſtra ipſa corporis, cum aĩa ſecta
non ſit, viuere poſsint. Iam.n. conceſsiſti, &
recte, vt opinor ſignificationem, quæ quaſi
anima ſoni eſt, dũ nomen æditur per ſeipſam
nullo pacto diuidi poſſe, cum ipſe ſonus, q
velut corpus eius eſt, poſsit. Sed in ſolis no-
mine ita ſoni eſt facta diuiſio, vt nulla pars
eius ſignificationẽ aliquã retineret. Itaq; il-
las literas dilacerato corpore noĩs, tanq̃ ex
anima membra, id eſt, ſignificatione carentia
conſiderabamus. Quamobrẽ ſi aliquod no-
G men inuenerimus, quod diuiſum queat etiã
ſingulis partibus quidpiã ſignificare, cõcedas
oportet non omnimodã veluti mortẽ tali p̃-
ciſione factam eſſe, cũ tibi mẽbra ſeparatim
conſiderata quodlibet ſignificantia, & quaſi
ſpirantia videbuntur. A D. Concedã oĩno, &
vt iã idipſum ſones, flagito. A V G. Accipe:
Nã dũ viciniã ſolis attẽdo de cuius noĩe ſupe
rius egimus, lucifer mihi occurrit, q ꝑfecto
inter ſecundã & tertiã ſyllabã ſciſſus nõnihil
priore parte ſignificat, cũ dicimus luci, & iõ
in hoc plus q̃ dimidio corpore nominis vi
uit. Extrema ẽt pars habet aĩam: nam cũ ferre
aliquid iuberis, hãc audis. Qui.n. poſſes obtẽ
perare, ſiquis tibi diceret, fer codicẽ, ſi nihil
ſignificaret, fer: qđ cũ additur luci, lucifer ſo
nat, & ſignificat ſtellã: cũ aũt demitur, nõni-
hil ſignificat, & ob hoc quaſi retinet vitã. Cũ
aũt locus & tp̃s ſit quibus oĩa quæ ſentiun-
tur, occupantur, vel potius quæ occupãt qđ
oculis ſentimus per locũ, quod auribus ꝑ tẽ-
pus diuiditur. Vt.n. vermiculus ille plus loci
totus q̃ pars eius occupabat, ita maiorem tẽ-
poris morã tenet cũ lucifer dicitur, q̃ ſi luci
tantummodo diceretur. Quare ſi hoc ſignifi-
catione viuit in ea diminutione tẽporis, quæ
diuiſo illo ſono facta eſt, cum eadẽ ſignifica-
tio diuiſa non ſit, non enim ipſa per tp̃s diſtẽ
debatur, ſed ſonus: ita exiſtimandũ eſt, ſecto
vermiculi corpore, q̃ q̃ in minore loco pars
eoipſo quo pars erat viuere, nõ oĩno animã
ſectã, nec loco minore, minorẽ eſſe factã, li-
cet integri animantis mẽbra oĩa per maiorẽ
locũ porrecta ſimul poſſederit. Non.n. locũ
ipſa, ſed corpus quod ab eadẽ agebatur, tene
bat: ſicut illa ſignificatio nõ diſtenta per tp̃s,
oẽs tñ noĩs literas ſuas moras ac tp̃a poſsidẽ-
tes, velut animauerat atq; cõpleuerat. Hac ſi-
militudine interim contentus ſis peto, qua te
ſentio delectatũ. Quæ autem ſubtiliſsime de
hoc diſputari poſſunt, ita vt nõ ſimilitudini-
bus. quæ plerunq; fallunt, ſed rebus ipſis ſa-
tisfiat, ne in præſentia expectes. Nam & con-
cludẽdus eſt tã longus ſermo, & multis aliis
quæ tibi deſunt, animus ad hæc intuenda &
perſpicienda præcolẽdus eſt, vt poſsis intelli
gere liquidiſsime, vtrũ quod à quibuſdã do-
ctiſsimis viris dicitur ita ſeſe habeat animam I
per ſeipſam nullo modo, ſed tñ per corpus
poſſe partiri. Nunc accipe à me, ſi velis, vel
potius recognoſce per me, quanta ſit aĩa, nõ
ſpatio loci ac tẽporis, ſed vi ac potentia. Nã *De numero aĩarũ qõ inuoluta.*
ita ſi meminiſti propoſitum ac diſtributũ iã
diu nobis eſt. De numero vero animarũ, ne-
ſcio quid tibi reſpondeã, cũ hoc ad iſtã quę-
ſtionẽ pertinere putaueris. Citius enim dixe-
rim non eſſe omnino quærendum, aut certe
tibi nũc differendũ, q̃ vel numerũ ac multitu
dinẽ non pertinere ad quantitatẽ, vel inuolu
tã quæſtionem modo à me tibi poſſe expedi
ri. Si enim dixero vnam eſſe animam, cõtur-
baberis, quod in altero beata eſt, in altero mi
ſera, nec vna res ſimul & beata & miſera
poteſt eſſe. Si vnam ſimul & multas dicã eſſe,
ridebis: nec mihi facile vnde tuum riſum cõ-
primam, ſuppetit. Sin multas tantũmodo eſſe
dixero, ipſe me ridebo, minuſq; me mihi di
ſplicentẽ q̃ tibi perferam. Audi ergo qđ ex
me bene te audire poſſe polliceor. Quod ve-
ro aut ambobus, aut alteri noſtrũ ita onero-
ſum eſt, vt fortaſſe opprimat, ne ſubire aut ĩ-
ponere velis. A D.* Cedo prorſus, & quod *a.l. Credo*
tibi congruenter mecum videtur agi poſſe,
quantum valeat anima, expecto vt exponas. *Varia animæ in hoĩe operatio. cap. 33.*
A V G. O vtinam doctiſsimum aliquẽ, neq;
id tm̃, ſed ẽt eloquentiſsimũ, & omnino ſa-
pientiſsimũ, perfectumq; hominem de hoc
ambo interrogare poſſemus, quonã ille mõ K
quid aĩa in corpore valeret, qđ in ſeipſa, qđ
apud Deũ, cui mundiſsima proxima eſt, &
in quo habet ſummũ atque omne bonũ ſuũ,
dicendo

dicendo ac diſputando explicaret. Nunc aũt cummihi ad hanc rem deſit aliud, audeo tñ tibi nõ deeſſe: ſed hoc mercedis eſt, quod dũ quid valeat anima, indoctus expedio, q̃d ipſe valeã, ſecurus experior. In primis tamẽ tibi amputem latiſsimam quandam & infinitã expectationem, ne me de omni anima dictur ũ putes, ſed tñ de humana, quam ſolam curare debemus, ſi nobiſmetipſis curæ ſumus.

Primus gradus animæ.

Hæc igitur primo, quod cuiuis animaduertere facile eſt, corpus hoc terrenum atq; mortale p̃ſentia ſua viuificat, colligit in vnũ, atque in vno tenet, diffluere atque contabeſcere non ſinit. alimenta per membra æqualiter ſuis quibuſq; redditis diſtribui facit, congruentiam eius modumq́ue conſeruat, non tantum in pulchritudine, ſed ẽt in creſcẽdo atque gignendo. Sed hæc omnia homini ẽt cum arbuſtis communia videri queunt. Hæc enim ẽt dicimus viuere. in ſuo vero quidq́ue

L illorũ genere cuſtodiri, ali, creſcere, gignere videmus atque fatemur.

Secundus gradus animæ.

Aſcende itaque alterum gradum, & vide q̃d poſsit aĩa ſenſibus, vbi euidentior manifeſtiorq́ue vita intelligitur. Non.n.audienda eſt, neſcio quæ impietas ruſticana planè magisq; lignea quàm ſint ipſæ arbores, quibus patrociniũ prębet quæ dolere vitem quando vua decerpitur, & non ſolum ſentire iſta cum cæduntur, ſed ẽt videre atque audire credit. De quo errore ſacrilego, alius eſt differendi locus. Nũc, quod inſtituerã, attẽde, quæ ſit vis aĩæ in ſenſibus, atque in ipſo motu manifeſtior eſt animantis, quorũ nobis cũ ijs quæ radicibus [illegible]a ſunt, nulla põt eſſe cõmunio. Intendit ſe anima in tactum, & eo calida, frigida, aſpera, lenia, dura, mollia, leuia, grauia ſentit atque diſcernit. Deinde innumerabiles differentiæ ſaporum, odorum, ſonorum, formarum guſtando, olfaciendo, audiẽdo, videndoq́; diiudicat. Atq; in ijs omnibus, ea quæ ſecundum naturã ſui

M corporis ſunt, aſciſcit atq; appetit, reiicit fugitq́; contraria.

Periphraſis ſomni.

Remouet ſe ab his ſenſibus certo interuallo temporum, & eorũ motus quaſi per quaſdam ferias reparans, imagines rerũ quas per eos hauſit, ſecũ cateruatim, & multipliciter verſat, & hoc totũ eſt ſomnus, & ſomnia. Sæpe ẽt geſtiendo ac vagando facilitate motus delectatur, & ſine labore ordinat membrorum concordiam, pro copulatione ſexus agit quod põt, atq; in duplici natura, ſocietate atque amore molitur vnum. Fœtibus nõ iã gignẽdis tñmodo, ſed ẽt fouẽdis, tuẽdis, alendis, atq; cõſeruãdis cõſpirat. Rebus inter quas corpus agit, & quibus corpus ſuſtẽtat, conſuetudine ſeſe innectit, & ab eis quaſi mẽbris ęgre ſeparatur: quæ cõſuetudinis vis ẽt ſeiunctione rerũ ipſarũ, atq; interuallo tẽporis nõ diſciſſa memoria vocat̃. Sed hæc rurſus omnia poſſe aĩam ẽt in beſtiis nemo negat.

Plato in ſympoſio.

Ergo attollere in tertium gradum qui iam eſt homini proprius, & cogita memoriã non conſuetudine inolitarum, ſed animaduerſione atq; ſignis cõmendatarũ ac retentarũ rerum innumerabilium, tot artes opificum, agrorum cultus, extructiones vrbiũ, variorum ædificiornm ac moliminum multimoda miracula: inuentiones tot ſignorum in literis, in verbis, in geſtu, in huiuſcemodi ſono, in picturis, atque figmentis: tot gentiũ linguas, tot inſtituta, tot noua, tot inſtaurata: tantum librorum numerũ, huiuſmodi monimentorũ ad cuſtodiendã memoriã, tantaq́ue curam poſteritatis: officiorum, poteſtatũ, honorũ, dignitatũq́ue ordines, ſiue in familijs, ſiue domi, militiæq́; in republica, ſiue in prophanis, ſiue in ſacris apparatibus: vim ratiocinandi, & excogitandi fluuios eloquentię, carminum varietates, ludẽdi ac iocandi cã milleformes ſimulationes, modulãdi peritiam, dimetiendi ſubtilitatẽ, numerãdi diſciplinã, præteritorũ ac futurorũ ex præſentibus coniecturã: Magna hæc & oĩno humana. Sed eſt & adhuc iſta partim doctis atq; indoctis, partim bonis ac malis animis copia cõis. Suſcipe igitur atq; inſili quarto gradui, ex quo bonitas, incipit atq; omnis vera laudatio. Hinc enim anima ſe non ſolũ ſuo, ſiquam vniuerſi partem agit, ſed ipſi ẽt vniuerſo corpori audet p̃ponere, bonaq́; eius bona ſua nõ putare, atq; potẽtiæ pulchritudiniq; ſuæ cõparata, diſcernere atq; contemnere. Et inde quo magis ſe delectat, eo magis ſeſe abſtrahere à ſordibus, totamq; emaculare, ac mundiſsimã reddere & cõptiſsimã: roborare ſe aduerſus oĩa q̃ de propoſito ac ſnĩa dimouere moliũtur, ſocietatẽ humanã magnipẽdere, nihilq; velle alteri q̃d ſibi nolit accidere: ſeq authoritatẽ ac præcepta ſapiẽtiũ, & p hæc loq ſibi, Deo credere. In hoc tã p̃claro actu aĩæ ineſt adhuc labor, & cõtra huius mundi moleſtias atq; blãditias magnus acerrimusq: cõflictus. In B

ipſo

ipſo enim purgationis negocio ſubeſt metus
mortis ſæpe non magnus, ſæpe vero vehemē
tiſsimus. Nō magnus tū, cū robuſtiſsime cre
ditur: nā videre hoc vtrum ſit, verum, nō niſi
perpurgatæ animę licet, tanta Dei prouiden-
tia iuſtitiaq; gubernari omnia, vt nulli mors
iniq; accidere poſsit, ēt ſi eā forte iniquus in
tulerit. Vehemēter aūt formidat mors in hoc
iā gradu, cū & illud eo credit infirmius, quo
ſolicitius quæritur, & eoipſo minus videtur,
quo tranquillitas pp metum minor eſt inue-
ſtigandis obſcuriſsimis rebus perneceſſaria.
Deinde quo magis magisq; ſentit aīa, eoipſo
q̃ pficit, quātū interſit inter puram & conta
minatā: eo magis timet, ne depoſito iſto cor
pore, minus eā poſsit deus q̃ ſeipſam, ferre
pollutā. Nihil autē difficilius q̃ & non me-
tuere mortē, & ab illecebris huius mundi, ſi-
cut pericula ipſa poſtulant, tēperare. Tāta eſt
tñ aīa, vt etiā hoc poſsit adiuuante ſanè iuſti
tia ſummi & veri Dei, qua hęc vniuerſitas ſu
ſtentatur & regitur: qua etiā factum eſt, vt nō
modo ſint omnia, ſed etiam ſic ſint, vt omni
no melius eſſe non poſsint. Cui ſe in opere
tam difficili mūdationis ſuæ adiuuandam &
perficiendā pijſsime tutiſsimeq; committit.
Qđ effectū erit, cū fuerit ab omni tabe aīa li
bera maculisq; diluta, cū ſe deniq; in ſeipsa
lætiſsime tenet, nec omnino aliquid metuit ſi
bi, aut vlla ſua cauſa quicq̃ angit. Eſt ergo iſte
qntus. gradus. Aliud eſt.n. efficere, aliud tene
re puritatē: & alia prorſus actio qua ſe inqui-
natā redintegrat, alia qua non patitur ſe rur-
ſus inquinari. In hoc gradu omnifariā conci
pit quanta ſit. Quod cū cōceperit, tunc verò
ingenti quadā & incredibili fiducia pergit in
deū. i. in ipſam contemplationē veritatis, &
illud propter quod tantū laboratum eſt, altiſ-
ſimum & ſacratiſsimū* premium. Sed hæc a-
ctio, id eſt, appetitio, intelligendi ea q̃ vere
ſummeq; ſunt, ſummus aſpectus eſt aīæ, quo
perfectiorem, meliorem rectioremq; non ha
bet. Sextus ergo erit iſte grad⁹ actionis. Aliud
eſt enim mundari oculum ipſum animæ, ne
fruſtra & temere aſpiciat & praue videat: a-
liud ipſam cuſtodire atq; firmare ſanitatem:
aliud iam ſerenum atque rectū aſpectū in id,
quod videndū eſt, dirigere. Quod qui prius
volunt facere, q̃ mūdati & ſanati fuerint, ita
illa luce reuerberant veritatis, vt nō ſolū ni-
hil boni ſed ēt mali plurimū in ea putēt eſſe,
atq; ab ea nomē veritatis abiudicēt, & cū qua
dam libidine & voluptate miſerabili in ſuas
tenebras, quas eorū morbus pati pōt medi-
cinæ maledicentes refugiāt. Vnde diuino af-
flatu, & prorſus ordinatiſsime illud à ppheta *Pſal. 50.*
dr̃: Cor mundū crea in me Deus, & ſpiritum
rectū innoua in viſceribus meis. Spiritus.n. re
ctus eſt, credo, quo fit vt aīa in veritate quæ-
renda deuiare atq; errare nō poſsit. Qui pro
fecto in ea non inſtauratur, niſi prius cor mū
dum fuerit, hoc eſt, niſi prius ipſa cogitatio
ab omni cupiditate ac fece rerū mortalium *Septimus*
ſeſe cohibuerit & eliquauerit. Iam vero in ip *gradus*
ſa viſione atq; cōtemplatione veritatis, qui *animæ.*
ſeptimus atq; vltimus aīæ gradus eſt, neq; iā E
gradus, ſed qđā manſio, quò illis gradibus p-
uenit, quæ ſint gaudia, quæ perfruitio veri &
ſummi boni, cuius ſerenitatis atq; æternitatis
afflatus, quid ego dicā? Dixerūt hæc quantū
dicenda eſſe iudicauerūt magnæ quædā & in
comparabiles aīæ, quas etiā vidiſſe ac videre
iſta credimus. Illud planè ego nunc audeo ti-
bi dicere, nos ſi curſum quē nobis Deus im-
perat, & quem tenendū ſuſcepimus, conſtan
tiſsime tenuerimus, peruenturos per virtutē
Dei atq; ſapientiā ad ſummā illā cauſam, vel
ſummū authorē, vel ſummū principiū rerū
omnium, vel ſiquo alio modo res tanta con-
gruentius appellari poteſt: quo intellecto ve
re videbimus, q̃ ſint omnia ſub ſole vanitas
vanitantium. Vanitas.n. eſt fallacia, vanitātes *Eccle. 1.*
autem vel falſi, vel fallentes, vel vtriq; intel- *1. Retr.*
liguntur. Licet tñ dignoſcere quantum inter *cap. 7.*
hęc, & ea quæ vere ſunt, diſtet, & quemad- *Ita fre-*
modum tamē etiam iſta omnia deo authore *quenter*
creata ſint, & in illorū cōparatione nulla ſint, *citat.*
per ſe autem conſiderata mira atq; pulchra.
Tunc agnoſcemus quam vera nobis creden- F
da imperata ſint, quamque optime ac ſaluber
rime apud matrē eccleſiam nutriti fuerimus,
quæue ſit vtilitas lactis illius quod Apoſto-
lus Paulus paruulis ſe potum dediſſe prædi- *1 Cor. 3.*
cauit quod alimentū accipere, cum quis ma
tre nutritur, vtiliſsimum eſt, cū iam grandis
eſt, pudendū, reſpuere cū opus eſt, miſerādū:
reprehendere aliquādo aut odiſſe, ſceleris &
impietatis, tractare autē ac diſpēſare cōmo-
de, laudis & charitatis pleniſsimū eſt. Videbi-
m⁹ ēt naturę hui⁹ corporeę tātas cōmutatio-
nes & viciſsitudines, dū diuinis legib⁹ ſeruit,
vt ēt ipsā reſurrectionē carnis, q̃ partim tar-
dius,

dius,partim oĩno non credit,ita certã tenea
mus,ut certius nobis nõ ſit ſolẽ cũ occiderit,
oriturũ. Iã uero eos q ad exẽplũ ſalutis no-
ſtræ ac primitias à filio Dei potẽtiſsimo,ęter
no incõmutabili ſuſceptũ hominẽ, eundẽq;
natũ eſſe de virgine, cęteraq; huius hiſtoriæ
miracula irridẽt, ſic cõtemnemus, tanq eos
pueros,q cũ pictorẽ ꝓpoſitis tabulis,quas in
tueatur pingentẽ uiderint, non putent poſſe
hominem pingi, niſi aliã picturã qui pingit,
aſpexerit.Tãta aũt in cõtẽplanda ueritate vo-
G luptas eſt, quãtacũq; ex parte eã quiſq; cõtẽ
plari põt,tanta puritas,tanta ſynceritas, tam
indubitanda rerũ fides, ut neq; quicquã præ-
ter ea ſciſſe ſe aliqñ aliquis putet,cũ ſibi ſcire
uidebatur, & quo minus impediatur aĩa toti
tota inhærere ueritati,mors q antea metueba
tur, id eſt, ab hoc corpore omnimoda fuga
& elapſio pro ſummo munere deſideret. Au

Aĩa cconfertur ad res conditas & Deum.
Cap. 34.

diſti quanta uis ſit aĩæ ac potẽtia,quod vtibre
uiter colligã, quemadmodũ fatendũ eſt ani-
mã humanã non eſſe qđ Deus eſt,ita pſumẽ-
dũ, nihil inter omnia quæ creauit, Deo eſſe
propinquius. Ideoq; diuinè ac ſingulariter
in eccleſia catholica traditur, nullã creaturã
colẽdam eſſe animę (libentius enim loquor
his uerbis, quibus mihi hæc inſinuata ſunt)

Rom. 11.

ſed ipſum tantummodo rerũ, quæ ſunt om-
niũ creatorẽ,ex quo omnia,ꝑ quẽ oĩa, ĩ quo
oĩa, id eſt, incõmutabilẽ ueritatẽ incõmuta-
bilẽ æternitatẽ, incõmutabilem uirtutẽ, incõ
mutabilẽ charitatẽ,unũ uerũ Deũ atq; perfe
ctũ, qui nunquã nõ fuerit, nunquã non erit,
nunquã aliter fuerit,nunquã aliter erit. Quo
nihil ſit ſecretius,nihil præſentius, q difficile
inuenitur ubi ſit,difficilius vbi nõ ſit, cũ quo
eſſe nõ oẽs poſſunt,& ſine quo eſſe nemo p̃t,
& ſiquid de illo incredibilius, cõuenientius
tñ atq; aptius homines dicere ualemus. Hic
H ergo ſolus Deus animæ colendus eſt,neq; di
ſcretè, neq; confuſè. Quicquid enim anima
colit ut Deũ,neceſſe eſt, ut melius eſſe, q̃ ſeip
ſam putet. Animæ autẽ natura,nec terra, nec
maria,nec ſydera,nec luna,nec ſol, nec qcq̃
omnino quod tangi, aut his oculis uideri p̃t,
nõ deniq; ipſũ qđ uideri à nobis nõ põt, cœ
lũ,melius eſſe credendũ eſt. Immo hæc om-
nia longe deteriora eſſe, q̃ eſt quælibet ani-
ma,ratio certa conuincit, ſi modo eam veri
amatores ducentem per inſolita quædam, &
ob hoc ardua conſtantiſsime atque obſeruan
tiſsime ſequi audeant. Siqd uero aliud eſt in
rerũ natura,p̃ter iſta q̃ ſenſibus nota ſunt, &
proſus q̃ aliquod ſpatiũ loci obtinent, quib.
oĩbus præſtantiorẽ animã humanã eſſe dixi-
mus. Siquid ergo aliud eſt eorũ, q̃ Deus crea
uit,quiddã eſt deterius,quiddã par, deteriꝰ,
ut anima pecoris,par,ut angeli, melius autẽ
nihil. Et ſi qñ eſt aliquid horum melius, hoc
peccato eius fit,non natura. Quo tñ non vſq;
adeo fit deterior, ut ei pecoris anima præfe-
renda aut cõferenda ſit. Deus igit̃ ſolus ei co
lẽdus eſt,qui ſolus eius eſt author. Hõ aũt qli
bet alius quãquã ſapiẽtiſsimus & pfectiſsi-
mus,uel prorſus q̃libet anima rõnis cõpos at
que beatiſsima,amanda tantũmodo & imitã
da eſt,eiq; pro merito atq; ordine, qđ ei cõ
gruit deferendũ. Nã dñm Deũ tuũ adorabis,
& illi ſoli ſeruies. Errantib.uerò cognatis ani
mis & laborantibus,quãtũ licet atq; præce-
ptũ eſt opẽ ferendã eſſe ſciamus, ita ut hoc
ipſum cũ bene agitur, Deũ, ꝑ nos agere in-
telligamus. Neq; qcq̃ nobis propriũ vẽdice
mus inanis gloriæ cupiditate decepti, quo
uno malo à ſummo in ima demergimur. Ne
que uitijs oppreſſos,ſed ipſa uitia,neq; pec-
catores,ſed ipſa peccata oderimus. Oĩbus.n.
ſubuentũ uelle debemus,ẽt qui nos læſerunt,
aut lædere,aut omnino lædi uolunt. Hæc eſt
uera,hæc eſt pfecta,hęc ſola religio,per quã
Deo reconciliari ptinet ad animæ,de qua q̃-
rimus,magnitudinem,qua ſe libertate dignã
facit. nã ille ab omnibus liberat, cui ſeruire
omnibus utiliſsimum eſt,& in cuius ſeruitio
placere perfectè ſola libertas eſt. Sed uideo
me penè exceſsiſſe metas propoſiti mei,ac ſi-
ne ulla interrogatione tandiu tibi multa di-
xiſſe,neque id me pęnitet. Nã cum ſint iſta p
tam multas eccleſiæ ſcripturas diſperſa,quã-
q̃ ea nõ incõmodè colligiſſe uideamur, ple-
ne tñ intelligi nequeunt,niſi quiſquis in illo
rum ſeptẽ quarto gradu fortiter agens,pieta-
temq; cuſtodiens, & ad ea percipienda, ſani
tatẽ,ac robur comparãs, inquirat oĩa ſingilla
tim diligentiſsime ac ſagaciſsime, nãq; illis
omnibus gradibus ineſt diſtincta & propria
pulchritudo,quos actus melius appellamus.
Quærimus quippe de aĩæ potentia, & fieri
poteſt ut hæc omnia ſimul agat, ſed id ſolum
ſibi agere uideatur quod agit cum difficulta-
te,aut certe cum timore. Agit enim hoc mul
to q̃ cætera attentior. Aſcendentibus igitur
ſurſum

ũrſum uerſus, Primus actus docẽdi cauſa di
atur animatio, ſecundus, ſenſus, tertius, ars,
uartus, uirtus, quintus, trãquillitas, ſextus, in
reſsio, ſeptimus, cõtẽplatio. Poſſunt & hoc
nõ appellari: Primus, de corpore, ſecũdus,
p corpus, tertius, circa corpus, quartus, ad ſe
pſam, qntus, in ſeipsã, ſextus, ad Deũ, ſepti
m⁹ apud Deũ. Pñt & ſic: Pulchre de alio, pul
chrè p aliud, pulchrè circa aliud, pulchrè ad
pulchrũ, pulchrũ in pulchro, pulchrè ad pul
chritudinẽ, pulchrè apud pulchritudinẽ. De
quibus omnibus poſt requires, ſiquid uidebi
tur aperiendũ, nũc ideo uolui tot iſta ſignare
uocabulis, ne te moueat cũ alii aliis noĩbus
eadẽ uocãt, aut aliter partiũtur, & ob hoc aut
iſta aut illa improbes, ĩnumerabilibus. n. mo
dis eædẽ res & appellari & diuidi poſſunt re
ctiſsime ac ſubtiliſsime, ſed in tãta copia mo
dorũ utitur quiſq;, quo ſe cõgruẽter uti exi-
ſtimat. Deus igiť ſummus & uerus lege inuio
labili & incorrupta, qua oẽ, quod condidit,
regit, ſubiicit animæ corpus, animã ſibi, &
ſic oĩa ſibi, neq; in ullo actu eandẽ deſerit. ſi-
ue pœna, ſiue præmio. Id enim indicauit eſ-
ſe pulcherrimũ, ut eſſe quicqd eſt, qũo eſt,
& ita naturæ gradibus ordinareť, ut conſide-
rantẽ uniuerſitatem nulla offenderet ex ulla
parte deformitas, omniſq; animæ pœna &
oẽ præmium conferret ſemper aliquid pro-
portioni iuſtæ pulchritudinis, diſpoſitioniq;
rerũ omniũ. Datũ eſt enim animæ liberũ ar-
bitriũ, qđ qui nugatoriis ratiocinationib. la-
befactare conanť, vſqueadeo cæci ſunt, ut ne
iſta ipſa quidẽ uana atq; ſacrilega ꝓpria uo-
luntate ſe dicere intelligant, nec tũ ita liberũ
arbitriũ animæ datũ eſt, ut quodlibet eo mo-
liens, ullã partẽ diuini ordinis legiſq; ꝑtur-
bet. Datũ eſt. n. à ſapientiſsimo atq; inuictiſsi
mo totius creaturæ dño, ſed iſta ut uidenda
ſunt, uidere paucorũ eſt, neq; ad hoc quiſq̃
niſi uera religione fit idoneus. Eſt. n. religio
uera, qua ſe uni Deo aĩa, vñ ſe peccato velut
abruperat, reconciliatione religat. Innectit
ergo animã in illo actu tertio, atq; incipit du
cere, purgat in quarto, reformat in quinto,
introducit in ſexto, paſcit in ſeptimo, atque
hoc fit alias citi⁹, alias tardius, ut quæq; amo
re ac meritis ualent, omnia tñ Deus iuſtiſsi-
me, moderatiſsime, pulchrrime facit, quo-
quo mõ ſeſe habere uoluerũt, de quib. facit.
Iã uerò ẽt puerorũ infantium cõſecrationes
quantũ proſint, obſcuriſsima qõ eſt, nõnihil
tñ prodeſſe credendũ eſt. Inueniet hoc rõ,
cũ q̃ri oportuerit, quanq̃ & alia multa iam
diu q̃renda tibi potius aliqñ, q̃ cognoſcenda A
protulerim. Quod fiet utiliſsime, ſi duce pie
tate requiranť. Quæ cũ ita ſint, quis eſt q iuſte
ſtomachetur, qđ agendo atq; miniſtrando
corpori anima data ſit, cum tantus & diuin⁹
rerũ ordo connecti melius non poſsit? Aut
q̃rendũ putet, qualis in hoc mortali & fragi-
li corpore efficiať, cũ & in mortẽ ꝑꝑ pecca-
tum iure contruſa ſit, & uirtute hic ẽt poſsit
excellere? Aut qualis poſt hoc corpus futura
ſit, cum & pœna mortis neceſſario manere
debeat, manente peccato, & uirtuti pietatiq;
ſit Deus ipſe, id eſt, ueritas præmiũ? Quare ſi
iã placet, tã longũ ſermonẽ terminemus ali-
qñ, & implendis Dei præceptis vigilantiſsi-
me & religioſiſsime operam demus, non. n.
eſt alia fuga de tãtis malis. Siquid autẽ obſcu
rius à me dictũ eſt q̃ uelles, facito ut memo-
riæ mandatũ aliàs opportunius requiras. Ne-
que. n. deerit nobis quærentibus ſe, qui deſu-
per eſt magiſter omniũ. AD. Ego uero & hac
oratione tua ita ſum affectus, ut eam interpel
lare nefas putauerim, & ſi tibi modus ſermo
nis hic placet, treſq; illæ quæſtiones quæ re-
manebant tam breuiter perſtringendæ in ꝓ-
ſentia uiſæ ſunt, cedam iudicio tuo, ac dein-
ceps tam magnis rebus inueſtigandis, nõ mõ
tempus propter tuas occupationes, ſed etiã
meipſum opportuniorem ſeruabo.

B

Libri de Quantitate animę
Finis.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, de Libero Arbitrio Liber primus.



Ic mihi (quæſo te) utrum Deus
non ſit author mali? A V G V. *Deus q̃uo malorum author. c. 1.*
Dicam, ſi planum feceris de
quo malo quæras. Duob. enim
modis appellare ſolemus ma-
lum, uno, cum male quenque feciſſe dici-
mus, alio, cum mali aliquid eſſe perpeſſum.
EV. De utroque ſcire cupio. AVG. At ſi Deũ
bonũ eſſe noſti uel credis, neque enim aliter
fas

faſ eſt;malum nō facit, rurſus ſi Deū iuſtum
fatemur,nā & hoc negare ſacrilegū eſt,vt bo
nis præmia,ita ſupplicia malis tribuit, q̄ vti-
que ſupplicia patientibus mala ſunt. Quāob
rē ſi nemo iniuſte pęnas luit, qđ neceſſe eſt
credamus, q̄nquidē diuina prouidentia hoc
vniuerſum regi credimus,illius primi gene-
ris malorū nullo mō, huius autem ſecūdi au
thor eſt Deus. EV.Eſt ergo alius author illius
mali, cuius Deum non eſſe compertum eſt?
AVG.Eſt certe,non enim nullo authore fie-
ri poſſet.Si autem quæris, quiſnam iſte ſit di
ci non poteſt,non enim unus aliquis eſt, ſed
quiſq; malus ſui malefacti author eſt.Vnde ſi
dubitas,illud attende quod ſupra dictum eſt:
Malefacta iuſtitia Dei vindicari. Non enim
I. Retra. cap.9. iuſte vindicarentur,niſi fierēt voluntate. EV.
Neſcio utrum quiſquā peccet,non qui didi-
cerit.Quod ſi uerū eſt,q̄ſnā ſit ille à quo pec
care didicerimus,inquiro. AVG.Aliquid bo
ni exiſtimas eſſe diſciplinā?EV. Quis audeat
dicere malū eſſe diſciplinam? AVG.Quid ſi
nec bonum nec malum eſt?EV.Mihi bonum
videtur.AVG. Bene ſanè. Siquidem ſcientia
per illam datur aut excitatur, nec quiſquam
niſi per diſciplinā aliquid diſcit. An tu aliter
D putas?EV.Ego per diſciplinam non niſi bo-
na diſci arbitror.AVG.Vide ergo ne nō di-
ſcantur mala, nā diſciplina niſi à diſcendo
non dicta eſt.EV.Vnde ergo ab homine fiūt,
ſi non diſcuntur?AVG.Eo fortaſſe quod ſe à
diſciplina,id eſt,à diſcendo auertit atque ab
alienat,ſed ſiue hoc,ſiue aliud aliquid ſit, il-
lud certe manifeſtū eſt, quoniam diſciplina
bonum eſt,& à diſcendo dicta eſt diſciplina,
mala diſci omnino non poſſe. Si enim diſcū
tur,diſciplina continētur, atq; ita diſciplina
non erit bonum, bonum eſt autem, ut ipſe
concedis.Non igitur diſcuntur mala,& fru-
ſtra illum à quo mala facere diſcimus, quæ-
ris,aut ſi diſcuntur,mala uitanda non facien-
da diſcuntur.Ex quo malefacere nihil eſt niſi
Malefa-cere qd. à diſciplina deuiare.EV.Prorſus ego duas di
ſciplinas eſſe puto,unam per quam bene fa-
cere,aliā per quā male facere diſcimus. Sed
cum quæreres utrum diſciplina bonum eſ-
ſet,ipſius boni amor intentionem meam ra-
puit,ut illam diſciplinam intuerer,quæ bene
faciendi eſt,ex quo bonum eſſe reſpōdi, nūc
autem admoneor eſſe aliam, quam procul-
dubio malū eſſe confirmo, & cuius authorē
requiro. AVG. Saltem intelligentiam non
niſi bonū putas?EV.Iſtam planè ita bonā pu
to, ut non uideā quid in homine poſsit eſſe
præſtantius, nec ullō mō dixerim aliquā in-
telligentiā malam eſſe poſſe. AVG. Quid cū
docetur quiſq;,ſi nō intelligat,poteritne tibi
doctus uideri?EV.Omnino non poterit.AV.
Si ergo omnis intelligentia bona eſt, nec q̄ſ-
quam qui non intelligit, diſcit,omnis qui di
ſcit,bene facit.Omnis enim qui diſcit,intelli
git,& omnis qui intelligit,benefacit: Quiſqs
igitur quærit authorem,per quem aliquid di
ſcimus, authorem profecto per quē benefa-
ciamus, quærit. Quapropter deſine uelle in-
ueſtigare neſcio quem malū doctorē.Si enim
malus eſt,doctor non eſt.Si doctor eſt, ma-
lus non eſt.EV.Age iam quoniam ſatis cogis
ut fatear,non nos diſcere male facere,dic mi
hi vnde male faciamus?AVG. Eam q̄ōnē mo
ues, quæ me admodū adoleſcentem vehemē
ter exercuit,& fatigatum in hæreticos impu
lit, atq; deiecit. Quo caſu ita ſum afflictus,
& tantis obrutus aceruis inanium fabularū,
ut niſi mihi amor inueniendi ueri opem diui
nam impetrauiſſet, emergere inde, atq; in ip
ſam primā quærendi libertatem reſpirare nō
poſſem.Et eñ mecum ſedulo actū eſt,ut iſta
q̄ōne liberarer,eo tecum agam ordine, quē
ſecutus euaſi.Aderit.n. Deus,& non intellige
re qđ credimus,faciet:Præſcriptū.n.per pro
phetā gradum,qui ait, niſi credideritis nō in
telligitis,tenere nos debemus, ſi bene nobis
conſcii ſumus. Credimus autem ex uno Deo
omnia eſſe quæ ſunt,& tamen non eſſe pec-
catorum authorem Deum.Mouet autem ani
mum, ſi peccata ex ijs animabus ſunt, quas
Deus creauit,illæ autem animæ ex Deo, quo
modo non paruo interuallo peccata referan
tur in Deum. EV. Id nunc planè abs te di-
ctum eſt, quod me cogitantem ſatis excru-
ciat, & quod ad iſtam inquiſitionem coegit
& traxit. AVG. Virili animo eſto, & cre-
de quod credis. Nihil enim creditur melius,
etiam ſi cauſa lateat cur ita ſit. Optime nāq;
de Deo exiſtimare uerisſimum eſt pietatis
exordium, nec quicquam de illo optime
exiſtimat,qui non eum omnipotentem, at-
que ex nulla particula commutabilem cre-
dit, bonorum etiam omnium creatorem,
quibus eſt ipſe præſtantior, rectorem quo-
que iuſtisſimum eorum omnium, quæ crea-

uit nec ulla adiutum esse natura in creando quasi qui nõ sibi sufficeret. Ex quo fit ut de nihilo creauerit oĩa, de se aũt nõ creauerit, sed genuerit qđ sibi par esset, quẽ filiũ Dei vnicũ dicimus, quẽ cũ planius enunciare conamur, Dei uirtutẽ & Dei sapiẽtiã nominamus, ꝑ quẽ fecit oĩa, quæ de nihilo facta sunt. Quibus constitutis, ad intelligentiã eius rei quã requiris, opitulãte Deo nitamur hoc modo. Quæris certe vnde mala faciamus. Prius ergo discutiendũ est, quid sit malefacere, qua de re tibi q̃d uideatur exprome. Quod si nõ potes totũ simul breuiter uerbis cõprehendere, saltẽ particulatim malefacta ipsa comemorãdo sententiam tuam notã fac mihi. EV. Adulteria, homicida & sacrilegia, ut omittã cætera, q̃bus enumerandis ut tempus uel memoria nõ suppetit, quis est cui nõ malefacta uideantur? AVG. Dic ergo prius, cur adulteriũ male fieri putes. An quia id facere lex uetat? EV. Non sanè ideo malũ est, quia uetatur lege, sed ideo vetatur lege, quia malũ est. A V. Quid si quispiã nos exagitet, exaggerans delectationes adulterii, & quærens à nobis cur hoc malũ, & damnatione dignũ iudicemus, num ad authoritatem legis confugiendũ censes hominibus, iam non tm̃ credere, sed intelligere cupiẽtibus? Nam & ego tecum credo, & incõcusse credo, oĩbusq; populis atq; gẽtibus credendum esse clamo, malũ esse adulteriũ, sed nũc molimur id qđ in fidem recepimus, ẽt intelligendo scire ac tenere firmissimũ. Consydera itaq; quantũ potes, & renũcia mihi, quanã rõne adulteriũ malum esse cognoueris. EV. Hoc scio malũ esse, qđ hoc ipse in vxore mea pati nollẽ. Quisquis ãt alteri facit qđ sibi fieri non vult, male vtiq; facit. AVG. Quid si cuiuspiam libido ea sit, ut uxorẽ suã ꝑbeat alteri, libenterq; ab eo corrũpi patiatur, in cuius uxorẽ uicissim cupit parẽ habere licentiã, nihilne mali tibi facere videtur? EV. Inmo plurimum. A V G. At non iste tua regula peccat. Non. n. id facit quod pati nolit. Quamobrẽ aliud tibi q̃rendũ est, vnde malũ esse adulteriũ cõuincas. EV. Eo mihi videtur malum, quod huius criminis homines uidi sæpe damnari. A V G. Quid? Propter recte facta nonne homines plerunque damnati sunt? Recense historiam, ne te ad alios li-
I bros mittam, eam ipsam quæ diuina authoritate præcellit. Iam inuenies q̃ male de Apostolis, & de oĩbus matyribus sentiamus, si placet nobis dãnationẽ certũ indiciũ esse malefacti, cum illi oẽs dãnatione digni, ꝑꝑ cõfessionẽ suam iudicati sunt. Quãobrẽ si quicq̃d damnaẽ, malum est, malum erat illo tp̃e credere in Christũ, & ipsam confiteri fidẽ. Si autem nõ omne malum est quod dãnatur, quære aliud vnde adulterium malũ esse doceas. EV. Quid tibi respondeam, non inuenio. AV. Fortassis ergo libido in adulterio malũ est, sed dum tu foris in ipso facto, qđ iam uideri potest, malum q̃ris, pateris angustias. Nã ut *De pœni. distin. I. Cap. 4. Si cui &c.*
intelligas libidinẽ in adulterio malum esse, si cui ẽt non contingat facultas concumbendi cum cõiuge aliena, planum tñ aliquo modo sit id eũ cupere, & si potestas detur, facturum esse, nõ minus reus est, q̃ si in ipso facto deprehenderetur. EV. Nihil est omnino manifestius, & iam uideo non opus esse longa sermocinatione, ut mihi de homicidio, sacrile- K
gio, ac prorsus de omnib. peccatis ꝑsuadeat. Clarũ est. n. iã nihil aliud q̃ libidinẽ in toto malefaciendi genere dominari. AVG. Scisne ẽt istam libidinẽ alio nomine cupiditatẽ uo- *An peccet q me tu occiderit hoĩem. Cap. 4.*
cari? EV. Scio. AVG. Quid inter hanc & metum, nihilne interesse, an aliquid putas? E V. Immo plurimum hæc ab inuicẽ distare arbitror. AVG. Credo te ob hoc arbitrari, quia cupiditas appetit, mutus fugit. E V. Est ita ut dicis. AVG. Quid si ergo quispiam non cupiditate adipiscendæ alicuius rei, sed metuens ne quid ei mali accidat, hoĩem occiderit, nũ homicida iste non erit? EV. Erit quidẽ, sed nõ ideo factũ hoc cupiditatis dominatu caret. nam qui metuens hominẽ occidit, cuit utiq; sine metu uiuere. AVG. Et paruum tibi uidetur bonum sine metu uiuere? EV. Magnũ bonum est, sed hoc illi homicidæ per facinus suũ prouenire nullo mõ põt. A V G. Non q̃ro q̃d ei prouenire possit, sed q̃d ipse cupiat. Certe enim bonũ cupit, q̃ cupit metu liberari, & idcirco ista cupiditas culpanda nõ est, alioquin omnes culpabimus amatores boni. Pronde cogimur fateri esse homicidum, in quo nequeat malæ illius cupiditatis dñatio reperiri, falsumq; erit illud, qđ in oĩbus peccatis ut mala sint, libido dominetur, aut erit aliquod homicidium, quod possit non esse peccatum, si homicidiũ est hoĩem occidere, L
põt tñ occidere aliquando sine peccato. Nã & miles hostem, & iudex uel minister eius no-

25.q.5. c. Si homicidiũ. nocentem,& cui forte inuito atque imprudẽti telũ manu fugit, non uidentur peccare cũ hominẽ occidũt. EV. Assentior. Sed homicidæ isti appellari non solent. AVG. Responde itaque, utrũ illũ qui dominũ occidit, à quo sibi metuebat cruciatus graues, in eorũ numero habendũ existimes, qui sic hominẽ occidunt, ut ne homicidarũ quidẽ nomine digni sint? EV. Longe ab eis istũ differre uideo.
M nam illi uel ex legibus faciunt, vel non contra leges, huius aũt facinus nulla lex approbat. AVG. Rursus me ad authoritatem reuocas. Sed meminisse te oportet, id nũc à nobis esse susceptũ, ut intelligamus qđ credimus, legibus ãt credimus. Tentãdum itaq; est, si quo mõ possum, idipsum intelligere, utrum lex q̃ punit hoc factum, non perperã puniat. E V. Nullo mõ perperã punit, quandoquidẽ punit eum qui uolens & sciens dñm necat, qđ nullus istorũ facit. A V G. Et quid recordaris te pauloante dixisse, in omni facto malo libidinẽ dominari, & eoipso malũ esse? EV. Recordor sanè. AVG. Quid illud? Nonne idem tu concessisti, eũ qui cupit sine metu uiuere, habere malã cupiditatẽ? E V. Et hoc recordor. AVG. cum ergo ista cupiditate à seruo dñs interimitur, non illa culpabili cupiditate interimitur. Quãobrẽ cur sit hoc facinus malum, nondũ cõperimus. Conuenit. n. inter nos omnia malefacta non ob aliud mala esse, nisi quod libidine. i. improbanda cupiditate fiunt. EV. Iam mihi uidetur iniuria iste damnari, quod quidem non auderẽ dicere, si aliud haberem quod dicerẽ. AVG. Itane prius tibi persuasisti tm̃ scelus impunitũ esse oportere, q̃ ↄsiderares utrũ ille seruus ꝑꝑ satiandas libidines suas metu dñi carere cupiuerit? Cupere nãq; sine metu uiuere non tm̃ bonorũ, sed ẽt malorũ omniũ est. Verũ hoc interest, qđ id boni appetunt auertendo amorem ab ijs rebus, quæ sine amittẽdi periculo nequeũt haberi, mali autẽ, ut his fruẽdis cũ securitate incumbant, remouere impedimentũ conãtur, & propterea facinorosam sceleratamq; uitã quæ mors melius uocatur, gerũt.
A E V. Resipisco, & admodũ gaudeo tã me plane cognouisse, quid sit etiã illa culpabilis cupiditas, quæ libido nominatur. Quam esse
Libido quid sit. iã apparet earũ rerũ amorem, quas p̃t quisque inuitus amittere. Quare nunc age quæramus, si placet, utrum ẽt in sacrilegijs libido dñetur, q̃ uidemus plura superstitione cõmitti. AVG. Vide ne præproperum sit, prius. n. mihi discutiendũ vr̃, utrũ uel hostis irruens, uel insidiator sicarius, siue pro uita, siue pro libertate, siue ꝓ pudicitia, sine ulla interficiatur libidine. EV. Qũo possum arbitrari carere istos libidine, qui pro ijs rebus digladiantur, quas possunt amittere inuiti, aut si non possunt, quid opus est pro his vsq; ad hominis necẽ progredi? Nõ ergo lex iusta est, quæ dat ptãtem uel uiatori, ut latronẽ, ne ab eo ipse occidatur, occidat, uel cuipiã uiro aut fęminæ, ut uiolẽter sibi stupratorẽ irruẽtẽ ante illatũ stuprũ, si posit, interimat, nã milititi ẽt iubetur lege, ut hostẽ necet, à qua cæde si tẽperauerit, ab imperatore pęnas luit. Nũ istas leges iniustas, uel potius nullas dicere audebimus? Nã mihi lex esse non vr̃, q̃ iusta non fuerit. A V G. Legẽ qdẽ satis uideo esse munitã ↄ̃ huiuscemodi accusationẽ, q̃ in eo populo quẽ regit, minorib. malefactis, ne maiora cõmitterentur, dedit licentiã. Multo est. n. mitius eũ, qui alienæ uitæ insidiatur, q̃ eũ, q suam tuetur, occidi. Et multo est immanius inuitũ hominẽ stuprũ perpeti, q̃ eũ, à quo illa uis infertur, ab eo cui inferre conat̃ interimi. Iam uero miles in hoste interficiẽdo minister est legis, quare officium suũ facile nulla libidine impleuit. Porro ipsa lex, q̃ tuendi populi cã lata est, nullius libidinis argui p̃t. Siquidẽ ille qui tulit, si Dei iussu tulit. i. qđ p̃cepit æterna iustitia, expers omnino libidinis id agere potuit. Si aũt ille cũ aliqua libidine hoc statuit, non ex eo fit, vt ei legi cũ libidine obtẽperare necesse fit, quia bona lex & à nõ bono ferri p̃ot. Nõ. n. si quis, uerbi cã, tyrannicam potestatẽ nactus ab aliquo cui hoc conducit, precium accipiat, ut statuat nulli licere vel ad coniugium fœminam rapere ꝓpterea mala lex erit, qa ille iniustus atq; corruptus hanc tulit. Potest ergo illi legi, q̃ tuendorum ciuium causa uim hostilem eadem vi repelli iubet, sine libidine obtẽperari. Et de omnibus ministris, qui iure atq; ordine potestatibus qbusq; subiecti sunt, id dici p̃t. Sed illi homines lege inculpata, quomodo inculpati queãt esse, nõ uideo, nõ. n. lex eos cogit occidere, sed relinqt in ptãte. Liberum eis itaq; est neminẽ necare pro ijs reb. quas inuiti possunt amittere, & ob hoc amittere debent. De uita. n. fortasse cupiã sit dubium

vtrum aïæ nullo pacto auferatur, dũ hoc corpus interimitur: sed, si auferri põt, contemnẽda est: si non põt, nihil metuendũ. De pudicitia vero quis dubitauerit, quin ea sit in ipso animo constituta, quandoquidem virtus est? Vnde à violento stupratore eripi nec ipsa potest. Quicquid igit̃ erepturus erat ille qui occidit, id totum in p̃tate nostra non est: quare quemadmodũ nr̃m appellandũ sit, non intelligo. Quapropter legem quidẽ non reprehẽdendo, quæ tales permittit interfici: sed quo pacto istos defendã qui interficiunt, non inuenio. EV. Multo minus ego inuenire possum, cur hoïb. defensionẽ q̃ras, quos reos nulla lex tenet. AVG. Nulla fortasse, sed earũ legũ q̃ apparent, & ab hominib. legunt̃. nã nescio vtrum non aliqua vehementiore ac secretissima lege teneantur, si nihil rerum est quod non administret diuina prouidentia. Qũo. n. apud eam sunt isti peccato liberi, q̃ pro ijs rebus, quas contẽni oportet, humana cæde polluti sunt? EV. Vr̃ ergo mihi, & legẽ istam, quæ populo regendo scribitur, recte ista permittere, & diuinã prouidentiã vindicare. Ea.n. vindicanda sibi hæc lex populi assumit, quæ satis sint conciliandæ paci hoïb. imperitis, & quanta possunt p̃ hoïem regi. Illæ vero culpę alias pęnas aptas habẽt, à quibus sola mihi vr̃ posse liberare sapientia. AVGV. Laudo & probo istã, quãuis inchoatam minusq; perfectã, tñ fidentem & sublimia q̃dam petentem distinctionẽ tuam. Vr̃ enim tibi lex ista, quę regendis ciuitatibus fertur, multa concedere atq; impunita relinquere, q̃ per diuinam tñ prouidentiam vindicantur, & recte. Neq;.n. quia non omnia facit, ideo quæ facit improbãda sunt. Sed dispiciamus, si placet, diligenter quousque per legem istã, quæ populos in hac vita cohibet malefacta vlciscenda sint. Deinde quid restet, quod p̃ diuinam prouidẽtiam ineuitabilius secretoque puniatur. EV. Cupio, si modo perueniri possit ad tantæ rei terminos. nã hoc ego infinitum puto. AVG. Immo adesto aio, & rõnis vias pietate fretus ingredere. Nihil est .n. tam arduum atq; difficile, qđ nõ Deo adiuuãte planissimum atq; expeditissimũ fiat. In ipsum itaque suspensi, ab eo auxilium deprecãtes, quod instituimus, quæramus. Et prius responde mihi vtrum ista lex, q̃ literis promulgat̃, hominib. hanc vitam viuentibus opitule-tur. EV. Manifestũ est. nã ex hoĩbus vtiq; populi ciuitatesq; consistunt. Aug. Quid ipsi homines & populi eiusne gñis rerũ sunt, vt interire mutariue non possint, æterniq; oĩno sint? An vero mutabiles temporibusq; subiecti sunt? EV. Mutabile planè atq; tẽpori obnoxium hoc genus esse quis dubitet? Aug. Ergo si populus sit bene moderatus & grauis, cõisq; vtilitatis diligẽtissimus custos, in quo vnusquisq; minoris rem priuatã q̃ publicam pendat, nonne recte lex fertur, qua huic ipsi populo liceat creare sibi magistratus, p̃ quos sua res, idest publica administretur? EV. Recte prorsus. Aug. Porro si paulatim deprauatus idem populus, rẽ priuatã reipub. p̃ferat, atq; habeat venale suffragiũ, corruptusq; ab F eis qui honores amant, regimen in se flagitiosis consceleratisq; cõmittat, nonne itẽ recte siquis tunc extiterit vir bonus, qui plurimum possit, adimat huic populo p̃tatẽ dandi honores & in paucorũ bonorũ, vel etiã vnius redigat arbitrium? EV. Et id recte. Aug. Cũ ergo duæ istæ leges ita sibi videantur esse cõtrarię, vt vna earũ bonorũ dandorum populo tribuat p̃tatem, auferat altera, & cũ ista secunda ita lata sit, vt nullo mõ ambæ in vna ciuitate simul esse possint, num dicemus aliq̃ earũ iniustam esse, & ferri minime debuisse? EV. Nullo mõ. Aug. Appellemus ergo istã legẽ, si placet, t̃palem, q̃ quamuis iusta sit, commutari tñ per t̃pa iuste põt. EV. Appellemus. *Rõ legis anima.* Aug. Quid illa lex, quæ summa ratio nominatur, cui semper obtemperandum est, & p̃ quam mali miseram, boni beatam vitam merentur, per quam denique illa, quam temporalem vocandã diximus, recte fertur, recteq; mutatur, potestne cuipiam intelligenti non incommutabilis æternaque videri? An potest aliquando iniustũ esse, vt mali miseri, boni aũt beati sint; aut ut modestus & grauis populus ipse sibi magistratus creet, dissolutus G vero, & nequã ista licentia careat? EV. Video hanc ęternã esse atq; incommutabilẽ legem. Augu. Simul etiam te videre arbitror in ista temporali nihil esse iustum atq; legitimum, quod non ex hac ęterna sibi hoïes deriuauerint. Nam si populus ille quodam t̃pe iuste honores dedit, quodã rursus iuste nõ dedit, hæc vicissitudo temporalis vt iusta esset, ex illa æternitate tracta est, qua semper iustum est grauẽ populum honores dare, leuem nõ

dare. An tibi aliter videtur? EV. Assentior. AV
GV. Vt igitur breuiter æternæ legis notionẽ,
quæ impressa nobis est, quantum valeo ver-
bis explicem, ea est qua iustum est, vt omnia
sint ordinatissima. Tu si aliter existimas, pro-
me. EV. Quid tibi vera dicenti contradicam,
non habeo. AVG. Cum ergo hæc sit vna lex,
ex qua illæ omnes temporales ad homines re
gendos variantur, num ideo ipsa variari vllo
modo potest? EV. Intelligo omnino nõ pos-
se. Neque enim vlla vis, vllus casus, vlla rerũ
H labes vnquã effecerit, vt iustum non sit om-
nia esse ordinatissima. AVG. Age nunc videa
mus, homo ipse quomodo in seipso sit ordi-
natissimus. Nã ex hominibus vna lege socia-
tis, populus constat: quæ lex, vt dictum est, tẽ-
poralis est. Et dic mihi, vtrum certissimum
tibi sit viuere te? EV. Hoc vero quid certius
rñderim? AVG. Quid illud, potesne dignosce
re aliud esse viuere, aliud nosse se viuere? EV.
Scio quidẽ neminẽ se nosse viuere, nisi viuen
tem: Sed vtrum omnis viuens nouerit se viue
re, ignoro. AVG. Quàm vellem vt credis, ita
etiam scires pecora carere ratione, cito no-
stra disputatio ab ista qõne transiret: sed qm̃
nescire te dicis, longam sermocinationem
moues. Neq;. n. talis res est, qua prætermissa
pergere in ea quæ intendimus, tanta conne-
xione rõnis, quanta opus esse sentio, sinamur.
Dic itaq; mihi, cum sæpe viderimus bestias
ab hominibus domitas, id est, non corpus be
stiæ tm̃, sed & aĩam ita homini subiugatam,
vt voluntati eius sensu quodã & consuetudi-
I ne seruiat, vtrum tibi vllo mõ fieri posse vi-
deatur, vt bestia quælibet immanis vel ferita-
te, vel corpore, vel etiam sensu quolibet acer
rima pari vice sibi hominem subiugare co-
netur, cũ corpus eius seu clam multæ interi-
mere valeant? EV. Nullo mõ istud fieri posse
consentio. AVG. Bene sanè. Sed itẽ dic mihi,
cũ manifestũ sit, viribus cęterisq; officiis cor
poris à plurimis bestiis hominem facile supe
rari, quæ nã res sit qua homo excellit, vt nul-
la ei bestiarũ, ipse aũt multis imperare pos-
sit? An forte ipsa est, quæ rõnalis intelligentia
dici solet? EV. Non inuenio aliud, quãdo qui-
dẽ in animo est id quo beluis antecellimus.
Quæ si exanimes essent, dicerem nos eo præ
stare, ꝙ animam habemus. Nunc vero cũ &
illa sint animalia, id qđ eorũ animis nõ inest
vt subdantur nobis, inest aũt nr̃is vt eis melio

Sciæ & experientiæ discrimen. c. 7.

res simus, qm̃ neque paruum aliquid esse cu
uis apparet, quid aliud rectius q̃ rõnem voc
uerim? AVG. Vide q̃ facile fiat Deo adiuuan-
te quod hoĩes difficillimũ putant. Nẽ ego fa-
teor tibi, qõnem istã, q̃, vt intelligo termina-
ta est, tandiu nos retẽturã putauerã, q̃ fortas
se omnia quæ dicta sunt ab ipso nostræ disp
tationis exordio. Quare accipe iã, vt deind
rõ connectaẽ. Nã credo te ignorare, id quo
scire dicimus, nihil esse aliud q̃ rõne hr̃e p
ceptũ. EV. Ita est. AVG. Qui ergo scit se viue
re rõne non caret. EV. Consequens est. AVG
Viuunt aũt bestiæ, & sicut iam emicuit, rõni
expertes sunt. EV. Manifestũ est. AVG. Ecc
igitur iã nosti quod te ignorare respõderas,
non oẽ quod viuit scire se viuere, quanquan
oẽ quod se viuere sciat, necessario uiuit. EV
Non mihi est iam dubium: perge quo inten-
deras. Aliud. n. viuere esse, aliud viuere se sci-
re, satis didici. AVG. Quid ergo tibi horum
duorũ vr̃ esse præstantius? EV. Quid putas,
nisi scientiam vitæ? AVG. Meliorne tibi vr̃ v
tæ scientia q̃ ipsa vita? An forte intelligis su-
periorem quandam & synceriorẽ vitam esse
scientiam, quam scire nemo potest, nisi qui
intelligit? Intelligere aũt quid est, nisi ipsa lu
ce mentis illustrius perfectiusq; viuere? Qua
re tu nisi fallor, non vitæ aliud aliquid, sed
cuidã vitæ meliorem vitam præposuisti. EV.
Optime oĩno & cognouisti & explicasti sen
tentiam meã, si tñ scĩa mala esse nunquã põt.
AVG. Nullo mõ arbitror, nisi cũ trãslato ver
bo sciam pro experientia dicimus: Experiri
. n. non semꝑ bonum est: sicut experiri suppli
cia. Illa vero q̃ proprie ac pure scĩa nomina-
tur, quia rõne atq; intelligentia paraẽ, mala
esse qũo potest? EV. Teneo & istam dr̃iam:
persequere cætera. AVG. Illud est quod vo-
lo dicere: hoc quicquid est quo pecorib. hõ
præponitur, siue mens, siue spũs, siue vtrun-
que rectius appellatur: nã vtrunque in diui-
nis libris inuenimus, si dominetur atq; impe
ret cæteris quibuscunque homo, constat tũc
esse hominẽ ordinatissimum. Videmus enim
hr̃e nos, non solum cum pecoribus, sed ẽt cũ
arbustis & stirpibus multa cõia. Nanque ali-
mentum corporis sumere, crescere, gignere,
vigere, arboribus quoq; tributum videmus,
quæ infima quadam vita continentur. Vide-
re aũt atq; audire, & olfactu, gustu & tactu
corporalia sentire posse bestias, & acrius ple

rasq;

rasq; q̃ nos, cernimus & fatemur. Adde vires
& valentiã firmitatẽq; mẽbrorũ, & celerita-
tes, facillimosq; corporis motus, q̃bus oib⁹
quasdã earũ superamus, quibusdã æquamur,
à nõnullis ẽt vincimur. Genus tñ ipsum rerũ
est nobis certe cõe cum beluis. Iã vero appe-
tere voluptates corporis & vitare molestias,
ferinæ vitæ oĩs actio est. Sunt alia quædã, quę
iã cadere in feras non videntur, nec tñ in ho-
mine ipso summa sunt, vt iocari & ridere.
Qđ humanũ quidẽ, sed infimũ hoĩs iudicat,
quisquis de natura humana rectisime iudi-
cat. Deinde amor laudis & gloriæ, & affecta-
tio dominandi, quæ tñ si bestiarũ nõ sunt, nõ
tñ earũ rerũ libidine bestiis meliores nos esse
arbitrandum est. Nã & iste appetitus cũ rõni
subditus nõ est, miseros facit. Nemo aũt cui-
quã miseria se præponẽdũ putauit. Hisce igi-
tur motibus animæ cũ ratio dominatur, ordi
natus homo dicendus est. Nõ enim ordo re-
ctus, aut ordo appellãdus est omnino, vbi de
terioribus meliora subiiciuntur. An tibi non
videtur? EV. Manifestũ est. AVG. Ratio ista er
go vel mens vel spiritus cũ irrationales ani-
mi motus regit id. s. dominatur in homine,
cui dominatio lege debet ea, quã æternã esse
cõperimus. EV. Intelligo ac sequor. AVG.

Cũ ergo ita homo constitutus atq; ordina
tus est, nonne tibi sapiens videtur? EV. Nescio
alius quis mihi sapiẽs homo uideri posit, si
hic nõ videtur. AVG. Credo ẽt te illud scire
plerosq; homines stultos esse. EV. Hoc quo-
que satis cõstat. AVG. At si stultus sapiẽti est
cõtrarius, qm̃ sapientẽ cõperimus, quis etiã
stultus sit, profecto iã intelligis. EV. Cui non
appareat hũc esse, in quo mens summam po
testatem non habet? AVG. Quid igitur dicen
dũ, cũ homo ita est affectus, deesse illi mẽtẽ:
an quanuis insit, eam carere dominatu? EV.
Hoc potius qđ vltimũ posuisti vel subiecisti,
peruellẽ abs te audire, q̃bus documẽtis p̃ce-
ptũ habeas mentẽ inesse homini, q̃ suũ nõ exe
rat principatũ. AVG. Vtinã tuas istas partes fa
cere uelles: nã nõ mihi facile est sustinere qđ
ingeris. Illud saltẽ facile est tibi recordari, qđ
pauloante diximus, quemadmodũ bestię mã
suefactæ ab hoĩbus ac domitæ seruiant, quod
ab eis uicisim homines, vt demõstrauit rõ,
paterentur, nisi aliquo excellerent. Id aũt nõ
inueniebamus in corpore. Ita cũ in aĩo esse
appareret, quid aliud appellandũ esset, q̃ ra-
tio, non comperimus: quã postea & mentẽ
& spiritũ vocari recordati sumus. Sed si aliud
ratio, aliud mens, constat certe non nisi men
tem uti posse rõne. Ex quo illud conficitur,
eũ qui rationẽ habet, mente carere non pos-
se. EV. Probè ista reminiscor ac teneo. AVG.
Quid illud, credisne domitores beluarũ nisi B
sapiẽtes esse nõ posse? Eos enim sapiẽtes uo-
co, quos ueritas uocari iubet, id est, q̃ regno
mentis omni libidinis subiugatione pacati
sunt. EV. Ridiculum est tales putare istos,
quos vulgo mansuetarios nũcupãt, vel ẽt pa-
stores aut bubulcos, aut aurigas, quibus om-
nibus domitũ pecus subiectum videmus, &
quorũ industria indomitũ subiici. AVG. En
igĩ habes documentũ certisimũ, quo mani-
festũ fiat inesse mẽtẽ homini sine dominatu.
His quippe inest mens: agunt enim talia, quæ
agi sine mente non possent: non tamẽ regnat:
nam stulti sunt. Neq; regnũ mẽtis nisi sapien-
tiũ esse percognitũ est. EV. Mirum est hoc iã
fuisse à nobis in superioribus confectum, &
mihi quid rñderem, non potuisse in mentem
venire. Sed alia cõtexamus. Iam enim & re- *Regnum*
gnũ mẽtis humanæ humanam esse sapientiã, *mentis,*
& eam posse etiam non regnare compertũ *& rerum*
est. AVG. Putasne ista mente, cui regnum in *collatio.*
libidines æterna lege concessum esse cogno- *Cap. 10.*
scimus, potentiorẽ esse libidinem? Ego enim
nullo pacto puto. Neque enim esset ordina-
tisimũ, vt impotentiora potẽtioribus impe-
rarẽt. Quare necesse arbitror esse, ut plus pos C
sit mens quàm cupiditas, eoipso quo cupidi
tati recte iusteq; dominatur. EV. Ego quoque
ita sentio. AVG. Quid uirtutẽ? Omnemne du
bitamus omni uitio sic anteponere, ut uirtus
quanto melior atque sublimior, tãto firmior
inuictorq; sit. EV. Quis dubitauerit? AVG.
Nullus igitur uitiosus animus uirtute arma-
tũ aĩum superat. EV. Verisimum est. AVG.
Iam corpore omni quemlibet animum me-
liorem potentioremq; esse nõ te arbitror ne
gaturũ. EV. Nemo id negat, qui, quod facile
est, videt, aut substantiam uiuentem nõ uiuẽ-
ti, aut eam quæ uitam dat ei quæ accipit, esse
præferendã. AVG. Multo minus igitur cor-
pus, qualecunq; id sit, animum uirtute prędi
tum uincit. EV. Euidentisimum est. AVG.
Quid animus iustus, mensque ius propriũ
imperiumque custodiens, non potest aliam
mentem pari æquitate ac virtute regnãtem,

ex arce deijcere atq; libidini subiugare? EV.
Nullo modo, nō solū propter eandē in vtra-
que excellētiā, sed ēt q̃ à iustitia prior deci-
det, fietq; vitiosa mens, quæ aliam facere co-
nabitur, eoq; ipso erit infirmior. AV. Bene ī-
telligis, quare illud restat, vt respōdeas, si po
tes, vtrū tibi videatur rōnali & sapiēti mente
D. quicq̃ esse præstātius? EV. Nihil præter Deū
arbitror. AVG. Et mea ista sñia est. Sed qm̃
res ardua est, neq; nunc opportunè queritur,
vt ad intelligētiā veniat, quanq̃ robustissima
tueatur fide, integra nobis sit huius qōnis di
ligens & cauta tractatio. In præsentia.n. sci-
Peccatū ex libero arb. non ex Deo. ca. 11. re possumus quæcunque illa natura sit, quā
menti virtute pollēti fas est excellere, iniustā
esse nullo modo posse. Quare ne ista quidē,
tametsi habeat potestatē, coget mentem ser-
uire libidini. EV. Istud prorsus nemo est qui
non sine vlla cunctatione fateatur. AVG. Er-
go relinquitur vt quoniam regnanti mēti cō
potiq; virtutis quicquid par aut prælatū est,
non eam facit seruā libidinis propter iusti-
tiam, quicquid aūt inferius est, nō posit hoc
facere propter infirmitatē, sicut ea quæ inter
nos cōstiterunt, docent, nulla res alia mentē
cupiditatis comitem faciat, q̃ propria volun
tas & liberū arbitrium. EV. Nihil tam neces
sariū restare uideo. AVG. Sequitur iam vt ti-
bi uideatur iuste illā pro peccato tanto pœ-
nas pendere. EV. Negare non possumus.
AVG. Quid igitur? Num ista ipsa pœna par-
ua existimanda est, q̄ ei libido dominat̃, spo
E liatamq; virtutis opulentia, per diuersa ino-
pem atque indigentem trahit, nunc falsa pro
veris approbantem, nunc ēt defensitantem,
nunc improbantē, quæ antea probauisset, &
nihilominus in alia falsa irruētem, nūc assen
sionem suspendentē suam, & plerunq; per-
spicuas ratiocinationes formidantē, nūc de-
sperantem de tota inuētione veritatis, & stul
titiæ tenebris penitus inhærentem, nunc co-
nantē in lucē intelligendi, rursusq; fatigatio-
ne decidentem: cū interea cupiditatum illud
regnū tyrannice sæuiat, & variis contrarijsq;
tempestatibus totū hominis animū vitamq;
perturbet, hinc timore, inde desyderio: hinc
anxietate, inde inani falsaq; lętitia: hinc cru-
ciatu rei amissæ quæ diligebatur, inde ardo-
re adipiscendæ quæ non habetur: hinc acce-
ptæ iniuriæ doloribus, inde facibus vindican
dæ: quaquauersum pōt coarctare illū auari-
tia, dissipare luxuria, addicere ambitio, insla
re superbia, torquere inuidia, desidia sepeli-
re, peruicacia cōcitare, afflictare subiectio,
& quæcūq; alia innumerabilia regnū illius li
bidinis frequētāt & exercēt: possumus ne tā-
dem nullā istā pœnā putare, q̃ vt cernis, oēs
q̃ non inhærēt sapientiæ, necesse est perpeti?
EV. Magnā quidē istā pęnā esse iudico & oī-
no iustā, siquis iam in sublimitate sñię collo
catus, inde descēdere ac libidini seruire dele
gerit: sed vtrū esse quisquā posit, incertum
est, q̃ hoc aut voluerit facere, aut velit. Quā-
quam.n. credamus hoīem tā perfecte condi-
tū à Deo, & in beata vita constitutum, vt ad
erumnas mortalis vitæ ipse inde ꝓpria volū-
tate delapsus sit, tñ hoc cū firmissima fide te
neam, intelligentia nondū assecutus sum: Cu
ius rei diligentē inquisitionē si nūc differen-
dā putas me inuito facis. Verū illud qđ me
maxime mouet, cur huiuscemodi acerbissi-
mas pœnas patiamur nos, qui certe stulti su-
mus, nec sapiētes vnq̃ fuimus, vt merito hęc
dicamur perpeti ꝑꝑ desertā virtutis arcē, &
electā sub libidine seruitutē, quin aperias di-
sputādo si vales, nullo mō tibi differendum
esse cōcesserim. AVG. Ita istuc dicis, quasi li-
quido cōpertū habeas, nunq̃ nos fuisse sapiē
tes. Attendis.n. tēpus ex quo in hanc vitā nati
sumus. Sed cū sapientia in animo sit, vtrū an-
te cōsortiū huius corporis alia quadā vita vi
xerit animus, & an aliquando sapienter vixe
rit, magna quæstio est magnū secretū, & suo
consyderandū loco. Neque ideo tñ hoc qđ
nunc habemus in manibus impeditur, quo
minus aperiatur vt pōt. Nā quæro abs te, sit-
ne aliqua nobis voluntas? EV. Nescio. AVG.
Nihil ergo deinceps me interroges. Quare?
AVG. Quia roganti tibi respōdere nō debeo
nisi volenti scire quod rogas. Deinde nisi
velis ad sapientiam peruenire, sermo te-
cum de huiuscemodi rebus non est haben-
dus. Postremo meus amicus esse non pote-
ris, nisi velis vt bene sit mihi. Iam vero de te
tuipse videris, vtrum tibi voluntas nulla sit
beatæ vitæ tuæ. EV. Fateor, negari non po-
test habere nos voluntatem. Perge iā videa-
mus quid hinc conficias. AVG. Fac. Sed dic
etiam prius, vtrum, & bonam voluntatem te
habere sentias. EV. Quid est bona voluntas?
AVG. Voluntas qua appetimus, recte hone-
steq; viuere, & ad summam sapientiam per-
uenire.

uenire. Modo tu vide vtrum rectam hone-
stamq; non appetas vitã, aut esse sapiẽs nõ ve
hemẽter velis, aut certe negare audeas, cum
hoc volumus nos habere voluntatẽ bonam.
EV. Nihil horum nego, & propterea me nõ
solũ voluntatẽ, sed ẽt bonã volũtatẽ iã habe-
re confiteor. AV. Quanti pendis oro te hanc
voluntatẽ? Nunquidnã ei vlla ex parte diui-
tias, aut honores, aut voluptates corporis, aut
hæc simul omnia cõferenda arbitraris? EV.
Auerterit Deus istã sceleratã dementiã. AV.
Parumne ergo gaudendũ est habere nos q̃d-
dã in animo, hanc ipsam dico bonã volunta
tem, in cuius cõparatione abiectissima sunt
ea quæ cõmemorauimus, pro quibus adipi-
scẽdis multitudinẽ videmus hominum nul-
los labores, nulla pericula recusare? EV. Gau
dendum vero, ac plurimũ. AVG. Quid, hoc
gaudio qui non fruuntur, paruo damno eos
affectos putas tãti boni? EV. Immò maximo.
AVG. Vides igitur iam, vt existimo, in volun
tate nostra esse constitutum, ut hoc vel frua-
mur vel careamus tanto & tam uero bono.
Quid enim tam in uoluntate, q̃ ipsa uolũtas
sita est? Quam quisq; cũ habet bonam, id cer
te habet quod terrenis omnibus regnis, uolu
ptatibusq; oĩbus corporis longe anteponen-
dũ sit. Quisquis autem non habet, caret pro-
I fecto illa re, quã præstantiorẽ oĩbus bonis in
potestate nostra non constitutis, sola illi uo
luntas per seipsam daret. Itaq; cũ seipse mi-
serrimũ iudicet, si amiserit gloriosam famã,
ingentes opes, & quælibet corporis bona, tu
eum non miserrimũ iudicabis, etiã si talibus
abundet omnibus, cũ ijs inhæret quæ amitte-
re facillime põt, neq; dum uult habet, caret
aũt bona uoluntate, quæ nec computanda est
istis, & cũ sit tam magnũ bonum, uelle solũ
opus est ut habeatur. EV. Verissimũ est. AV.
Iure igitur ac merito stulti homines, tametsi
nunq̃ fuerunt sapientes, hoc.n. dubium & oc
cultissimũ est, huiuscemodi afficiuntur mise
ria. EV. Assentior. AV. Considera, nunc, utrũ
tibi uideatur esse prudentia appetendarũ &
uitandarum rerum scientia. EV. Videt. AV.
Quid fortitudo? Nonne illa est aĩę affectio,
qua omnia incommoda & damna rerũ nõ in
nostra potestate constitutarũ, cõtemnimus?
EV. Ita existimo. AV. Porrò temperantia est
affectio coercens & cohibens appetitum ab
K iis rebus quæ turpiter appetuntur. An tu ali-
ter putas? EV. Immo ita ut dicis sentio. AV.
Iam iustitiam quid dicamus esse, nisi uirtutẽ *Iustitia.*
qua sua cuiq; tribuũtur? EV. Nulla mihi alia
iustitię notio est. AV. Quisquis ergo bonam
habens uoluntatem, de cuius excellentia iam
diu loquimur, hanc vnam dilectione ample
xetur, qua interim melius nihil habet, hac se-
se oblectet, hac deniq; perfruat & gaudeat,
considerans eã & iudicans quanta sit, queq;
inuito illi eripi uel surripi nequeat: num du-
bitare poterimus istũ aduersari rebus omni-
bus, quę huic uni bono inimicę sunt? EV. Ne
cesse est omnino ut aduersetur. AV. Nullane
hunc putamus prędítum esse prudentia, qui
hoc bonũ appetendum, & uitanda ea, q̃ huic
inimica sunt, uidet? EV. Nullo modo mihi ui
detur hoc posse quisquam sine prudentia.
AVG. Recte. Sed cur non huic etiam fortitu
dinem tribuimus? Illa quippe omnia quę in
potestate nostra non sunt, amare iste ac plu-
rimi æstimare nõ põt. Mala.n. uoluntate amã
tur, cui tãquã inimicę charissimo suo bono
resistat necesse est: cũ aũt non amat hęc, non
dolet amissa, & omnino cõtemnit, q̃d opus
esse fortitudinis dictum atque cõcessum est. L
EV. Tribuamus sanè: non enim intelligo quẽ
fortè uerius appellare possim, q̃ eum qui re
bus iis, quas neq; ut adipiscamur, neq; ut ob-
tineamus in nobis situm est, æquo & trãquil-
lo animo caret, quod hunc necessario face-
re compertum est. AVG. Vide iam utrum ab
eo tẽperantiam alienare possimus cum ea sit
uirtus quę libidines cohibet. Quid aũt tam
inimicum bonæ uoluntati est q̃ libido? Ex
quo profecto intelligis, istum bonę uolunta
tis suę amatorem resistere omni modo, atq;
aduersari libidinibus, & iõ iure temperantẽ
uocari. EV. Perge, assentior. AV. Iustitia re
stat, quę quõ desit huic homini, non sanè ui
deo. Qui.n. habet & diligit uoluntatem bo-
nã, & obstitit eis, ut dictum est, quę huic ini-
mica sunt, male cuiq̃ uelle non põt. Sequitur
ergo ut nemini faciat iniuriam. Quod nullo
pacto potest, nisi qui sua cuiq; tribuerit: hoc
aũt ad iustitiã pertinere cũ dicerem, appro-
basse te, ut puto, meministi. EV. Ego uero me
mini, & fateor in hoc homine, qui suam bo-
nam uoluntatẽ magnipẽdit & diligit, omnes
quatuor uirtutes, quę abs te paulò ante me
assentiente descriptę sunt, esse cõpertas. AV. M
Quid igitur impedit, cur huius uitam non

concedamus esse laudabilẽ? EV. Nihil prorsus, immo hortantur vel ẽt cogũt oĩa. AVG. Quid vitã miseram, potesne vllo mõ nõ iudicare fugiendam? EV. Et magnopere quidem iudico, nihilq; aliud agendũ existimo. AVG. At laudabilem non fugiendã profecto putas? EV. Quin ẽt appetendam sedulo existimo. AVGV. Non ergo misera est, quæ laudabilis vita est. EV. Hoc vtiq; sequitur. AVG. Nihil iam (quantũ opinor) difficile tibi vt assentiaris relinquitur, eã scilicet, quæ misera nõ est, beatam esse vitam. EV. Manifestissimum est. AVG. Placet igitur beatũ esse hominẽ dilectorẽ bonæ voluntatis suæ, & prę illa cõtemnentem quodcũq; aliud bonũ dr̃, cuius amissio potest accidere etiam cũ voluntas tenendi manet. EV. Quidni placeat, quò superiora, quæ concessimus, necessario trahunt? AVG. Bene intelligis. Sed dic quęso, nonne

A bonam voluntatẽ tuam diligere, & tam magni æstimare q̃ dictum est, etiã ipsa bona voluntas est? EV. Verum dicis. AVG. At si hũc beatum recte iudicamus, nonne recte miserum qui contrariæ voluntatis est? EV. Rectissime. AVG. Quid ergo causæ est, cur dubitã-

1. Retra. ca. 3. dum putemus, etiam si nunquã antea sapientes fuimus, voluntate nos tamẽ laudabilem & beatã vitã, volũtate turpem ac miserã mereri ac degere? EV. Fateor huc certis & minime negandis rebus esse peruentũ. AV. Vide ẽt aliud. Nã credo te memoria tenere, quam dixerimus esse bonã voluntatẽ: opinor. n. ea dicta est, qua recte atque honeste viuere appetimus. EV. Ita memini. AVG. Hanc igit voluntatẽ, si bona itidem voluntate diligamus atque amplectamur, rebusque oĩbus, quas retinere non quia volumus, possumus, anteponamus, cõsequenter illæ virtutes, vt ratio docuit, animum nostrum incolẽt, quas habere idipsum est recte honesteq; viuere. Ex

1. Retra. ca. 9. quo conficitur, vt quisquis recte honesteque vult viuere, si id se velle præfugacibus bonis velit, assequatur tantam rem tanta facilitate, vt nihil aliud ei quàm ipsum velle sit habere qđ voluit. EV. Vere tibi dico, vix me contineo quin exclamẽ lætitia, repente mihi oborto tam magno, & tam in facili constituto bono. AVG. Atqui hoc ipsum gaudium quod huius boni adeptione gignitur, cũ tranquille

B & quiete atq; constanter erigit animũ, beata vita dicitur, nisi tu putes aliud dici beate viuere q̃ veris bonis certisque gaudere. EV. Ita sentio. AVG. Rectè. Sed censesne quenquam hominũ non omnibus modis velle atq; optare vitã beatã? EV. Quis dubitat oẽm hoĩem velle? AVG. Cur igit eam non adipiscuntur omnes? Dixeramus. n. atque conuenerat inter nos, voluntate illam mereri homines voluntate ẽt miserã, & sic mereri vt accipiant. Nunc vero existit nescio quæ repugnãtia, & nisi diligẽter dispiciamus, perturbare nititur superiorẽ tam euigilatã firmamq; rationem. Qũo enim voluntate quisque miseram vitã patitur, cũ omnino nemo velit misere viuere? Aut qũo voluntate beatã vitam cõsequitur homo, cũ tam multi miseri sint, & beati oẽs esse velint? An eo euenit, quod aliud est velle bene aut male, aliud mereri aliquid per bonam vel malam voluntatem? Nã illi qui beati sunt, quos etiã bonos esse oportet, nõ propterea sunt beati quia beate viuere voluerũt, nã hoc volunt etiam mali, sed quia recte viuere volũt, qđ mali nolũt. Quamobrẽ nihil mirũ est, ꝙ miseri homines non adipiscunt qđ volũt. i. beatam vitam. Illud. n. cui comes est, & sine quo ea nemo dignus est, nemoq; assequitur, recte scilicet viuere, non itidẽ volunt. Hæc enim æterna lex illa, ad cuius cõsyderationẽ redire iã tẽpus est, incõmutabili stabilitate firmauit, vt in voluntate meritum sit, in beatitudine aũt & miseria præmiũ atq; suppliciũ. Itaq; cũ dicimus, voluntate homines esse miseros, nõ ideo dicimus, ꝙ miseri esse velint, sed ꝙ in ea volũtate sunt, quã etiã eis inuitis miseria sequatur necesse est. Quare non repugnat superiori rõni, ꝙ volunt oẽs beati esse, nec possunt. Non. n. volunt recte viuere, cui vni volũtati vita beata debetur, nisi quid habes aduersus hęc dicere. EV.

Ego vero nihil. Sed videamus iam quomodo hæc ad propositã illam quæstionẽ de duabus legibus referantur. AVG. Fiat. Sed dic mihi prius vtrum qui recte viuere diligit, eoq; ita delectatur, vt non solũ ei rectũ sit, sed etiã dulce atq; iucundũ, amet hanc legẽ, habeatq; charissimã, qua videt tributã esse bonæ volũtati beatam vitam, malæ miseram? EV. Amat omnino ac vehemẽter: nã istã ipsam sequẽs ita viuit. AVG. Quid cum hanc amat, mutabile aliquid amat ac tp̃ale, an stabile aliquid ac sempiternum? EV. Aeternum sanè atque incõmutabile. AVGV. Quid illi qui in ma-

la volũtate perseuerantes, nihilominus beati esse cupiunt: possuntne amare istam legem, qua talibus hominibus miseria merito rependitur? EV. Nullo modo arbitror. AV. Nihilne amant aliud? EV. Immò plurima, ea. s. in quibus adipiscendis vel retinendis mala voluntas illa persistit. AVG. Opinor te dicere diuitias, honores, voluptates, & pulchritudinem corporis cæteraq; omnia, quæ possunt & uolentes nõ adipisci, & amittere inuiti. EV. Ista ipsa sunt. AVG. Num hæc æterna esse censes cũ tpis volubilitati videas obnoxia? EV. Quis hoc vel dementissimus senserit? AVG. Cũ igitur manifestissimũ sit, alios esse hoĩes amatores rerum æternarum, alios temporalium, cumq; duas leges esse conuenerit, vnã æternã, aliã tẽporalẽ, si quid æquitatis sapis, quos istorum iudicas æternę legi, quos temporali subdendos? E V. Puto in promptu esse quod quæris. nam beatos illos ob amorẽ ipsorum æternorum sub æterna lege agere existimo, miseris vero temporalis imponitur. AVG. Recte iudicas, dũmodo illud inconcussum teneas, quod apertissime iam ratio demonstrauit, eos, qui tẽporali lege viuunt, nõ esse posse æterna liberos: Vnde omnia quæ iusta sunt, iusteq; variantur, exprimi diximus: eos vero qui legi æternæ per bonã voluntatẽ inhærent, temporalis legis non indigere, satis, vt apparet, intelligis. EV. Teneo quod dicis. AVG. Iubet igitur æterna lex auertere amorem à temporalibus, & eum mundatum conuertere ad ęterna. EV. Iubet vero. AV. Quid deinde censes tẽporalẽ iubere, nisi vt hæc q̃ ad tẽpus nostra dici põt, qñ eis hoĩes cupiditate inhærẽt, eo iure possideãt, quo pax & societas humana seruetur, quanta in his rebus seruari potest? Ea sunt aũt primo hoc corpus & eius quæ vocantur bona, vt integra valetudo, acumen sensuũ, vires, pulchritudo, & si qua sunt cætera, partim necessaria bonis artibus, & ideo pluris pensanda, partim viliora.
F Deinde libertas, quæ quidẽ nulla vera est, nisi beatorum & legi æternę adhærentium. Sed eam nunc libertatem commemoro, qua se liberos putãt, qui dños hoĩes nõ hrbẽt, & quã desiderant ij qui à dominis hominibus manumitti nolũt. Deinde parentes, fratres, coniunx, liberi propinqui, affines, familiares, & quicũq; nobis aliqua necessitudine adiuncti sunt. Ipsa deniq; ciuitas, q̃ parẽtis loco habe-

ri solet, honores ẽt & laudes, & ea q̃ dr̃ gloria popularis. Ad extremũ pecunia, quo uno noĩe cõtinẽtur oĩa, quorũ iure dñi sumus, & quorũ uendendorũ atq; donandorũ habere potestatẽ uidemur. Horũ oĩum quẽadmodũ lex illa sua cuiq; distribuat, difficile & longũ est explicare, & planè ad id quod proposuimus nõ necessariũ. Satis est. n. uidere nõ ultra porrigi huius legis potestatẽ in iudicãdo, q̃ ut hęc uel aliquid horũ adimat atq; auferat ei quẽ punit, uel metu coerceat. Ergo & ad id quod uult torquet ac retorquet miserorũ aĩos, quibus regendis accõmodata est. Dũ. n. hæc amittere timent, tenẽt in his utẽdis quẽdã modũ aptũ uinculo ciuitatis, qualis ex huiuscemodi hominibus cõstitui põt. G Non aũt ulciscitur peccatũ cum amantur ista, sed cũ aliis per improbitatem auferuntur. Quãobrẽ uide utrum iam peruentum sit ad id qđ infinitũ putabas. Institueramus. n. quærere, quatenus habeat uim ulciscẽdi ea lex, qua populi terreni ciuitatesq; gubernantur. EV. Video peruentũm. AV. Vides ergo ẽt illud, qđ pœna non esset, siue quæ per iniuriam, siue quæ per talẽ uindictã infertur hominibus, si eas res, q̃ inuito auferri possunt, nõ amarent? EV. Id quoque uideo. A V. Cũ igitur eisdem rebus alius male: alius bene utatur, & iis quidẽ qui male, amore inhęreat atq; implicetur. s. subditus eis rebus, quas sibi subditas esse oportebat, & ea bona sibi cõstituẽs, quibus ordinãdis beneq; tractandis ipse esse utiq; deberet bonum: ille aũt qui recte his utitur, ostendat quidem bona esse, sed non sibi. non enim eum bonum melioremue faciunt, sed ab eo potius fiunt. Et ideo non eis amore conglutinetur, neque uelut membra sui animi faciat, quod fit amando, ne cum resecari cœperint, eum cruciatu ac tabe fœdent, sed eis totus superferatur, & habere illa atque regere, cum opus est, paratus, & amittere aut non habere paratior. Cum ergo hæc ita sint, num aut argentum & aurũ propter auaros accusandum putas aut cibos propter uoraces, aut uinum H propter ebriosos, aut muliebres formas propter scortatores & adulteros, atque hoc modo cætera, cum præsertim uideas & igne bene uti medicum, & pane scelerate ueneficum? E V. Verissimum est, non res ipsas, sed homines qui eis male utuntur, esse culpandos. A V G V. Recte. Sed quantum & quid

1. q. 3. ca. totum.

Epilogus tractatæ q̄ōnis. ca. 16.

quid valeat æterna lex,vt opinor, videre iam cœpimus,& quantũ lex tẽporalis in vindicã do progredi poßit,inuentũ eſt,& rerum duo genera,ęternarũ,& temporalium,duoq; rurſus hominũ,aliorũ æternas, aliorũ temporales ſequentiũ & diligentiũ, ſatis aperteq; diſtincta ſunt. Quid aũt quiſq; ſectandũ & amplectendum eligat,in voluntate eſſe poſitum conſtitit, nullaq; re de arce dominandi, rectoq; ordine mentem deponi niſi voluntate. Et eſt manifeſtũ, nõ rẽ vllam, cum ea quiſq; male vtitur, ſed ipſum male vtentem eſſe arguendũ. Referamus nos ſi placet ad quæſtionem in exordio huius ſermonis ꝓpoſitã, & videamus utrum ſoluta ſit. Nam quærere inſtitueramus quid ſit malefacere, & propter hoc omnia quę dicta ſunt,diximus. Quocirca licet nunc animaduertere, & conſyderare,vtrum ſit aliud malefacere,q̃ neglectis rebus æternis,quib⁹ per ſeipſam mens fruitur, & per ſeipſam percipit, & quas amans amittere nõ põt,tẽporalia,& quæ per corpus hominis partẽ viliſsimã ſentiuntur, & nunq̃ eſſe certa poſſunt, quaſi magna & miranda ſectari. Nam hoc vno genere omnia malefacta,id eſt peccata,mihi videntur includi. Tibi autẽ quid videatur, expecto cognoſcere. EV. Eſt ita vt dicis,& aſſentior,omnia peccata hoc uno genere contineri ,cũ quiſq; auertitur à diuinis vereq; manentibus,& ad mutabilia atq; incerta cõuertit. Quæ quanquã in ordine ſuo recte locata ſint, & ſuã quandam pulchritudinẽ peragant, ꝑuerſi tñ animi eſt, & inordinati eis ſequendis ſubiici,quibus ad nutũ ſuũ ducendis potius diuino ordine ac iure pręlatus eſt. Et illud ſimul mihi videre iã videor abſolutum atq; compertũ, q̃d poſt illam quæſtionẽ q̃d ſit maleſacere, deinceps quærere inſtitueramus, vnde male faciamus. Niſi.n.fallor,vt ratio tractata monſtrauit, id facim⁹ ex libero volũtatis arbitrio. Sed quęro,vtrum ipſum liberum volũtatis arbitriũ, quo peccandi voluntatem habere conuincimur,oportuerit nobis dari ab eo qui nos fecit? Videmur enim nõ fuiſſe peccaturi,ſi iſto careremus. Et metuendum eſt,ne hoc modo Deus ẽt malefactorũ noſtrorũ author exiſtimetur. AVG. Nullo modo iſtuc timueris. Sed ut diligentius inquiratur, aliud tempus ſumẽdũ eſt. Nã hæc ſermocinatio modum terminumq; iam deſyderat. Qua velim credas magnarũ abditarumq; rerũ requirendarũ quaſi fores eſſe pulſatas. In quarũ penetralia cum Deo duce venire cęperimus, iudicabis ꝑfecto, quantũ inter hanc diſputationẽ, & eas q̃ ſequuntur interſit, quantumq; illæ præſtent, non modo inueſtigationis ſagacitate, ſed etiã maieſtate rerũ, & clariſsima luce veritatis: pietas tantum adſit, vt nos diuina ꝓuidentia curſum quẽ inſtituimus, tenere & perficere permittat. EV. Cedo uoluntati tuæ,& ei meã iudicio & voto libentiſsime adiungo.

1. Retra. ca.9.

I Maleface re quid ſit.

K

D. AVRELII AVGVSTINI DE LIBERO ARBITRIO Liber Secundus.

IAM, ſi fieri poteſt,explica mihi quare dederit Deus homini liberum voluntatis arbitrium: Quod vtique ſi non accepiſſet, peccare non poſſet. AVG. Iam enim certum tibi atque cognitum eſt, Deũ dediſſe homini hoc, quod dari debuiſſe non putas? EVOD. Quantum in ſuperiori libro intelligere mihi viſus ſum, & habemus liberum voluntatis arbitrium, & non niſi eo peccamus. AVG. Ego quoque memini iam nobis id factum eſſe perſpicuum. Sed nunc interrogaui, utrum hoc quod nos habere,& quo nos peccare manifeſtum eſt, Deum nobis dediſſe ſcias. EVOD. Nullum alium puto. Ab ipſo enim ſumus,& ſiue peccantes ſiue recte agentes,ab illo pœnam meremur aut præmium. AVG. Hoc quoque vtrum liquido noueris, an authoritate commotus libenter etiam incognitum credas,cupio ſcire. EVOD. Authoritati quidem me primum de hac re crediſſe confirmo. Sed quid verius quàm omne bonum ex Deo eſſe, & omne iuſtum bonum eſſe, & peccantibus pœnam, recteq; facientibus præmium iuſtum eſſe? Ex quo conficitur à Deo affici, & peccantes miſeria, & recte facientes beatitate. AVG. Nihil reſiſto. Sed quæro illud alterum,quomodo noueris nos ab ipſo eſſe? Neque enim hoc nunc, ſed ab ipſo nos vel pœnam vel præmium mereri explicaſti. EV. Hoc quoque nõ aliunde video eſſe manifeſtũ, niſi quòd iam conſtat Deum vindicare peccata. Siquidem ab illo eſt omnis iuſtitia.

L

M

Non.n.vt alicuius est bonitatis,alienis pſtare
beneficia ita iustitiæ vindicare in alienos. Vn
de manifestũ est ad eum nos pertinere, quia
nõ solũ in nos benignissimus in præstando,
sed ẽt iustissimus in vindicando est. Deinde
ex eo quod ego posui,tu quoq; concessisti,
omne bonũ ex Deo esse ẽt hominẽ ex Deo
esse intelligi potest. Homo. n. ipse inquantũ
homo est,aliquãdo bonũ est,quia recte viue
re cum vult,potest. A V G. Planè si hæc ita
sunt,soluta est qõ,quam proposuisti.Si enim
homo aliquod bonum est, & nõ posset nisi
cũ vellet recte facere,debuit habere liberam
voluntatẽ, sine qua recte facere non posset.
Non.n. quia per illam etiã peccatur, ad hoc
eam Deũ dedisse credendũ est.Satis ergo cau
sæ est,curdari debuerit quoniã sine illa hõ re
cte non potest viuere. Ad hoc autem datam
vel hinc intelligi põt, quia siquis ea vsus fue
rit ad peccãdũ,diuinitus in eum vindicatur.
Quod iniuste fieret,si non solũ vt recte viue-
retur, sed ẽt vt peccaretur, libera esset volun
tas data.Qũo enim iuste vindicaretur in eũ,
qui ad hanc rem vsus esset voluntate, ad quã
rem data est?Nũc vero Deus cum peccãtem
punit,quid videtur tibi aliud dicere,nisi,cur
non ad eam rem vsus es libera volũtate,ad q̃
tibi eam dedi, hoc est, ad recte faciendum?
Deinde illud bonũ quo cõmedat ipsa iusti-
tia,in dãnandis peccatis recteq; factis hono-
rãdis, qũo esset si hõ careret libero volunta-
tis arbitrio? Non enim aut peccatum esset,
aut recte factũ,qđ nõ fieret voluntate. Ac per
hoc, & pœna iniusta esset & prẹmiũ, si ho-
mo voluntatem nõ haberet liberam. Debuit
B autẽ,& in supplicio & in præmio esse iusti-
tia,quoniã hoc vnũ est bonorũ quæ sunt ex
Deo. Debuit igitur Deus dare homini liberã
voluntatem.EV. Iam concedo eã Deum de-
disse: Sed nonne tibi videtur, quæso te, si ad
recte faciendum data est, quod non debuerit
ad peccandum posse conuerti,sicut ipsa iusti
tia,quæ data est homini ad bene viuendum?
Nunquid enim potest quispiam per iustitiã
suam male viuere? Sic nemo posset per volũ
tatem peccare, si voluntas data esset ad recte
faciendum. AVG. Donabit quidem Deus vt
spero,vt tibi valeam respondere, vel potius
vt ipse tibi eadem,quæ summa omnium ma-
gistra est,veritate intus docente respondeas.
Sed paulisper mihi volo dicas,si id quod abs
te quæsiuerã,certũ & cognitũ tenes, Deũ no
bis dedisse liberã voluntatẽ,utrũ oporteat di
cere dari non debuisse qđ dedisse cõfitemur
Deũ. Si. n. incertum est vtrum dederit, recte
quærimus vtrum bene sit data, vt cũ inueneri
mus bene datam esse inueniatur ẽt illũ dedis
se,à quo homini data sunt omnia bona. Si au
tẽ inuenerimus non bene datã esse,nõ eũ de-
disse ĩtelligamus, quẽ culpare nefas est. Si ve
ro certũ est,ꝙ ipse illã dederit,oportet fatea C
mur,quoquo modo data est,neq; nõ dari,ne
que aliter dari eã debuisse q̃ data est. Ille.n.
dedit cuius factũ recte reprehendi nullo pa-
cto põt.EV.Quanq̃ hæc incõcussa fide teneã
tñ quia cognitione nondũ teneo, ita quæra-
mus, quasi oĩa incerta sint. Video.n. ex hoc
quod incertũ est, vtrũ ad recte faciendũ vo-
luntas libera data sit, cũ per illam ẽt peccare
possimus,fieri ẽt illud incertũ, vtrũ dari de-
buerit.Si.n.incertũ est, ad recte faciendũ da-
tã esse,incertũ est ẽt dari debuisse. Ac ꝑ hoc
ẽt vtrũ eã Deus dederit,incertum erit:quia si
incertũ est dari debuisse, incertum est ab eo
datam esse,quẽ nefas est credere dedisse ali-
quid quod dari nõ debuit. AVG. Illud saltẽ
tibi certũ est,Deũ esse.EV.Etiam hoc nõ cõ-
tẽplando,sed credẽdo inconcussum teneo.
AVG. Siquis ergo illorũ insipientiũ, de qui-
bos scriptũ est,Dixit insipiẽs in corde suo,nõ Psal. 52.
est Deus:hoc tibi diceret,nec vellet tecũ cre
dere quod credis,sed cognoscere vtrũ vera
credideris,relinqueresne hominẽ, an aliquo
modo,qđ incõcussum tenes, persuadẽdũ es-
se arbitrareris præsertim si ille nõ obluctari
peruicaciter, sed studiose id vellet agnosce- D
re?EV.Hoc qđ vltimũ posuisti, satis me ad-
monet,qd ei respõdere deberẽ. Certe.n.quã
uis esset absurdissimus,cõcederet mihi, cum
doloso & peruicaci de nulla omnino, & ma
xime de re tanta nõ esse differẽdũ. Quo con-
cesso,prior mecum ageret, vt sibi crederem
bono aĩo eũ istuc quẹrere, neq; aliquid ĩ se,
qđ ad rẽ hãc attinet,doli ac peruicaciæ late-
re. Tũ ego demõstrarẽ quod cuiuis facillimũ
puto, quãto esset æquius cũ sibi de occultis
animi sui quæ ipse nosset, vellet alterũ crede
re qui nõ nosset, vt ẽt ipse tantorũ virorũ li-
bris,q se cũ filio Dei vixisse testm̃ lr̃is relique
rũt,esse Deũ crederet, qa & ea se vidisse scri-
pserũt,q̃ nullo mõ fieri possent,si nõ eẽt De⁹.
Et nimiũ stult⁹ eẽt si me reprehẽderet qđ illis
cre-

crediderim,qui ſibi vellet vt crederẽ.Iã vero
quod recte reprehendere non valeret, nullo
modo reperiret, cur ẽt nollet imitari. AVG.
Si igitur vtrum ſit deus,ſatis eſſe exiſtimas, ꝙ
non temere tantis viris credendũ eſſe iudica-
E uimus,cur non,quæſo te, de ijs quoq; rebus
quas tãq̃ incertas & planè incognitas q̃rere ĩ
ſtituimus,ſimiliter putas eorundem virorum
authoritati ſic eſſe credendũ,vt de inueſtiga-
tione earũ nihil amplius laboremus? EV.Sed
nos id quod credimus, noſſe & intelligere
Supra de cupimus. AVG. Recte meminiſti,quod etiã
lib.ar.bi. in exordio ſuperioris diſputationis à nobis
ca. 2. poſitũ eſſe negare nõ poſſumus.Niſi .n.eſſet,
& aliud credere, & aliud intelligere & pri-
mo credendũ eſſet,qđ magnũ & diuinũ intel
ligere cuperem⁹,fruſtra ꝓpheta dixiſſet: Niſi
Eſa. 7. credideritis,nõ intelligetis. Ipſe quoq; domi
nus noſter,& dictis & factis ad credendũ pri
mo hortatus eſt, quos ad ſalutẽ vocauit. Sed
poſtea cũ de ipſo dono loquereť quod erat
daturus credentibus, non ait, hæc eſt aũt vita
Ioan.17. æterna vt credant: ſed, Hęc eſt, inquit, vita,
æterna,vt cognoſcãt te ſolũ deũ verũ,& quẽ
Math.7. miſiſti Ieſum Chriſtũ. Deinde iã credẽtibus
dicit,Quærite & inuenietis.Nã neq; inuentũ
dici poteſt,quod incognitũ crediť,neq; qui-
ſquã inueniendo deo fit idoneus, niſi antea
crediderit qđ eſt poſtea cogniturus. Qupro-
pter dñi pręceptis obtẽperantes q̃ramus in-
F ſtanter.Qđ.n.hortãte ipſo q̃rimus,eodẽ ipſo
demonſtrante inueniemus, quãtũ hæc in hac
vita & à nobis talibus inueniri queunt.Nã &
à melioribus ẽt dũ has terras incolunt,& cer
te à bonis & pijs omnibus poſt hanc vitam
euidentius atq; perfectius iſta cerni obtine-
riq; credendũ eſt,& nobis ita fore ſperandũ
eſt,& iſta cõtẽptis terrenis & humanis,omni
modo deſiderãda & diligẽda ſunt. Quæra-
Ratio in mus autẽ hoc ordine,ſi placet.Primum qũo
hõe præ manifeſtum eſt deum eſſe. Deinde vtrum ab
ſtantiſsi- illo ſint,quæcũq; in quãtũq; ſunt,bona ſunt.
mũ quæ Poſtremò vtrum in bonis numeranda ſit vo-
& ſeipsã luntas libera.Quibus compertis,ſatis appare
intelligit. bit, vt opinor, vtrum recte homini data ſit.
Cap. 3. Quare prius abs te quæro, vt de manifeſtiſ-
ſimis capiamus exordiũ, vtrum tuipſe ſis: an
tu fortaſſe metuis, ne in hac interrogatione
fallaris, cũ vtiq; ſi nõ eſſes,falli omnino non
poſſes? EV. Perge potius ad cætera.AV. Ergo
quoniã manifeſtũ eſt ẽe te,nec tibi aliter ma-
nifeſtũ eſſet, niſi viueres,id quoq; manifeſtũ
eſt, & te viuere. Intelligiſne iſta duo eſſe ve-
riſsima? EV. Prorſus intelligo. AVG. Ergo
etiam hoc tertium manifeſtum eſt,hoc eſt,in
telligere te EV.Manifeſtũ.AV.Quid in his tri
bus tibi videtur excellere? EV. Intelligentia.
AVG Cur tibi hoc videtur.EV. Quia cũ tria
ſint hæc, eſſe,viuere,intelligere, & lapis eſt,
& pecus viuit,nec tamẽ lapidẽ puto viuere,
aut pecus intelligere.Qui autẽ intelligit,eum
& eſſe & viuere certiſsimum eſt, quare non
dubito id excellentius iudicare,cui oĩa tria ĩ
ſunt,q̃ id cui duo vel vnũ deſit. Nã quod vi-
uit,vtiq; & eſt,ſed non ſequiť vt ẽt intelligat:
qualẽ vitã eſſe pecoris arbitror. Quod autẽ
eſt,nõ vtiq; cõſequẽs eſt,vt viuat & ĩtelligat.
Nã eſſe cadauera poſſum fateri,viuere autem
nullus dixerit. Iã vero quod nõ viuit, multo
minus intelligit AVG. Tenemus igiť horum
triũ duo deeſſe cadaueri, vnum pecori;nihil
homini. EV. Verum eſt.AVG. Tenemus etiã
id eſſe in his tribus p̃ſtãtius, quod hõ cũ duo
bus cæteris nõ habet.i.intelligere,quod habẽ
tẽ ſequiť & eſſe & viuere.EV.Tenemus ſanè.
AVG.Dic mihi iam,vtrũ illos vulgatiſsimos
corporis ſenſus habere te noueris,videndi &
audiendi,& olfaciẽdi,& guſtãdi,& tangẽdi?
EV. Noui.AVG.Quid putas pertinere ad vi-
dendi ſenſum,id eſt,quid putas nos videndo
ſentire?EV.Quæcunq; corporalia.AVG. Nũ
etiã dura & mollia vidẽdo ſentimus?EV.Nõ. H
AVG.Quid ergo proprie ad oculos pertinet
quod per eos ſentimus? EV. Color. AVG.
Quid ad aures?EV. Sonus. AVG.Quid al ol-
factum? EV. Odor, AVG. Quid ad guſtum?
EV.Sapor.AVGV.Quid ad tactum?EV.Mol-
le vel durũ,lene vel aſperũ,& multa alia AV.
Quid corporũ formas,magnas,breues, qua-
dras,rotundas,& ſiquid huiuſmodi eſt,non-
ne tangendo & vidẽdo ſentimus?Et ideo nec
viſui proprie, nec tactui tribui poſſunt, ſed
vtriq;? EV.Intelligo.AV.Intelligis ergo q̃dã
ſingulos ſenſus hr̃e ꝓpria de quibus renun-
cient,& q̃dã quoſdã habere cõmunia? EV.
Et hoc intelligo. AG. Quid igitur ad quen-
que ſenſum pertineat, & q̄d inter ſe vel om-
nes vel quidam eorũ cõmuniter habeant, nũ
poſſumus vllo eorum ſenſu dijudicare? EV.
Nullo modo,ſed quodam interiore iſta diju
dicantur. AV. Num fortaſſe ipſa eſt rõ qua
beſtiæ carẽt? Nã (vt opinor) rõne iſta com- I
prehen-

prehēdimus,& ita ſeſe habere cognoſcimus.
EV. Magis nō arbitror rōne cōprehēdere eſ-
ſe interiorē quendam ſenſum, ad quē ab iſtis
quinque notiſsimis ſenſibus cuncta referun-
tur. Nāq; aliud eſt quo videt beſtia, aliud quo
ea quæ vidēdo ſentit, vel vitat vel appetit. Il-
le.n. ſenſus in oculis eſt, ille aūt intus in ipſa
aīa. Quo nō ſolū ea quæ vident, ſed ēt q̄ au-
diunt queq; ceteris capiunt corporis ſenſi-
bus, vel appetūt aīalia delectata & aſſumunt,
vel offenſa deuitāt & reſpuūt. Hic aūt nec vi-
ſus, nec auditus, nec olfactus, nec guſtus, nec
tactus dici pōt, ſed neſcio quid aliud qđ om-
nibus cōiter p̄ſidet. Qđ cū rōne cōprehenda
mus, vt dixi, hoc ipſum tn̄ rōnem vocare nō
poſſum, qm̄ & beſtijs ineſſe manifeſtum eſt.
AVG. Agnoſco iſtud quicquid eſt & eū inte
riorem ſenſum appellare non dubito. Sed ni
ſi & iſtū tranſeat quod ad nos refertur à ſenſi
bus corporis, peruenire ad ſcientiam nō pōt.
Quicquid enim ſcimus, id ratione compre-
henſum tenemus. Scimus aūt vt de cæteris ta
ceam, nec colores auditu, nec voces viſu poſ
ſe ſentiri. Et cū hoc ſcim⁹, nec oculis, nec au-
ribus ſcimus, neq; illo ſenſu interiore quo
nec beſtiæ carent. Non.n. credēdū eſt, eas noſ
ſe, nec auribus ſentire lucē, nec oculis vocē,
K qm̄ iſta non niſi rationali animaduerſione &
cognitione diſcernimus. EV. Non poſſum di
cere hoc me hr̄e perceptū. A V G. Quid ſi.n.
ſenſu illo interiore, quo eas nō carere conce
dis, hoc quoq; diiudicāt, nec colores audi-
tu, nec viſu voces poſſe ſentiri? Num ēt putas
eas poſſe diſcernere ab inuicē colorē q̄ ſen-
titur, & ſenſum qui in oculo eſt, & interiorē
illū ſenſum apud aīam, & rōnem, qua iſta ſi-
gillatim definiūtur & dinumerātur? EV. Nul
lo modo. A V G. Quid iſta ratio poſſet hæc
quatuor diſcernere ab inuicem & definitio-
nibus terminare, niſi ad eā referret, & color
per oculorū ſenſum, & ipſe rurſus per illum
interiorē qui ei p̄ſidet, & idē interior per ſe-
ipſum, ſi tn̄ iā nihil aliud interpoſitū eſt? EV.
Nō video qūo aliter poſſet. AVG. Quid hoc?
Videſne, ſenſu oculorū, colorē ſentiri, eundē
aūt ſenſum eodē ſenſu non ſentiri? Nō.n. quo
ſenſu colorē vides, hoc eodē vides ēt ipſum
videre. EV. Nō omnino. A V G. Enitere ēt iſta
diiudicare. Nā credo te nō negare aliud co-
lorē eſſe, & aliud colorē videre: & itē aliud
ēt cū color nō ſubeſt habere ſenſum, quo vi
deri poſſet, ſi ſubeſſet. EV. Diſcerno & iſta, &
inter ſe differre cōcedo. A V G Nū horū triū L
quicq̄ vides oculis niſi colorem? E V. Nihil
aliud. AV. Dic ergo, vn̄ videas alia duo, nō.n.
ea nō viſa poſſes diſcernere. E V. Neſcio q̄d
aliud eſſe ſcio, nihil amplius. A V G. Neſcis
igitur vtrū iam ipſa ſit ratio, an illa vita ſit, q̄
ſenſum interiorē vocamus p̄cellentē ſenſib⁹
corporis, an aliq̄d aliud? EV. Neſcio. AVG.
Illud tn̄ ſcis, ea definiri niſi rōne non poſſe,
neq; rōnem id facere, niſi de ijs q̄ ſibi exami
nanda offeruntur. EV. Certū eſt. A V G. Quic
quid igr̄ eſt aliud quo ſentiri pōt oē qđ ſci-
mus, miniſteriū rōnis eſt, cui offert & renun
ciat q̄cquid attingit, vt ea q̄ ſentiuntur diſcer
ni ſuis finibus poſsint, & nō ſentiēdo tm̄, ſed
ēt ſciendo comprehendi. EV. Ita eſt. A V G.
Quid ipſa rō, quæ miniſtros ſuos, & ea quæ
ſuggerūt, diſcernit ab inuicē, & itē q̄d inter
hæc & ſeipſam diſtet, agnoſcit, ſeq; illis præ-
potentiorē eſſe confirmat, nū alia re ſeipſam
niſi ſeipſa.i. rōne cōprehendit? An aliter ſci-
res te habere rōnem, niſi id rōne perciperes?
EV. Veriſsimū eſt. A V G. Qm̄ ergo cū colo-
rē ſentimus, nō itidem ſenſu ipſo nos ſentire
ēt ſentimus: neq; cū audimus ſonū, noſtrū ēt M
audimus auditū: neq; cū olfacimus roſam,
olet nobis aliq̄d & ipſe olfactus: neque q̄cq̄
guſtātibus ſapit in ore ipſe guſtus: nec tāgen-
tes aliq̄d, ipſum ēt tāgēdi ſenſum poſſumus
tāgere: manifeſtū eſt, quinq; iſtos ſenſus nul-
lo eorū ſenſu poſſe ſentiri, q̄uis eis corpora-
lia quæq; ſentiantur. EV. Manifeſtū eſt. A V.
Arbitror etiā illud eſſe manifeſtū, ſenſum il-
lū interiorē, non ea tantum ſentire, q̄ accepe
rit à quinq; ſenſibus corporis, ſed ēt ipſos ab
eo ſentiri. Non enim aliter beſtia moueret
ſe, vel appetendo aliquid, vel fugiendo, niſi
ſe ſentire ſentiret, non ad ſciendū, nam hoc
rationis eſt, ſed tm̄ ad mouendum, quod nō
vtiq; aliquo illorum quinq; ſentit. Quod ſi *Ratio & alia & ſe diſcernit. ca. 4.*
adhuc obſcurū eſt, eluceſcet ſi animaduertas
quod exēpli gratia ſat eſt in vno aliquo ſen-
ſu, velut in viſu. Namq; aperire oculū, & mo
uere aſpiciēdo ad id qđ videre appetit, nullo
modo poſſet, niſi oculo clauſo vel nō ita mo
to ſe id nō videre ſentiret. Si aūt ſentit ſe non
videre dum non videt, neceſſe eſt etiā ſentiat
ſe videre dum videt, quia cū eo appetitu nō
mouet oculum videns, quo mouet nō vidēs,
indicat ſe vtrunque ſentire. Sed vtrum ſeip-

ſam hæc vita ſentiat, q̃ ſe corporalia ſentire ſentit, non ita clarum eſt, niſi quod ſe quiſq; intus interrogans, inuenit omnem rem viuentem fugere mortem. Quæ cum ſit vitæ contraria, neceſſe eſt vt vita ẽt ſeipſam ſentiat, q̃ contrarium ſuum fugit. Quod ſi adhuc non liquet, omittaẽ, vt non nitamur ad id quod volumus, niſi certis manifeſtisq; documẽtis. Manifeſta.n.ſunt, ſenſu corporis ſentiri corporalia, eundem aũt ſenſum hoc eodem ſenſu non poſſe ſentiri. Senſu aũt interiore & corporalia ſenſu corporis ſentiri, & ipſum corporis ſenſum, rõne vero & illa oĩa, & eãdẽ ipſam notã fieri & ſcĩa contineri, an tibi nõ vr̃? Eu. Vr̃ ſane. Aug. Age nunc, rñde vnde ſit qõ, ad cuius ſolutionẽ peruenire cupientes, iã diu iſtã molimur uiã. Eu. Quantũ meminì, triũ illarũ qõnum, quas pauloante ad contexendum ordinem huius diſputationis poſuimus, nunc prima verſaẽ. i. qũo manifeſtũ fieri poſſit, q̃uis tenaciſſime firmiſſimeq; credendum ſit, Deum eſſe. Aug. Recte hoc tenes. Sed ẽt illud diligenter tenere te volo, cũ de teipſo quærerẽ, vtrum te eſſe noueris, non ſolum hoc, ſed ẽt alia duo nobis apparuiſſe cognoueris. Eu. Id quoque teneo. Aug. Nunc ergo uide ad quam rem iſtarum trium intelligas pertinere omne quod corporis ſenſus attingit, id eſt, in quo rerũ genere tibi ponendũ videatur, quicquid vel oculorũ, vel alio quolibet corporis inſtr̃o noſter ſenſus attingit: vtrũ in eo quod tantum eſt, an in eo quod ẽt viuit, an in eo qđ ẽt intelligit? Eu. In eo quod tm̃ eſt. Aug. Quid ipſum ſenſum, in quo gñe triũ horũ eſſe cenſes? Euo. In eo quod uiuit. Aug. Quid igitur horũ duorũ melius eſſe iudicas, ſenſum ipſum, an quod ſenſus attingit. Eu. Senſum ſcilicet. Aug. Quare? Eu. Quia melius eſt id quod ẽt viuit, q̃ id quod tm̃ eſt. Augu. Quid illum ſenſum interiorẽ, quẽ quidẽ intra rõnẽ, & adhuc nobis cõem cũ beſtiis ſuperius indagauimus, dubitabiſne huic ſenſui p̃ponere, quo corpus attingimus, & quẽ iam ipſi corpori præponendum eſſe dixiſti. Euo. Nullo modo dubitauerim. Augu. Etiam hoc cur non dubites, volo abs te audire. Non eñ poteris dicere, hunc ſenſum interiorem iam in eo genere trium illorum eſſe ponendum, quod etiam intelligit, ſed adhuc in eo quod & eſt & viuit, etiam, ſi intellectu caret. Iſte enim ſenſus ineſt & beſtiis, quibus intellectus non ineſt. Quæ cum ita ſint, quæro cur p̃ponas ſenſum interiorem huic ſenſui, quo corporalia ſentiunẽ, cũ ſit vterq; in eo genere qđ viuit. Sẽſum aũt iſtum qui corpora attingit, iõ præpoſuiſti corporibus, quia illa ſunt in eo genere quod tantum eſt, iſte vero in eo quod ẽt viuit. In quo cũ & ille interior reperiatur, cur eũ meliorẽ putes dic mihi? Si .n. dixeris, quia ille iſtum ſentit, non te credo inuenturum regulam qua fide* re poſſimus, omne ſentiens melius eſſe, q̃ id qđ ab eo ſentitur, ne fortaſſis ex hoc ẽt cogamur dicere oẽ intelligens melius eſſe, q̃ id quod ab eo intelligiẽ. Hoc.n. falſum eſt, quia homo intelligit ſapientiam, & non eſt melior q̃ ipſa ſapiẽtia. Quamobrẽ vide qua cauſa tibi viſum ſit, ſenſum interiorẽ huic ſenſui, quo ſentimus corpora, eſſe præferẽdum. Eu. Quia moderatorem & iudicẽ quendã illũ huius eſſe cognoſco. Nã & ſi quid huic in officio ſuo defuerit, ille tanq̃ debitũ à miniſtro flagitat, ſicut pauloante diſputatum eſt. Non.n. ſe videre, aut non videre ſenſus oculi uidet. Et q̃a non videt, non poteſt quid ſibi deſit, aut quid ſatis ſit iudicare, ſed ille interior, quo admoneẽ & aĩa beſtię aperire oculum clauſum, & qđ deeſſe ſentit implere. Nulli aũt dubiũ eſt eũ qui iudicat, eo de quo iudicat eſſe meliorẽ. Aug. Cernis ergo iſtũ ẽt corporis ſenſum de corporibus quodammodo iudicare? Ad illũ.n. pertinet uoluptas & dolor, cum vel leniter, uel aſpere corpus attingitur. Nã ſicut ille interior, quid deſit uel ſatis ſit oculorum ſenſui, iudicat, ſic ipſe ſenſus oculorũ q̃d deſit uel ſatis ſit coloribus, iudicat. Itẽ ſicut ille interior de auditu nr̃o iudicat, vtrum minus an ſufficienter intentus ſit, ſic iudicat auditus ipſe de uocibus, quid earũ leniter inflet, aut aſpere perſtrepat. Nõ neceſſe eſt cæteros ſenſus corporis retroſequi. Iã.n. vt opinor, animaduerteris quid uelim dicere: ita.ſ. ſenſũ illũ interiorẽ de iſtis corporis ſenſibus iudicare, cũ eorũ & ĩtegritatẽ ꝓbat, & debitũ flagitat, quẽadmodũ & ipſi corporis ſenſus de corporibus iudicant, aſſumentes in eis lenem tactũ, reiiciẽteſque ꝯrium. EV. Cerno ſanè, & veriſſima ea eſſe cõſentio. AVG. Attende iam utrũ ratio ẽt de hoc interiore ſenſu iudicet. Iam.n. non quęro, utrũ eam meliorem illo eſſe dubites, quia non dubito id te iudicare, quanq̃ ne id quidem iam q̃rendum putem, utrum

Ordo & præſtãtia ſenſuum ad obiecta. c. 5.

B

C

E

ɏtrum de isto sensu iudicet rō. Nāq; in ijs ip
sis, quæ infra eam sunt.i.in corporibus & in
sensibus corporis, & isto iteriore sensu, qūo
aliud sit alio melius, & q̃ sit illis præstantior
ipsa, quid tandē nisi ipsa renunciat? Quod ꝑ-
fecto nullo mō posset, nisi de his ipsa iudica-
ret. EV. Manifestū est. Cum ergo eā naturam
q̃ tātum est, nec uiuit nec intelligit, sicuti est
corpus examine, præcedat ea natura quæ nō
tantum est, sed ēt uiuit, nec intelligit, sicuti est
anima bestiarum, & rursus hanc præcedat ea
quæ simul & est & uiuit & intelligit, sicuti
in homine mens rōnalis, num arbitraris in
nobis, id est, in ijs in quibus natura nostra cō
plet, ut homines simus, aliquid inueniri pos-
se præstantius, q̃ hoc quod in his tribus ter-
tio loco posuimus? Nam & corpus non ha-
bere manifestū est, & uitā quādā qua ipsum
corpus animatur atq; vegetatur, quæ duo ēt
in bestiis agnoscimus, & tertiū quiddā quasi
animæ nostræ caput, aut oculū, aut siquid cō
gruentius de rōne atq; intelligentia dici pōt,
quā nō habet natura bestiarum. Quare uide
obsecro, utrū aliqd inuenire possis, qđ sit in
natura hoīs rōne sublimi⁹. EV. Nihil omnino
melius uideo. AVG. Quid si aliqd inuenire
potuerimus, qđ non solū esse nō dubites, sed
ēt ipsa nostra rōne præstantius, dubitabisne il
lud quicquid sit Deū, dicere? EV. Non conti
nuo siquid melius, q̃ id qđ in mea natura op
timū est inuenire potuero, Deū esse dixerim.
Non enim mihi placet Deū appellare, quo
mea rō est inferior, sed quo nullus est supe-
rior. AVG. Ita planè. Nam ipse huic tuæ rōni
dedit, eā de se pie uereq; sentire. Sed (quæ-
so te) si nō inueneris esse aliquid supra no-
strā rōnē, nisi quod æternum atq; incommu-
tabile est, dubitabisne hunc Deū dicere? Nā
& corpora mutabilia esse cognoscis, & ip-
sam uitā, qua corpus animatur, ꝑ affectus va
rios mutabilitate nō carere manifestū est. Et
G ipsa rō cum mō ad uerum peruenire nititur,
modo nō nititur, & aliqn̄ peruenit, aliqn̄ nō
peruenit, mutabilis esse profecto conuincit.
Quæ si nullo adhibito corporis instrumen-
to, nec per tactū, nec ꝑ gustū, nec ꝑ olfactū,
nec ꝑ aures, nec ꝑ oculos, nec ꝑ ullū sensum
se inferiorem, sed ꝑ seipsam cernit æternum
aliqd & incōmutabile, simul & seipsam infe-
riorem, & illum oportet Deū suum esse fatea
tur. EV. Hūc planè fatebor Deū, quo nihil su
perius esse constiterit. AVG. Bene habet. Nā
mihi satis erit ostendere esse aliqd huiusmo
di, qđ aut fateberis Deū esse, aut si aliqd su-
pra est, eumipsum Deū esse cōcedes. Quare
siue supra sit aliquid, siue nō sit, manifestum
erit Deū esse, cum ego quod promisi esse su-
pra rōnē, eodē ipso adiuuāte monstrauero.
EV. Demonstra ergo qđ polliceris. AVG. Fa
ciam. Sed prius q̄ro, utrum sensus corporis
meus idē sit, qui tuus, an uero meus non sit,
nisi meus, & tuus non sit, nisi tuus. Qđ si nō
ita eēt, nō possem ꝑ oculos meos uidere ali
quid, qđ tu nō uideres. EV. Concedo pror-
sus, q̄uis eiusdē generis, tn̄ singulos nos habe
re sensus uidendi uel audiendi, uel quoslibet
alios cæterorū. Nō. n. solum uidere, sed etiā
audire aliquis hominū pōt, quod alius nō au
diat, & aliud aliquid quolibet alio sensu qs-
quā sentire, quod alius non sentiat. Vnde ma
nifestū est & tuum non nisi tuum, & meum
sensum non esse nisi meum. AVG. Hoc idem
respondebis de illo etiam sensu interiore. An
aliquid aliud? EV. Nihil sanè aliud, nam & il
le utique sensum meū sentit meus, & tuū sen
tit tuus. Nam ideo plerunque interrogor ab
eo qui aliquid uidet, utrū hoc ēt ego uideā,
quia ego me uidere aut non uidere sentio,
non ille qui interrogat. AVG. Quid ipsam
rationem, nonne unusquisque nostrum ha-
bet suam? Quandoquidem fieri potest, vt
ego aliquid intelligam, cū tu id nō intelligis,
nec utrum intelligam tu scire possis, ego au
tem sciam. EV. Manifestum est ēt rationales
mentes singulos quosque nostrum singulas
habere. AVG. Num etiam poteris dicere
singulos soles nos habere quos uidemus, aut
lunas, aut luciferos, aut contra huiusmodi,
quamuis suos quisque ac proprio sensu ista
uideat? EV. Nullo modo istuc dixerim. AV.
Possumus ergo uidere unum aliquid multi I
simul cum sint sensus nostri nobis singulis
singuli, quibus omnibus illud unum senim⁹
quod simul uidemus, ut quamuis alius sen-
sus meus sit, & alius tuus, possit tibi fieri, vt
id quod uidemus, non sit aliud meū & aliud
tuum, sed illud unum præsto sit utrique no-
strum, & simul ab utroque uideatur. EV.
Manifestissimum est. AVG. Possumus etiam
unam aliquam uocem simul audire, ut quā-
uis alius sit auditus meus, alius tuus, non sit
tamē alia mea & alia tua uox, quā simul au-
dimus,

Sensus interior & exterior, et quo idē sentiatur à multis. Cap. 7.
H

dimus, vel alia pars eius auditu meo capiat,
& alia tuo, ſed quicquid ſonuerit, & vnũ &
totũ audiendũ ſimul aſsit ambobus. E V. Et
hoc manifeſtum eſt. AVG. Iam ẽt de cæteris
ſenſibus corporis licet animaduertas quod
dicimus neque omnino illos qđ ad hãc rem
K attinet, ita ſe habere, ut illos duos oculorum
& auriũ, neq; omnino non ita. Nã qa ex hoc
uno aere & ego & tu poſſumus implere ſpi-
ramentũ, & eius aeris affectionẽ odore ſenti
re, & ide qa ex uno melle, vel quolibet alio
cibo ſeu potu ambo guſtare poſſumus, & ei⁹
affectionem ſapore ſentire, q̃uis ille vnus ſit,
noſtri aũt ſint ſenſus ſinguli, tibi tuus, & mi-
hi meus, vnum odorẽ uel unũ ſaporem cum
ambo ſentiamus, nec tu tñ eũ meo ſenſu ſen-
tias, nec ego tuo, nec aliquo uno, qui utriuſ-
que noſtrũ poſsit eſſe cõiter, ſed prorſus mi-
hi ſenſus meus ſit, & tuus tibi, ẽt ſi unus aut
odor aut ſapor ab utriſq; ſentiatur. Hinc er-
go iſti ſenſus inueniũtur habere aliquid tale,
quale illi duo in uiſu & auditu. Sed in eo di-
ſpares ſunt, quantũ ad id qđ nunc agimus ꝑ
tinet, ꝙ etſi unũ aerem naribus ambo trahi-
mus, aut unũ cibum guſtando capimus, non
tñ eam partem aeris duco quã tu, nec eandẽ
partẽ cibi ſumo quã tu, ſed aliã ego, aliã tu.
Et ideo de toto aere cum ſpiro, duco partẽ
quãta mihi ſatis eſt, & tu item de toto aliam,
quanta tibi ſatis eſt, ducis. Et cibus quamuis
unus & totus ab utroq; abſumatur, non tñ &
L à me totus, & à te totus abſumi põt, q̃uo ver-
bũ & ego totum audio, & tu totum ſimul, &
ſpeciẽ quamlibet quantã ego uideo tantã &
tu ſimul, ſed cibi uel potionis alia pars ĩ me,
alia in te tranſeat neceſſe eſt. An parum iſta
intelligis? EV. Immo uero apertiſsima & cer
tiſsima eſſe conſentio. AVG. Num cenſes tã-
gendi ſenſum comparandum eſſe oculorum
& auriũ ſenſibus in ea re, de qua nunc agiĩ,
quia non ſolum corpus unum ambo poſſu-
mus ſentire tangendo, ſed ẽt eandem partem
tu quoque poteris tangere, quam ego tetige
ro, ut non ſolum idem corpus, ſed eandem
quoque corporis partẽ poſsimus ambo ſen-
tire tangendo? Non. n. ſicuti cibum aliquem
appoſitum nõ poſſumus & ego totum & tu
totũ capere, cum illo veſcimur, ſic etiam in
tangendo accidit, ſed & unum & totum qđ
ego tetigero, ẽt tu potes, ut id ambo tanga-
mus, nõ ſingulis partibus, ſed totum ſinguli.
E V. Fateor hoc mõ duobus illis ſuperiorib.
ſenſibus, hunc tangendi ſenſum eſſe ſimilli-
mũ. Sed in hoc uideo eſſe diſsimilẽ, ꝙ ſimul
id eſt, uno tp̃e, & uidere aliq̃d unũ totũ am-
bo poſſumus & audire, tãgere aũt poſſumus
quidẽ totũ aliquid ambo uno tp̃e, ſed parti-
bus ſingulis, eandẽ autẽ partẽ non niſi tp̃ibus
ſingulis. Nã nulli parti quã tactu capis, poſ-
ſum meũ tactũ admouere, niſi tu admoueris
tuũ. AVG. Vigilãtiſsime reſpõdiſti. Sed opor
tet te ẽt illud uidere, cũ horũ omniũ q̃ ſenti-
mus, alia ſint quæ ambo, alia q̃ ſinguli ſentia
mus, ipſos uero ſenſus noſtros, ſuos qſq; ſin
guli ſentiamus, ut neq; ego ſentiam ſenſum
tuũ, neq; tu meũ, q̃d de his rebus q̃ ſentiũtur
à nobis per corporis ſenſus. i. q̃d de corpora
libus rebus non poſſumus ſentire ambo, ſed
ſinguli, niſi quod ita ſit noſtrũ ut hoc in nos
uertere & cõmutare poſsimus, ſicuti eſt cib.
& potus, cui⁹ nullã partẽ quã ego ꝑcepero,
& ꝑcipere poteris, qa etſi nutrices alimenta
mãſa infantib. reddũt, illud tñ qđ ĩde guſt⁹ ra
puerit atq; in mandẽtis uiſcera cõmutauerit,
nullo mõ reuocari poterit, ut in eſcam refun
datur infantis. Gula. n. cum aliq̃d iucũde ſa-
pit, & exiguã, tñ irreuocabilẽ partẽ ſibi ven-
dicat, & hoc cogit fieri quod naturæ corpo-
ris conuenit, quod niſi ita eſſet, nullus rema-
neret ſapor in ore poſteaq̃ fuerint manſa illa
reddita atq; deſputa. Quod ẽt de aeris partib.
recte dici poteſt, quas naribus ducimus. Nã
ẽt ſi aliquid aeris quod ego reddidero, poſ-
ſis ẽt tu ducere, non tñ poteris etiã illud qđ
inde in alimentum meũ ceſſerit, quia nec
reddi poteſt. Nam etiam naribus alimentũ
nos capere medici docent, quod alimentum
& ſpirando ſolus ſentire poſſum, & reflan- A
do reſtituere non poſſum, ut abs te etiam du
ctum naribus ſentiatur. Nam cætera ſenſi-
bilia, quæ quãuis ſentiamus, non tamen ea
ſentiendo in noſtrũ corpus corrupta muta-
mus, poſſum ea, ſiue uno tempore, ſiue ſin-
gulis uiciſsim temporibus ambo ſentire, ſic
ut uel totum uel pars ipſa quã ſentio, abs te
etiam ſentiatur, qualia ſunt, ſiue lux, ſiue ſo-
nus, ſiue corpora quæ attingimus, non tamẽ
lædimus. E V. Intelligo. A V G. Manifeſtum
eſt ergo ea quæ non commutamus, & tamen
ſentimus corporis ſenſibus, & non pertinere
ad naturã ſenſuum noſtrorum, & propterea
magis nobis eſſe cõia, quia in noſtrũ ꝓpriũ

&

& quasi priuatum non vertuntur atq; mutan
tur. E V. prorsus assentior. AVG. Propriũ er-
go & quasi priuatũ intelligẽdũ est, qđ vnus-
quisque nostrũ sibi est,* & qđ in se solus sen
tit, qđ ad suã naturã proprie pertinet. Cõmu
ne autẽ & quasi publicũ, qđ ab oĩbus sentiẽ-
tibus, nulla sui corruptione atque commuta
tione sentitur. EV. Ita est. AVG. Age nunc at-
tende, & dic mihi, utrum inueniatur aliquid
qđ oẽs ratiocinantes sua quisq; rõne atq; mẽ
te communiter uideant, cũ illud qđ uidetur
præsto sit oĩbus, nec in usum eorum quibus
præsto est cõmutetur, quasi cibus aut potio,
sed incorruptũ integrũq; permaneat, siue il-
li uideant, siue nõ uideãt. An forte nihil hu-
iusmodi esse arbitraris? EV. Immo multa esse
uideo. E quibus unũ commemorari satis est,
ꝙ ratio & ueritas numeri oĩbus ratiocinan-
tibus præsto est, ut omnis eam computator
sua quisque ratione & intelligentia conetur
apprehendere. Et alius facilius, alius diffici-
lius posit, alius omnino non posit, cũ tamẽ
ipsa æqualiter oĩbus se præbeat ualentibus eã
capere: Nec cũ eã quisque percepit, in sui ꝑ-
ceptoris quasi alimentum uertatur atq; mute
tur: Nec cum in ea quisq; fallitur, ipsa defi-
ciat, sed ea uera & integra permanẽte, ille in
errore sit tanto amplius, quanto minus eam
uidet. AVG. Recte sanè. Sed uideo te tanquã
non rudem harũ rerum cito inuenisse quod
diceres, tñ si tibi aliquis diceret, numeros
istos non ex aliqua sua natura, sed ex ijs reb.
quas sensu corporis attingimus, impressos
esse animo nostro quasi quasdam imagines
quorunque visibilium, quid responderes? An
tu quoque id putas? EV. Nullo mõ id putaue
C rim. Non enim si sensu corporis percipi nu-
meros idcirco etiam rõnẽ partitionis nume-
rorũ uel copulationis sensu corporis perci-
pere potui. Hac.n.luce mentis refello eum,
q̃squis uel in addendo vel in retrahendo dũ
cõputat falsam summã renunciauerit. Et q̃c-
quid sensu corporis tãgo, veluti est hoc cęlũ,
& hæc terta, & quæcunq; in eis alia corpora
sentio quãdiu futura sint, nescio. Septẽ autẽ
& tria decem sunt, & nõ solũ nunc, sed etiam
semper. Neque ullo mõ aliq̃n septem & tria
non fuerunt decem, aut aliquando septem
& tria nõ erũt decẽ. Hãc ergo incorruptibilẽ
numeri naturam,* dixi mihi & cuilibet ratio
cinanti esse communem. AVG. Non resisto
tibi uerissima & certissima rñdenti. Sed ip-
sos quoque numeros non ꝑ corporis sensus
attractos esse facile uidebis, si cogitaueris
quẽlibet numerũ tot uocari quoties unũ ha- D
buerit. Verbi gratia: Si bis habuerit unũ, duo
vocantnr: Si ter tria. Et si decies habet unum,
tunc uocantur decẽ. Et q̃libet oĩno numerus
quoties habet vnũ, hinc illi nomẽ est, & tot
appellatur. Vnũ vero q̃squis verissime cogi-
tat, profecto inuenit corporis sensibus non
posse sentiri. Quicq̃d.n. tali sensu attingit, iã
nõ unũ, sed multa esse cõuincit. Corpus. n.
est, & ideo habet innumerabiles partes. Sed
vt minutas quasque minusq; articulatas non
ꝑsequar, quantuliscunque illud corpusculũ
sit, habet certe aliã partẽ dexterã aliã sinistrã,
aliã superiorẽ aliã inferiorẽ, aut aliã ulterio-
rẽ aliã citeriorẽ, aut alias finales, aliã mediã.
Hæc. n. necesse est quãlibet exiguo corpo-
ris modulo inesse fateamur. Et propterea nul
lũ corpus uere pureq; unũ esse concedimus,
in quo tñ nõ possent tã multa numerari, nisi
illius unius cognitione discreta. Cum.n. quæ
ro unum in corpore, & me inuenire non du
bito, noui utiq; q̃d ibi q̃rã, & quid ibi nõ in-
ueniã, & non posse inueniri, uel potius oĩno
ibi nõ esse. Vbi ergo noui ꝙ non est corpus
unũ, quid sit unũ noui, unũ. n. si non nossem,
multa in corpore numerare nõ possem. Vbi
cunque aũt unũ nouerim, nõ vtique per cor
poris sensum noui, q̃a per corporis sensum
non noui, nisi corpus qđ uere pureq; unũ
nõ esse cõuincimus. Porrò si unũ nõ ꝑcipi- E
mus corporis sensu, nullũ numerũ eo sensu
ꝑcepimus, eorũ dũtaxat numerorũ, quos in
telligẽtia cernimus. Nullus.n. est ex ijs, q̃ non
tot vocet, quoties habet unũ, cuius ꝑceptio
corporis sensu nõ fit. Cuiuslibet.n. corpuscu
li pars dimidiæ, * quãtis duab. totũ constat,
habet & ipsa dimidiã suã. Sic ergo sunt illæ *a. l. quanis.*
duæ partes in corporpore, ut nec ipsæ simpli
citer duæ sint. Numerus aũt ille qui uocatur
duo, quoniã bis habet illud qđ simpliciter
unũ est, pars eius dimidia, id est, illud ipsum
qđ simpliciter unũ est, non potest rursus ha-
bere dimidiam partẽ, vel tertiam, vel quotã
libet, q̃m simplex & uere unum est. Deinde
quoniam tenentes ordinem numerorũ, post
unũ duo uidemus, qui numerus ad unã col-
latus, duplus inuenitur, duplus duorũ nõ cõ
sequenter adiungitur, sed interposito terna-

rio, quaternarius sequit, qui duplus est duorũ. Et hæc rõ per oẽs cæteros numeros certissima & incõmutabili lege pertenditur, vt post vnũ, id est, post primũ oĩum numerorũ, ipso excepto primus sit, q̃ duplũ eius habet, duo.n.sequũtur. Post s̃m aũt, id est, post duo,

F ipso excepto secũdus sit q̃ duplũ eius habet. Post duo.n. primus est ternarius, secũdus quaternarius, duplus secundi. Post tertiũ, id est ternariũ, ipso excepto tertius sit, qui duplus est eius: Post tertium.n. id est post ternarium, primus est quaternarius, secũdus quinarius, tertius senarius, qui duplus est tertij. Atq; ita post quartũ, ipso excepto quartus habet duplum eius. Post quartum.n. id est quaternariũ, primus est quinarius, secũdus senarius, tertius septenarius, quartus octonarius, q̃ duplex est quarti. Atque ita per oẽs cęteros reperies hoc quod in prima copula numerorũ id est, uno & duobus inuentũ est, quotus q̃sque numer⁹ est ab ipso principio, totus post illum sit duplus eius. Hoc ergo qđ per omnes numeros ẽt immobile, firmum, incorruptũq; conspicimus, vnde conspicimus? Nõ enim ullus ullo sensu corporis oẽs numeros attingit, innumerabiles.n. sunt: Vnde ergo nouimus per omnes hoc esse, aut qua phantasia uel phantasmate tanquã certa ueritas numeri per innumerabilia tã fidenter, nisi in luce interiore conspicitur, quam corporalis sensus ignorat? His, & talibus multis documen-

G tis cogũtur fateri, quibus disputantibus Deus donauit ingeniũ, & pertinacia caliginẽ non obducit, rõnem ueritatemq; numerorũ, & ad sensus corporis nõ ꝑtinere, & inuertibilẽ synceramq; consistere, & oĩbus ratiocinantibus ad videndũ esse cõem. Quapropter cum multa alia possint occurrere, q̃ communiter & tanq̃ publice præsto sunt ratiocinantibus, & ab eis uideant mẽte atque rõne singulorũ, quorũq; cernentiũ, eaq; inuiolata & incõmutabilia maneãt, nõ tñ inuitus acceperim quod ista ratio & uerias numeri tibi potissimũ occurrerit, eũ ad id qđ interrogaueram, rñdere voluisses. Nõ. n. frustra in sanctis libris sapiẽtiæ coniunctus est numerus, ubi dictũ est: Circuiui ego & inclinaui cor meũ, ut scirem & considerarem, & quærerẽ sapiẽtiam & numerum. Veruntamen quæso te q̃d de ipsa sapientia putas existimandum? Singulas quasq; suas arbitraris singulos quosq; ho

Eccle. 7. Ps. 146.
Quid sapiẽtia, sine qua nemo beatus.
Cap. 9.

mines habere sapiẽtias? An vero una ꝑsto est cõiter omnibus, cuius quanto magis quisq; sit particeps, tanto est sapientior? EV. Quam dicas sapientiã, nondũ scio. Video quippe varie uideri hominibus, quid fiat dicaturue sapienter. Nã & q̃ militãt, sapienter sibi facere videntur. Et qui contempta militia colendo

H agro curam atq: operam impendũt, hoc potius laudant, tribuuntq; sapientiæ. Et qui astuti sunt ad excogitandos modos cõquirendæ pecuniæ, sibi uidentur sapientes. Et qui hæc omnia negligunt uel abiiciunt, & quæq; sunt hmõi temporalia & totũ studiũ suũ ad inuestigationẽ conferũt veritatis, vt semetipsos deumq; cognoscant, magnũ hoc esse sapientiæ munus iudicant. Et qui huic ocio quærendi, & cõtemplandi ueri nolunt se dare, sed potius laboriosissimis curis & officiis agũt, ut hominibus consulant, & in rerum humanarum iuste moderandarũ & gubernandarũ actione uersentur, sapiẽtes se esse arbitrant. Et q̃ vtrũque horũ agunt, & partim uiuunt in contemplatione veritatis, partim in laborib. officiosis, quos humanæ societati deberi putãt, sibi palmam sapientiæ tenere uidentur. Omitto innumerabiles sectas, quarum nulla est q̃ non sectatores suos pręponens cæteris, eos solos uelit esse sapientes. Quãobrem id nunc agatur inter nos, vt nõ quid credamus rñdendũ sit, sed q̃d dilucida intelligentia teneamus, nullo mõ ad id tibi quod interrogasti rñdere potero, nisi qđ credẽdo teneo cõtẽplando ẽt & rõne cernendo nouerim, quæ sit ipsa sapiẽtia. A V G. Nũ aliã putes esse sapientiã nisi ueritatẽ, in qua cernit & tenetur

I summũ bonũ? Nã illi oẽs quos cõmemorasti diuersa sectantes bonũ appetũt, & malum fugiũt, sed ꝑterea diuersa sectãtur, qđ aliud alii vr̃ bonum. Quisquis ergo appetit qđ appetendũ nõ erat, tametsi id non appeteret nisi ei uideretur bonum, errat tñ. Errare autẽ neque ille potest q̃ nihil appetit, neque ille qui hoc appetit, quod debet appetere. Inquantũ igitur omnes homines appetunt vitam beatam, non errant. Inquantum autem quisque non eã tenet vitę uiam quę ducit ad beatitudinem, cum se fateat & profiteatur nolle nisi ad beatitudinem peruenire, intantum errat. Error est. n. cũ seq̃mur aliq̃d, qđ non ad id ducit quò uolumus peruenire. Et quanto magis in uia uitę quis errat, tanto minus sapit.

pit. Tanto.ñ.magis lõge eſt à veritate, in qua cernitur & tenetur ſummũ bonũ. Summo autem bono aſſecuto & adepto, beatus quiſq; fit, qđ oẽs ſine cõtrouerſia volumus. Vt ergo conſtat nos beatos eſſe velle, ita nos conſtat velle eſſe ſapientes, quia nemo ſine ſapientia beatus eſt. Nemo.n.beatus eſt niſi ſummo bono, qđ in ea veritate, q̃ ſapientiã vocamus, cernitur & tenetur. Sicut ergo anteq̃ beati ſimus, mentibus tñ noſtris impreſſa eſt notio beatitatis: per hanc.n.ſcimus fidenterq; & ſine vlla dubitatione dicimus beatos nos eſſe velle: ita ẽt prius q̃ ſapientes ſimus, ſapiẽtiæ notionẽ in mente habemus impreſſam, p q̃ vnuſquiſq; nr̃m ſi interroget̃, velitne eſſe ſapiens, ſine vlla caligine dubitationis, ſe velle rñdet. Quare ſi iam conſtat inter nos q̃ ſit ſapientia, q̃ fortaſſe verbis explicare non poteras, nã ſi eã nullo mõ animo cerneres, nullo mõ ſcires, & velle te eſſe ſapientem, & velle debere, quod te negaturũ eſſe non arbitror: volo iã dicas mihi, vtrum ẽt ſapientiã ſicut numeri rõnem atq; veritatẽ omnib. rõcinantib⁹ cõem ſe p̃bere arbitreris. An eñ tot ſunt mentes hoĩum quot homines ſunt, vnde nec ego de tua mente aliquid cerno, nec tu de mea, tot ẽt putas eſſe ſapientias quot potuerunt eſſe ſapientes? EV. Si ſummum bonum omnibus unum eſt, oportet ẽt veritatẽ in qua cernitur & tenet̃. i. ſapientiã oĩb. vnam eſſe communem. AVG. An dubitas ſummum bonum, quicquid illud eſt, omnibus hominib. vnum eſſe? EV. Dubito ſanè, quia diuerſos diuerſis rebus gaudere video tanq̃ ſummis bonis ſuis. AVG. Vellem quidem vt de ſummo bono ita nemo dubitaret, vt nemo dubitat, quicquid illud eſt, non niſi eo adepto poſſe fieri hominẽ beatum. Sed qm̃ magna qõ eſt, & longũ ſermonẽ forte deſiderat, putemus omnino tot ſumma bona eſſe, quot ſunt ipſæ res diuerſæ, quæ à diuerſis tanquam ſumma bona appetuntur: num iõ ſequitur, vt ipſa ſapientia ẽt non ſit vna cõis omnibus, quia ea bona q̃ in illa cernunt & eligunt homines, multa & diuerſa ſunt? Si.n.hoc putas, potes & de luce ſolis dubitare ꝙ vna ſit, q̃a multa & diuerſa ſunt, quæ in ea cernimus. De quib. multis eligit quiſq; pro voluntate, quo fruat̃ per oculorũ ſenſum. Et alius altitudinẽ montis alicuius intuetur libenter, & eo gaudet aſpectu. Ali⁹ cãpi planiciẽ, alius ꝯuexa valliũ, alius nemorum viriditatem, alius mobilẽ æqualitatẽ maris, alius hæc omnia, vel quædã horum ſimul pulchra confert ad lætitiam viuendi. M Sicut ergo iſta multa & diuerſa ſunt, q̃ in luce ſolis hoĩes vident & eligunt ad fruẽdum, lux tn ipſa vna eſt, in qua videt & tenet quo ſeruatur vniuſcuiuſq; intuẽtis aſpectus: ita ẽt & ſi multa ſint bona eaq; diuerſa, ẽ q̃b. eligat quiſq; qđ volet, idq; videndo & tenẽdo ad fruendũ ſummũ ſibi bonũ recte vereque conſtituat, fieri tñ põt, vt lux ipſa ſapientiæ, in qua hęc videri & teneri pñt, oĩb. ſapiẽtib. ſit una cõis. EV. Fateor fieri poſſe, nec impedire aliquid vt non ſit omnib. cõis vna ſapientia, ẽt ſi multa & diuerſa ſint ſumma bona. Sed vellem ſcire an ita ſit. Quod.n.cocedimus fieri poſſe vt ita ſit, non continuo ita eſſe cõcedimus. AVG. Tenemus interim vnã eſſe ſapientiam. Sed vtrũ ſit cõis vna omnib⁹, an ſinguli ſapientes ſuas habeant ſicuti aĩas vel mentes ſuas, hoc nondum tenemus. EV. Ita eſt. AVG. Quid hoc quod tenemus, vel eſſe ſapientiam, vel ſapientes, & beatos eſſe omnes homines velle, vbi videmus? Nam hoc te uidere & verum eſſe, nullo modo vtique dubitauerim. Hoc ergo verum ſic vides, vt cogitationem tuam, quam ſi mihi non enũcies, A ego prorſus ignoro. An ita vt intelligas & à me videri poſſe hoc verum, tametſi mihi abs te non dicatur? EV. Immo ita vt abs te quoq; etiam me inuito videri poſſe non dubitem. AVG. Quod ergo vnum verum videmus ambo ſingulis mentibus, nonne vtriq; noſtrum commune eſt? EV. Manifeſtiſsime. AVG. Itẽ credo te non negare ſtudendum eſſe ſapientiæ, atq; hoc verum eſſe concedere. EV. Prorſus nõ dubito. AVG. Hoc item verum & vnũ eſſe, & omnibus qui hoc ſciunt ad videndũ eſſe commune, quamuis vnuſquiſq; id nec mea, nec tua, nec cuiuſquã alterius, ſed ſua mente conſpiciat, cũ id quod conſpicitur, omnibus conſpicientibus cõiter p̃ſto ſit, nũ q̃d negare poterimus? EV. Nullo mõ. AVG. Item iuſte eſſe viuendũ, & deteriora melioribus eſſe ſubdenda, & paria paribus cõparanda, & propria ſuis quibuſq; tribuenda, nõne fateberis eſſe veriſsimum, & tam mihi q̃ tibi, atq; omnibus id videntibus præſtò eſſe cõiter? EV. Aſſentior. AVG. Quid incorruptum melius eſſe corrupto, æternum temporali, B inuiolabile violabili poteris negare? EV.

Vna ſapientia omniũ ſapientum cõis. c.10

Quis poteſt? AVG. Hoc ergo verum põt qſque ſuũ proprium dicere, cũ incõmutabiliter contẽplandum aſsit oĩbus, qui hoc cõtẽplari valent? EV. Nullus hoc vere dixerit ſuũ eſſe propriũ, cum tã ſit vnum atq; oĩbus cõmune q̃ verum eſt. A V G. Itẽ à corruptione auertendũ animũ atque ad incorruptionem conuertendũ eſſe, id eſt nõ corruptionẽ, ſed incorruptionẽ diligendã eſſe quis negat? Aut quis cũ verum eſſe fateatur, non ẽt incõmutabile intelligat, atq; omnibus mẽtibus id valentibus intueri, commnniter præſto eſſe videat? E V. Veriſsimum eſt. A V G. Quid eã vitam quæ nullis aduerſitatibus de certa & honeſta ſententia dimouetur, dubitat aliqs eſſe meliorẽ, q̃ eam quæ facile incõmodis tẽporalibus frangitur atque ſubuertitur? EV. Quis dubitauerit? A V G. Iam huiuſmodi plura nõ quæram. Satis enim eſt quòd iſtas tanquam regulas & quædã lumina virtutum, & vera, & incõmutabilia, & ſiue ſingula ſiue oĩa cõ-
C muniter adeſſe, ad contẽplandũ eis qui hæc valẽt ſua quiſq; rõne ac mẽte cõſpicere, pariter mecũ vides, certiſsimũq; eẽ cõcedis. Sed ſanè q̃ro, vtrũ hæc tibi videant ad ſapientiam ptinere. Nã credo videri tibi eũ qui ſapiẽtiã aſſecut⁹ eſt, eſſe ſapientẽ. EV. Videt, omnino, A V G. Quid ille q iuſte viuit, poſſetne ita viuere niſi videret quæ inferiora quibus potioribus ſubdat, & q̃ paria ſibimet copulet, & q̃ propria ſuis quibuſq; diſtribuat? EV. Non poſſet. AVG. Qui ergo hæc videt, num eum negabis ſapienter videre? EV. Non nego. AV. Quid ille qui prudenter viuit, nõne eligit incorruptionẽ, & eam corruptioni prçponendam eſſe decernit? EV. Manifeſtiſsime. A V. Cum ergo id eligit quò conuertat animũ, qđ eligendum eſſe nemo ambigit, num negari põt ſapienter eligere? EV. Nullo modo negauerim. AVG. Cum ergo ad id quod ſapiẽter eligit conuertit animũ, ſapienter vtiq; conuertit. EV. Certiſsimum eſt. A V G. Et qui ab eo quod ſapienter eligit, & quò ſe ſapienter conuertit, nullis terroribus pœniſque depellitur, ſapienter ſine dubio facit E V. Prorſus ſine dubio. A V G. Manifeſtiſsimũ eſt igitur omnes has, quas regulas diximus & lumina
D virtutum, ad ſapientiam pertinere. Quãdoquidem quanto magis quiſque ad agendã vitam eis vtitur, & ſecundũ hçc agit vitã, tanto magis viuit, facitque ſapienter. Omne aũt quod ſapienter fit, non poteſt recte dici à ſapientia eſſe ſeparatum. E V. Omnino ita eſt. AVG. Quàm ergo veræ atque incommutabiles ſunt regulæ numerorũ, quorũ rationẽ atque veritatem incõmutabiliter atq; communiter omnibus eam cernentibus præſto eſſe dixiſti, tam ſunt veræ atque incõmutabiles regulæ ſapientiæ, de quibus paucis nunc ſingillatim interrogatus reſpondiſti eſſe veras atq; manifeſtas, easq; omnibus qui hçc intueri valent, cõmunes ad contemplãdum adeſſe concedis. EV. Dubitare nõ poſſum. Sed peruellẽ ſcire, vtrum vno aliquo genere contineãtur hæc duo, ſapientia ſcilicet & numerus, qa cõiuncta ẽt in ſcripturis ſanctis hæc poſita eſſe cõmemoraſti, An alterũ exiſtat ab altero, vt alterũ in altero cõſiſtat, veluti numerus à ſapientia, vel in ſapientia. Nã ſapientiam exiſtere à numero, aut cõſiſtere in numero nõ auſim dicere. Neſcio enim quo modo qa multos noui numerarios aut numeratores, vel ſi quo alio nomine vocandi ſunt, qui ſumme atque mirabiliter cõputant, ſapiẽtes aũt perpaucos, aut forſitan neminẽ, longe venerabilior mihi occurrit ſapientia q̃ numerus. AV. Rem dicis quam ego quoque mirari ſoleo. Nã cũ incommutabilem veritatẽ numerorũ mecum ipſe conſydero, & eius quaſi cubile ac penetrale vel regionẽ quandã, vel ſiquod alıud nomen aptum inueniri poteſt quo nominemus quaſi habitaculum quoddam ſedemq; numerorum, longe remoueor à corpore: & inueniens fortaſſe aliquid, quod cogitare poſsim, non tamẽ aliquid inueniens, quod verbis proferre ſufficiam, redeo tãquã laſſatus in hæc noſtra vt loqui poſsim, & ea quæ ante oculos ſita ſunt dico, ſicut dici ſolẽt. Hoc mihi accidit ẽt cũ de ſapiẽtia quãtũ valeo, vigilantiſsime atq; intentiſsime cogito. Et ppea multũ miror, cũ hæc duo ſint in ſecretiſsima certiſsimaq; veritate, accedente etiam teſtimonio ſcripturarum quo commemoraui cõiuncte ita poſita, plurimũ miror, vt dixi, quare numerus vilis ſit multitudini hominũ, & chara ſapientia. Sed nimirũ illud eſt, quòd vna quædam eademq; res eſt. F
Veruntamen quoniam nihilominus in diuinis libris de ſapientia dicitur, quòd attingit à ſiue vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter, ea potẽtia qua fortiter à fine vſque ad finẽ attingit, numerus fortaſſe dicitur.

Ea

Ea vero qua disponit omnia suauiter, sapien-
tia proprie iam vocat: cum sit vtrunq; vnius
eiusdemq; sapientię. Sed quia dedit numeros
oĩbus rebus ẽt infimis, & in fine rerũ locatis:
& corpora.n. omnia quanuis in rebus extre-
ma sint, habent numeros suos, sapere aũt nõ
dedit corporib. neque animis omnibus, sed
tantum rõnalibus, tanquam in eis sibi sedem
locauerit, de qua disponat, omnia, illa etiam
infima quibus numeros dedit. Itaque, qm̃ de
corporibus facile iudicamus, tanquam de
rebus quæ infra nos ordinatæ sunt quib. im-
pressos numeros infra nos esse cernimus, &
eos propterea vilius habemus. Sed cum cœ-
perimus tanquã sursum versus recurrere, in-
uenimus eos ẽt nr̃as mentes transcendere, at-
que incommutabiles in ipsa manere veritate.
Et quia sapere pauci possunt, numerare aũt
ẽt stultis concessum est, mirantur homines
G sapientiã, numerosq; contẽnũt. Docti aũt &
studiosi, q̃to remotiores sunt à labe terrena,
tanto magis & numerũ & sapientiã in ipsa ve
ritate contuent, & vtrunq; charũ habent: Et
in eius veritatis cõparatione non solũ eis au-
rũ & argentũ, & cætera de quib. hoĩes dimi-
cant, sed ipsi ẽt vilescunt sibi. Nec mireris nu
meros iõ vilescere hominibus, & charã esse
sapientiã, quia facilius pñt numerare q̃ sape-
re, cũ videas charius illos hr̃e aurũ q̃ lumen
lucernæ, cui cõparatum aurum ridet. Sed ho
norat amplius res longe inferior, quia lucer
nã sibi & mendicus accendit, aurũ vero pau-
ci habent: quanquam sapientia absit, vt in cõ-
paratione numeri inueniatur inferior, cũ ea-
dem sit, si oculus quo cerni possit, inquirat.
Sed quemadmodũ in vno igne consubstan-
tialis, vt ita dicam, sentitur fulgor & calor,
nec separari ab inuicẽ possunt, tñ ad ea calor
peruenit, quæ prope admouent, fulgor vero
ẽt longius latiusq; diffundit: sic intelligentiæ
potentia quæ inest sapientiæ propinquiora
feruescunt, sicuti sunt aĩæ rõnales: ea vero q̃
remotiora sunt, sicuti corpora, non attingit
calore sapiendi, sed perfundit lumine nume
rorũ, quod tibi fortassis obscurum est. Non
enim vlla visibilis similitudo, inuisibili rei
H põt ad omnem conuenientiã coaptari. Tñ il
lud attende, qđ & quæstioni quam suscepi-
mus satis est, & humilioribus ẽt mentib. qua-
les nos sumus sese manifestat, quia & si clarũ
nobis esse nõ põt, vtrum in sapientia, vel ex
sapientia numerus, an ipsa sapientia ex nume
ro, an in numero sit, an vtrunq; nomen vnius
rei possit ostendi, illud certe manifestum est
vtrunq; verũ esse, & incõmutabiliter verum.
Quapp nullo mõ negaueris esse incõmutabi *Vna omniũ cõis sima veritas. Cap. 12.*
lem veritatẽ, hæc oĩa quæ incommutabiliter
vera sunt continentẽ, q̃ non possis dicere tuã
vel meã vel cuiusquã hoĩs, sed omnibus in-
commutabilia vera cernentibus, tanq̃ miris
modis secretum & publicum lumen præsto
esse ac se præbere cõiter. Omne aũt quod cõ
muniter oĩbus rõcinantibus atq; intelligenti
bus p̃sto est ad vllius eorũ proprie naturam
pertinere quis dixerit? Meministi. n. vt opi-
nor, quid de sensibus corporis pauloante tra
ctatũ sit. Ea. s. quæ oculorũ vel aurium sensu
cõiter tangimus, sicuti sunt colores & soni,
quos ego & tu simul videmus vel simul audi
mus, non pertinere ad oculorũ nr̃orum au-
riumue naturã, sed ad sentiẽdũ nobis esse cõ
munia. Sic ergo ẽt illa q̃ ego & tu cõiter pro- I
pria quisq; mente conspicimus, nequaq̃ dixe
ris ad mentis alicuius nr̃m pertinere naturã.
Duorum. n. oculi qđ simul vident, nec huius
nec illius oculos esse poteris dicere, sed ali-
quid tertiũ, in qđ vtriusq; ferat aspectus. EV.
Apertissimũ atq; verissimũ est. AVG. Hanc
ergo veritatẽ, de qua iã diu loquimur, & in
qua vna tã multa conspicimus, excellentiorẽ
putas esse quàm mens nostra est, an æqualẽ
mẽtibus nostris, an etiam inferiorem? Sed si
esset inferior, non secundũ illam, sed de illa
iudicaremus, sicut iudicamus de corporibus
quia infra sunt, & dicimus ea plerunque, nõ
tñ ita esse vel non ita, sed ita vel non ita esse
debere. Sic & de animis nostris non solum
ita esse animum nouimus, sed plerunque ẽt
ita esse debere. Et de corporibus quidem sic
iudicamus, cum dicimus minus candidum
esse quàm debuit, aut minus quadrũ, & mul-
ta similiter. De aĩs vero, minus aptus est, quã
debeat, aut minus lætus, aut minus lenis, aut
minus vehemens, sicut nostrorum morum
se ratio tulerit. Et iudicamus hæc secundum
illas inferiores regulas veritatis, quas com-
muniter cernimus. De ipsis vero nullo mo- K
do quis iudicat. Cum. n. quis dixerit æterna
temporalibus esse potiora, aut septem, & tria
decẽ esse, nemo dicit ita esse debuisse, sed tñ
ita esse cognoscẽs, non examinator corrigit,
sed tantum lætatur inuentor. Si autem esset

æqualis mentibus noſtris hæc veritas, muta-
bilis ēt ipſa eſſet. Mentes.n. noſtræ aliqñ eam
minus aliquando plus vident, & ex hoc faten
tur ſe eſſe mutabiles: cũ illa in ſe manẽs nec
proficiat cũ plus à nobis videt̃, nec deficiat
cũ minus, ſed integra & incorrupta, & cõuer
ſos lætificet lumine, & auerſos puniat cæcita
te. Quid ꝙ etiã de ipſis mẽtibus noſtris ſm il
lã iudicamus, cũ de illa nullo modo iudicare
poſsimus? Dicimus enim, minus intelligit q̃
debet, aut tantũ quantũ debet intelligit. Tãtũ
aũt mens debet intelligere, quantũ propius
admoueri atq; inhærere potuerit incõmuta-
bili veritati. Quare ſi nec inferior, nec æqua-
L lis eſt, reſtat vt ſit ſuperior atque excellẽtior.

Per ſimilia excitamur ad ſummũ bonũ. c. 13.

Promiſerã aũt ſi meminiſti, me tibi demõ
ſtraturũ eſſe aliquid, qđ ſit mẽte noſtra atque
ratione ſublimius. Ecce tibi eſt ipſa veritas:
Amplectere illam, ſi potes, & fruere illa, &
delectare in dño, & dabit tibi petitiones cor-
dis tui. Quid enim petis amplius, q̃ vt beatus

Pſal. 37.

ſis? Et quid beatius eo qui fruit̃ inconcuſſa &
incõmutabili & excellentiſsima veritate? An
vero clamãt hoĩes beatos ſe eſſe, cũ pulchra
corpora magno deſiderio cõcupita, ſiue con
iugum, ſiue etiam meretricũ amplexantur, &
nos in amplexu veritatis beatos eſſe dubita-
mus? Clamãt hoĩes ſe beatos eſſe, cũ æſtu ari
dis faucibus ad fontẽ abundantẽ ſalubremq;
perueniunt, aut eſurientes prandiũ cœnãue
ornatam copioſamq; reperiunt, & nos nega
bimus beatos eſſe, cũ irrigamur paſcimurq;
veritate? Solemus audire voces clamantiũ ſe
beatos, ſi iaceãt in roſis alijsq; floribus, vel ēt
vnguẽtis odoratiſsimis perfruant̃. Quid fra-
grantius, quid iucundius inſpiratione verita-
tis? Et dubitamus nos cũ ab illa inſpiramur,
dicere beatos? Multi beatã vitã in cantu vo-
cũ, & neruorũ, & tibiarum ſibi conſtituunt,
& cũ ea ſibi deſunt, ſe miſeros iudicãt, cũ au
M tem aſſunt, efferuntur lętitia: & nos cũ menti
bus noſtris ſine vllo ſtrepitu, vt ita dicã, cano
rum & facundũ quoddã ſilentium veritatis
illabitur, aliam beatã vitam quęrimus, & tã
certa, & præſente nõ fruimur? Luce auri & ar
genti, luce gẽmarũ & aliorũ colorũ, ſiue ip-
ſius lucis, quæ ad hos oculos pertinet, ſiue in
ignibus terrenis, ſiue ĩ ſtellis & luna vel ſole,
claritate, & iucunditate delectati homines,
cum ab iſta lætitia nullis moleſtiis, nulla in-
digentia reuocant̃, bene ſibi vñr, & pp hæc
ſemper volunt viuere: & nos in luce verita-
tis beatã vitã collocare metuimus? Immo ve
ro quoniam in veritate cognoſcitur & tenet̃
ſummũ bonũ, eaq́ue veritas ſapiẽtia eſt, cer-
namus in ea teneamusq́ue ſummũ bonum,
eoque perfruamur. Beatus eſt q̃ppe qui frui-
tur ſummo bono. Hæc enim veritas oſtendit
omnia bona quæ vera ſunt, quæ ſibi ſuo ca-
ptu intelligẽtes homines, vel ſingula, vel plu
ra eligunt, quibus fruantur. Sed quemadmo
dũ illi qui in luce ſolis eligũt qđ libẽter aſpi
ciant, & eo aſpectu lætificantur, in quibus ſi
qui forte fuerint vegetioribus ſanisq; & for-
tiſsimis oculis præditi, nihil libentius q̃ ip-
ſum ſolem contuentur, qui ēt cætera quibus
infirmiores oculi delectãtur, illuſtrat: Sic for
tis acies mentis illuſtrata, * cũ multa vera &
incõmutabilia certa ratione conſpexerit, diri
git ſe in ipſam veritatem qua cuncta mõſtrã-
tur, eique inhærens tanquam obliuiſcitur cę
tera, & in illa ſimul omnibus fruitur. Quic-
quid enim iucundum eſt in cæteris veris, ip-
ſa vtique veritate iucundum eſt. Hæc eſt liber
tas noſtra, cum iſti ſubdimur veritati. Et ipſe
eſt Deus noſter q̃ nos liberat à morte. i. à con
ditione peccati. Ipſa.n. veritas ēt hõ cũ homi
nibus loquẽs, ait credẽtibus ſibi: Si mãſeritis
in verbo meo, vere diſcipuli mei eſtis, & co
gnoſcetis veritatem, & veritas liberabit vos.
Nulla.n. re fruitur aĩa cum libertate, niſi qua
fruit̃ cũ ſecuritate. Nemo aũt ſecurus eſt ĩ ijs
bonis q̃ põt inuitus amittere. Veritatẽ aũt atq;
ſapientiã nemo amittit inuitus. Nõ.n. locis ſe
parari ab ea quiſquã põt, ſed ea quę dr̃ à veri
tate atq; ſapientia ſeparatio peruerſa volũtas
eſt, qua inferiora diligunt̃. Nemo aũt vult ali-
qđ nolẽs. Habẽs igit̃ qua fruamur oẽs æqua-
liter atq; cõiter. Nullæ ſunt anguſtię, nullus ĩ
ea defectus. Oẽs amatores ſuos nullo mõ ſi-
bi inuidos recipit, & oĩbus cõis eſt, & ſingu-
lis caſta eſt. Nemo alicui dicit, Recede, vt ēt
ego accedã: remoue manus, vt ēt ego ample
ctar. Oẽs inhærẽt, ipſam oẽs tangunt. Cibus
eius nulla ex parte diſcerpit̃. Nihil de ipſa bi-
bis qđ ego nõ poſsim bibere. Non.n. ab eius
cõmunione in priuatum tuũ mutas aliquid:
Sed quod tu de illa capis, & mihi manet inte
grũ. Quod te inſpirat, non expecto vt reddat̃
abs te, & ſic ego inſpirer ex eo. Non enim ali
quid eius aliquando fit cuiuſquã vnius, aut
quorundam proprium, ſed ſimul omnibus

tota est cōis. Minus ergo ea quæ tangimus, vel quæ gustamus, vel quæ olfacimus huic sunt veritati similia, sed magis ea quæ audimus & cernimus: qa & omne verbū à qbus auditur, totū auditur ab omnibus, & simul à singulis totū. Et species omnis quæ oculis adiacet, quāta vī ab vno, tanta & ab alio simul. Sed multū lōgo interuallo sunt ista similia. Nec tota .n. simul sonat quælibet uox, qa per tēpora tēditur & producitur, & aliud eius prius sonat, aliud posterius. Et species oīs ui sibilis tanq̄ intumescit per locos, nec ubique tota est. Et certe oīa hæc auferūtur inuito, & quo minus ei frui possimus, quibusdā impe dimur angustiis. Nā & si posset esse cuiusquā suauis cantus sempiternus, & studiosi ei⁹ cer tatim ad eum audiendum uenirēt, coarctarēt sese atque pugnarent de locis, quanto plures essent, vt cantanti esset quisq; propinquior, & in audiēdo nihil tenerēt manere secū, sed omnibus uocibus fugientibus tangerentur. Solē aūt istū si uellē intueri, atq; id pertinaci ter possem, & in occasu me desereret, & subuelaretur nubilo, & multis alijs obstaculis uoluptatē uidendi eum innitus amitterē. Postremo ēt si adesset semper suauitas, & lucis uidenti, & uocis audiēti, quid magnū ad me perueniret, cū mihi esset cōe cū beluis? At illa ueritatis & sapientiæ pulchritudo, tm̄ aſsit perseuerans uoluntas fruēdi, nec multitudine audientiū constipata secludit uenientes, nec peragitur tēpore, nec migrat locis, nec nocte intercipitur, nec umbra intercluditur, nec sensibus corporis subiacet. De toto mundo ad se conuersis qui diligunt eam, omnib⁹ ꝓxima est, omnibus sempiterna. Nullo loco est, nusquā deest: foris admonet, intus docet cernētes se: cōmutat oēs in melius, à nullo in D deterius cōmutat: nullus de illa iudicat, nullus sine illa iudicat bene. Ac per hoc eā manifestū est, mentibus nostris, quæ ab ipsa vna fiunt singulæ sapientes, & nō de ipsa, sed per ipsam de cæteris iudicant, sine dubitatione esse potiorem.

Tu aūt cōcesseras, siquid supra mētes nostras esse mōstrarē, Deū te esse cōfessurū, si ad huc nihil esset superius. Quā tuā cōcesſionē accipiēs dixerā satis esse, ut hoc demōstrarē. Si .n. aliqd est excellētius, ille potius Deus est: si aūt nō est, iā ipsa ueritas Deus est. Siue ergo illud sit, siue nō sit, Deū tñ esse negare nō poteris, q̄ nobis erat ad differendū & tractandū qō cōstituta. Nā si te hoc mouet qđ apud sacrosanctā disciplinā Xp̄i in fidē recepim⁹, esse patrē sapiētię: memēto nos ēt hoc ī fide accepisse, ꝙ æterno patri sit ęqualis, q̄ ab ipso genita est sapiētia. Vñ nihil q̄rēdū est, sed incōcussa fide retinendū. Est .n. Deus, & uere summeq; est. Qđ iā nō solū indubitatū (quātū arbitror) fide retinemus, sed ēt certa, q̄uis adhuc tenuiſsima forma cognitionis attingi- E mus, qđ qōni susceptæ sufficit, ut cętera q̄ ad rē ꝑtinēt explicare posſimus. Nisi qđ habes aduersus ista qđ opponas. EV. Ego uero icredibili oīno, & q̄ tibi uerbis explicare nō possum lætitia ꝑfusus accipio ista, & clamo esse certiſsima. Clamo aūt uoce īteriore, qua exaudiri cupio ab ipsa ueritate & illi inhęrere: qđ nō solū bonū, sed ēt summū bonū & beatificū esse cōcedo. AV. Recte sanè, ēt ego plurimū gaudeo. Sed q̄so te, nūquid iā sapientes & beati sumus, an adhuc tendimus eò vt id nobis esse ꝓueniat? EV. Eò nos potius tēdere existimo. AV. Vñ ergo ista cōprehēdis, qbus ueris certisq; gaudere te clamás, & hoc ad sapientiā ꝑtinere cōcedis? An quisq̄ insipiēs pōt nosse sapientiā? EV. Quandiu insipiens est, nō pōt. AV. Tu ergo iā sapiēs es, aut nondum nosti sapientiam. EV. Nō sum quidē adhuc sapiēs, sed nec insipientē me dixerim, inquantū noui sapiētiā: qm̄ & certa sunt ista q̄ noui, & ad sapientiam pertinere negare nō possum. AVG. Dic quæso te, nonne fateberis eū, qui nō est iustus, iniustū esse, & q non est prudēs, imprudentē esse, & qui nō est tempe F rans, intemperantem? An dubitari de his aliquid pōt? EV. Fateor hominē qñ iustus nō est, iniustum esse: hoc ēt de prudēte & tēperante responderim. AVG. Cur ergo & qñ sapiens non est, non sit insipiēs? EV. Hoc quoq; fateor, qñ quisq; sapiens nō est eū esse insipientē. AV. Nūc ergo tu quid horū es? EV. Quodlibet horū me appelles nondū audeo me dicere sapientem: Et ex iis quæ concesſi, video esse consequens, ut me insipientem non dubitem dicere. AVG. Nouit ergo insipiens sapiētiam. Non enim sicut iam dictum est, certus esses uelle te esse sapientē, itaq; oportere, nisi notio sapiētiæ mēti tibi inhęreret, sicut earū rerum de quibus singillatim interrogatus respondisti, quæ ad ipsam sapientiam pertinent, quarum cognitione lætatus es. EV.

Quisque sæpe abutitur pro quis.

Numerus erigit animū. cap. 16.

Ita eſt vt dicis. AVG. Quid igitur aliud agimus cum ſtudemus eſſe ſapientes, niſi vt quā ta poſſumus alacritate, ad id quod mente cō tigimus, totam animam noſtram quodāmodo colligamus, & ponamus ibi atque ſtabiliter infigamus, vt non iā priuato ſuo gaudeat quod implicauit rebus tranſeūtibus, ſed exuta omnibus tēporū & locorū affectionibus, apprehendat id quod vnū atq; idem ſemper eſt. Sicut enim tota vita corporis eſt anima,
G ſic beata vita animæ Deus eſt. Quod dū agimus, donec peragamus, ī via ſumus. Et quod iſtis veris & certis bonis, quanuis adhuc in hoc tenebroſo itinere coruſcātibus, gaudere conceſſum eſt, vide vtrum hoc ſit quod ſcriptū eſt de ſapientia, quid agat cū amatoribus ſuis cū ad eam veniunt, & eam quærunt. Dictū eſt enim: In vijs oſtendet ſe illis hilariter,

Sap. 6.

& omni prudentia occurret illis. Quoquò enim te verteris, veſtigiis quibuſdā quę operibus ſuis impreſsit loquitur tibi, & te in exteriora relabentem ipſis exteriorum formis intro reuocat, vt quicquid te delectat in corpore, & per corporeos illicit ſenſus, videas eſſe numeroſum, & quæras vnde ſit, & in teipſum redeas, atque intelligas te id quod attingis ſenſibus corporis, probare aut improbare non poſſe niſi apud te habeas quaſdam pulchritudinis leges, ad quas referas quęque pulchra ſentis exterius. Intuere cœlū, & terram, & mare, & quæcunque in eis vel deſuper fulgent, vel deorſum repunt, vel volant, vel natant, formas habent, quia numeros habent: adime illis hæc, nihil erunt. A quo ergo ſunt, niſi à quo numerus? quandoquidē īntātū illis eſt eſſe, inquātū numeroſa eſſe. Et om-
H niū quidē formarū corporearū artifices homines in arte hn̄t numeros, quibus coaptent opera ſua, & tādiu manus atq; inſtrumēta in fabricando mouent, donec illud quod formatur foris, ad eam quæ intus eſt lucē numerorū relatum, quantum pn̄t, impetret abſolutionem, placeatq; per interpretē ſenſum interno iudici ſupernos numeros intuēti. Quęre deinde artificis ipſius membra quis moueat, numerus erit. Nā mouētur ēt illa numeroſe. Et ſi detrahas de manibus op⁹, & de animo intentionē fabricandi, motusq; ille mēbrorū ad delectationē referatur, ſaltatio vocabitur. Quære ergo quid in ſaltatione delectet, reſpōdebit tibi numer⁹, Ecce ſum. Inſpice iā pulchritudinē formati corporis, numeri tenent̄ in loco. Inſpice iā pulchritudinem mobilitatis in corpore, & numeri verſant̄ in tp̄e. Intra ad artē vn̄ iſti ꝓcedunt, q̄re in ea tēpus & locū, nunq̄ erit, nuſquā erit, viuit ī ea tn̄ numerus. Nec eius regio ſpatiorū eſt, nec ætas dierū, & diſcēdę arti tn̄ cū ſe accommodāt, q ſe artifices fieri volūt, corpus ſuū p locа & tp̄a mouēt, aīum vero per tp̄a. Acceſſu q̄ppe tp̄is peritiores fiunt. Trāſcende ergo & aīum artificis, vt numerū ſempiternū videas. Iā tibi ſapiētia de ipſa īteriore ſede fulgebit, & de ipſo ſecretario veritatis. Quæ ſi adhuc lāguidiorē aſpectū tuū reuerberat, refer oculū mētis in illā viā, vbi ſe oſtēdebat hilariter. Memento ſanè diſtuliſſe te viſionē, q̄ fortior ſaniorq; repetas. æ qui V derelinquūt ducē, & oberrāt in veſtigijs tuis, q nutus tuos pro te amāt, & obliuiſcunt̄ quid innuas. O ſuauiſſima lux purgatæ mētis ſapientia. Nō.n. ceſſas innuere nobis, q̄ & quāta ſis. Et nutus tui ſunt omne creaturarū decus. Et artifex.n. quodam modo innuit ſpectatori o p̄is ſui de ipſa operis pulchritudine, ne ibi totus hæreat, ſed ſpeciē corporis fabricati ſic percurat oculis, vt in eū, qui fabricauerit, recurrat affectu. Similes autē ſunt hominibus, qui ea quæ facis proteamant, qui cū audiunt aliquem facundum ſapiētem, dū nimis ſuauitatem vocis eius, & ſtructuras ſyllabarū apte locatarum auide audiunt, amittunt ſententiarū principatū, cuius illa verba tanquam ſigna ſonuerunt. Væ qui ſe auertunt à lumine tuo, & obſcuritati ſuæ dulciter inhærent. Tanq̄ .n. dorſum ad te ponentes, in carnali opere velut in vmbra ſua defiguntur, & tamen etiā ibi qđ eos delectat, adhuc habēt de circōfulgentia lucis tuæ. Sed vmbra dū amat̄, languidiorē facit oculū animi, & inualidiorē ad perferendū conſpectū tuū. Propterea magis magisq; hō tenebratur, dū ſectat̄ libētius, quicquid infirmiorē tolerabilius excipit. Ex quo incipit nō poſſe videre quod ſumme eſt, & malū putare q̄cquid fallit īprouidū, aut illicit indignū, aut captū excruciat, cū ea pro merito patiatur auerſionis ſuę, & q̄cquid iuſtū eſt, malū eſſe nō poſſit. Si ergo quicquid mutabile aſpexeris, vel ſenſu corporis, vel animi conſyderatione capere non potes, niſi aliqua numerorum forma teneatur, qua detracta in nihil recidat: noli dubitare vt iſta mutabilia non interci-

pian-

piantur,sed dimensis motibus,& distincta varietate formarum, quasi quosdã versus tẽporũ peragant,esse aliquã formã ęternã & incõmutabilẽ:quæ neq; contineatur & quasi diffundatur locis,neq; protendatur atque varietur tẽporibus,per quam cuncta ista formari valeãt,& pro suo genere implere atq; agere locorum ac temporũ numeros.Omnis enim res mutabilis sit necesse est.Sicut aũt mutabile dicimus quod mutari põt,ita formabile, quod formari põt,appellauerim. Nulla autẽ res formare seipsam potest:quia nulla res potest dare sibi quod nõ habet. Et vtiq; vt hẽat formam,formatur aliquid. Quapropter quęlibet res siquam habet formam, non ei opus est accipere quod habet: Siqua vero non habet formam, nõ põt à se accipere quod non hẽt. Nulla ergo res, vt diximus, formare se põt.Quid aũt amplius de mutabilitate corporis & animi dicamus? Superius.n. satis dictũ est.Conficit itaq;,vt & corpus & animus forma quadam incõmutabili & semper manẽte formentur. Cui formæ dictũ est: Mutabis ea & mutabuntur, tu aũt idem ipse es, & anni tui non deficient. Annos sine defectu ꝓ æternitate posuit prophetica locutio.De hac itẽ forma dictũ est, ꝙ in seipsa manens innouet oĩa. Hinc ẽt comprehenduntur oĩa ꝓuidentia gubernari. Si.n.omnia quæ sunt, forma penitus subtracta nulla erunt,forma ipsa incõmutabilis ꝑ quã mutabilia cuncta subsistunt, vt formarũ suarũ numeris impleantur & agantur, ipsa est eorũ prouidentia. Nõ.n. ista essent,si illa non esset. Intuens ergo & cõsyderans vniuersam creaturam, quicunque iter agit ad sapientiam,sentit sapientiã in via se sibi ostendere hilariter, & in omni prouidentia occurrere sibi, & tanto alacrius ardescit viã istam peragere, quãto & ipsa via per illam pulchra est ad quam exęstuat peruenire. Tu autem si præter id quod est & non viuit,& id quod est & viuit neque intelligit,& id quod est & viuit & intelligit,inueneris aliquod creaturarũ genus,tunc aude dicere aliquod bonũ esse quod non sit ex Deo. Tria.n. hæc duobus ẽt nominibus enũciari possunt, si appellentur corpus & vita: quia & illa quę tantum viuit, neque intelligit, qualis est pecorum,& hæc quæ intelligit,sicuti est hominum,rectissime vita dr̃. Hæc aũt duo.i. corpus & vita,q̃ quidẽ creaturæ deputantur : nã & creatoris ipsius vita dr̃, & ea summa vita est.Istę igit̃ duæ creaturæ corpus & vita, qm̃ formabilia sunt,sicuti superius dicta docuerunt, A amissaq; omnino forma in nihilũ recidunt, satis ostendũt se ex ista forma subsistere,quę semꝑ eiusmodi est. Quamobrẽ quantacunque bona,quãuis magna, quãuis minima,nisi ex Deo esse nõ possunt. Quid.n.maius ĩ creaturis,q̃ vita intelligẽs, aut qd minus põt esse q̃ corpus? Quę quãtumlibet deficiãt & eo tendant vt nõ sint,tñ aliquid formæ illis remanet, vt quoquo modo sint. Quicqd aũt formæ cuipiã rei deficienti remanet , ex illa forma est,quæ nescit deficere,motusq; ipsos rerũ deficientiũ vel ꝑficientiũ excedere numerorũ suorũ legẽ nõ finit.Quicqd igit̃ laudabile aduertitur in rerũ natura, siue exigua, siue ampla laude dignũ iudicet̃, ad excellentissimã & ineffabilẽ laudẽ referendũ est conditoris:Nisi quid habes ad hæc. EV.Satis mihi ꝑsuasum esse fateor, & quẽadmodũ manifestũ fiat,quantũ in hac vita atque inter tales quales nos sumus ꝑt,Deũ esse,& ex Deo esse oĩa bona:qñquidẽ oĩa quæ sunt,siue q̃ intelligũt & viuũt & sunt,siue q̃ tm̃ viuunt & sunt, siue quæ tm̃ sunt,ex Deo sunt. Nũc iã tertiam qõnem videamus,vtrũ expediri possit, inter bona esse numerandã liberã voluntatẽ. Quo demonstrato,sine dubitatione concedã,Deũ B dedisse nobis eã,dariq; oportuisse. A V G.Bene meministi proposita, & secundã qõnẽ iã explicatam vigilanter animaduertisti. Sed videre debuisti ẽt istam tertiam , iam solutam. Propterea quippe tibi videri dixeras,dari nõ debuisse liberũ volũtatis arbitrium, ꝙ eo quisque peccat.Cui sñiæ tuę cũ ego intulissem,recte fieri nõ posse,nisi eodẽ libero voluntatis arbitrio,atq; ad id potius hoc Deũ dedisse asseuerarẽ,respõdisti liberã volũtatẽ ita nobis dari debuisse, vt iustitia data est qua nemo nisi recte põt vti.Quę rñsio tua in tantos circuitus disputationis nos ire cõpulit, quibus tibi ꝓbaremus & maiora & minora bona nõ esse nisi ex Deo.Qđ nõ tã dilucide ostẽdi posset,nisi prius aduersus opiniones impiæ stultitiæ,qua dicit insipiẽs in corde suo , non est Deꝰ,qualiscũq; de re tãta ꝑ modulo nr̃o inita rõ , eodẽ ipso Deo in tã periculoso itinere nobis opitulãte , ĩ aliqd manifestũ intẽderet. Quæ duo tñ.i.Deũ esse, & oĩa bona ex ipso esse, quanquam incõcussa fide ẽt antea teneren

Et bonis male uti possumus. cap.18.

1. Retra. ca.9.

Psal. 52.

C rentur, sic tñ tractata sunt, vt hoc quoq; ter-
tiũ inter bona esse numerandũ, liberam scili-
cet voluntatẽ, manifestissime appareat. Iã.n.
superiore disputatione patefactũ est, consti-
titq; inter nos naturã corporis inferiore gra-
du esse q̃ animi naturã, ac per hoc animũ ma
ius bonum esse q̃ corpus. Si ergo in corporis
bonis inuenimus aliqua quibus nõ recte vti
homo possit, nec tñ propterea dicimus, non
ea dari debuisse, qm̃ esse confitemur bona,
quid mirũ si & in animo sunt quædã bona,
q̃bus ẽt nõ recte vti possimus: sed quia bona
sunt, nõ potuerũt dari nisi ab illo, à quo sunt
omnia bona? Vides.n. quãtum boni desit cor
pori, cui desunt manus, & tñ manibus male
vtitur, qui eis operatur vel sæua vel turpia.
Sine pedib⁹ aliquẽ si aspiceres, fatereris dees-
se integritati corporis plurimũ bonum, & tñ
eũ qui ad nocendũ cuipiã, vel seipsum deho
nestandũ pedibus vteretur, male vti pedibus
non negares. Oculis hanc lucẽ videmus, for
masq; internoscimus corporum; idq; & spe-
ciosissimũ est in nostro corpore, vñ in fasti-
gio quodã dignitatis hæc mẽbra locata sunt,
& ad salutẽ tuẽdã, multaq; alia vitæ cõmoda
D refert vsus oculorũ, oculis tamen pleriq; ple
raq; agunt turpiter, & eos militare cogũt libi
dini. Et vides quantũ bonum desit in facie si
oculi desint. Cũ aũt assunt, quis hos dedit, ni-
si bonorũ omniũ largitor Deus? Quẽadmo-
dũ ergo ista probas in corpore, & non intuẽs
eos qui male his vtuntur, laudas illũ qui hæc
dedit bona: Sic liberam voluntatem sine qua
nemo põt recte viuere, oportet & bonũ esse
& diuinitus datũ, & potius eos dãnandos qui
hoc bono male vtũtur, q̃ eum q̃ dederit, dare
non debuisse fatearis. EV. Prius ergo vellẽ, vt
mihi probares aliquod bonũ esse liberam vo
luntatem, & ego concederem deum illã de-
disse nobis, quia fateor ex deo omnia bona
esse. AVG. Itane tandẽ non probaui tibi tanto
molimine superioris disputationis, cũ oẽm
speciẽ formãq; corporis à summa omnium
Mat. 10. rerũ forma, id est, à veritate subsistere fatere-
ris, & bonũ esse concederes? Nã & capillos
nostros numeratos esse, ipsa in Euãgelio loq
tur veritas. De numeri aũt summitate, & à fi-
ne vsq; ad finẽ p̃tẽdẽte potẽtia, q̃ locuti fueri
mus, excidit tibi? Quæ igiẽ ista tãta p̃uersitas,
capillos nostros, q̃uis inter exigua & oĩno
E abiectissima, tñ inter bona numerare, nec in-
uenire cui authori tribuantur nisi bonorum
omniũ cõditori deo, q̃a & maxima & mini-
ma bona ab illo sunt, à quo est omne bonũ,
& dubitare de libera volũtate sine qua recte
viui nõ posse cõcedũt, ẽt qui pessime viuunt.
Et certe nunc responde, q̃so, quid tibi melius
esse videatẽ ĩ nobis, sine quo recte viui põt an
sine quo recte viui nõ põt? EV. Iamiã parce
(q̃so) pudet cæcitatis. Quis.n. ambigat id lon
ge esse p̃stantius, sine quo recta vita nulla est?
AVG. Iã ergo tu negabis luscũ hominẽ recte
posse viuere? EV. Absit tã immanis amentia.
AVG. Cũ ergo ĩ corpore oculũ cõcedas esse
aliq̃d bonũ, quo amisso tñ ad recte viuendũ
non impeditẽ voluntas libera, tibi vr̃ nullum
bonũ, sine qua recte nemo viuit? Intueris.n.
iustitiã, qua nemo male vtiẽ. Hæc ĩnter sum-
ma bona q̃ in ipso sunt homine numeratur,
oẽsq; virtutes animi q̃b⁹ ipsa recta vita & ho
nesta constat. Nam neq; prudẽtia, neque for
titudine, neque temperantia male quis vti-
tur. in his.n. oĩbus, sicut in ipsa etiã q̃ tu cõ-
memorasti iustitia, recte ratio viget, sine qua
virtutes esse nõ possunt. Recta aũt rõne male F
vti nemo põt. Ista ergo magna bona sunt. Sed
meminisse te oportet, non solũ magna, sed ẽt
minima bona nõ esse posse, nisi ab illo, à quo
sunt omnia bona, hoc est Deo Id.n. superior
disputatio persuasit, cui totiẽs tamq; lętus as-
sensus es Virtutes igiẽ q̃bus recte viuitur, ma
gna bona sunt. Species aũt quorũlibet corpo
rũ, siue quibus recte viui põt, minima bona
sunt. Potentiæ vero animæ, sine quibus recte
viui nõ põt, media bona sunt. Virtutibus ne-
mo male vtitur. Cæteris aũt bonis. i. medijs
& minimis, nõ solũ bene, sed ẽt male q̃sque
vti põt. Et iõ virtute nemo male vtitur, quia
opus virtutis est bonus vsus istorũ, quibus ẽt
nõ bene vti possumus. Nemo aũt bene vtẽdo
male vtitur. Quare abundãtia & magnitudo
bonitatis Dei nõ solũ magna, sed ẽt media &
minima bona esse pręstitit. Magis laudãda est
bonitas eius in magnis, q̃ in mediis, & magis
in mediis, q̃ in minimis bonis, sed magis in
omnibus quàm si non omnia tribuisset. EV.
Assentior. Sed illud me mouet, qm̃ de libera
volũtate quæstio est, & videmus ipsam bene
vti cæteris vel non bene, quomodo & ipsa
inter illa, quibus vtimur numerãda sit. AVG.
Quomodo omnia quæ ad scientiam co-
gnoscimus ratione cognoscimus, & tamen G
etiam

ét ipſa ratio inter illa numeratur, quæ rõne
S cognoſcimus. An oblit⁹ es cum quæreremus
quæ ratione cognoſcantur, confeſſum te fuiſ
ſe ét ratioñe ratione cognoſci? Noli ergo mi
rari, ſi cæteris per liberã voluntatẽ vtimur, ét
ipſa libera voluntate ꝑ eã ipſam vti nos poſ-
ſe: quodammodo ſeipſa vtatur voluntas, quæ
vtitur ceteris, ſicut ſeipſam cognoſcit ratio,
quæ cognoſcit & cętera. Nã & memoria nõ
ſolum cætera omnia quæ meminimns com-
prehendit, ſed etiam quod non obliuiſcimur
nos habere memoriã, ipſa ſe memoria quo-
dãmodo tenet in nobis, q̃ nõ ſolũ aliorũ, ſed
etiã ſui meminit, vel potius nos & cætera &
ipſam per ipſam meminimus. Voluntas ergo
q̃ mediũ bonũ eſt, cũ inhęret incommutabili
bono, eiq; cõmuni nõ proprio, ſicuti eſt illa,
de qua multũ locuti ſumus & nihil digne di
ximus, veritas, tenet hõ beatã vitam. Eaq; ipſa
vita beata, id eſt, animi affectio inhærentis in
commutabili bono, propriũ & primum eſt
hominis bonũ. In eo ſunt ét virtutes oẽs q̃bus
H male vti nemo põt. Nã hæc quanuis magna ĩ
hoĩe & prima ſint ꝓpria tñ eſſe vniuſcuiuſq;
hominis, nõ cõmunia ſatis intelligiť. Veritate
n. atq; ſapientia, quæ cõmunis eſt omnibus,
omnes ſapientes & beati fiunt inhęrendo illi.
Beatitudine aũt alterius hominis non fit alter
beatus, q̃a & cũ eum imitatur vt ſit, inde ap-
petit beatus fieri, vnde illũ factũ videt illa ſci
licet ĩcommutabili cõmuniq; veritate. Neq;
prudentia cuiuſquam fit prudens alius, aut
fortis fortitudine, aut temperans temperan-
tia, aut iuſtus iuſtitia hoĩs alterius quiſquã ef-
ficitur: ſed coaptando animũ illis incommu-
tabilibus regulis luminibuſq; virtutũ, quæ in-
corruptibiliter viuũt ĩ ipſa veritate ſapiẽtiaq;
cõmuni, quibus & ille coaptauit & fixit ani-
mũ, quẽ iſtis virtutibus præditum ſibi ad imi
tandũ propoſuit. Voluntas ergo adhærens cõ
muni atq; incommutabili bono impetrat pri
ma & magna hominis bona, cum ipſa ſit me-
dium quoddam bonum. Voluntas autẽ auer-
ſa ab incommutabili & communi bono, &
conuerſa ad proprium bonũ, aut ad exterius,
aut ad inferius, peccat. Ad proprium conuer
titur, cũ ſuæ poteſtatis vult eſſe. Ad exterius,
cũ aliorũ propria, vel q̃cunq; ad ſe non per-
I tinẽt, cognoſcere ſtudet. Ad inferius, cũ volu
ptatẽ corporis diligit. Atq; ita hõ ſuperbus &
curioſus & laſciuus effectus, excipiť ab alia
vita, q̃ in cõparõne ſuperioris vitæ mors eſt.
Quæ tamen regitur adminiſtratione diuinæ
prouidentiæ quæ congruis ſedibus ordinat
omnia, & pro meritis ſua cuique diſtribuit.
Ita fit, vt neq; illa bona quæ à peccantibus ap
petuntur, vllo modo mala ſint, neq; ipſa vo-
luntas libera, quam in bonis quibuſdã medijs
numerandam eſſe comperimus, ſed malum
ſit auerſio eius ab incommutabili bono, &
cõuerſio ad mutabilia bona. Quæ tamẽ auer
ſio atq; conuerſio quoniam non cogitur, ſed
eſt voluntaria, digna & iuſta eã miſerię pœna
ſubſequitur. Sed tu fortaſſe q̃ſiturus es, quo- *Homo la-*
niam mouetur voluntas cum ſe auertit ab in *pſus, ex ſe*
commutabili bono ad mutabile bonum, vn *nõ põt re*
de ei iſte motus exiſtat: qui profecto malus *ſurgere.*
eſt, tametſi voluntas libera, quia ſine illa nec *Cap. 20.*
recte viui põt, in bonis numeranda ſit. Si .n.
motus iſte, id eſt, auerſio volũtatis à domino
deo, ſine dubita tione peccatum eſt, num poſ
ſumus authorẽ peccati deum dicere? Nõ erit K
ergo iſte motus ex deo. Vnde igitur erit? Ita
quærenti tibi, ſi reſpondeã neſcire me, fortaſ
ſe eris triſtior. Sed tamen vera reſponderim.
Sciri.n. non põt quod nihil eſt. Tu tantũ pieta *1. Retra.*
tem inconcuſſam tene, vt uullũ tibi bonũ, vel *cap. 9.*
ſentienti, vel intelligenti, vel quoquo modo
cogitanti occurrat quod non ſit ex deo, Ita.n.
nulla natura occurrit, quæ nõ ſit ex deo. Om-
nẽ quippe rem vbi menſurã & numerum, & *Sap. 11.*
ordinem videris, deo artifici tribuere ne cun
cteris. Vnde autem iſta penitus retraxeris, ni-
hil omnino remanebit: quia & ſi remanſerit
aliqua formæ alicuius inchoatio, vbi neque
menſurã, neq; numerarũ, neq; ordinẽ inue-
nias, quiã vbicunque iſta ſunt, forma perfecta
eſt, oportet auferas etiam ipſam inchoatio-
nem formæ quæ tanquam materies ad perfi-
ciendũ ſubiacere videtur artifici. Si enim for
mæ perfectio bonum eſt, nonnullum iam bo
num eſt & formæ inchoatio. Ita detracto pe-
nitus omni bono, non quidem non nihil ſed
omnino nihil remanebit. Omne autem bo-
num ex deo. Nulla ergo natura eſt, quæ non
ſit ex deo. Motus ergo ille auerſionis, quod K
fatemur eſſe peccatum quoniam defectiuus
motus eſt: omnis autẽ defectus ex nihilo eſt,
vide quò pertineat, & ad deum pertinere nó
dubites. Qui tamen defectus quoniam eſt vo
luntarius, in noſtra eſt poſitus poteſtate. Si.n.
times illum, oportet vt nolis. Si autem nolis
non

non erit. Quid ergo securius, q̃ esse in ea vita vbi nõ possit tibi euenire qđ nõ vis? Sed qm̃ nõ sicut hõ spõte cecidit, ita ẽt spõte surgere

1. Retra. cpa. 9. 2. Sen. di. 27. ca. si igitur.

põt, porrectã nobis desuper dexterã Dei, id est, dominũ nostrũ Iesum Christũ, fide firma teneamus, & expectem⁹ certa spe, & charitate ardenti desideremus. Siquid aũt de origine peccati diligentius quærendum adhuc putas, nam omnino ego iam opus esse nõ arbitror: siquid tamen putas, in aliam disputationem differendum est. EV. Sequor sanè voluntatem tuam, vt in tempus aliud quod huc moueri possit, differamus. Nam illud tibi non concesserim, vt satis iam inde quæsitum putes.

Libri Secundi Finis.

M

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI De Libero Arbitrio Liber tertius.

Vnde sit quod hõ deflectiĩ à summo bono. c. 1.



QVoniam satis mihi manifestum est, & inter bona, & ea quidem non minima numerandã esse liberã voluntatem, ex quo ẽt fateri cogimur eã diuinitus datã esse, dariq; oportuisse: iam si opportunũ existimas, cupio p te cognoscere, vnde ille motus existat, quo ipsa voluntas auertitur à cõi atque incõmutabili bono, & ad propria, vel aliena, vel infima, atq; oĩa cõmutabilia conuertitur bona. AVG. Quid. n. opus est hoc scire? EV. Quia si ita data est, vt naturalẽ habeat istũ motum, iam necessitate ad hæc conuertiĩ, neq; vlla culpa deprehẽdi põt, vbi natura necessitasque dominatur. AVG. Placetne tibi iste motus, an displicet? EV. Displicet. AVG. Reprehendis ergo eum? EV. Vtiq; reprehendo. AVG. Reprehendis igitur animi motum multiplicabilem? EV. Inculpabilem animi motum non reprehendo, sed nescio

A an vlla culpa sit, relicto incommutabili bono ad commutabilia conuerti. AVG. Reprehendis ergo quod nescis. EV. Noli verbo premere: Ita enim dixi, Nescio an vlla culpa sit, vt intelligi voluerim sine dubio culpã esse. Nam hoc verbo quod dixi, nescio, satis profecto irrisi dubitationem de re manifesta. AVGV. Videquid sit certissima veritas, quæ te coegit tam cito obliuisci quod pauloante dixisti. Si. n. natura vel necessitate iste motus existit, culpabilis esse nullo pacto põt. Tu vero esse culpabilẽ ita firmissime tenes, vt dubitationẽ de hac re tam certa ẽt irridẽdã putaueris. Cur ergo tibi vel affirmãdũ, vel certe cũ aliqua dubitatione dicendum visum est, qđ perspicue falsum esse ipse cõuincis? Dixisti. n. Si ita data est voluntas libera, vt naturalẽ habeat istũ motũ, iam necessitate ad hæc cõuertitur, neq; vlla culpa deprehendi põt, vbi natura necessitasq; dominatur. Nullo modo aũt dubitare debuisti nõ esse ita datam, qñ istum motum culpabilẽ esse non dubitas. EV. Ego ipsum motum culpabilẽ dixi, & ideo mihi displicere & reprehendendum esse dubitare nõ possum. Aĩam vero quæ isto motu ab incõmutabili bono ad cõmutabilia detrahiĩ, nego esse culpãdã si eius natura talis est, vt eo necessario moueaĩ. AV. Cuius est iste motus, quẽ profecto culpandũ esse concedis? EV. In aĩo eum video, sed cuius sit nescio. AVG. Nunquid negas eo motu animũ moueri? EV. Non nego. AV. Negas ergo motum quo mouetur lapis motum esse lapidis? Neque. n. illũ dico motũ quo eũ nos mouemus, vel aliqua vi aliena mouetur, veluti cũ in cœlũ iacitur, sed eũ quo ad terram nutu suo vergit & cadit. EV. Non equidẽ nego motũ quo vt ita dicis inclinatur & ima petit, motum esse lapidis, sed naturalem. Si autẽ hoc modo etiam illũ motum habet anima, profecto etiam ipse naturalis est nec ex eo qđ naturaliter mouetur, recte vituperari põt: qa ẽt si ad perniciẽ mouetur, naturę tñ suæ necessitate cõpellitur. Porrò quia istum motũ nõ dubitamus esse culpabilem, omnimodo negandum est esse naturalem: Et ideo non est similis illi motui quo naturaliter mouetur lapis. AV. Egimusne aliquid superioribus duabus disputationibus? EV. Egimus sanè. AVG. Credo ergo meminisse te in prima disputatione satis esse compertum, nulla re fieri mẽtem seruam libidinis, nisi propria voluntate. Nam neque à superiore, neq; ab æquali eam posse ad hoc dedecus cogi, quia iniustũ est, neque ab inferiore, quia non potest. Restat C igitur vt eius sit proprius iste motus, quo fruendi voluntatem ad creaturam à creatore conuertit. Qui motus si culpę deputatur, vñ q dubitat, irrisione dignus tibi visus est,

non

non eſt vtique naturalis, ſed voluntarius. In eoq́; ſimilis eſt illi motui quo deorſum verſus lapis fert̃, ꝙ ſicut iſte ꝓprius eſt lapidis, ſic ille animi. Veruntamen in eo diſsimilis, ꝙ in ptãte non hẽt lapis cohibere motũ, quo fert̃ inferius, animus vero dum non vult, non ita mouetur, vt ſuperioribus deſertis inferiora diligat. Et ideo lapidi naturalis eſt ille motus, aĩo vero iſte voluntarius. Hinc eſt quod lapidem ſiquis dicat peccare, ꝙ pondere ſuo tendit in infima, non dicã, ipſo lapide ſtolidior, ſed profectò demens iudicatur. Aĩum vero peccati arguimus, cum eum conuincimus ſuperioribus deſertis ad fruendũ inferiora ꝑponere. Propterea quid opus eſt quærere vnde iſte motus exiſtat, quo uoluntas auertit̃ ab incõmutabili bono ad cõmutabile bonũ, cũ eũ non niſi animi, & voluntarium, & ob hoc culpabilẽ eſſe fateamur, omniſq; de hac re diſciplina vtilis ad id valeat̃, vt eo motu improbato atq; cohibito, voluntatẽ nr̃am ad fruendũ ſempiterno bono, à lapſu tẽporaliũ conuertamus. EV. Video, & quodammõ tango ac teneo vera eſſe q̃ dicis. Nõ.n.quicquã tam firmè atq; intime ſentio, q̃ me hr̃e voluntatẽ, eaq́; me moueri ad aliquid fruendũ. ꝗd aũt meũ dicam prorſus non inuenio, ſi voluntas qua volo & nolo non eſt mea. Quapropter cui tribuendum eſt ſiquid per illam malefacio, niſi mihi? Cũ enim bonus Deus me fecerit, nec bene aliquid faciam, niſi per voluntatem, ad hoc potius datam eſſe a bono Deo ſatis apparet. Motus aũt quo huc atq; illuc voluntas conuertit̃, niſi eſſet voluntarius, atq; in nr̃a potius ptãte, neq; laudandus cum ad ſuperiora, neq; culpandus hõ eſſet cũ ad inferiora detorquet quaſi quendam cardinẽ voluntatis: neq; omnino monendus eſſet, vt iſtis neglectis æterna vellet adipiſci, atq; vt male nollet viuere, vellet aũt bene. Hoc autẽ
E monendum non eſſe hominẽ, quiſquis exiſtimat, de hominum numero exterminandus eſt. Quæ cũ ita ſint, ineffabiliter me mouet, quomodo fieri poſsit, vt & Deus præſcius ſit oĩum futurorũ, & nos nulla neceſsitate peccemus. Quiſquis.n.dixerit aliter euenire poſſe aliꝗd q̃ Deus ante ꝑſciuit, præſcientiã Dei deſtruere inſaniſsima impietate molit̃. Quapropter ſi præſciuit Deus peccaturũ eſſe primum hominem, quod neceſſe eſt concedat mihi quiſquis mecũ oĩum futurorum præſcium fatetur Deũ. Si ergo ita eſt, nõ dico nõ eũ faceret, bonũ.n.fecit, nec obeſſe quicquã Deo poſſet, peccatũ eius quem bonũ ipſe fecit: immo in quo faciendo bonitatem ſuam oſtenderat, oſtendit ẽt in puniendo iuſtitiã, & in liberando miſericordiam. Non itaque dico non eũ faceret, ſed hoc dico, qm̃ ſi peccaturũ eſſe præſciuerat, neceſſe erat id fieri, quod futurũ eſſe ꝑſciebat Deus. Qũo eſt igit̃ voluntas libera, vbi tã ineuitabilis apparet neceſsitas? AVG. Pulſaſti vehementer, miſericordia Dei aſsit, aperiatq́; pulſantib. Veruntamen maximam partẽ hominũ iſta q̃one torqueri non ob aliud crediderim, niſi quia nõ piè quærunt, velociores ſunt ad excuſationẽ, quàm ad confeſsionem peccatorum ſuorũ. F
Aut.n. nullam diuinam prouidentiam ꝑeſſe rebus humanis libenter opinant̃, dumq́; fortuitis cõmittunt caſibus & animos & corpora ſua, tradunt ſe feriendos & dilaniandos libidinibus, diuina iudicia negantes, humana fallentes, eos à quibus accuſant̃ fortunæ patrocinio propulſare ſe putant: q̃ tñ cæcã effingere ac pingere conſueuerunt, vt aut meliores ea ſint a qua ſe regi arbitrant̃, aut ſe quoq; cũ eadem cęcitate & ſentire iſta fateãtur & dicere. Nec.n.talib. abſurde ẽt conceditur, caſibus eos agere omnia, quando agendo cadunt. Sed aduerſus hanc opinionem plenã ſtultiſsimi ac dementiſsimi erroris, ſatis, vt arbitror, ſecunda noſtra ſermocinatione diſſertum eſt. Alij verò quanquã negare non audeant præſidere humanæ vitæ prouidentiam Dei, malunt tamen eam vel infirmam vel iniuſtam uel malam nefario errore credere, q̃ ſua peccata pietate ſupplici cõfiteri. Qui omnes ſi perſuaderi ſibi paterentur, vt cum de optimo & iuſtiſsimo & potentiſsimo cogitant, bonitatem & iuſtitiam & potẽtiam Dei longe maiorem ſuperioremq́; eſſe crederẽt, G
quod cogitatione concipiunt, conſiderãteſque ſemetipſos, gratias Deo ſe debere intelligerent, etiam ſi aliquid inferius eos voluiſſet eſſe q̃ ſunt, omnibusq́; oſsibus & medullis conſcientiæ ſuæ clamarent: Ego dixi domine miſerere mei, cura animam meam quia peccaui tibi. Ita certis itinerib. diuinæ miſericordiæ in ſapientiã ducerent̃, vt neq; inuẽtis rebus inflati, neq; nõ ĩuẽtis turbulẽti, & cognoſcendo inſtructiores fierent ad viuendum, & ad quęrendum ignorando mitiores. Tibi

vero

Voluntas maxime libera. Cap. 3.

vero cui iam hoc ꝑſuaſum eſſe non dubito,
vide q̃ facile tam de magna qōne rñdeam,
cū mihi prior interroganti pauca rñderis.
Certe enim hoc te mouet, & hoc miraris,
quomodo non ſint contraria & repugnātia,
vt Deus præſcius ſit omnium futurorum, &
nos non neceſsitate, ſed voluntate peccemus.
Si enim præſcius eſt Deus, inquis, peccaturū
eſſe hominem, neceſſe eſt vt peccet: Si autem
neceſſe eſt, non ergo eſt in peccando voluntatis arbitrium, ſed potius ineuitabilis & fixa
neceſsitas. Qua ratiocinatione hoc videlicet
ne conficiatur times, vt aut Deus futurorum
omnium præſcius impie negetur, aut ſi hoc
H negare non poſſumus, fateamur, non voluntate, ſed neceſsitate peccari. An aliquid aliud
te mouet? EV. Nihil interim aliud. AVG. Res
ergo vniuerſas, quarum Deus eſt præſcius,
non voluntate ſed neceſsitate fieri putas? EV.
Omnino ita fieri puto. AVG. Expergiſcere
tandem, teque ipſum paululum intuere, &
dic mihi, ſi potes, qualem ſis habiturus cras
voluntatem, vtrum peccandi, an recte faciēdi? EV. Neſcio. AVG. Quid, Deum itidem
neſcire hoc putas? EV. Nullo modo id putauerim. AVG. Si ergo voluntatem tuam
craſtinam nouit, & omnium hominum, ſiue
qui ſunt, ſiue qui futuri ſunt futuras præuidet
voluntates, multomagis præuidet quid de iuſtis impiisq; facturus ſit. EV. Prorſus ſi meorum operum præſcium Deum dico, multo
fidentius eum dixerim præſcire opera ſua, &
quid ſit facturus, certiſsime præuidere. AVG.
Nonne igitur caues, ne tibi dicatur, etiam ipſum quæcunque facturus eſt, non voluntate
ſed neceſsitate facturum, ſi omnia, quorum
Deus præſcius eſt, neceſsitate fiunt, non voluntate? EV. Ego cum dicerem neceſsitate
vniuerſa fieri, quæ Deus futura præſciuit, ea
ſola intuebar, quæ in creatura eius fiunt, non
autem quę in ipſo. Non. n. ea fiunt, ſed ſunt
I ſempiterna. AVG. Nihil ergo in ſua creatura
operatur Deus? EV. Iam ſemel ſtatuit quemadmodum feratur ordo eius vniuerſitatis q̃
cōdidit. Neque enim aliquid noua voluntate adminiſtrat. AVG. Nunquid neminē beatum facit? EV. Facit vero. AVG. Tunc vtiq;
facit quando ille fit. EV. Ita eſt. AVG. Si igitur, verbi gratia, poſt annum beatus futurus
es, poſt annum te beatum facturus eſt. EV.
Etiam. AVG. Iam ergo præſcit hodie, quid
poſt annū facturus eſt. EV. Semꝑ hoc ꝓſciuit. Nunc quoq; hoc eū ꝓſcire ꝯſentio, ſi eſt
ita futurū. AVG. Dic q̃ſo, num tu creatura
eius non es, aut tua beatitudo non in te fiet?
EV. Imò & creatura eius ſum, & in me fiet ꝙ
beatus ero. AVG. Non ergo voluntate, ſed
neceſsitate in te fiet beatitudo tua Deo faciēte, tu ergo inuitus beatus es? EV. Voluntas illius mihi eſt neceſsitas: Si.n. mihi eſſet ptās vt
eſſem beatus, iā ꝑfecto eſſem: Volo.n. ēt nūc
& non ſum, quia non ego, ſed ille me beatū
facit. AVG. Optime de te veritas clamat. Nō
.n. poſſum aliud ſentire eſſe in ptāte noſtra,
niſi qđ cū volumus facimus. Quapꝑ nihil tā
in noſtra ptāte, q̃ ipſa voluntas eſt. Ea.n. prorſus nullo interuallo mox, vt volumus præſto
eſt. Et ideo recte poſſumus dicere, non volūtate viuimus, ſed neceſsitate, aut non voluntate morimur, ſed neceſsitate, & ſiquid aliud
hmōi. Non voluntate aūt volumus, quis vel
delirꝰ audeat dicere? Quamobrē q̃uis ꝓſciat
Deus nr̃as voluntates futuras, non ex eo tamē
conficit̄, vt non voluntate aliquid velimus.
Nā & de beatitudine qđ dixiſti, nō abs teipſo beatū fieri, ita dixiſti quaſi hoc ego negauerim: Sed dico, cum futurus es beatus, nō te
inuitū, ſed volentē futurū. Cū igit̄ ꝓſcius Deꝰ
ſit futuræ beatitudinis tuę, nec aliter aliquid
fieri poſsit q̃ ille ꝓſciuit, alioquin nulla præſcientia eſt, non tñ ex eo cogimur ſentire, qđ
abſurdiſsimū eſt, & lōge à veritate ſecluſum
non te volentem beatū futurū. Sicut aūt uolūtatē beatitudinis cū eſſe cœperis beatus, non
tibi aufert ꝓſcientia Dei, q̃ hodie de tua futura beatitudine certa eſt: ſic ēt voluntas culpabilis, ſi qua in te futura eſt, non propterea volūtas nō erit, qm̄ Deus eā futurā eſſe ꝓſciuit.
Attende. n. quæſo quanta cæcitate dicatur, ſi
præſciuit Deus futuram uoluntatem meam,
qm̄ nihil aliter poteſt fieri q̃ præſciuit, neceſſe eſt vt velim quod ille præſciuit: ſi autē neceſſe eſt, nō iam uoluntate, ſed neceſsitate id L
me velle fatendū eſt. O ſtultitiam ſingularē.
Qūo ergo non poteſt aliud fieri, q̃ præſciuit
Deus, ſi voluntas non erit, quam voluntatem
futuram ille præſciuerit? Omitto illud æque
monſtruoſum, quod paulò ante dixi eūdem
hominem dicere, neceſſe eſt vt ita velim, qui
neceſsitate ſuperpoſita auferre nititur voluntatem. Si.n. neceſſe eſt vt velit, vnde volet, cū
voluntas non erit? Quod ſi non hoc modo

dixerit, ſed dixerit, ſe, quia neceſſe eſt vt ve-
lit, ipſam uolũtatẽ in poteſtate non habere,
occurreť ex eo qđ ipſe dixiſti, cũ quærerem,
utrũ inuitus beatus ſis futurus. Rñdiſti enim
quod iam eſſes beatus, ſi poteſtas eſſet in te,
velle enim te, ſed nondum poſſe dixiſti. Vbi
ego ſubieci de te clamaſſe ueritatẽ: Nõ enim
negare poſſumus habere nos poteſtatẽ, niſi
cũ nobis, quod uolumus, deeſt. Dũ aũt uolu-
mus, ſi ipſa voluntas deeſt nobis, non vtique
volumus. Quod ſi fieri non põt, ut dũ volu-
mus non uelimus, adeſt utiq; uoluntas volen
tibus. Nec aliud quicq̃ eſt in poteſtate, niſi
qđ uolentibus adeſt. Volũtas igiť noſtra nec
uolũtas eſſet, niſi eſſet in noſtra poteſtate. Por
rò quia eſt in poteſtate, libera eſt nobis. Non
enim eſt nobis liberũ quod in poteſtate non
habemus, aut põt nõ eſſe quod habemus. Ita
fit vt & Deum non negemus eſſe præſciũ om
nium futurorum, & nos tamen uelimus, qđ
volumus. Cum enim ſit præſcius uoluntatis
noſtræ cuius eſt præſcius, ipſa erit. Voluntas
ergo erit, quia uolũtatis eſt præſcius. Nec vo
luntas eſſe poterit, ſi in poteſtate non erit. Er
go & poteſtatis eſt præſcius. Non igiť ꝑ eius
p̃ſcientiam mihi poteſtas adimiť, quæ pro-
pterea mihi certior aderit, quia ille cuius p̃-
ſcientia non fallit, affuturam mihi eſſe præſci
uit. EV. Ecce iam non nego ita neceſſe eſſe
fieri quæcunque præſciuit Deus, & ita eum
peccata noſtra præſcire, vt maneat tamen no
bis uoluntas libera, atque in noſtra poſita po
teſtate. AVG. Quid ergo te mouet? An forte
oblitus quid prima noſtra diſputatio perege
rit, negabis nullo cogẽte, aut ſuperiore, aut in
feriore, aut æquali, ſed ea nos uoluntate pec-
care? EV. Nihil horum prorſus audeo nega-
A re. Sed tamen fateor, nondum uideo quomo
do ſibi non aduerſentur hæc duo, præſcien-
tia Dei de peccatis noſtris, & noſtrum in pec
cando liberum arbitrium. Nam & iuſtum
Deum neceſſe eſt fateamur, & præſcium. Sed
ſcire uellem qua iuſtitia puniat peccata, quæ
neceſſe eſt fieri. Aut quomodo nõ ſit neceſſe
fieri, quæ futura eſſe præſciuit. Aut q̃uo non
creatori deputandum eſt, quicquid in eius
creatura fieri neceſſe eſt. AVG. Vnde tibi ui-
detur aduerſum eſſe liberum arbitrium no-
ſtrum præſcientiæ Dei? Quia præſcientia eſt,
an quia Dei præſcientia eſt? EV. Quia Dei po
tius. AVG. Quid ergo, ſi tu præſcires pecca-
turũ eẽ aliquẽ, nõ eſſet neceſſe ut peccaret?
EV. Imò neceſſe eẽt ut peccaret. Nõ.n. aliter
eſſet præſcientia mea niſi certa præſcirẽ. AV.
Non igitur quia Dei præſcientia eſt, neceſſe
eſt fieri quæ præſcierit, ſed tantummodo q̃a
præſcientia eſt. Quæ ſi non certa prænoſcit,
utiq; nulla eſt. EV. Conſentio. Sed quorſum
iſta? AVG. Quia, niſi fallor, non continuo tu
peccare cogeres quem peccaturum eſſe præ
ſcires. Neque ipſa præſcientia tua peccare eũ
cogeret, quãuis ſine dubio peccaturus eſſet.
Non.n. aliter id futurum eſſe præſcires. Sicut
itaq; non ſibi aduerſantur hæc duo, vt tu præ
ſcientia tua noueris quod alius ſua uoluntate
facturus eſt, ita Deus neminem ad peccatum
cogens, præuidet tamen eos qui propria uo B
luntate peccabunt. Cur ergo non iudicet iu
ſtus, quæ fieri non cogit præſcius? Sicut enim
in memoria tua non cogis facta eſſe, quæ p̃-
terierunt, ſic Deus præſcientia ſua non cogit
facienda quæ futura ſunt. Et ſicut tu quædam
quæ feciſti meminiſti, nec tñ quæ meminiſti
omnia feciſti: Ita Deus omnia quorũ ipſe au
thor eſt præſcit, nec tñ omniũ quæ præſcit ip
ſe author eſt. Quorũ aũt non eſt malus au-
thor, iuſtꝰ eſt uitor. Hinc ergo iam intellige,
quia iuſtitia Deus peccata puniat, quia quæ
nouit futura, non facit. nam ſi proptetea non
debet retribuere ſuppliciũ peccantibus, quia
p̃uidet peccaturos, nec recte facientibus de-
bet prẽmia retribuere, q̃a & recte facturos ni
hilominus præuidet. Immo uero fateamur
& ad p̃ſcientiã eius ꝑtinere, nequid eũ lateat
futurorũ, & ad iuſtitiã, ut peccatũ q̃a volũta-
te cõmittitur, ita iudicio eius impune nõ fiat,
ſicut p̃ſcientia non cogiť fieri. Iã illud qđ ter
tio loco poſuiſti, q̃uo non creatori deputan
dũ ſit, q̃cquid in eius creatura fieri neceſſe
eſt, regula illa pietatis facile cõmonebit, q̃
meminiſſe nos cõuenit, gratiarũ actiones nos
dẽre creatori nr̃o. Cuius ꝓfecto largiſsima
bonitas iuſtiſsime laudaretur, ẽt ſi aliquo in
feriore creaturæ gradu nos condidiſſet. Quã
uis enim aĩa noſtra peccatis tabefacta ſit, ſu-
blimior eſt tñ & melior, q̃ ſi in hanc lucem
uiſibilẽ uerteret. Et uides ꝓfecto de huius lu C
cis eminẽtia, quantum laudent animæ Deum
ẽt corporis ſenſibus deditæ. Quapropter non
te iam moueat, ꝙ tam uituperantur animæ
peccatrices, ut dicas in corde tuo, meliꝰ fuiſ
ſe ſi nõ eſſent. In ſui enim comparatione vi-
tuperan-

Quur ẽt dãnandas aĩas curat Deus. ca. 5.

tẽperantur dum cogitant quales essent si pec
care noluissent.Institutor tñ earum Deus præ
clarissime pro humana facultate laudandus
est, non solum qm̃ peccantes eas iuste ordi-
nat,sed ẽt q̃a tales instituit, vt ẽt peccatis sor
didatæ nullo mõ lucis corporalis dignitate
superẽtur, de qua tñ iure laudatur. Illud quo
que moneo caueas,ne forte non dicas quidẽ
melius fuisse, vt nõ essent, sed dicas aliter fie
ri eas debuisse. Quicquid enim tibi uera rõne
melius occurrerit, scias fecisse Deũ tanq̃ bo-
norũ omniũ conditorẽ. Non est aũt uera rõ,
D sed inuidiæ infirmitas, cum aliq̃d melius fa-
ciendũ fuisse cogitaueris, iam nihil aliud in-
ferius velle fieri, tanq̃ si perspecto cœlo, nol
les terrã factam esse vnq̃ omnino. Recte. n.
reprehenderes, si prætermisso cęlo, terrã fa-
ctã, uideres qm̃ diceres ita eam fieri debuis-
se, sicuti posses cogitare cœlũ. Cum ergo ẽt
illud, ad cuius speciem volebas terrã p̃duce-
re, factã esse perspiceres, non autẽ hoc terrã,
sed cęlũ uocari, credo quod re meliore non
fraudatus, vt inferior quoq; aliqua fieret &
terra esset, nequaq̃ inuidere deberes. In qua
terra rursus s̃m partes eius tanta est uarietas,
vt nihil quod ad terræ pertinet speciẽ cogitã
ti occurrat, quod nõ in tota eius mole Deus
omniũ conditor fecerit. Nãq; à terra feracis-
sima & amœnissima vsq; ad salsissimã & in-
fœcundissimã ita gradatim per medias p̃ue-
nitur, vt nullam reprehendere audeas, nisi in
cõparatione melioris. Atq; ita p̃ omnes gra-
dus laudis ascendas, vt quod summum genus
terræ inueneris, cœlũ tamẽ esse nolis. Iam ue
ro inter totam terrã cęlũ & quanta distãtia
est? Interponuntur.n.humida flabilisq; natu-
ra Atque ex his quatuor elementis, aliæ innu
merabiles nobis, numeratæ autem Deo, rerũ
species formæq; variantur. Põt ergo esse ali-
E quid in rerũ natura, q̃d tua rõne nõ cogitas.
Nõ esse aũt quod vera rõne cogitas, nõ põt.
Neq;. n. tu potes aliquid melius in creatura
cogitare, quod creaturæ artificem fugerit.
Humana quippe anima naturaliter diuinis
ex quibus pendet cõnexa rationibus cum di-
cit, melius hoc fieret q̃ illud, si uerum dicit
& uidet quod dicit, illis quibus connexa est
rationibus uidet. Credat ergo Deum fecisse,
quod uera ratione ab eo faciendum fuisse co
gnouit, etiam si hoc in rebus factis nõ uidet.
Quia etiam si cęlum oculis uidere non pos-
set, & tñ rõne uera tale aliquid faciendũ fuis
se colligeret, credere debuit factũ esse, quã
uis id oculis non videret. Non.n.cogitation
uideret fuisse faciendũ, nisi in ijs rõnibus q̃-
bus facta sunt omnia. Quod aũt ibi nõ est, tã
nemo põt ueraci cogitatione uidere, q̃ nõ est
verum. In eo pleriq; homines errant, q̃a me
liora cũ mente cõspexerint, nõ in sedib. con
gruis ea oculis quærũt. Velut si quisquã per
fectã rotunditatem rõne comprehendẽs, sto
machet̃ q̃d talem in nuce non inuenit, si nu
lum vnq̃ corpus rotundum præter huiusce
modi poma conspexit. Nam ita quidã cũ rõ
ne uerissima uideant meliorem esse creatu
rã, quæ quãuis habeat liberam uoluñtatem
Deo tñ sp̃ infixa, nunquã peccauerit, intuen-
tes peccata hominũ, non vt peccare desinãt
sed quia facti sunt dolent, dicentes. Tales nos
faceret, ut sp̃ incommutabili eius ueritate p̃-
frui, nunquã autem peccare uellemus. Non
clament, non succenseant quia neq; ipsos iõ
coegit peccare, quia fecit, quibus potestatẽ
utrum uellent, dedit, & sunt tales quidam an
geli, qui neq; peccauerũt unquã, neq; pecca
turi sunt. Quamobrẽ si te delectat creatura,
quæ perseuerantissima uoluntate nõ peccat,
non est dubitandum, quod eam peccanti re-
cta ratione præponas, sed sicut eam tu cogita
tione præponis, sic eam creator Deus ordina
tione præposuit. Crede esse talem in superio
ribus sedibus, & in sublimitate cęlorum, q̃a
si bonitatẽ cõditor p̃buit ad eã condendã, cu
ius præuidit futura peccata, nullo modo nõ
præberet eam bonitatẽ ut creaturã cõderet,
quam peccaturam non esse præsciuit. Habet
enim illa sublimis perpetuam beatitudinem
suã, in perpetuum fruens creatore suo, quam
perpetua tenendæ iustitiæ uoluntate prome-
retur. Habet deinde ordinẽ suũ ẽt ista pecca-
trix, amissa in peccatis beatitudine, sed nõ di
missa recuperandæ beatitudinis facultate, q̃
profecto superat eã, quam peccãdi perpetua
uoluntas tenet. Inter quam & illam priorẽ
permanentem in uoluntate iustitiæ, hęc me-
dietatem quandam demonstrat, q̃ pœnitendi
humilitate altitudinẽ suam recepit. Nã neq;
ab illa creatura quã præsciuit Deus non solũ
peccaturam, sed etiã in peccandi uoluntate
mansuram, abstinuit largitatem bonitatis
suæ, ut eam non conderet: Sicut enim melior
est, uel oberrans equus q̃ lapis, p̃pterea non

oberrans, qa proprio motu & ſenſu caret: ita
eſt excellentior creatura, q̃ libera voluntate
peccat, q̃ q̃ propterea nõ peccat, qa nõ ha-
bet liberã volũtatem. Et ſicut laudarem vinũ
in ſuo genere bonũ, in quo vino inebriatum
hominẽ uituperarem, & tñ eundẽ hominem
iam vituperatum & adhuc ebrium, laudato
illi vino, de quo ebrius factus eſt antepone-
rẽ. Ita corporalis creatura in ſuo gradu iure
laudãda eſt, cũ illi vituperãdi ſint, q eius im-
moderato vſu à veritatis pceptione auertun
tur, quãuis ijdem rurſus iam peruerſi, & quo
dammodo temulenti, eidẽ creaturæ in ordi-
ne ſuo laudabili, cuius auiditate euanuerunt,
nõ iã merito uitiorum, ſed adhuc naturæ di-
gnitate præferunt. Quia igitur omnis aĩa om
ni corpore eſt melior, omniſque peccatrix
aĩa quocunq; ceciderit, nulla commutatio-
ne corpus efficit, nec oĩno illi aufertur, qđ
aĩa eſt, & iõ nullo pacto amittit, qđ corpore
eſt melior, in corporib. aũt lux tenet primũ
locũ, cõſequens eſt ut primo corpori aĩa ex-
trema præponatur, fieriq; poſsit, vt corpori
alicuius animę aliqđ aliud corpus antefera-
tur, ut aũt ipſi aĩę nullo mõ. Cur ergo nõ lau
detur Deus, & ineffabile prædicatione laude
tur, q cũ fecerit eas, quæ in legibus eſſent iu-
ſtitię permanſurę, fecit etiam alias animas,
quas uel peccaturas vel in peccatis etiam p-
ſeueraturas eſſe p̃uidebat, cũ & tales adhuc
meliores ſint eis, quę qm̃ nullũ hñt rõnale,
ac liberũ volũtatis arbitriũ, peccare nõ pñt?
Quę tñ adhuc ẽt ipſę meliores ſunt q̃ corpo
rũ quorũlibet quamlibet ſplendidiſsimus ful
I gor, quẽ pro ipſius ſummi Dei ſubſtantia q-
dam, quãuis cum magno errore, uenerant.
Qđ ſi in ordine corporearũ creaturũ ab ipſis
ſyderum choris uſque ad numerũ capillorũ
noſtrorũ, ita gradatim bonarũ rerũ pulchri-
tudo cõtexitur, vt imperitiſsime dicatur, qd
eſt hoc? aut quid hoc? omnia.n. ordine ſuo
creata ſunt, quanto imperitius de quacunq;
anima dicitur, quæ ad quantanlibet ſui deco
ris diminutionem defectumq; peruenerit,
omniũ corporũ dignitatẽ ſine ulla dubitatio
ne ſuperauit? Aliter enim æſtimat ratio, aliter
uſus. Rõ ęſtimat luce veritatis, vt recto iudi
cio ſubdat minora maiorib. Vſus aũt conſue
tudine commoditatis plerunque inclinat, ut
ea pluris ęſtimet, q̃ veritas minore eſſe cõuin
cit. Cũ.n. corpora cœleſtia corporib. terre-
ſtribus magna dr̃ia rõ pręponat, qs carnaliũ
hominũ nõ mallet vel plura deeſſe in cœlo
ſydera, q̃ unã arbuſculã in agro ſuo, aut vac
cã in armento? Sed ſicut ętate maiores vel oĩ
no contẽnunt, vel certe patienter corrigen-
da expectãt iudicia paruulorũ, qui exceptis
qbuſdã quorũ amore lętantur, quẽlibet ho- L
minũ cęterorũ mori malint, q̃ paſſe rẽſuũ,
& multo magis ſi hõ ſit ille terribilis, paſſer
aũt canorus & pulcher: Ita ij qui puectu ani
mi ad ſapientiã pfecerũt, imperitos rerum
ęſtimatores cũ inuenerint Deũ laudantes in
creaturis minoribus, qui eas carnalibus ſuis
ſenſibus accommodatius adhibent, in ſupe-
rioribus vero atque melioribus, partim eũ
non laudantes, minuſve laudantes, partim ẽt
vituperare aut emẽdare conantes, partim nõ
credentes, quod earũ ille ſit conditor, talium
iudicia vel oĩno contemnere, ſi corrigere ne
queũt, vel donec corrigant ęquo animo tole
rare ac ſuſtinere cõſueſcant. Quę cũ ita ſe ha
Pctã Deo præſcienti non imputanda. Cap. 6.
beant, tantũ abeſt à verò, qđ creatori deputã
da exiſtimantur peccata creaturæ, quãuis ne
ceſſe eſt fiãt, q̃ ipſe futura p̃ſciuit, vt cũ tu di-
xeris nõ te inuenire qũo nõ ei deputetur qc-
qd in eius creatura fieri neceſſe eſt, ego con
tra non inueniã modũ, neq; inueniri poſſe
atque omnino nõ eſſe cõfirmem, quo ei de-
putetur qcqd in eius creatura ita fieri neceſ-
ſe eſt, vt voluntate peccantiũ fiat. Si.n. qs dixe
rit, non eſſe q̃ miſerũ me eſſe mallẽ, rñdebo,
mẽtiris. Nã & nũc miſer es, nec ob aliud mo
ri non vis, niſi ut ſis. Ita cum miſer nolis eſſe,
eſſe uis tñ. Age igit̃ gratias ex eo qđ es volẽs,
ut quod inuitus es afferat̃. Volens.n. es, & mi L
ſer inuitus es. Qđ ſi ingratus es in eo qđ eſſe
vis, iure cogeris eſſe qđ non uis. Ex illo igitur
quod ẽt ingratus habes quod uis, creatoris
laudo bonitatem. Ex illo aũt ꝙ pateris ingra
tus quod non uis, ordinatoris laudo iuſtitiã.
Si dixeris, non ideo mori uolo, quod malim
miſer eſſe, quàm omnino nõ eſſe, ſed ne poſt
mortem miſerior ſim, reſpondebo, Si hoc in
iuſtum eſt, nõ ſic eris, ſi aũt hoc iuſtum eſt,
laudemus eum cuius legibus ſic eris. Si di-
xeris, Vñ prędumam quod ſi hoc iniuſtũ eſt,
non ſic ero, reſpõdebo, quia ſi eris in tua po
teſtate, aut miſer non eris, aut tuipſe te iniu-
ſte regẽdo, iuſte eris miſer, aut uolẽdo, & nõ
ualendo te iuſte regere, non eris in tua pote
ſtate, & aut in nullius eris, aut in alterius. Si

in nullius, aut inuitus, aut volens. Sed inuitus
esse nihil potes, nisi te vis aliqua superauerit.
Porrò nulla ui superari potest, q̃ est ĩ nullius
potestate. Si aũt volens in nullius eris ptãte,
M ad hoc rõ recurrit, vt sis in tua. Et aut te iniu
ste regẽdo iuste miser sis, aut qm̃ quodlibet
volens eris, habes adhuc vñ gratias agas bo-
nitati cõditoris tui. Quod si in tua potestate
nõ eris, aut potentior pfecto, aut infirmior
te habebit in potestate. Qđ si infirmior, tua
culpa & iusta miseria. Poteris. n. infirmiorẽ
superare si voles. Si aũt potentior te infirmio
rem habebit potestate, nullo mõ tã rectã or-
dinationẽ recte iniustam putabis. Verissime
igitur dictum est. Si hoc iniustũ est, non sic
eris, si aũt iustum, laudemus eũ cuius legibus
sic eris. Si dixeris, Ideo magis volo vel mi-
ser esse, q̃ omnino nõ esse, quia iã sum, si au-
tem prius q̃ essem, possem cõsuli, eligerẽ nõ
esse potius, q̃ vt essem miser. Nunc. n. quod ti
meo non esse cũ miser sim, ad ipsam miseriã
ptinet, qua nõ id volo quod velle deberem,
magis enim non esse, quàm miser esse velle
deberem. Nunc vero fateor me quidem mal
le vel miserum esse, quàm nihil, sed tãto stul
tius id volo, quanto miserius. Tãto miserius
A autem, quanto verius video nõ hoc me velle
debuisse. Respõdebo, Caue potius ne hic er
res, vbi te videre verum putas. Nam si beatus
esses, vtique esse q̃ non esse malles. Et nunc
miser cũ sis, mauis tñ esse uel miser, q̃ omni-
no nõ esse, cum esse nolis miser. Consydera
igitur quantum potes, q̃ magnum bonum sit
ipsum esse, qđ & beati & miseri volũt. Nã si
hoc bene consyderaueris, videbis te intantũ
esse miserũ, inquantũ nõ proprinquas ei qđ
summe est: Intantum autem putare melius
esse, vt quisque non sit quàm vt miser sit, in-
quantum non vides quod summe est, & ideo
tamen te esse uelle, qm̃ ab illo es qui summe
est. Si uis itaque miseriam fugere, ama in te
hoc ipsum quia esse uis. Si enim magis ma-
gisq; esse uolueris, ei quod summe est, pro-
pinquabis. Et gratias age nunc quia es. Quã
uis. n. beatis sis inferior, superior tñ es quàm
ea quæ non habent vel beatitudinis volunta-
tem, quorum tamen multa etiam à miseris
laudantur. Oĩa tamen eoipso quo sunt, iure
laudanda sunt, quia eoipso quo sunt, bona
sunt. Quanto. n. amplius esse amaueris, tanto
amplius uitam æternam desiderabis, teq; ita
formari exoptabis, vt affectiones tuæ nõ sint
tẽporales, de tẽporaliũ rerũ amoribus iniu-
stæ & impressæ, q̃ tẽporalia & antequã sint
nõ sunt, & cũ sunt fugiũt, & cũ fugerint non
erunt. Itaque cũ futura sunt, nondũ sunt, cũ
aũt pterita sunt, iam non sunt. Qũo igitur te-
nebuntur vt maneant, quibus hoc est incipe-
re vt sint, quod est pergere vt non sint? Qui
aũt amat esse, probat ista inquantum sunt, &
amat quod semper est. Et si variabat in amo-
re istorũ, munietur in illis. Et si diffluebat in
amore transeuntium, in pmanentis amore so
lidabitur & stabit, & obtinebit ipsum esse qđ
uolebat, cum timebat nõ esse, & stare nõ po
terat irretitus amore fugientium. Non igitur
tibi displiceat, immo maxime placeat, quod
mauis esse uel miser, q̃ propterea miser non
esse, qa nihil eris. Huic. n. exordio quo esse
vis, si adijcias magis magisque esse, consur
ges atq; extrueris in id quod summe est, atq;
ita te ab omni labe cohibebis, qua transit, vt
non sit, quod infime est, & secũ amantis vi-
res subruit. Hinc fiet vt qui mauult nõ esse ne
miser sit, quia non esse non potest, restet vt
miser sit. Qui aũt plus amat esse q̃ odit miser
esse, adijciendo quod amat, quod odit exclu
dat. Cum enim in suo genere perfecte esse
cœperit, miser non erit. Nam illud vide q̃
absurde atque inconuenienter dicatur. Mallẽ
nõ esse q̃ miser esse. Qui. n. dicit, mallẽ hoc
q̃ illud, eligit aliquid. Non esse autem nõ est
aliquid, sed nihil, & ideo nullo pacto potes
recte eligere, quando, quod eligas nõ est. Di-
cis velle te quidẽ esse cũ sis miser, sed nõ hoc
velle debuisse. Quid igiť velle debuisti? Non
esse, inquis, potius. Si hoc velle debuisti, hoc
est melius. Quod aũt nõ est, melius esse non
põt. Non ergo id velle debuisti. Veraciorque
sensus est, quo id non uis, q̃ opinatio p quã
te id velle debuisse arbitraris. Deinde qđ qs-
que recte eligit appetendum, cum ad id per-
uenerit, necesse est melior fiat. Melior autem
esse non poterit, qui non erit. Nemo igitur
recte potest eligere vt non sit. Neque. n. mo-
ueri nos oportet eorum iudicio, qui vrgente
miseria sese interemerũt. Aut enim eò con-
fugerunt, vbi melius forte sibi putarũt, & nõ
est contrarium rationi nostræ, quoquo mo-
do putauerint. Aut si nullos se futuros oĩno
crediderunt, multominus falsa electio nihil
eligentium commouebit. Quomodo. n. se-

Esse & fœlices et miseri cupiunt. Cap. 7.

quar eligentẽ, à quo ſi quærã quid eligat, reſpondebit nihil? Nã qui eligit non eſſe, ꝑfecto ſe nihil eligere, ẽt ſi hoc nolit, rñdere cõuincit. Veruntñ vt de hac tota re (ſi potero) dicã quod ſentio. Nemo mihi vr̃ cum ſeipſum necat, aut quodlibet mõ emori cupit, hr̃e in ſenſu, quod poſt mortem non ſit futurus: tametſi aliquantũ hoc in opinione hẽat. Nam opinio, aut in errore, aut in veritate ratiocinantis eſt, vel credẽtis: Senſus aũt aut cõſuetudine aut natura valet. Poſſe aũt fieri vt aliud ſit in opinione, aliud ĩ ſenſu, vel ex hoc cognoſcere facile eſt, qđ plerunq; aliud faciẽdũ eſſe credimus, & aliud facere delectat. Et aliqñ veracior eſt ſenſus, q̃ opinio, ſi illa de errore, ille de natura eſt: velut cũ æger plerunq; aqua frigida cũ nõ obeſt, dulciter delectatur, quam tamen credit, ſi biberet, eſſe nocituram. Aliqñ veracior opinio, q̃ ſenſus, ſi credit arti medicinæ, obeſſe frigidam, cum reuera oberit, & tamen bibere delectet. Aliquando vtrunque in veritate eſt, cũ id quod prodeſt, non ſolum ita credit, ſed etiã libet. Aliqñ vtrunq; in errore eſt, cũ id quod nocet, & prodeſſe credit, & * libere nõ deſinit. Solet autem & recta opinio prauam corrigere cõſuetudinẽ, & praua opinio rectã deprauare naturã. Tãta uis eſt in dominatu & principatu rationis. Cum ergo quiſquis credens, ꝙ poſt mortem non erit, intolerabilibus tñ moleſtiis ad totam cupiditatem mortis impellitur, & decernit atq; arripit mortem, in opinione habet errorem omnimodæ defectionis, in ſenſu autem naturale deſiderium quietis. Quod aũt quietũ eſt, non eſt nihil, immo ẽt magis eſt, q̃ id quod inquietũ eſt. Inquietudo.n. variat affectiones, vt altera alterã perimat, quies autem habet conſtantiam, in qua maxime intelligitur eſſe quod dictũ eſt. Omnis itaq; ille appetitus in voluntate mortis, non vt qui morit non ſit, ſed vt requieſcat intendit. Ita cũ errore credat non ſe futurũ, natura tñ quietus eſſe, hoc eſt, magis eſſe deſiderat. Quapropter ſicut nullo pacto fieri poteſt, vt non eſſe aliquem libeat: ita nullo pacto fieri poteſt, vt ex eo quod eſt quiſq;, bonitati creatoris ingratus ſit. Si dixerit, nõ erat tam difficile aut laborioſum omnipotenti Deo, vt oĩa quæcunq; fecit ſic haberent ordinem ſuum, vt nulla creatura vſq; ad miſeriã perueniret. Non enim hoc aut omnipotens non potuit, aut bonus inuidit. Rñdebo ordinẽ creaturarũ à ſumma vſq; ad infimã gradibus iuſtis ita decurrere, vt ille inuideat q̃ dixerit, iſta non eſſet: inuideat ẽt ille qui dixerit, iſta talis eſſet. Si.n. talẽ vult eſſe qualis eſt ſuperior, iã illa eſt, & tanta eſt, vt adijci ei nõ oporteat, quia perfecta eſt. Qui ergo dicit, ẽt iſta talis eſſet. aut ꝑfectæ ſuperiori vult addere, & erit immoderatus & iniuſtus: aut iſtam vult interimere, * & erit malus atq; inuidus. *Inuere.* Qui aũt dixerit, iſta non eſſet, nihilominus erit malus atq; inuidus, cum eam nõ vult eſſe, qua inferiorẽ laudare adhuc cogitur. Velut ſi dicat, non eſſet luna, cũ ẽt lucernæ claritatẽ lõge inferiorẽ, in ſuo tñ genere pulchrã, & terrenis tenebris * decorã, atq; aptã nocturnis vſibus, atq; in his oĩb. ꝓ ſuo modulo *Accomodam.* vtiq; laudabilẽ, aut fateat, vt ſtultiſsime vel contentioſe neget. Qũo ergo recte dicere audebit, luna non eſſet in rebus: qui ſi diceret, lucerna non eſſet: deridendũ ſe eſſe ſentiret? Qđ ſi non dicit, luna non eſſet: ſed qualẽ ſolẽ videt, talẽ dicit lunã eſſe debuiſſe. non intelligit nihil aliud ſe dicere, q̃ non eſſet luna, ſed eſſent ſoles duo. In quo dupliciter errat, ꝙ rerũ ꝑfectioni, & addere aliquid cupit, cũ deſiderat alterũ ſolem, & minuere, cũ lunã vult detrahi. Hic fortaſſe dicat, iõ nihil ſe de luna conqueri, q̃a ſplendor eius ita minor ẽ, ut miſer non ſit, de aĩarum aũt non obſcuritate, ſed miſeria ſe dolere: ſedulo cogitet, ita lunæ ſplendorẽ non eſſe miſerũ, vt nec ſplendor ſolis ſit beatus. Quãuis.n. corpora cœleſtia ſint, corpora ſunt tñ quantũ ad lucẽ iſtam pertinet, q̃ ꝑ corporeos oculos ſẽtiri poteſt. Nulla aũt corpora quantũ ad ſe attinet, vel beata pñt eſſe vel miſera, quanq̃ beatorũ aut miſerorũ corpora poſsint eſſe. Sed de illis luminib. ſimilitudo adhibita id docet, vt quẽadmodũ corporũ dr̃ias contemplando, videns alia clariora, iniuſte petis auferri quæ obſcuriora conſpexeris, aut clarioribus adæquari: ſed ad perfectionem vniuerſitatis referens omnia, quanto magis minuſue inter ſe clara ſunt, tanto magis cernis eſſe omnia: nec tibi occurrit perfecta vniuerſitas: niſi vbi maiora ſic præſto ſunt, vt minora non deſint. Sic etiam differentias animarum cogites, in quibus hoc quoque inuenies, vt miſeriã quã doles, ad id quoq; valere cognoſcas, ut uniuerſitatis perfectioni nec illæ deſint

aĩæ quæ miseræ fieri debuerũt, quia peccatri
ces aię esse voluerunt. Tantũq; abest, vt Deus
tales facere non debuerit, vt ẽt cęteras creatu
ras laudabiliter fecerit, longe inferiores aĩs
miseris. Sed adhuc vr̃ minus intelligens, qđ
dictum est, hr̃e quod contradicat. Dicit.n. Si
vniuersitatis pfectionem cõplet ẽt nostra mi
seria; defuisset aliqd huic perfectioni, si beati
semp essemus. Quapropter si ad miseriam, ni
si peccãdo nõ peruenit aĩa, ẽt peccata nostra
necessaria sunt perfectioni vniuersitatis, quã
cõdidit Deus. Qũo ergo iuste peccata punit,
quę si defuissent, creatura eius plena, & perfe
cta non esset? Hic respondetur, non ipsa pec-
cata vel ipsam miseriam perfectioni vniuer-
sitatis esse necessariã, sed animas inquantum
aĩæ sunt: quæ si velint, peccant: si pecauerint,
miseræ fiunt. Si.n. peccatis earũ detractis mi-
seria perseuerat, aut ẽt peccata præcedit, re-
cte deformari dr̃ ordo atq; administratio v-
niuersitatis. Rursus si peccata fiãt, & desit mi
seris, nihilominus dehonestat ordinem ini-
quitas. Cum aũt non peccantib. adest beatitu
I do perfecta est vniuersitas. Cum vero peccã
tib. adest miseria, nihilominus pfecta est vni
uersitas. Quòd aũt ipsæ nõ desunt aĩæ quas
vel peccãtes sequit̃ miseria, vel recte facien-
tes beatitudo, semp naturis omnibus vniuer-
sitas plena atq; perfecta est. Nõ. n. peccatũ &
supplicium peccati naturæ sunt quædam, sed
affectiones naturarũ, illa voluntaria, ista pœ-
nalis. Sed voluntaria quæ in peccato fit, tur-
pis affectio est. Cui propterea pœnalis adhi-
betur, vt ordinet eam vbi talem esse non tur-
pe sit, & decori vniuersitatis cõgruere cogat,
vt peccati dedecus emendet pœna peccati.
Hinc fit vt peccans creatura superior, à crea
turis inferioribus puniatur, quia illę tam sunt
infimæ, vt ornari ẽt a turpib9 animis possint,
atq; ita decori vniuersitatis congruere. Quid
.n. tam magnum in domo est q̃ homo, & qd
tam abiectũ & infimũ q̃ cloaca domus? Ser-
uus tñ in tali peccato deiectus, vt mundandę
cloacæ dignus habeatur, ornat eam etiã tur-
pitudine sua, & vtrunq; horum.i. turpitudo
serui, & mundatio cloacæ, iam coniunctum
& redactũ in quandã sui gñis vnitatem, ita
dispositæ domui coaptat̃ atq; subtexit̃, vt ei9
vniuersitati ordinatissimo decore cõueniat.
K Qui tamen seruus si peccare noluisset, non
defuisset domesticæ disciplinæ alia prouisio,
qua necessaria mundarent̃. Quid itaque tam
infimũ in rebus, q̃ corpus omne terrenũ? Hãc
tñ corruptibilem carnem ẽt peccatrix anima
sic ornat, vt ei speciem decentissimã p̃beat,
motumq; vitalem. Habitationi ergo cælesti
talis anima non congruit p peccatũ, terrestri
aũt congruit per suppliciũ: vt quodlibet ele-
gerit, semp sit pulchra vniuersitas decentissi-
mis partibus ordinata, cuius est conditor &
administrator Deus. Nanq; optimæ animæ
dũ cũ infimis creaturis habitant, non eas or-
nant miseria sua q̃ non habent, sed vsu earum
bono. Si aũt peccatrices aĩæ pmittant̃ habita
re in sublimibus locis, inhonestũ est: quia nõ
cõueniunt illis, quibus nec bene vti possunt,
nec ornamenti aliquid conferunt. Iõ q̃q̃ or-
bis iste terre[illegible] rebus corruptibilibus depu-
tatus sit, tñ seruans quantũ põt imaginem su-
periorum, exempla nobis & indicia quædã
demonstrare non cessat. Si enim bonum &
magnum aliquem virum hortante honestatis
officio videamus ignibus quantum ad corp9
attinet concremari, non hoc vocamus pęnã
peccati, sed fortitudinis & patientiæ documẽ
tum, eumq; magis diligimus, cũ fœdissima
corruptio corporea mẽbra eius absumat, q̃
si nihil huiusmodi pateretur. Miramur quip-
pe animi naturã mutabilitate corporis non
mutari. At vero crudelissimi latronis mẽbra
cum tali supplicio confici aspicimus, appro-
bamus ordinẽ legum. Ornãt ergo ambo illa
tormẽta, sed ille merito virtutis, iste peccati.
At si post illos ignes, vel ẽt ante illos, optimũ
virum illũ cõmutatum ad congruentiã cęle-
stis habitationis ad sydera videremus attolli,
vtique lętaremur. Si aũt sceleratum latronẽ,
siue ante suppliciũ, siue post supplicium, cũ
eadem malitia voluntatis ad sedem honoris
sempiternam leuari videremus in cœlum,
quis non offenderet̃? Ita fit vt inferiores crea
turas ambo ornare potuerint, superiores aũt
vnus illorũ. Ex quo admonemur aduertere,
mortalitatẽ carnis huius & primũ hominem
ornasse, vt peccato pęna congrueret, & dñm
nostrũ, vt a peccato misericordia liberaret.
Non aũt sicut iustus potuit in ipsa iustitia p-
manens corpus hr̃e mortale: ita iniquus põt
dũ iniquus est, ad immortalitatẽ puenire san
ctorum.s. sublimem & angelicam: non eorũ
angelorum de quibus Apostolus ait: Nesci-
tis quia angelos sumus iudicaturi, sed eorũ
de

de quibus dn̄s ait, & erunt æquales angelis
Dei. Qui.n. ęqualitatē angelorū desiderāt ꝑꝑ
inanē gloriā suam, non ideo volūt æquales
esse angelis, * sed sibi. Itaque in tali volunta-
te perseuerantes, æquabuntur supplicio præ-
uaricatoribus angelis, potestatē suā potius q̄
Dei omnipotentis diligentibus. Talibus enim
ad sinistram cōstitutis, quia non quæsierunt
Deū per humilitatis ianuā, quā in seipso dn̄s
Iesus Christus ostendit, & immisericorditer
superbeq; uixerunt, dicet. Ite in ignē æternū,
q ꝑparatus est diabolo & angelis eius. Cum
enim duæ sint origines peccatorū, vna spon
tanea cogitatione, altera persuasione alteri⁹,
quo ꝑtinere arbitror qđ propheta dicit: Ab
occultis meis mūda me dn̄e, & ab alienis par
ce seruo tuo. Vtrunqne volūtarium est qui-
dem. Nam sicut propria cogitatione nō pec-
cat inuitus, ita dū consentit male suadenti, nō
utique nisi noluntate cōsentit. Sed tñ grauius
est, non solū nullo suadente propria cogita-
tione peccare, sed etiām pc̄tm̄ alteri per in-
uidentiā dolumq; suadere, q̄ ad peccandū al
terius suasione traduci. Seruata est ergo in
utroque peccato iustitia Dei punietis. Nam
& illud appensum est ęquitatis examine, ut
nec ipsius diaboli potestati negaret hō, quē
sibi male suadendo subiecerat. Iniquū enim
erat, ut ei quem ceperat, non dominaretur.
Nec fieri nullo mō pōt, ut Dei summi & ue-
ri ꝑfecta iustitia, quæ vsquequaque pertendi
tur, deserat ēt ordinandas ruinas peccantiū.
Et qa minus peccauerat homo quam diabo-
lus, idipsum ei valuit ad reparanda salutē, ꝙ
.s. principi huius mundi, partis rerū. s. huius
mortalis atq; infimæ, hoc est, principio om-
niū peccatorum & præposito mortis vsq; ad
B mortalitatem carnis addictus est. Ita enim
conscientia mortalitatis timidus, & iam à vi-
lissimis & abiectissimis bestiis, uel etiam mi
nutissimis, molestias atque interitum refor-
midans, incertusq; futurorū, & illicitas co-
hibere delitias, & maxime superbiā, cuius ꝑ
suasione deiectus est, & quo uitio misecor-
diæ medicina respuitur, frangere & edoma-
re cōsueuit. Quid enim tam opus habens mi
sericordia quam miser? Et quid tam indignū
misericordia quàm superbus miser? Ex quo
factum est, ut illud Dei uerbum per qđ facta
sunt omnia, & quo fruitur omnis angelica
beatitudo vsque ad miseriā nostrā clemen-
tiā suā porrigeret, & uerbum caro fieret, &
habitaret in nobis. Sic.n. posset panem ange- *Ioan. 1.*
lorū hō manducare, nondum angelis adæ- *Psal. 77.*
quatus, si panis ipse angelorū hominibus di-
gnaret adæquari. Nec sic descendit ad nos vt
desereret, sed simul integer illis, integer no-
bis, illos intrinsecus pascēs per id qđ Deus
est, nos forinsecus admonens ꝑ id qđ nos su
mus, idoneos facit per fidem, quos per spe-
ciem pascat æqualiter. Quia.n. rōnalis creatu
ra uerbo illo tanquā optimo cibo suo pasci-
tur, humana aūt anima rōnalis est, q̄ mortali-
bus uinculis peccati pœna tenebatur, ad hoc
diminutionis redacta, ut per coniecturas re-
rum uisibilium ad intelligenda inuisibilia ni C
teret, cibus rōnalis creaturæ factus est uisibi-
lis, nō cōmutatione naturæ suę, sed habitu
mortalitatis nostræ, ut visibilia sectantes, ad
se inuisibilē reuocaret. Sic eū aīa, quē super-
biens inuitu. reliquerat, foris humilē, inue-
nit, imitatura eius humilitatem uisibilem, &
ad inuisibilē altitudinē reditura. Atque uer-
bum Dei unicus Dei filius, diabolum quē sꝑ
sub legibus suis habuit & habebit, homine in
dutus, ēt homini subiugauit, nihil ei extor-
quēs uiolento dn̄atu, sed superās eū lege iusti
tiæ, vt qm̄ fęmina decepta, & deiecto ꝑ fœ-
minā uiro, oēm ꝓlē primi hominis tanquā
peccatricē legibus mortis, malitiosa quidem
nocēdi cupiditate, sed tñ iure æquissimo vin
dicabat, tādiu potestas eius valeret, donec in
terficeret iustum, in quo nihil dignū morte
posset ostēdere, nō solū qa sine crimine occi
sus est, sed ēt qa sine libidine natus, cui subiu
gauerat ille quos ceperat, ut q.cq̄d inde na-
sceret, tanquā suæ arboris fructus, praua qdē
habēdi cupiditate, sed tamen nō iniquo pos- D
sidendi iure retineret. Iustissime itaq; dimit-
tere cogitur credētes in eū, quē iniustissime
occidit, & ꝙ tpaliter moriūtur, debitū exol-
uant, & ꝙ semper uiuunt, in illo uiuant, q. ꝑ
eis quod nō debebat, exoluit, quibus autē in- *Psal. 68.*
fidelitatis ꝑseuerantiā ꝑsuasisse, iustè secū ha
beret in perpetua damnatione cōsortes. Ita
factū est, ut neque diabolo per vim eripere-
tur homo, quē nec ipse ui, sed ꝑsuasione ce-
perat: & qui iusto plus humiliatus est, ut ser-
uiret cui ad malum consenserat, iuste per eū
cui ad bonum consensit liberaretur, quia mi
nus iste in consentiendo, quàm ille in male
suadendo peccauerat. Naturas igitur omnes *Ordo &*

collatio creaturarum. Cap. 11.

Deus fecit, non solũ in virtute atq; iustitia ꝑmansuras, sed ẽt peccaturas, non vt peccarent, sed vt essent ornaturæ vniuersum siue peccare, siue nõ peccare voluissent. Si.n. rebus deessent animæ quæ ipsum fastigiũ ordinis ĩ vniuersa creatura sic obtineret, vt si peccare voluissent, infirmaret̃ & labefactaretur vniuersitas, magnũ quiddã deesset creaturæ. Illud.n. deesset, quo remoto stabilitas rerum atq; connexio turbaret̃. Tales sunt optimæ & E sanctæ, & sublimes, creaturæ cœlestium vel supercœlestiũ potestatũ, quibus solus Deus imperat, vniuersus aũt mũdus subiectus est. Sine istarum officijs iustis atq; perfectis esse vniuersitas nõ põt. Itẽ si deessent, q̃ siue peccarent, siue non peccarẽt, nihil uniuersitatis ordini minueret̃, ẽt sic plurimũ deesset. Animæ sunt.n. rõnales, & illis superioribus officio quidẽ impares, sed natura pares, quibus adhuc inferiores sunt multi, & tñ laudabiles à summo Deo constitutarũ rerũ gradus. Illa ergo natura sublimioris officii est, quæ non solũ si non esset, sed ẽt si peccaret, minueret ordinẽ vniuersitatis. Inferioris officii est ista, quæ tantummodo si non esset, non aũt si peccaret, aliqđ minus haberet vniuersitas. Illi data est potẽtia omnia cõtinẽdi officio ꝓprio, qđ rerum ordini deesse non possit. Nec ideo in bona volũtate ꝑmanet, qa hoc accepit officiũ, sed iõ accepit, qm̃ ab illo qui dedit per mãsura ꝑuisa est. Nec tñ sua maiestate continet oĩa, sed inhærendo illius maiestati & eius imperiis deuotissime obtemperãdo, à quo, & per quẽ, & in quo facta sunt oĩa. Huic aũt F datum est quidẽ non peccanti potentissimũ officium continendi omnia, nõ tñ propriũ, sed cũ illa, tanquã ei quæ peccatura præcognita est. Habent sanè spiritalia quæq; inter se & coniunctionẽ sine cumulo, & seiunctionẽ sine diminutione, ut neq; adiuuaret̃ illa in actionis suæ facilitate, cũ hæc sibi coniungeretur, neq; difficilior illi actio fieret, si hęc officium suum peccando desereret. Non. n. locis & mole corporũ, sed parilitate affectuũ iũgi, & disparilitate seiũgi p̃nt spiritales creaturæ, ꝗuis corpora sua quæq; possideant. In corporibus autem inferioribus atq; mortalibus post pc̃tũ ordinata, regit corpus suum, nõ omnimõ pro arbitrio sed sicut leges vniuersitatis sinunt. Nec ideo tñ talis aĩa inferior est corpore cęlesti, cui corpori ẽt cor-

Rom. 11.

pora terrena subiecta sunt. Pannosa qppe vestis dãnati serui multo est inferior veste bene meriti, & in honore magno apud dñm cõstituti, sed ipse seruus melior est, qualibet veste ꝑciosa, qa hõ est. Illa ergo inhæret Deo, & in cœlesti corpore angelica potestate, ẽt terrestre corpus ornat & regit, sicut iubet ille cuius nutũ intuetur ineffabiliter. Ista vero mortalibus mẽbris onerata, vix hoc ipsum quo premit̃ administrat intrinsecus, & tñ ornat quãtum põt. Cætera vero extrinsecus adiacẽtia, longe infirmiore operatione extrinsecus afficit, sicut põt. Vnde colligit̃ nõ defuturũ fuisse ornatũ congruentissimum infimę corporeæ creaturæ, ẽt si ista peccare noluisset, qm̃ quę totũ potẽst regere, ẽt partem regit. Quæ aũt minus põt, non cõtinuo põt ampliora. perfectus enim medicus etiam scabiẽ sanat efficaciter, at non continuo qui scabioso vtiliter consulit, vniuersæ humanæ ualetudini mederi põt. Et ratio quidẽ si certa cõspicitur, qua manifestũ fiat esse oportuisse creaturã, quæ nunquã peccauerit, nunquã peccatura sit, ẽt illud eadem rõ renunciat à peccato illã libera voluntate abstinere neq; coactã non peccare, sed spõte. Veruntamen ẽt si peccaret, quãquã non peccauit, sic eam non peccaturã præsciuit Deus, tamen si ẽt ipsa peccaret, sufficeret Dei potestas ineffabilis potentiæ, ad regendã istã vniuersitatẽ, vt omnibus congrua & condigna retribuens, nihil in toto imperio suo turpe atq; indecorũ esse permitteret. Quia siue ꝑ nullas ad hoc ipsum cõditas potestates, si omnis angelica natura ab eius ꝑceptis peccando defecisset, maiestate sua decentissime atq; optime regeret oĩa, nec sic inuidẽs creaturę spiritali vt esset, qui etiã corporalẽ peccantibus quoq; spiritalibus lõge inferiorẽ tãta largitate bonitatis instituit, vt nullus sit cęlum terramq; rationabiliter intuens, omnesq; naturas uisibiles in suis generibus moderatas, formatas, ordinatas, qui vel alium credat artificem omnium esse, q̃ & Deum, vel non eũ ineffabiliter laudandũ esse fateatur: Siue nulla est melior rerum ordinatio, nisi potestas angelica naturæ excellentia & bonitate volũtatis in dispositione vniuersitatis superemineat, ẽt si oẽs peccassent angeli, nullam inopiã facerẽt ad regẽdũ imperium suũ creatori angelorum. Non enim vel bonitas eius quasi aliquo tedio, vel omnipoten-

tia difficultate deficeret ad creandos alios,
quos in eis sedibus collocaret, quas peccãdo
alij deseruissent: aut creatura spiritalis quãti-
libet numeri, si pro suis meritis dãnaretur,
angustare posset ordinẽ, qui conuenienter,
& decenter excipit quoscũq; dãnandos mul
tos. Quacunque se igitur consideratio nostra
conuerterit, ineffabiliter laudandũ inuenit
Deum naturarũ oĩum cõditorem optimum,
& administratorem iustissimum. Postremo
vt relinquamus cõtẽplationẽ pulchritudinis
rerũ, iis qui eam diuino munere videre pñt,
nec eos ad ineffabilia contuenda verbis co-
nemur adducere, & tñ p̱p̱ loquaces aut infir
mos aut insidiosos homines tantã q̃õnẽ bre-
uissima complexione peragamus. Omnis na
tura quæ minus bona fieri potest, bona est: &
omnis natura dum corrumpitur, minus bo-
na fit. Aut.n.non ei nocet corruptio, & non
corrumpitur: aut si corrũpitur, nocet ei cor-
ruptio: & si nocet, minuit aliquid de bonis
eius, & eã minus bonam facit. Nã si penitus
eã priuat omni bono, quicquid eius remane
bit, iã corrũpi non poterit: quia nullũ erit bo
nũ cuius ademptione possit nocere corru-
ptio. Cui aũt non põt nocere corruptio, non
corrumpit. Porro natura, q̃ non corrumpit,
incorruptibilis est. Erit ergo natura, qđ ab-
surdissimũ est dicere, corruptione facta in-
corruptibilis. Quapropter, qđ verissime dr̃,
omnis natura inquãtum natura est, bona est:
K quia si incorruptibilis est, melior est q̃ corru
ptibilis: si aũt corruptibilis est, qm̃ dũ corrũ-
pitur minus bona fit, sine dubitatione bona
est. Oĩs aũt natura aut corruptibilis est, aut
incorruptibilis. omnis ergo natura bona est.
Naturã voco q̃ & substãtia dici solet. Omnis
igitur substantia aut Deus, aut ex Deo: q̱a oẽ
bonũ, aut Deus, aut ex Deo. Quibus constitu
tis atq; firmatis tanq̃ in capite rõcinationis
nr̃æ, attende quid dicã. Oĩs ergo natura rõna
lis, q̃ cũ libero voluntatis arbitrio condita est
si manet in fruendo summo atq; incõmutabi
li bono, proculdubio laudanda est. Et omnis
q̃ tendit vt maneat, ẽt ipsa laudanda est. Oĩs
autem quę non in eo manet, & non vult age-
re vt maneat, inquantũ ibi non est, & inquan-
tũ non id agit vt ibi sit, vituperanda est. Si er-
go laudat̃ rõnalis natura quæ est facta, nemo
dubitat laudandũ esse, qui fecit. Et si vitupera
tur, nemo dubitat eius conditorẽ in ipsa eius

vituperatione laudari. Cũ.n.propterea vitu-
peramus hanc, qm̃ summo & incommutabi
li bono, id est, creatore suo frui non vult, il-
lũ sine vlla dubitatione laudamus. Quantum L
ergo bonũ, & q̃ vel ineffabiliter linguis om-
nibus vel ineffabiliter cogitationib. oĩbus p̃-
dicandus & honorandus est creator omniũ
Deus, sine cuius laude nec laudari possumus
nec vituperari? Non.n.vituperari possumus,
quia in eo non manemus, nisi quia magnum
& summũ & primũ nr̃m bonum est, manere
in illo. Vnde aũt hoc nisi q̱a ille ineffabile bo
nũ est? Quid ergo inueniri põt in nostris pec
catis, vnde ille vituperet̃, qñ vituperatio pec
catorũ nostrorũ nulla est, nisi ille laudetur?
Quid ꝙ etiam in ipsis rebus quæ vituperant̃,
nullius vituperatur nisi vitium? Nullius aũt
uituperatur uitiũ, nisi cuius natura laudatur.
Aut.n.secũdum naturam est quod uituperas,
& non est uitium, tuq; magis emendãdus es
vt recte uituperare noueris, q̃ illud quod nõ
recte uituperas: aut si uitium est, ut recte uitu
perari possit, etiam contra naturam sit neces-
se est. Omne quippe uitiũ, eo ipso quo uitiũ
est, contra naturã est. Si.n.naturæ non nocet,
nec uitium est: si aũt quia nocet ideo uitium
est, ideo uitium est, quia contra naturam est.
Quod si non suo, sed alieno uitio aliqua na-
tura corrumpitur, iniuste vituperatur, & q̃-
rendum est utrũ illa natura non corrumpat̃ M
uitio suo, cuius uitio potuit alia natura cor-
rũpi. Sed quid est aliud uitiari, nisi uitio cor-
rumpi? Porro natura q̃ non uitiatur, caret ui
tio, cuius aũt uitio alia natura corrumpitur,
habet utique uitiũ. Prior ergo uitiosa est, &
prior corrumpit̃ uitio suo, cuius uitio alia
quoq; corrũpi põt. Ex quo colligit̃ ɔ̃ naturã
esse omne uitium, etiam eius rei cuius est vi-
tium. Quapropter qm̃ in quacũq; re nõ uitu
peratur nisi uitiũ, ideo aũt uitiũ est, quia cõ-
tra naturam eius rei est cuius est uitium, nul-
lius rei recte uituperatur uitiũ, nisi cuius na-
tura laudatur. Non.n.tibi recte in uitio displi
cet, nisi q̱a uitiat qđ in natura placet. Vidẽdũ *An oĩs*
est ẽt illud, utrum uere dicat̃ aliquã naturam *corruptio*
naturæ alterius uitio corrumpi, nullo adiun *a uitio.*
cto uitio suo. Si enim natura quæ accedit cũ *cap. 14.*
uitio suo ad aliam corrũpendã, nõ in ea cor
ruptibile aliquid inuenit, non eã corrũpit. Si
autẽ inuenit, adiuncto eius uitio corruptio-
nem eius operatur. Potẽtior. n. ab infirmio-

re si corrumpi nolit,non corrumpitur: Si autē velit, prius incipit suo vitio corrumpi q̃ alieno. Aequalis aũt ab æquali nihilominus, si corrumpi nolit,non potest. Nam quæcunque natura cum vitio ad eam quæ sine vitio est, vt corrumpat accedit, eoipso non acce-
A dit æqualis, sed infirmior vitio suo. Si vero potentior inualidiorem corrũpit, aut vtriusque vitio fit,si vtriusque praua cupiditate fit: aut vitio potentioris,si naturæ tanta præstantia est,vt inferiorem quam corrumpit, ẽt vitiosa ꝑcedat. Quis.n.recte vituperauerit fructus terræ,ꝙ hoĩes eis non vtãtur bene, corruptiq; vitio suo,corrumpant eos,abutendo ad luxuriam:cũ tñ dubitare dementis sit præstantiorẽ potentioremq; esse hoĩs naturam vitiosam, q̃ non vitiosas quasq; fruges? Potest ẽt fieri vt aliquam inferiorem potentior natura corrũpat, & hoc nullius earum vitio fiat.Siquidem vitium dicimus, quod vituperatione dignum est.Quis autem vel frugalem hominem nihil aliud de frugibus, q̃ subleuamenta * naturæ quæritatem, vituperare audeat, aut easdem fruges, quod vsu ciborum eius corrumpantur? Talis.n.nec vsitate corruptio dicitur, quia maxime vitij nomen solet esse corruptio. Nam & illud in rebus facile animaduerti potest,quod plerunque in nonnullos vsus explendæ indigentiæ suæ natura potentior inferiorem corrumpit, vel iustitiæ

a.l.supplementa.

B ordine dum vindicat culpam, ex qua regula illud dictum est ab Apostolo:Si quis templũ Dei corruperit,corrumpet illũ Deus. Vel ordine mutabilium rerũ sibi cedentium secundum leges congruentissimas pro valentia cuiusque partis vniuersitati datas. Neque enim si cuiusquã oculos pro naturæ suæ modulo ferendæ lucis inualidos sol fulgore corrumpat,aut ad explendam indigentiam sui luminis eos cõmutare putandus est, aut id facere vllo vitio suo: aut saltem ipsi oculi vituperãdi sunt, quia & domino suo cesserunt vt ꝯ lucem aperirentur, & ipsi luci vt corrumperẽtur. Omnium igitur corruptionum sola quæ vitiosa est corruptio recte vituperatur: cæteræ aũt nec corruptiones quidẽ dicendę sunt, aut certe,quia vitiosæ non sunt,dignæ vituperatione esse non possunt. Nam & ipsa vituperatio,quod soli vitio parata,idest,apta & debita sit, inde traxisse vocabulum creditur, vt vituperatio diceretur. Vitiũ autem, vt dicere cęperã,non aliunde malũ est, nisi quia naturæ aduersaĩ eius ipsius rei cuius est vitium. Vnde manifestũ est,hanc eandẽ rem cuius vitium vituperaĩ, natura esse laudabilẽ, ita vt omnino hanc ipsam vituperationem vitiorum naturam laudem esse fateamur, earũ.s. quarum vitia vituperantur. Quia enim vitiũ C

1. Cor.3.

naturæ aduersaĩ, tm̃ additur malitiæ vitiorũ, quantũ naturarũ integritati minuiĩ. Cũ ergo vituperas vitiũ, id profecto laudas, cuius integritatem desideras. Cuius aũt, nisi naturæ integritatẽ? Natura.n.ꝑfecta non solum nulla vituperatione, sed ẽt laude in suo gñe digna est. Qđ ergo perfectioni naturæ deesse ꝓspexeris,id vocas vitiũ,satis tibi eam placere cõtestans, quam vituperatione imperfectionis eius velles esse perfectam. Si igitur vituperatio vitiorũ ipsarum ẽt quarum sunt vitia naturarum decus dignitatemq; cõmendat, q̃to magis Deus cõditor oĩum naturarũ ẽt in earum vitiis laudandus est, cũ & hoc ab illo habeant qđ naturæ sunt,& intãtum vitiosæ sint, inquantũ ab eius à quo factæ sunt arte discedunt,& intantum recte vituperentur,inquantum earum vituperator artem, qua factæ sunt videt, vt hoc in eis vituperet, quod ibi non videt? Et si ars ipsa per quam facta sunt omnia,hoc est,summa & incommutabilis sapientia Dei,vere summeq; est, sicuti est, respice quo tendat quicquid ab ipsa discedit. Qui tamen defectus non esset vituperatio- D
ne dignus, nisi esset voluntarius. Attende.n. quæso, vtrum recte vituperes quod ita est, sicuti esse debuit. Non opinor, sed vtique quod non ita est,vt debuit. Nemo autem debet quod non accepit.Et quisquis debet, cui debet nisi a quo accepit vt debeat? Nam & quæ redduntur tralegando, ei redduntur qui tralegauerat. Et quod creditorum iustis successoribus redditur,ipsis vtiq; redditur,quibus isti iure succedunt. Aliter non redditio, sed cessio uel admissio, vel si quid aliud huiuscemodi nominanda est. Quapropter omnia temporalia, quę in hoc rerum ordine ita locata sunt,vt nisi deficiant, non possint præteritis futura succedere, vt tota temporum in suo genere pulchritudo peragatur, absurdissime dicimus non debere deficere. Quantum enim acceperunt, tantum agunt, & tantum reddunt ei cui debent, ꝙ sunt in quantũcunq; sunt. Qui.n. dolet ea deficere, ser-

monem ſuum oportet attendat, eo certe ipſo
ꝙ iſta conqueritur, ſi iuſtum & prudentia ꝑ-
fectum * eſſe arbitratur: cuius ſermonis qđ
ad ſonum eius attinet, ſiquis vnam particulã
diligat, nec eam velit cæteris deficiendo locũ
dare, quibus decedentibus & ſuccedentibus
totus ille ſermo contexitur, mirabilis demen
tiæ iudicabitur. In iis igitur rebus quæ ideo
deficiunt, quia non vltra eſſe acceperunt, vt
ſuis temporibus omnia peragãtur, nemo de-
fectum recte vituperat, quia nemo põt dice-
re, debuit permanere, cũ acceptas metas tran
ſire non poſſet. In creaturis autem rationabi-
libus, quibus ſiue peccantibus ſiue non pec-
cantibus, vniuerſalis pulchritudo modis con
gruentiſsimis terminatur, aut nulla peccata
ſunt, quod abſurdiſsimum eſt dicere: peccat
.n. ſaltẽ qui vel dãnat quaſi peccata, q̃ nulla
ſunt: aut non ſunt vituperanda peccata, qđ ni
hilominus abſurdũ eſt. Incipient quippe nec
recte facta laudari, & tota turbabiť humanæ
mẽtis intentio, vitamq; ſubuertet: aut vitupe
rabiť factũ quod ita factũ eſt, vt debuit, & exe
crabilis inſania, vel vt mitius loquar, error
miſerrimus orieť: aut ſi cogit veriſsima rõ ſi-
cuti cogit, vt & vituperenť peccata, & quic-
quid recte vituperatur iõ vitupereť, quia nõ
eſt ita vt eſſe debuit. Quære quid debeat natu
ra peccatrix, & inuenies recte factum. Quæ-
F re cui debeat, & inuenies Deũ. A quo .n. acce
pit poſſe recte facere cum velit, ab eo acce-
pit vt ſit etiam miſera, ſi non fecerit, & beata,
ſi fecerit. Quia .n. nemo ſuperat leges omni-
potentis creatoris, non ſinitur anima nõ red-
dere debitum. Aut .n. reddit bene vtendo qđ
accepit, aut reddit amittẽdo quo bene vti vo-
luit. Itaq; ſi non reddit faciendo iuſtitiã, red-
det patiendo miſeriã. quia in vtroq; verbũ il-
lud debiti ſonat. Hoc .n. ẽt mõ dici potuit qđ
dictũ eſt, ſi non reddit faciendo qđ dẽt, red-
det patiendo qđ debet. Nullo aũt tp̃is inter-
uallo iſta diuiduntť, vt quaſi alio tp̃e non fa-
ciat quod debet, & alio patiatur qđ debet, ne
vel puncto tp̃is vniuerſalis pulchritudo tur-
petur, vt ſit in ea peccati dedecus ſine decore
vindictę Sed in futurum iudiciũ ſeruatur ad
manifeſtationẽ atq; acerrimum ſenſum miſe
riæ, quicquid nunc occultiſsime vindicatur.
Sicut .n. qui non vigilat dormit, ſic q̃ſquis nõ
facit qđ debet, ſine interuallo patiť qđ debet,
qm̃ tanta eſt beatitudo iuſtitiæ, vt nemo ab
ea niſi ad miſeriam poſsit abſcedere. In om-
nib. ergo defectib. aut non acceperunt vltra
eſſe, q̃ deficiunt, & nulla culpa eſt, ſicut & cũ
ſunt, q̃a non acceperunt amplius eſſe, q̃ ſunt,
nihilominus nulla culpa eſt: aut nolunt eſſe, G
qđ ſi vellent, eſſe acciperent: & q̃a bonũ eſt, *Ex eo qđ*
reatus eſt, ſi nolint. Deus aũt nulli dẽt aliq̃d, *non acce*
q̃a oĩa gratuito p̃ſtat. Et ſi quisq̃ dicet ab illo *perit ne-*
aliquid deberi meritis ſuis, certe vt eſſet non *mo reus*
ei debebať. Nõ .n. erat cui deberetur. Et tñ, qđ *eſt. c. 16.*
meritũ eſt, conuertere ad eũ ex quo es, vt ex
ipſo ẽt melior ſis, ex quo habes vt ſis. Quid
ergo ei p̃rogas, vt tanq̃ debitũ poſcas, qñ ſi
nolles ad eũ conuerti, nihil ei deeſſet: tibi aũt
ipſe, ſine quo nihil eſſes, & ex quo ita es ali-
q̃d, vt niſi conuertendo te ad illum, reddide-
ris ei qđ ab ipſo es, nõ quidẽ nihil, ſed miſer
tñ eris? Omnia ergo illi debent, primo quic-
q̃d ſunt, inquantũ naturæ ſunt. Deinde quic-
quid melius poſſunt eſſe ſi velint, q̃cunq; ac-
ceperunt vt velint, aut quicq̃d oportet eas eſ-
ſe. Ex eo igiť qđ non accepit, nullus reus eſt:
ex eo vero qđ non facit qđ debet, iuſte reus
eſt. Deus aũt ſi accepit & voluntatẽ liberam
& ſufficientiſsimam facultatẽ. Vſqueadeo ãt
dũ non facit quiſque qđ dẽt, nulla culpa eſt
conditoris, vt & laus ſit, qm̃ quod dẽt patiť,
& in eoipſo ꝙ vituperatur non faciendo qđ
debet, non niſi laudetur ille cui debet. Si .n. tu *1. Retra.*
laudaris videndo quid facere debeas, cum id *cap. 9.*
non uideas, niſi in illo qui eſt incõmutabilis H
veritas: quanto magis ille qui & velle p̃cepit,
& poſſe præbuit, & non impune nolle per- *1. Retra.*
miſit? Si enim hoc debet quiſq; quod acce- *cap. 9.*
pit, & ſic hõ factus eſt, vt neceſſario peccet:
hoc debet vt peccet. Cũ ergo peccat, qđ dẽt
facit. Qđ ſi ſcelus eſt dicere, neminẽ natura
ſua cogit vt peccet, ſed nec aliena. Nõ .n. q̃ſ-
quis dũ id qđ non vult patiť, peccat. Nã ſi iu
ſte patiť, non in eo peccat ꝙ patiť inuitus, ſed
in eo peccauit ꝙ ita fecit volens, ut qđ nol-
let, iure patereť. Si aũt iniuſte patiť, q̃uo pec-
cat? Non .n. iniuſte aliquid pati, ſed iniuſte ali
quid facere, peccatũ eſt. Qđ ſi neq; ſua ne-
que aliena natura q̃s peccare cogitur, reſtat
ut propria voluntate peccetur. Quod ſi tri-
buere uolueris cõditori, peccantẽ purgabis,
qui nihil præter ſui conditoris inſtituta com
miſit. Qui ſi recte defenditur, non peccauit.
Non eſt ergo quod tribuas conditori. Lau-
demus ergo conditorem, ſi poteſt defendi

pecca-

I peccator, laudemus, si non potest. Si enim iuste defendit, nō ē peccator, lauda ergo creatorem. Si autem defendi non potest, intantū peccator est, inquantum se a creatore auertit, lauda ergo creatorem. Omnino igitur nō inuenio, nec inueniri posse, & prorsus non esse confirmo, quomodo tribuantur peccata nostra creatori nostro Deo: quando & in ipsis eum laudabilem inuenio, non solum ꝙ ea punit, sed etiam quòd tunc fiunt, cum ab eius veritate receditur. EV. Accipio ista libentissime ac probo, & omnino verum esse consentio, nullo modo fieri posse, vt creatori nostro rectè peccata nostra tribuantur. Sed tamen scire vellem, si fieri posset, quare illa natura non peccat, quam non peccaturam præsciuit Deus, & quare ista peccet, quæ ab ipso peccatura præuisa est. Non enim iam puto, ipsa Dei præscientia vel istam peccare, vel illam non peccare cogit. Sed tamen si nulla cā esset, non ita dispertiretur creatura rationalis, vt alia nunquam peccet, alia in peccando perseueret, alia quasi media inter vtranq; aliquando peccet, aliquando ad rectè faciendū conuertatur. Quæ causa in has tres partes eā distribuit? Sed nolo mihi respondeatur, voluntas. Ego enim causam quæro ipsius voluntatis. Non enim sine causa nunquam vult illa peccare, nunquam ista non vult, quædam vero aliquando vult, aliquando non vult, cum

Vnde mala volun tas. c. 17.

K eiusdē generis omnes sint. Hoc solum enim mihi videre videor non sine causa esse istam tripartitam voluntatem rationalis creaturæ, sed quæ causa sit, nescio. AVG. Quoniam voluntas est causa peccati, tu autem causam ipsius voluntatis inquiris, si hanc inuenire potuero, nonne causam etiam eius causæ, quæ inuēta fuerit quæsiturus es? Et quis erit quęrendi modus, quis finis percunctandi ac disserendi, cum te vltra radicem quærere nihil oporteat? Caue enim putes quicquam potuisse dici verius quàm id quod dictum est, radicem omnium malorum esse auaritiam, hoc est, plus velle quàm sat est. Tantum autem sat est, quantum sibi exigit naturæ in suo genere conseruandæ modus. Auaritia enim quæ Græce φιλαργυρία dicitur, non in solo argento vel in nummis, vnde magis nomen duxisse resonat, argento enim nummi vel mixto argento frequentius apud veteres fiebant, sed in omnibus rebus, quæ immoderate cupiuntur, intelligenda est, vbicunque omnino plus vult quisq;, q̃ sat est. Hæc autē auaritia cupiditas est, cupiditas porrò improba voluntas est. Ergo improba voluntas malorū omnium causa est. Quæ si s̄m naturam esset, conseruaret vtique naturam, nec ei perniciosa esset, & ideo non esset improba. Vnde colligitur radicem omnium malorum non esse secundum naturam, quod sufficit aduersus omnes qui volunt accusare naturas. Tu autem si huius radicis causam requiris, quomodo erit ista radix omnium malorum? Illa enim erit, quæ causa huius est, quam cum inueneris, vt dixi, etiam ipsius causam quæsiturus es, & quærendi nullum habebis modum. Sed quæ tandē esse poterit ante voluntatē cā voluntatis? Aut.n. & ipsa voluntas est, & à radice ista uoluntatis non receditur: aut nō est voluntas, & peccatum nullum habet. Aut igitur ipsa voluntas est prima causa peccandi, aut nullum peccatum prima causa peccandi. Nec est cui rectè imputetur peccatum nisi peccanti. Non ergo est cui rectè imputetē nisi volenti. Sed nescio cur aliud te quærere libeat. Deinde quæcunq; illa cā est voluntatis, aut iusta profectò est, aut iniusta. Si iusta, q̄squis ei obtemperauerit, non peccabit. Si iniusta, non ei obtemperet, & non peccabit. An forte violenta est, & cogit inuitum? Num eadem totiens replicaturi sumus? Reminiscere superiorum, quęá nobis tam multa de peccato, & voluntate libera dicta sunt. Sed si laboriosum est omnia mādare memoriæ, hoc breuissimum tene. Quæcunq; ista causa est voluntatis, si non ei potest resisti, sine peccato ei ceditur. Si autem potest, non ei cedatur, & non peccabitur. An forte fallit incautum? Ergo caueat ne fallatur. An tanta fallacia est, vt caueri omnino non possit? Si ita est, nulla peccata sunt. Quis enim peccat in eo quod nullo mō caueri pōt? Peccatur aūt. Caueri igitur pōt. Et tñ etiam per ignorantiam facta quædam improbantur, & corrigenda iudicatur, sicut in diuinis authoritatibus legimus. Ait enim Apostolus: Misericordiam consecutus sum, quia ignorās feci. Ait & Propheta. Delicta iuuentutis, & ignorantiæ meæ ne memineris. Sunt etiam necessitate facta improbanda, vbi vult homo rectè facere, & non potest: nam vnde sunt illę voces. Non enim quod volo facio bonum, sed quod nolo malum,

lum,hoc ago. Et illud. Velle adiacet mihi, pfi
cere aũt bonũ nõ inuenio. Et illud. Caro con
cupiſcit aduerſus ſpũm,ſpiritus aũt aduerſus
carnẽ.Hæc enim inuicem aduerſant̃, vt non
ea q̃ vultis faciatis.Sed hæc oĩa hominũ ſunt,
ex illa mortis damnatione venientium , nam
ſi non eſt iſta pęna hominis, ſed natura,nulla
iſta peccata ſunt. Si.n. non recedit ab eo mõ
quo naturaliter factus eſt, ita vt melius eſſe
nõ poſsit, ea q̃ debet facit, cum hæc facit. Si
aũt bonus hõ eſſet,aliter eſſet. Nunc aũt quia
ita eſt,nõ eſt bonus,nec habet poteſtatẽ vt bo
nus ſit, ſiue non vidẽdo qualis eſſe debeat,
ſiue vidẽdo & non valendo eſſe, qualẽ debe-
re eſſe ſe videt,pęnã iſtã eſſe q̃s dubitet? Oĩs
aũt pęna ſi iuſta eſt, peccati pęna eſt, & ſup-
pliciũ nominatur, ſi aũt iniuſta eſt pęna , qm̃
pœnam eſſe nemo ambigit, iniuſto aliquo
dñante hoĩ impoſita eſt. Porrò q̃a de omni-
potẽtia Dei & iuſtitia dubitare demẽtis eſt,iu
ſta hęc pęna eſt, & pro peccato aliquo pen-
ditur. Non enim quiſquã iniuſtus dominator
aut ſurripere hominẽ potuit,velut ignorante
Deo, aut extorquere inuito, tanquã ĩualidio
ri,vel terrendo vel cõfligendo,vt hominẽ in
iuſta pęna cruciaret. Relinquitur vt hæc iu-
ſta pęna de damnatione hominis veniat.Nec
mirandum eſt, ꝙ vel ignorando non habet
arb.liberum voluntatis ad eligẽdum quid re
ⅽte faciat, vel reſiſtente carnali cõſuetudine,
q̃ violentia mortalis ſucceſsionis quoddam-
modo naturaliter inoleuit,uideat q̃d rectè fa
B ciendũ ſit,& uelit,nec poſsit implere.Illa eſt
enim peccati pęna iuſtiſsima,vt amittat vnuſ
quiſq; quo bene uti noluit cũ ſine ulla poſſet
difficultate,ſi vellet. Id eſt aũt vt qui ſciẽs re-
ⅽte non facit, amittat ſcire quid rectũ ſit , &
q̨ recte facere,cũ poſſet,noluit,amittat poſſe
cum velit.Nam ſunt reuera oĩ peccãti animę
9. duo iſta pœnalia,ignorantia & difficultas.Ex
di. ignorantia de honeſtate error, ex difficultate
ſp. cruciatus affligit.Sed approbare falſa pró ve
ris,ut erret inuitus, & reſiſtente atq; torquen
te dolore carnalis uinculi,non poſſe à libidi
noſis operibus temperare,non eſt natura in-
10- ſtituti hominis,ſed pœna dãnati. Cũ aũt de li
tdã bera voluntate recte faciendi loquimur , de
uæ illa ſcilicet, in qua homo factus eſt , loqui-
a mur. Hic occurrit illa quæſtio , quam inter
no- ſe murmurantes homines rodere conſueue-
19. runt , qui quodlibet aliud in peccando q̨ ſe
accuſare parati ſunt. Dicunt enim , Si Adam
& Eua peccauerunt, q̃d nos miſeri fecimus,
vt cum ignorãtiæ cæcitate,& difficultatis cru
ciatibus naſceremur, & primo erramus, ne-
ſcientes q̃d nobis eſſet faciendũ , deinde vbi
nobis inciperẽt aperiri præcepta iuſtitię,vel-
lemus facere,& renitente carnalis cõcupiſcẽ C
tiæ neſcio qua neceſsitate non valeremꝰ? Qui
bus breuiter reſpondet̃ vt quieſcãt, & aduer
ſus Deũ murmurare deſiſtant. Recte. n. for-
taſſe q̃rerentur , ſi erroris & libidinis nullus
hominũ victor exiſteret. Cũ uero vbiq; ſit p̃-
ſens, qui multis modis ꝑ creaturã ſibi domi-
no ſeruientem auerſum uocet, doceat credẽ
tẽ, conſolet̃ ſperantẽ, diligentẽ exhortet̃, co-
nantem adiuuet, exaudiat deprecantẽ, nõ tibi
deputat̃ ad culpã, ꝙ inuitus ignoras , ſed q̃d
negligis quærere q̃d ignoras , neq; illud ꝙ
vulnerata mẽbra nõ colligis , ſed ꝙ uolentẽ
ſanare contemnis. Iſta tua propria peccata
ſunt. Nulli. n. homini ablatũ eſt ſcire utiliter,
q̃d inutiliter ignorat̃, & humiliter confitẽdã
eſſe imbecillitatẽ,ut q̃renti & cõfitẽti ille ſub
ueniat, q̨ nec errat dum ſubuęnit , nec labo-
rat. Nam illud q̃d ignorãs quiſq; nõ recte fa
cit, & quod recte volens facere non põt , iõ
dicunt̃ peccata , quia de peccato illo liberæ
volũtatis originẽ ducunt. Illud enim præce-
dens meruit iſta ſequentia. nam ſicut linguã
dicimus non ſolum membrum , q̃d moue- D
mus in ore dum loquimur, ſed ẽt illud quod
huius membri motũ conſequitur, id eſt,for-
mam tenoremq; uerborum , ſecundum quẽ
modum dicitur alia lingua Græca, alia Lati-
na, ſic non ſolũ peccatũ illud dicimus quod
proprie uocatur peccatum, libera.n. volunta
te & ab ſciente cõmittitur , ſed ẽt illud quod
iã de huius ſupplicio conſequat̃ neceſſe eſt.
Sic etiam ipſam naturam aliter dicimus , cũ
proprie loquimur naturam hominis, in qua
primũ in ſuo genere inculpabilis factus eſt,
aliter iſtã, ĩ qua ex illius dãnati pęna,& mor
tales,& ignari,& carni ſubditi naſcimur. Iux
ta quẽ modum dicit Apoſtolus: Fuimus enim
& nos naturaliter filii iræ, ſicut & cæteri . Vt
autem de illo primo coniugio,& cum igno
rantia,& cum difficultate, & cum mortalita Ephe. 2.
te naſcimur, quoniam illi cum peccãuiſſent, Qũo pec
& in errorem,& in erumnam, & in mortem catũ ori-
præcipitati ſunt, rerum moderatori ſummo ginis de-
Deo iuſtiſsime placuit,vt & in ortu hominis mana
origi-

vit ad posteros. Cap. 20. originaliter appareret iustitia punientis, & in prouectu misericordia liberantis. Non enim dãnato primo homini sic adépta est beatitudo, ut et fœcunditas adimeretur. Poterat. n. & de prole eius, quãuis carnali & mortali, ali
E quod in suo genere fieri ornamentumq; terrarum. Iã vero vt meliores gigneret, quã ipse esset, non erat æquitatis, sed ex cõuersione ad Deũ vt vinceret quisq; suppliciũ, qđ origo eius ex auersione meruerat, non solũ volentẽ nõ prohiberi, sed et adiuuari oportebat, sic .n. rerũ creator ostẽdit, quanta felicitate potuisset hõ, si voluisset, retinere qđ factus est, cũ proles eius potuit ẽt superare quod nata est. Deinde si vna anima facta est, ex qua omniũ hominũ animæ trahuntur nascẽtiũ, quis põt dicere nõ se peccasse, cũ primus ille pec uit? Si aũt singillatim fiunt in vno quoq; nascentium, nõ est peruersum, immò conueniẽtissimum & ornatissimum apparet, vt malũ meritũ prioris, natura sequentis sit, & bonũ meritum sequẽtis, natura prioris sit. Quid. n. indignũ, si ẽt sic voluit creator ostendere, vsqueadeo excellere creaturis coporeis animæ dignitatem, vt ab eo gradu possit esse ortus alterius, ad quẽ alterius perductus est occasus? Nã cum ad ignorantiã difficultatemque peruenerit illa peccatrix, iõ pœna recte dr, qa melior ante hanc pęnam fuit. Si ergo altera talis esse cœpit, non solum ante peccatũ, sed ante omnem vitã sua, qualis alia post vitam
F culpabilem facta est, non paruum bonũ habet, vnde conditori suo gratias agat, quia ipse ortus eius & inchoatio quouis pfecto corpore est melior. Non enim mediocria bona sunt, non solum q̃ anima est, qua natura iam omne corpus præcedit, sed ẽt facultatem habet, vt adiuuante creatore seipsam excolat, & pio studio possit omnes acquirere & capere virtutes, per quas & à difficultate cruciãte, & ab ignorantia cæcante liberetur. Quod si ita est, non erit nascentibus animis ignorantia & difficultas supplicium peccati, sed proficiẽdi admonitio & perfectionis exordium. Non enim ante omne meritum boni operis parum est accepisse naturale iudicium, quo sapientiam præponat errori, & quietem difficultati, vt ad hæc non nascendo, sed studendo perueniat. Quod si agere noluerit, peccati rea iure tenebit, tanquam quæ nõ bene vsa sit ea facultate, quam accepit. Quanquam. n. in ignorantia & difficultate nata sit, nõ tñ ad pmanendũ in eo qđ nata est, aliqua necessitate cõprimitur, neq; omnino potuit, nisi Deus omnipotẽs esset ẽt talium creator animarũ, quas & nõ dilectus ipse faciat, & diligẽs eas reficiat, & dilectus ipse pficiat, qui & nõ existentibus præstat ut sint, & amantibus eum à quo sunt, præstat ut beatæ sint. Si vero in Dei aliquo secreto iã existentes animæ mittũtur ad inspiranda & regenda corpora singulorũ quorumq; nascentium, ad hoc vtique mittũtur officium, ut corpus qđ pęna peccati, hoc est, de mortalitate primi hominis nascit, bene administrando, id est, castigãdo per virtutes, & ordinatissime atq; legitime seruituti subijciendo, & ipsi comparent ordine atque tpe opportuno cœlestis incorruptionis locũ. Quæ cum introeunt in hanc vitam, subeũtq; gestanda membra mortalia, subeat etiã necesse est & obliuionẽ vitæ prioris, & præsentis laborẽ, vnde illa ignorantia & difficultas cõsequitur, qđ in primo homine suppliciũ mortalitatis fuit, ad animi expendendam miseriã, in istis autem ianua ministerii ad reparandam corporis incorruptionẽ. Nã hoc quoq; mõ non dicũtur ista peccata, nisi quia caro de propagine veniens peccatoris, venientibus ad se animis hanc ignorantiam & difficultatem facit, quæ neq; his neq; creatori tãquã culpanda tribuatur. Dedit. n. ille & facultatẽ bene operãdi in laboriosis officiis, & viam fidei in obliuionis cæcitate. Indiciũ illud uel maxime, qđ anima oĩs & quærẽdũ esse concedit, quod inutiliter nescit, & pseuerãter in officiosis laboribus enitendum ad euincendam rectè faciendi difficultatem, & opẽ à creatore implorandã, vt conantem adiuuet, qui vel extrinsecus lege, vel in intimis cordis allocutione conandũ esse pcepit, & pparat ciuitatis beatissimæ gloriã triũphantibus de illo, qui primũ hominẽ ad ista miseriã perduxit victum pessima suasione, quam miseriã isti suscipiũt ad eũ uincendũ optima fide. Non. n. paruæ gloriæ militia est diabolũ vincere eodẽ suscepto supplicio, quo se ille hominẽ victũ perduxisse gloriatur. Quisquis autem hoc istius uitæ captus amore neglexerit, nullo pacto iuste flagitium desertionis suæ regis imperio deputabit, sed erit potius sub omnium domino in eius partibus ordinatus, cuius turpe stipendium vt castra sua desere-

deſereret adamauit. Si aũt alibi aīæ conſtitu-
tæ non mittunť a dño Deo, ſed ſua ſponte ad
inhabitanda corpora veniũt, facile eſt iã hoc
videre, q̃cquid ignorantiæ difficultatisq; ſe-
cutũ fuerit earũ propriã voluntatẽ, nullo mõ
creatorẽ hinc eſſe culpandũ: qñquidem ẽt ſi
eas ipſe miſiſſet, quib. ẽt in ipſa ignorantia &
difficultate liberam voluntatẽ petendi, & q̃-
rendi & conandi non abſtulit, daturus peten-
tibus, demonſtraturus q̃rentibus, pulſantib.
aperturus, oĩno extra culpã eſſet. Hãc.n. igno
rantiã & difficultatẽ ſtudioſis & beneuolis
euincendã, ad coronã gloriæ valere p̃ſtaret,
negligentib. aũt & peccata ſua de infirmitate
defendere volentibus, non ipſam ignorantiã
difficultatẽq; pro crimine obijceret: ſed q̃a
in eis potius ꝑmanere, q̃ ſtudio q̃rendi atque
diſcendi, & humilitate confitendi atq; oran-
di, ad veritatem ac facilitatẽ ꝑuenire volue-
runt, iuſto ſupplicio vindicaret. Harũ autem
quatuor de aĩa ſñiarum, vtrum de propagine
veniant, an in ſingulis quibuſq; naſcentib. no
uæ fiãt, an in corpora naſcentium iã alicubi
exiſtentes, vel mittãtur diuinitus, vel inde ſua
ſponte labanť, nullã temere affirmare oporte
bit. Aut. n. nondũ iſta q̃o à diuinorũ librorũ
catholicis tractatorib. pro merito ſuæ obſcu
ritatis & ꝑplexitatis euoluta atq; illuſtrata ẽ:
aut ſi iã factũ eſt, nondũ in manus nr̃as huiu-
ſcemodi literæ ꝑuenerunt. Tñ aſsit fides, ni-
K hil de ſubſtantia creatoris falsũ indignũque
ſentiendi. Ad illũ. n. tẽdimus itinere pietatis.
Si ergo aliud de illo ſenſerimus, q̃ eſt, inten-
tio nr̃a nõ in beatitatẽ ſed in vanitatẽ nos ire
cõpellet. De creatura vero ſiq̃d aliter q̃ ſeſe
hẽt ſenſerimus, dummõ non id ꝓ cognito ꝑ-
ceptoq; teneã, nullũ ꝑiculũ eſt. Nõ. n ad crea
turã iubemur tẽdere vt efficiamur beati, ſed
ad ipſum creatorẽ: de quo ſi aliud q̃ oportet,
ac ſeſe res hẽt, nobis ꝑſuadeť, ꝑnicioſiſsimo
errore decipimur. Ad hoc. n. ꝑgendo, q̃d aut
non eſt, aut ſi eſt, non facit beatos, ad beatam
vitã nullus ꝑuenire põt. Sed ad contẽplandã
veritatis æternitatẽ, vt ea ꝑfrui eiq; inhærere
ualeamus, infirmitati nr̃æ uia de tꝑalib. ꝓcu-
rata eſt, ut quantum itineri ſufficit ad ęterna
tendentiũ, p̃terita & futura credamus. Quę fi-
dei diſciplina, vt authoritate p̃polleat, diuina
mĩa gubernať. P̃ñtia vero, quãtũ ad creaturã
ꝑtinet, in corporis & animi nobilitate & mu
tabilitate, quaſi tranſeuntia ſentiunť. In quib.
quicquid non experimur, cognitione quali-
cunque temere non poſſumus. Quæcũq; er-
go nobis de quibuſcunq; creaturis uel p̃teri-
ta uel futura diuina authoritate credẽda nar- L
ranť, q̃uis partim priuſq̃ ea ſentire potueri-
mus p̃terierint, partim nondũ in nr̃os ſenſus
ꝑuenerint, tñ quia plurimũ valeant ad robo-
randã ſpem nr̃am, & exhortandã dilectionẽ,
dũ nobis cõmendant per ordinatiſsimã ſeriẽ
tꝑum, q̃ nõ negligat liberationẽ nr̃am Deus,
ſine ulla dubitatione credẽda ſunt. Sed quiſ-
quis error perſonam ſibi diuinæ authorita-
tis aſſumit, ea maxime ratione refellitur, ſi
aut aliquã vel mutabilem ſpeciẽ præter crea
turam Dei, aut aliquam mutabilem ſpeciem
in ſubſtãtiã Dei credere aut affirmare cõuin-
citur: eamq; ſubſtãtiã Dei vel plus vel minus
q̃ trinitatẽ eſſe ɔtẽdit; cui trinitati pie ſobrie-
que intelligendæ, oĩs excubat uigilantia Chri
ſtiana, & omnis eius ꝓuectus intenditur. De
cuius trinitatis unitate & æqualitate, & ſin-
gularum in ea perſonarũ quadã ꝓprietate,
non hic locus eſt differendi. Nã cõmemora-
re q̃dã de dño Deo authore, & formatore,
& ordinatore rerũ omniũ, q̃ ad ſaluberrimã
fidẽ pertineant, & quibus lactens atq; à terre
nis in cęleſtia ſeſe attollere incipiens, vti-
liter adminiculetur intentio, & factu facilli-
mum, & à plerifq; iam factitatum eſt. Per-
tractare aũt iſtã totam, atq; ita uerſare quæ- M
ſtionẽ, ut ꝑſpicuæ rationi quantũ in hac vi-
ta datur, omnis humana intelligentia ſubiu-
getur: non modo eloquio, ſed ne negatione
quidem, uel cuiquam hominũ uel certe no-
bis ſatis expeditum & facile aggrediendũ vi
deri põt. Nũc ergo, ut q̃d inſtituimus, quan-
tum adiuuamur, & quantum ſinimur peraga
mus, quæcunq; nobis, quantum ad creaturã
pertinet, uel narrantur præterita, uel prænun-
ciantur futura, quæ ad commendandam ua-
leant integram religionem, excitãdo nos ad
ſynceriſsimam dilectionem Dei & proximi,
ſine dubitatione credenda ſunt. Aduerſus in
credulos aũt hactenus defendẽda, ut uel mo-
le authoritatis infidelitas eorum obteratur,
uel eis oſtendatur quantum poteſt, primo q̃
non ſit ſtultũ talia credere, deinde q̃ ſit ſtul-
tum talia non credere. Veruntamen falſam
doctrinam non tam de præteritis & futuris,
q̃ de pręſentibus, & maxime de incõmutabi-
libus oportet refellere, & quãtum datur per-

ſpicua ratione conuincere. Sanè in miſeria
Serie. * temporaliũ, inquiſitioni præteritorũ ſutu-
A rorum expectatio præferenda eſt. Quando-
quidem etiam in diuinis libris ea quæ pteri-
ta narrantur, vel præfigurationem futurorũ,
vel pollicitationem vel teſtificationem præ
ſe gerunt. Et reuera in iis etiam, quæ ad hanc
vitam pertinent proſperis aduerſiſq; rebus
quid quiſque fuerit, non ſatis curat. In id ve-
ro quod futurum ſperatur, ſeſe omnis cura-
rum æſtus agglomerat. Neſcio quo quippe
intimo naturaliq; ſenſu, ea quæ nobis accide
runt, quoniam tranſacta ſunt, ſic habentur ad
momentum fęlicitatis & miſeriæ, quaſi nun-
quam accidiſſent. Quid igitur mihi obeſt, ſi
eſſe qñ cœperim neſcio, cum eſſe me noue-
rim, nec futurũ eſſe deſperẽ? Non.n.in pterita
me attendo, vt tanq̃ errorẽ pernicioſiſsimũ
verear, ſi aliter de iis ſenſero q̃ fuerint: ſed in
id quod futurus ſum, curſum dirigo duce mi
ſericordia conditoris mei. De hoc igiť quod
futurus ſum, & de illo apud quẽ futurus ſum,
ſi aliter q̃ veritas ſeſe habet credidero aut ſen
ſero, vehementer cauendus eſt error: ne mihi
aut neceſſaria non præparem, aut ad eum ip
ſum finem propoſiti mei, dũ aliud pro alio
mihi videtur, peruenire non poſsim. Quam-
obrem ſicut ad comparandam veſtem nihil
obeſſet, ſi pteritę hyemis oblitus eſſem, obeſ-
B ſet aũt ſi futurum frigus imminere non crede
rem. Ita nihil oberit animæ meæ ſi oblita eſt,
quid forte pertulerit, ſi modo diligenter ad-
uertat & teneat quò ſe deinceps parare mo-
neatur. Et ſicut, verbi gratia, Romam nauigã-
ti nihil noceret ſi excidiſſet animo, à quo lit-
tore nauem ſoluerit, dum tñ ab eo loco vbi
eſſet non ignoraret quò proram dirigeret: ni
hil aũt pdeſſet meminiſſe littoris, vnde iter
exorſus eſt, ſi de Romano portu falſum ali-
quid exiſtimans, in ſaxa incidiſſet. Ita neq; ſi
non tenuero initium temporis vitæ meæ, q̃c-
quã mihi oberit ſciẽti quo fine requieſcam:
nec prodeſſet aliquid illa ſiue memoria ſiue
coniectura inchoatę vitæ, ſi de ipſo Deo, qui
vnus laborũ animæ finis eſt, aliter q̃ dignum
eſt, opinatus in ſcopulos errorum irruerem.
Nec iſte ſermo ad id valuerit, vt quiſquã nos
prohibere arbitretur, ne q̃rant qui potuerint
ſm ſcripturas diuinit inſpiratas, vtrũ anima
de anima propaget, an ſuo cuiq; animãti ſin-
gulæ in ipſo fiant, an ad regendum animan-

dumq; corpus diuino nutu alicunde mittan-
tur, vel propria voluntate ſe inſinuent: ſi vel
alicuius expediendæ neceſſariæ q̃onis ratio
flagitat iſta conſiderare atq; diſcutere, vel à
rebus magis neceſſariis ocium ad hæc q̃ren-
da & diſſerenda conceditur. Verũ ad id po-
tius iſta dixerim, ne quis in re tali vel temere
ſuccenſeat ei qui ſuæ opinioni humaniore
fortaſſe dubitatione non cedit: aut ẽt ſi quid
hinc certi quiſquã & liquidi comprehende-
rit, ideo putet alium ſpem perdidiſſe futuro-
rũ, quia pterita exorſa non recolit. Quoquo
mõ aũt ſe iſtud habeat, ſiue oĩno omittendũ,
ſiue nunc diſſerendũ, & aliàs conſiderandum
ſit, præſens tñ q̃ nõ impediť, quo minus ap-
pareat integerrima, & iuſtiſsima, & incõcuſ-
ſa atq; incõmutabili maieſtate & ſubſtantia
creatoris, ſupplicia peccatorũ ſuorũ aĩas lue
re: q̃ peccata, vt iã diu diſſeruimus, non niſi
ppriæ voluntati earũ tribuenda ſunt, nec vlla
vlterior peccatorũ cã q̃renda. Ignorantia ve
ro & difficultas ſi naturalis eſt, inde incipit
aĩa pficere, & ad cognitionẽ & requiẽ do-
nec in ea pficiať vita beata promoueri. Quẽ
pfectũ in ſtudiis optimis atq; pietate, quorũ
facultas ei non negata eſt, ſi ppria voluntate
neglexerit, iuſte in grauiorẽ, q̃ iã pęnalis eſt,
ignorantiã difficultatemq; pcipitať, & decen
tiſsimo & cõuenientiſsimo rerũ moderami-
ne in inferioribus ordinante. Non. n. qđ na- I
turaliter neſcit, & naturaliter non põt, hoc
aĩæ deputatur in reatũ: ſed q̃ ſcire nõ ſtuduit,
& qđ dignã facilitati cõparandæ ad recte fa-
ciendũ operã non dedit. Loqui.n.non noſſe
atq; non poſſe infanti naturale eſt: q̃ ignoran
tia difficultaſq; ſermonis non mõ inculpabi
lis ſub grãmaticorũ legibus, ſed ẽt humanis
affectibus blanda & grata eſt. Non.n.vllo vi-
tio illã facultatẽ comparare neglexit, aut vllo
vitio quã comparauerat, amiſit. Itaque ſi no-
bis in eloquentia eſſet beatitudo conſtituta,
atque ita crimini duceretur cum peccatur in
linguæ ſonis, quemadmodũ cũ peccatur in
actibus vitę, nullius vtiq; argueret infantia,
q̃ ab ea eſſet exorſus ad conſequendam elo-
quentiã, ſed planè merito damnaretur, ſi ſuę
voluntatis peruerſitate vel ad eam recidiſſet,
vel in ea remanſiſſet. Sic ẽt & nunc ſi ignorã-
tia veri, & difficultas recti naturalis ẽ hoĩ, vñ
incipiat in ſapientię q̃etiſq; beatitudinẽ ſur-
gere, nullus hanc ex initio naturali recte ar-
guit

guit.Sed ſi proficere noluerit, aut à profectu
retrorſum relabi voluerit,iure meritoq; pœ
nas luet.Creator uero eius ubiq; laudaẽ, vel
qđ eã ab ipſis exordiji ad ſummi boni capaci
tatẽ ĩchoauerit, uel qđ ei⁹ ꝓfectũ adiuuet, vł
ꝙ impleat proficientẽ atq; ꝑficiat,vel ꝙ pec
cantẽ,id eſt, aut ab initijs ſuis ſeſe ad ꝑfectio
nẽ attollere recuſantẽ,aut iam ex profectu ali
quo relabẽtem, iuſtiſsima d̃natione pro me
ritis ordinat. Non.n.propterea malã creauit,
quia nondũ tanta eſt, quãta ut proficiendo
eſſe poſſet, accepit, cũ eius exordio ꝑfectio-
nes oẽs corporũ longe inferiores ſint, quas
tñ in ſuo genere laudabiles eſſe iudicat, q̃ſqs
de rebus ſaniſsime iudicat. Quod ergo igno
rat q̃d ſibi agendũ ſit ex eo eſt qđ nondũ ac-
cepit,ſed hoc quoq: accipiet,ſi hoc qđ acce
pit, bene uſa fuerit. Accepit autem vt pie &
diligenter q̃rat, ſi uolet. Et ꝙ agnoſcẽs q̃d ſi-
bi agendũ ſit, non continuo ualet implere,
hoc quoq; nondũ accepit,præceſsit.n. quæ-
dã pars eius ſublimior ad ſentiendum qđ re
cte faciat bonũ,ſed q̃dã tardior atq; carnalis
non cõſequenter in ſñiam ducitur,vt ex ipſa
difficultate admoneatur eundẽ implorare ad
iutorẽ ꝑfectionis ſuæ,quæ inchoationis ſen
tis autorẽ,ut ex hoc ei fiat charior,dũ nõ ſuis
viribus,ſed cuius bonitate habent ut ſit, eius
miſericordia ſubleuatur ut beata ſit. Quanto
aũt charior illi eſt à quo eſt,rõ in eo firmius
acquieſcit,& tanto vberius æternitate eius ꝑ
fruitur. Si.n.arboris nouellũ & rude virgul-
tũ nullo mõ recte ſterile dicimus,quãuis ali-
quot æſtates ſine fructibus traijciat,donec op
portuno tẽpe expromat feracitatẽ ſuã,cur nõ
F author animæ debita pietate laudeẽ, ſi ei tale
tribuit exordiũ, vt ſtudẽdo ac proficiẽdo ad
frugẽ ſapiẽtiæ iuſtitiæq; perueniat,tantũq; il
li ꝑſtitit dignitatis, ut in eius etiã poteſtate
poneret,ſi uellet ad beatitudinẽ tẽdere? Huic
aũt diſputationi obijci ab imperitis ſolet q̃-
dã calumnia de mortibus paruulorũ,& de q̃
buſdam cruciatibus corporis, quibus eos
ſæpe videmus affligi. Dicunt.n. Quid opus
erat ut naſceretur,qui anteq̃ iniret vllum vi-
tæ meritum,exceſsit è uita? Aut qualis in fu-
turo iudicio deputabitur, cui neque inter iu
ſtos locus eſt,quoniam nihil recte fecit,neq;
inter malos, quoniam nihil peccauit? Quib.
reſpondetur. Ad uniuerſitatis complexum,
& totius creaturæ uel per locos uel per tẽpo
ra ordinatiſsimã connexionẽ,nõ poſſe ſuꝑ-
fluo creari qualẽcunq; hominẽ,ubi foliũ ar-
boris nullũ ſuperfluò creatur.Sed ſanè ſuper
fluo queri de meritis eius qui nihil meruerit. G
Non.n.metuendũ eſt ne vita eſſe potuerit me
dia q̃dam inter recte factũ atq; peccatum, &
ſñia iudicis media eſſe nõ poſsit inter præ-
miũ atq; ſuppliciũ. Quo loco ẽt illud ꝑcru- *De conſe.*
tari homines ſolent. Sacramentum baptiſmi *diſtin. 4.*
Chriſti q̃d paruulis proſit, cum eo accepto *ca. illud.*
plerunq; moriũtur,priuſquã ex eo quicq̃ co
gnoſcere potuerũt. Qua in re ſatis pie recte-
que crediẽ prodeſſe paruulo eorũ fidẽ, à q̃b.
conſecrandis offerẽ. Et hoc eccleſiæ cõmen
dat ſaluberrima authoritas,ut ex eo quiſque
ſentiat q̃d ſibi proſit fides ſua, qñ in aliorũ
quoq; beneficiũ, q̃ propriã nõdũ habet, põt
aliena cõmodari. Quid.n.filio uiduæ profuit
fides ſua, quã utique mortuus non habebat,
cui tñ profuit matris ut reſurgeret? Quanto
ergo potius fides aliena põt cõſulere paruu-
lo, cui ſua ꝑfidia nõ poteſt imputari? De cru
ciatibus aũt corporis,q̃bus affliguntur paruu
li quorũ per ætatem nulla peccata ſunt, ſi ani
mæ quibus animantur, non priuſquã ipſi ho
mines eſſe cœperũt, maior querela & quaſi
miſericors deponi ſolet cum dicitur. Quid
mali fecerunt ut iſta paterẽtur? Quaſi poſsit
eſſe innocentiæ meritũ antequã quiſq; aliq̃d
nocere poſsit. Cum autẽ boni aliq̃d operaẽ
Deus in emendatione maiorũ, cũ paruulorũ
ſuorũ qui eis chari ſunt, dolorib. ac mortib.
flagellantur, cur iſta non fiant, qñ cũ tranſie-
rint,pro non factis erũt in quibus facta ſunt,
ꝑ ꝑ quos aũt facta ſunt, aut meliores erunt, ſi
tẽporalibus incommodis emendatis, rectius H
elegerint uiuere, aut excuſationem in futu-
ri iudicij ſupplicio nõ habebunt, ſi uitæ hu
ius angoribus ad æternam uitam deſiderium
conuertere noluerint? Quis autem nouit, *De origi-*
quid paruulis, de quorũ cruciatibus duritia *ne aïæ ad*
maiorum contunditur, aut exercetur fides, *Hier. ca.*
aut miſericordia probatur? Quis ergo no- *17.*
uit quid ipſis paruulis in ſecreto iudiciorum *Matt. 2.*
ſuorũ bonæ compenſationis reſeruet Deus?
Qui quanquam nihil recte fecerint, tamen
nec peccantes aliquid iſta perpeſsi ſunt. Nõ
enim fruſtra etiam infantes illos, qui, cũ dñs
Ieſus Chriſtus necandus ab Herode quære-
retur, occiſi ſunt, in honorẽ martyrum re-
ceptos commendat eccleſia, quanquam iſti
calum-

calumniosi,& taliũ qõnum studiosissimi examinatores,sed loquacissimi ventilatores, ẽt de pecorũ doloribus & laboribus solent minus eruditorum solicitare fidẽ,cũ dñt. Quid etiam pecora vel meruerunt mali,vt tanta patiantur incommmoda, vel sperant boni, q̃a tantis exercentur incommodis? Sed hæc dicunt vel sentiunt, quia iniquissime de rebus existimant, qui cum summum bonum qđ & quãtũ sit aspicere nequeant, talia volunt esse omnia,quale putant esse summum bonũ,pręter.n.summa corpora quæ cœlestia sunt,minusq; corruptioni subiacẽt, summum bonũ cogitare non possunt, ideoq; ordinatissime flagitant, vt nec mortem nec vllã corruptionem patiantur corpora bestiarum,quasi non sint mortalia,cum sint infima, aut ideo mala sint, quia sunt cœlestia meliora. Dolor autẽ quẽ bestiæ sentiunt, animarum ẽt bestialium vim quandam in suo genere mirabilẽ laudabilemq; cõmendat.Hoc ipso.n. satis apparet in regendis animandisq; suis corporibus, q̃ sint appetentes vnitatis. Quid est enim aliud dolor, nisi quidam sensus diuisionis vel corruptionis impatiens?Vnde luce clarius apparet,q̃ sit illa anima in sui corporis vniuersitate auida vnitatis & tenax, q̃ nec libenter, nec indifferenter,sed potius renitenter & reluctãter intenditur in eam passionẽ corporis sui, per quam eius vnitatem atq; integritatem labefactari moleste accipit. Non ergo appareret quantus inferioribus creaturis animalib. esset appetitus vnitatis, nisi dolore bestiarũ. Quod si non appareret, minus q̃ opus esset admoneremur * in illa summa & inffabili vnitate creatoris esse omnia ista constituta. Et reuera si pie ac diligenter attendat, omnis creaturæ species & motus, qui in animi humani considerationem cadit, eruditionẽ nostram loquitur, diuersis motibus, & affectionibus, quasi quadam uarietate linguarũ, vndique clamans atq; increpãs cognoscendum esse creatorem. Nulla.n. res est earum, quæ nec dolorem, nec voluptatem sentiunt, quæ non aliqua vnitate decus proprij generis assequatur, vel omnino naturæ suæ qualẽcunque stabilitatem. Nulla itẽ res est earum, quæ vel doloris molestias, vel blanditias sentiũt voluptatis, quæ nõ in eoipso ꝙ dolorem fugit, voluptatẽq; appetit, dirẽptionẽ se fugere vnitatẽq; appetere fateat̃. Inq; ipsis rõnalib. animis oĩs appetitus cognitionis, qua illa natura lætat̃,& ad vnitatẽ refert oẽ quod percipit, & in errore nihil fugit aliud q̃ incõprehensibili ambiguitate confundi. Omne autẽ ambiguum vnde molestũ est, nisi quia certam non habet unitatem?Ex quo apparet omnia, siue nõ offendunt vel offendunt, siue cũ delectãt vel delectantur, vnitatẽ insinuare atque p̃dicare creatoris. Si aũt ignorãtia & difficultas, à quibus istam uitam necesse est incipere, nõ sunt animis naturales, restat ut aut officio susceptæ sint, aut irrogatæ supplicio. De quibus iã satis esse arbitror disputatum. Quapropter ipse primus homo qualis factus sit, magis quærendum est, q̃ qũo eius posteritas propagata sit. Multũ.n. sibi videntur acute proponere qõnem qui dicunt. Si sapiens factus est primus hõ cur seductus est? Si autem stultus factus est, qũo non est Deus author vitiorum, cũ sit stultitia maximũ uitiũ? Quasi uero natura humana præter stultitiam & sapientiã nullam mediã recipiat affectionem, quæ nec stultitia nec sapiẽtia dici possit. Tũc .n. hõ incipit aut stultus esse aut sapiens, aut alterũ horũ necessario appelletur, cũ iã posset nisi negligeret habere sapientiam, vt vitiosæ stultitiæ sit voluntas rea. Non. n. quisquã ita desipit, ut stultũ appellet infantẽ, quamuis sit absurdior, si velit appellare sapientẽ. Vt ergo infans nec stultus nec sapiens dici potest, quãuis iã hõ sit, ex quo apparet naturã hoĩs recipere aliquid mediũ, quod neq; stultitiã neque sapientiam recte vocaueris, ita etiam si quisquam tali affectione animatus esset, qualem habent illi qui per negligentiam sapientia carent, nemo eum stultum recte diceret, quem non vitio sed natura talem videret. Est enim stultitia rerum appetendarum & uitandarum non quælibet, sed uitiosa ignorantia. Vnde neque animal irrationale stultum dicimus, quia non accepit vt sapiens esse posset. Appellamus tamen plerunque ex similitudine aliquid non proprie. Nã & cæcitas cum maximum uitium sit oculorum, non tamen in catulis nascentibus vitiũ est, nec proprie cęcitas dici põt. Si ergo ita factus est homo, vt q̃uis sapiẽs nondũ esset, præceptum tñ posset accipere, cui utiq; obtẽperare deberet, nec illud iã mirum est, ꝙ seduci potuit, nec illud iniustum, ꝙ præcepto nõ obtẽperans pœnas luit, nec creator

eius

De origine animæ ad Hier. Cap. 14.

Dolor quid sit.

K

a. l. ab.

eius author vitiorũ eſt, q̃a nõ hr̃e ſapiẽtiã nõ
dũ erat vitiũ hominis, ſi nõdũ vt hr̃e poſſet,
acceperat. Sed tñ habebat aliq̃d, quo ſi bene
vti vellet, ad id q̃d non habebat aſcenderet.
Aliud eſt.n.eſſe rõnalẽ, aliud eſſe ſapientem.
Rõne fit q̃ſq; præcepti capax, cui fidẽ debet,
vt, quod p̃cipit, faciat. Sicut aũt natura rõnis
p̃ceptum capit, ſic p̃cepti obſeruatio ſapien
tiã. Quod eſt aũt natura ad capiendũ p̃ceptũ,
hoc eſt voluntas ad obſeruandũ. Et ſicut rõ-
nalis natura tanquã meritũ eſt præcepti acci
piendi, ſic p̃cepti obſeruatio meritũ eſt acci-
piendæ ſapientiæ. Ex quo aũt incipit hõ præ
cepti eſſe capax, ex illo incipit poſſe pecca-
re. Duobus aũt modis peccat antequã fiat ſa
piens. Si aut ſe non accõmodet ad accipiẽdũ
præceptũ, aut cũ acceperit, nõ obſeruet. Sa-
piens aũt peccat, ſi ſe auerterit à ſapientia. Si
cut.n.præceptũ non eſt ab illo cui p̃cipitur,
ſed ab illo q̃ p̃cipit: ſic ſapiẽtia nõ eſt ab illo
q̃ illuminat, ſed ab illo qui illuminat. Quid
ergo eſt vñ non laudandus ſit hominis crea-
B tor? Bonũ eſt. n. aliquod hõ & melius q̃ pe-
cus, ex eo q̄ eſt p̃cepti capax. Ex hoc melius,
cũ p̃ceptum iã cepit. Rurſus hoc melius, cũ
p̃cepto paruit. Et his oĩbus melius, cũ æter-
no lumine ſapientiæ beatus eſt. Peccatũ aũt
malum eſt in negligentia, vel ad capiendum
p̃ceptum, vel ad obſeruãdũ, vel ad cuſtodiẽ
dã contẽplationẽ ſapientiæ. Ex quo intelligi
tur, ẽt ſi ſapiens primus hõ factus eſt, potuit
tñ ſeduci. Quod peccatũ cũ eſſet in libero ar
bitrio, iuſta (diuina lege) pœna conſecuta eſt.
Ita dicit ẽt Apoſtolus Paulus, dicentes ſe eſſe
ſapientes, ſtulti facti ſunt. Superbia. n. auertit
à ſapientia. Auerſionẽ autem ſtultitia conſe-
quitur. Stultitia quippe cæcitas quædã eſt, ſi-
cut idẽ dicit, Et obſcuratum eſt inſipiens cor
eorum. Vnde autem hæc obſcuratio, niſi ex
1. auerſione à lumine ſapientiæ? Vnde autem
hæc auerſio, niſi dũ ille, cui bonum eſt Deus,
ſibi ipſe vult eſſe bonum ſuum, ſicuti ſibi eſt
Deus? Itaq; ad meipſum, inquit, conturbata
eſt anima mea. Et, Guſtate & eritis ſicut dii.
Turbat aũt conſiderantes, quòd ita quærunt.
Stultitiã ne primus homo receſsit à Deo, an
.3. recedendo ſtultus factus eſt? Quia ſi reſpon-
deris eum ſtultitia receſsiſſe à ſapientia, vi-
debitur ſtultus fuiſſe antequam recederet à
C ſapientia, vt ſtultitia illi cauſa eſſet recedẽdi.
Item ſi reſponderis eum recedendo ſtultum
eſſe factũ, quærunt utrũ ſtulte, aut ſapienter
fecerit q̄ receſſerit. Si.n. ſapienter fecit, recte
fecit, nihilq; peccauit, ſi ſtulte, iam erat, in-
q̃unt, in eo ſtultitia, qua factũ eſt, vt recede-
ret. Non. n. ſtulte aliquid ſine ſtultitia facere
poterat. Ex quo apparet eſſe quiddã mediũ,
quo ad ſtultitiã à ſapientia tranſitur, quod ne
que ſtulte neq; ſapiẽter factũ dici põt, q̃d ab
hominibus in hac vita conſtitutis nõ niſi ex
cõtrario datur intelligi. Sicut.n. nullus mor-
taliũ fit ſapiẽs, niſi à ſtultitia ad ſapientiã trã
ſeat, ipſe aũt tranſitus ſi ſtulte fit, non utique
bene fit, q̃d dementiſsimũ eſt dicere, ſi autẽ
ſapienter fit, iã erat ſapientia in homine ante
quã tranſiret ad ſapientiã, q̃d nihilominus
abſurdũ eſt. Ex quo intelligit̃ eſſe mediũ, q̃d
neutrũ dici poſsit. Ita & ex arce ſapientiæ, vt
ad ſtultitiã primus hõ tranſiret, nec ſtultus,
nec ſapiens tranſitus ille fuit. Velut in ſomno
vigiliis, neq; id eſt dormire q̃d obdormiſce-
re, neq; id eſt vigilare q̃d expergiſci, ſed tran
ſitus quidã ex altero in alterũ. Verũ hoc in-
tereſt, q̄ ſine voluntate plerunq; iſta fiunt, il-
la aũt nunq̃ niſi per uoluntatẽ, vñ iuſtiſsimæ D
retributiones conſequuntur. Sed quia uolun-
tatẽ non allicit ad faciendũ quodlibet, niſi *Non ſentire non*
aliq̃d uiſum, quid aũt quiſq; vel ſumat vel re *eſt in nobis, ſed nõ*
ſpuat eſt in p̃tãte, ſed quo uiſo tangatur, nul- *aſſentiri eſt.*
la poteſtas eſt, fatendũ eſt & ex ſuperioribus
& ex inferiorib. uiſis animũ tangi, vt rõnalis
ſubſtãtia ex utroq; ſumat q̃d uoluerit & ex *Cap. 15.*
merito ſumẽdi vel miſeria vel beatitas ſubſe-
quatur. Velut in paradiſo uiſum ex ſuperiori
bus, præceptum Dei, viſum ex inferiorib. ſug
geſtio ſerpentis. Nã neque q̃d ſibi p̃ciperet̃ à
domino, neq; q̃d a ſerpente ſuggereret̃, fuit
in hominis p̃tãte. Quã ſit aũt liberũ, & ab oĩ-
bus difficultatis uinculis expeditũ, in ipſa ſa-
pientiæ ſanitate cõſtituto, nõ cedere viſis in-
ferioris illecebræ, vel hinc intelligi põt, q̃d
ẽt ſtulti ea ſuperãt ad ſapientiã tranſituri, ẽt
cũ moleſtia carendi pernicioſarũ cõſuetudi
nũ peſtilẽtioſa dulcedine. Quæri autem hoc
loco põt, ſi homini præſto fuerint ex utraque
parte uiſa, unum ex præcepto Dei, alterum
ex ſuggeſtione ſerpentis, vnde ipſi diabolo
ſuggeſtum ſit appetẽdæ impietatis conſiliũ, E
quo de ſublimibus ſedibus laberetur. Si. n.
nullo uiſo tangeretur, nõ eligeret facere q̃d
fecit. nam ſi non ei aliquid veniſſet in men-
tem, nullo modo intentionem conuertiſſet

in nefas. Vnde igitur illi venit in mentẽ, quic
quid illud est qđ venit in mentem, vt ea moli
retur, quibus ex bono angelo diabolus fieret?
Qui.n. vult ꝓfecto aliq̃d vult, qđ nisi aut ex-
trinsecus ꝑ sensum corporis admoneat, aut
occultis modis in mentem veniat velle non
Generaui sorum. potest. Discernenda igitur sunt genera viso-
rum, quorũ vnum est qđ proficiscitur à vo-
luntate suadentis, quale illud est diaboli, cui
hõ consentiendo peccauit, alterum à subia-
centibus rebus vel intẽtioni animi, vel sensi-
bus corporis. Intentioni animi subiacet, ex-
F cepta incõmutabilitate trinitatis, quæ quidẽ
non subiacet, sed eminet potius, Subiacet er-
go intẽtioni animi prius ipse animus, vñ nos
ẽt viuere sentimus, deinde corpus quod ad-
ministrat, vñ ad quodlibet operandũ mem-
brũ, qđ opus est, cũ opus est, mouet. Subia-
cẽt aũt sensui corporis quæcunque corpo-
rea. Vt aũt in contẽplatione summæ sapien-
tiæ, q̃ vtiq; animus nõ est, nã incõmutabilis
est, ẽt seipsum qui est cõmutabilis animus in
tueat̃, & sibi ipse quodãmodo veniat in mẽ-
tem, nõ fit, nisi differẽtia qua nõ est qđ Deus,
& tñ aliquid est qđ possit placere post Deũ.
Melior est aũt cũ obliuiscitur sui præ charita
te incõmutabilis Dei, vel seipsum penitus in
illius cõparatione cõtemnit. Si aũt tanq̃ ob-
uius placet sibi ad peruerse imitandũ Deũ, ut
ꝑtãte sua frui velit, tanto fit minor, quanto se
cupit esse maiorẽ. Et hoc est initiũ oĩs pecca
ti superbia, & initiũ superbiæ hoĩs apostata-
re à Deo. Superbiæ aũt diaboli accessit male
Eccle.10. uolẽtissima inuidia, vt hanc superbiã homi-
ni ꝑsuaderet, ꝑ quam sentiebat se esse dãna-
tũ. Vñ factũ est, vt pœna hominẽ susciperet
emendatoria potius q̃ interfectoria, vt cui se
diabolus ad imitationẽ superbiæ præbuerat,
ei se dñs ad imitationẽ humilitatis præberet,
per quẽ nobis æterna uita promittit̃, vt præ-
rogato nobis Christi sanguine, post labores
miseriasq; ineffabiles, tanta charitate libera-
tori nostro inhæreamus, & tãta eius in eum
G claritate rapiamur, vt nulla nos visa ex infe-
riorib: à cõspectu superiore detorqueãt, quã
quã & si aliquid huic intentioni nostræ sug-
gereẽt ab appetitu inferiorũ, sempiterna nos
diaboli damnatio cruciatusq; reuocarent.
Tanta est autẽ pulchritudo iustitiæ, tanta iu-
cunditas lucis æternæ, hoc est, incommutabi
lis veritatis, atque sapientiæ, vt etiam si non
liceret amplius in ea manere, q̃ vnius diei
mora, propter hoc solum innumerabiles an
ni huius uitæ pleni delitiis & circunfluentia
temporaliũ bonorum recte meritoq; con-
temnerentur. Non enim falso aut paruo affe
ctu dictum est: Quoniã melior est dies vnus
in atriis tuis super milia, quanquam & alio
sensu possit intelligi, vt milia dierum in tem-
poris mutabilitate intelligantur, vnius autem
diei nomine incommutabilitas æternitatis
vocetur. Nescio me aliquid prætermisisse,
quod ex nostra responsione, quantum do-
minus præbere dignatus est, tuis interroga-
tionibus desit, quanquam & si tibi aliquid
occurrit, modus libri nos iam finem face-
re, & ab hac disputatione requiescere aliquã
do compellit.

D. AVRELII AVGVSTINI DE RELIGIONE

Liber.


VM omnis uitæ bonæ ac bea-
tæ uia in vera religione sit con
stituta, qua unus Deus colitur,
& purgatissima pietate cogno
scitur, principium naturarum
omnium a quo omnis uniuersitas & inchoa
tur & perficitur & continetur, hinc euiden-
tius error deprehenditur eorum populorũ,
qui multos Deos colere quàm unum ve-
rum Deum & dominum omnium malue-
runt, quòd eorum sapientes, quos philo-
sophos vocant, scholas habebant dissen-
tientes & templa communia. Non enim
vel populos uel sacerdotes latebat, de ip-
sorum deorum natura quam diuersa sen-
tirent, cum suam quisque opinionem pu-
blice profiteri non formidaret, atque om-
nibus (si posset) persuadere moliretur, om-
nes tamen cum sectatoribus satis diuersa &
aduersa sentientibus, ad sacra cõmunia nul-
lo prohibente veniebant. Non nunc agitur
quis eorum verius senserit, sed certe illud
satis (quantum mihi videtur) apparet, aliud
eos in religione suscepisse cum populo, &
aliud eodem ipso populo audiente defen-
disse priuatim. Socrates tamen audacior cæte
ris fuisse perhibetur, iurando per canẽ quẽli
bet & lapidẽ quemlibet, & quicquid iuratu-

ro eſſet in prõptu, & quaſi ad manũ occurriſſet. Credo intelligebat qualiacunq; opera naturæ, quæ adminiſtrante diuina prouidentia gignerentur, multo q̃ hoĩum & quorunlibet opificũ eſſe meliora, & iõ diuinis honorib. digniora q̃ ea q̃ in tẽplis colebantur. Nõ ꝙ vere lapis & canis eſſent colenda ſapientibus, ſed vt hoc mõ intelligerent qui poſſent, tanta ſuperſtitione demerſos eſſe homines, vt emergentibus hic eſſet tam turpis demonſtrandus gradus: ad quem venire ſi puderet, viderent quanto magis pudendũ eſſet in turpiore conſiſtere. Simul & illos qui mundum iſtum viſibilem ſummum Deum eſſe opinabantur, admonebat turpitudinis ſuæ, docens eſſe conſequens, vt quilibet lapis tanquam ſummi Dei particula iure coleretur. Quod ſi execrarentur, mutarent ſententiam, & vnum Deum colerent, quem ſolum ſupra mentes noſtras eſſe, & a quo omnem animam, & totum iſtum mundum fabricatum eſſe conſtaret. Poſtea ſuauius ad legendum quàm potentius ad perſuadendum ſcripſit Plato. Non.n. ſic nati erãt iſti, ideſt, Socrates, & Plato vt populorum ſuorum opinionem ad verum cultum veri Dei à ſimulacrorum ſuperſtitione, atq; ab huius mundi uanitate conuerterent. Itaq; & ipſe Socrates cũ populo ſimulacra venerabatur, & poſt eius damnationem mortemque nemo auſus eſt iurare per canẽ nec appellare quemcunq; lapidem Iouẽ, ſed hæc tantummodo memoriæ literiſq; mandare. Quod vtrum timore ſeueritatis, an aliqua cognitione temporum fecerint, iudicare nõ eſt meum. Illud tamen fidentiſsime dixerim, pace horum omnium qui eorum libros peruicaciter diligunt, Chriſtianis temporibus q̃nã religio potiſsimum tenenda ſit, & quæ ad veritatem ac beatitatem via eſt, nõ eſſe dubitãdum. Si enim Plato ipſe viueret, & me interrogantem non aſpernaretur, vel potius ſiquis eius diſcipulus eoipſo tp̃e quo viuebat, eum interrogaret: cum ſibi ab illo perſuaderet, nõ corporeis oculis, ſed pura mente veritatẽ videri, cui quæcunque anima inhæſiſſet, eã bea-
L tam fieri atq; perfectam: ad quam percipiendam nihil magis impedire, quàm vitam libidinibus deditam & falſas imagines rerũ ſenſibilium, quæ nobis ab hoc ſenſibili mundo ꝑ corp⁹ impreſſę, varias opiniones erroreſq; generarent quamobrem ſanandum eſſe animũ ad intuendã incommutabilẽ emrerũ formã, & eodem mõ ſemper ſe habentẽ, atque vndique ſui ſimilem pulchritudinẽ, nec diſtẽtam locis, nec tp̃e variatam, ſed vnũ atq; idẽ omni ex parte ſeruantem, quã non crederent eſſe homines, cũ ipſa vere ſummeq; ſit: cætera naſci, occidere, fluere, labi, & tñ inquantũ ſunt, ab illo æterno Deo ꝑ eius veritatem fabricata conſiſtere, in quib. aĩæ tm̃ rõnali & intellectuali datũ eſt, ut eius ęternitatis contemplatione perfruat̃ atq; afficiat̃, ornetur q́; ex ea, ęternam q́; vitam poſsit mereri. Sed dũ naſcentiũ atq; traſeuntium rerũ amore ac dolore ſauciat̃, & dedita conſuetudini huius vitę atq; ſenſibus corporis, inanibus euaneſcit imaginibus, irridet eos qui dñt eſſe aliquid, qđ nec iſtis videatur oculis, nec vllo phãtaſmate cogitet̃, ſed mente ſola & intelligentia cerni queat Cũ hæc ergo a magiſtro ſibi perſuaderent̃, ſi ex eo quæreret ille diſcipulus, vtrũ ſi quiſquã exiſteret vir magnus atq; diuinus, qui talia populis perſuaderet credenda ſaltẽ, ſi percipere nõ valerent, aut ſi qui poſ- M
ſent percipere, non prauis opinionib. multitudinis implicati, vulgarib. obruerentur erroribus, eum diuinis honoribus dignum iudicaret: reſponderet (credo) ille, non poſſe hoc ab homine fieri, niſi quẽ forte ipſa Dei virtus atq; ſapientia ab ipſa rerũ natura exceptum, nec hominum magiſterio ſed intima illuminatione ab incunabulis illuſtratum, tanta honeſtaret gratia, tanta firmitate roboraret, tanta denique maieſtate ſubueheret, vt omnia contemnendo quæ praui homines cupiunt, & omnia perpetiendo, quæ horreſcunt, & oĩa faciendo quæ mirantur, genus humanum ad tam ſalubrem fidẽ ſummo amore atque authoritate conuerteret. De honoribus vero eius fruſtra ſe conſuli, cum facile poſsit exiſtimari quantum honoris debeat̃ ſapientiæ Dei, qua geſtante & gubernante ille pro vera ſalute generis humani, magnũ aliquid propriũ, & qđ ſupra homines eſſe mereret̃. Quæ ſi facta ſunt, ſi literis monimentiſq; celebrant̃: ſi ab vna regione terrarũ, in qua ſola vnus colebat̃ Deus, & A
vbi talem naſci oportebat, per totum orbem terrarũ miſſi electi viri, virtutibus atque ſermonibus diuini amoris incendia concitarunt, ſi confirmata ſaluberrima diſciplina, illuminatas terras poſteris reliquerunt, & ne

de pteritis loquar, q̃ pôt quisq; non credere,
si hodie p gẽtes populosq; pdicatur, In prin
Ioan. 1. cipio erat verbum, & verbũ erat apud Deũ,
& Deus erat verbum, hoc erat in principio
apud Deũ, Oĩa p ipsum facta sunt, & sine ip
so factũ est nihil Si ad hoc percipiendũ, dili-
gendũ, perfruendũ, vt aĩa sanet̃, & tantæ luci
hauriendæ mentis acies conualescat, dr̃ aua-
Mat. 6. ris, Nolite vobis condere thesauros in terra
vbi tinea & ærugo exterminant, & vbi fures
effodiunt & furant̃: sed thesaurizate vobis the
sauros in cœlo, vbi neq; tinea neq; rubigo
exterminat, neq; fures effodiunt, neq; furant̃:
Vbi.n.est thesaurus tuus, ibi est & cor tuũ. Dr̃
Galat. 6. luxuriosis, Qui seminat in carne, de carne me
tet corruptionẽ: qui seminat in spiritu, de spi
Luc. 14. ritu metet vitã æternã. Dr̃ superbis, Qui se
B exaltat humiliabit̃, & qui se humiliat exalta-
Mat. 5. bit̃. Dr̃ iracundis, Accepisti alapam, para alte
Luc. 6. ram maxillã. Dr̃ discordiosis, Diligite inimi
Luc. 17. cos vestros, benefacite iis qui oderunt vos,
2. Cor. 4. dr̃ superstitiosis, Regnũ Dei intra vos est. Dr̃
1. Ioã. 2. curiosis, Nolite quærere quæ videntur, sed q̃
non videntur: quæ.n.vĩr temporalia sunt, q̃
autem non videntur ęterna sunt. Postremo
dicitur omnibus, Nolite diligere mundum,
neque ea quę in mundo sunt: quoniam omne
quod in mundo est, concupiscẽtia carnis est,
& concupiscentia oculorum, & ambitio se-
culi. Si hæc per totum orbem iam populis le
guntur, & cum veneratione libentissime au-
diunt̃: si post tm̃ sanguinem, tantos ignes, tot
cruces martyrum, tanto fertilius & vberius
vsque ad Barbaras nationes ecclesiæ pullulan
tur: si tot iuuenum & virginum milia contẽ-
nẽtium nuptias, casteq; viuẽtium iam nemo
miratur. Quod cũ fecisset Plato, vsqueadeo
peruersam tpum suorum timuit opinionẽ, vt
perhibeatur sacrificasse naturæ, naturã exe-
cratus vt tanq̃ peccatũ illud aboleret̃: si hæc
sic accipiunt̃, vt qũo antea talia disputare, sic
nunc 9̈ disputare monstruosum sit: si tali pol
C licitationi atq; sponsioni p omnes terrarum
partes, quas hoĩes incolunt, sacra christiana
traduntur, si hæc quotidie legunt̃ in ecclesiis,
& a sacerdotibus exponunt̃, si tundunt pecto
ra, qui conant̃ hæc implere: si tã innumerabi
les aggrediunt̃ hanc viã, vt desertis diuitiis &
honoribus huius mundi ex omni hominum
gñe vni Deo summo totam vitã dicare volen
tiũ, desertæ quõdã insulæ, ac multarũ terrarũ
solitudo cõpleatur. Si deniq; p vrbes atq; op
pida, castella, vicos & agros et villasq; priua
tas in tm̃ aperte persuadet̃ & appetit̃ à terre-
nis auersio, & in vnũ Deũ verumq; conuer-
sio, vt quotidie p vniuersum orbẽ humanũ
genus vna penè voce rñdeat, sursum corda
se habere ad dominũ, quid adhuc oscitamus
crapulam hesternam, & in mortuis pecudib.
diuina eloquia perscrutamur? Si quando au-
tem ad disputationem venitur, Platonico no
mine ora crepantia, q̃ pectus vero Deo ple-
num, magis habere gestimus. Qui ergo sensi-
sibilem istum mundum contemnere & aĩam
virtute purgãdam, summo Deo subijcere at-
que subiugare vanum aut malũ putant, alia
rõne refellendi sunt: si tñ cũ his dignũ est di-
sputare. Qui aũt bonũ & appetendũ fatent̃,
cognoscant Deum & cedant Deo, p quẽ po
pulis iã oĩbus hæc credenda psuasa sunt. Qđ
vtique ab ipsis fieret, si tantum valerent: aut
si non fieret, crimen inuidẽtiæ vitare nõ pos-
sent. Ergo cedant ei a quo factũ est, nec curio
sitate aut inani iactantia impediãtur quo mi-
nus agnoscant quid intersit inter paucorũ tu
midas coniecturas, & manifestã salutem, cor
reptionẽq; populorũ. Illi.n.si reuiuiscerent,
quorũ isti nominibus gloriant̃, & inuenirent
refertas ecclesias, templaq; deserta, & à cupi
ditate bonorũ temporaliũ & fluentiũ ad spẽ
vitæ æternę & bona spiritalia & intelligibilia
vocari & currere humanum genus, dicerent
fortasse (si tales essent quales fuisse memorã-
tur) hæc sunt q̃ nos psuadere populis nõ ausi
sumus, & eorũ potius cõsuetudini cessimus,
q̃ illos in nr̃am fidẽ voluntatẽq; traduximus.
Itaq; si hãc vitã illi viri nobiscũ rursum age-
re potuissent, viderẽt profecto cuius authori
tate facilius consuleret̃ hominibus, & paucis
mutatis verbis atq; sentẽtiis Christiani fierẽt,
sicut plerique recentiorũ nostrorumq; tem-
porum Platonici fecerunt. Aut si hoc non fa
terent̃ neq; facerẽt, in superbia & inuidia re-
manentes, nescio vtrũ possent ad eaipsa, quæ
appetenda & desideranda esse dixerant, cum
istis sordibus viscoq; reuolare. Nã tertio vi-
tio curiositatis in percontandis dęmonibus,
quo isti maxime, cũ quib. nunc agit̃, pagani a
Christiana salute reuocant̃: quia nimis pueri
le est, nescio vtrũ tales illi ppedirentur viri.
Sed quoquomõ se hẽat philosophorũ iactan
tia, illud cuiuis intelligere facile est, religio-
nem

nem ab eis non esse quærendam, qui eadem
sacra suscipiebant cũ populis, & de suorum
deorũ natura ac summo bono, diuersas con
trariasq; sñias in scholis suis eadem teste mul
titudine ꝑsonabant. Quod si hoc unũ tm̃ vi-
tiũ Christiana disciplina sanatũ uideremus,
ineffabili laude prædicandã esse neminẽ ne-
gare oporteret. Hæreses nãq; tã innumerabi-
les à regula Christianitatis auersæ, testes sunt
nõ admitti ad cõicãda sacramenta eos qui de
patre Deo, & sapiẽtia eius, & munere diuino
aliter sentiũt, & hominibus ꝑsuadere conan-
tur, q̃ ueritas postulat. Sic.n. creditur & doce
tur qđ est humanæ salutis caput, nõ aliã esse
philosophiã, id est, sapiẽtiæ studiũ, & aliã re
ligionẽ, cũ ij quorũ doctrinã nõ approbam⁹,
nec sacramenta nobiscũ cõicant. Quod in il-
lis minus mirandũ est, qui eorũ quoq; sacra
mentorũ ritu dispares esse uoluerũt, sicut ne-
scio q̃ serpentini, qui appellanť Manichæi,
sicut alii nõnulli. Sed in illis magis animad-
uertendũ hoc magisq; ṕdicandũ, q̃ paria sa-
cramẽta celebrãtes, tñ q̃a sñia dispares sunt,
& errores suos animosius defendere q̃ cau-
tius corrigere maluerũt, exclusi a catholica
cõione, & participatione quãuis pariũ sacra
mentorũ, propria uocabula propriosq; con
uentus, nõ in sermone tm̃ sed ẽt in superstitio
ne meruerũt, vt Photiniani, Arriani, multiq;
ṕterea. Nã de ijs qui q̃ schismata fecerũt, alia
quæstio est. Posset enim eos area dominica
vsq; ad tẽpus vltimę uẽtilationis uelut paleas
sustinere, nisi uento superbiæ nimia leuitate
cessissent, & sese a nobis ultro separassent. Iu
dæi uero quanuis uni omnipotenti Deo sup-
plicent, sola tamẽ tẽporalia & uisibilia bona
de illo expectantes, rudimenta noui populi
ab humilitate surgentia, in ipsis suis scriptu-
ris nimia securitate noluerunt aduertere, at-
G que ita in ueteri homine remãserunt. Quæ
cum ita sint, neque in confusione paganorũ,
neque in purgamentis hæreticorum, neque
in lãguore schismaticorũ, neque in cæcitate
Iudęorũ quærenda est religio, sed apud eos
solos, qui Christiani, catholici, vel orthodo-
xi nominantur: i. integritatis custodes, & re-
cta sectantes. Hæc enim ecclesia catholica ꝑ
totum orbem ualidè lateq; diffusa, omnibus
errãtibus utitur ad profectus suos, & ad eo-
rum correctionem cum euigilare uoluerint:
Vtitur. n. gentibus ad materiam operationis
suæ, hæreticis ad probationẽ doctrinæ suæ,
schismaticis ad documẽtũ stabilitatis suę, Iu
dęis ad ꝯparationẽ pulchritudinis suæ. Alios
ergo inuitat, alios excludit, alios relinquit,
alios añcedit, oĩb. tñ grãe Dei participãdæ dat
potestatẽ, siue illi informãdi sint adhuc, siue
reformãdi, siue recolligẽdi, siue admittendi.
Carnales aũt suos. i. uiuẽtes, aut sentiẽtes car-
naliter tanquã paleas tolerat, quibus in area H
frumenta tutiora sunt, donec talibus tegmini
bus exuantur. Sed q̃a in hac area pro volũta-
te quisq; vel palea vel frumentũ est, tãdiu su
stineť peccatũ aut error cuiuslibet, donec aut
accusatorẽ inueniat, aut prauã opinionẽ ꝑti
naci animositate defendat. Exclusi aũt aut pœ
nitẽdo redeũt, aut in nequitiã male liberi de-
fluũt ad monitionẽ nostrę diligẽtiæ, aut schis
ma faciũt ad exercitationẽ nostræ patientię,
aut hęresim aliq̃ gignũt, ad examẽ siue occa
sionẽ nostrę intelligẽtię. Hi sunt exitus Chri
stianorũ carnaliũ, q̃ nõ potuerũt corrigi aut
sustineri. Sępe ẽt sinit diuina prouidentia ꝑ
nonnullas nimiũ turbulentas carnaliũ homi — *Constantia sanctorum pro ecclesia.*
nũ seditiones expelli de cõgregatione Chri-
stiana, ẽt bonos uiros. Quã cõtumeliã uel in
iuriã suã cũ patientissime pro ecclesiæ pace
tulerint, neq; ullas nouitates, vel schismatis,
vel hęresis moliti fuerint, docebũt homines
q̃ uero affectu, & quanta synceritatis Deo ser
uiendũ sit. Taliũ ergo uirorũ propositũ est,
aut sedatis remeare turbinibus, aut si id non
sinanť, vel eadẽ tempestate perseuerãte, uel
ne suo reditu talis aut sęuior oriatur, tenent
voluntatem consulendi etiam eisipsis, quorũ
motibus perturbationibusq; cesserunt, sine
ulla conuenticulorum segregatione vsq; ad
mortẽ defendentes & testimonio iuuantes eã
fidem, quam in ecclesia catholica prædicari
sciunt. Hos coronat in occulto pater in oc-
culto uidens. Rarũ hoc uidetur genus, sed tñ
exempla non desunt, immo plura sunt quam I
credi potest. Ita omnibus generibus hominũ
& exemplorum ad animarum curationẽ, &
ad institutionem spiritalis populi utitur diui
na prouidentia. Quamobrem cum ante — *Catholicæ ecclesiæ laus. Cap. 7.*
paucos annos promiserim tibi scribere cha-
rissime mihi Romaniane q̃d de uera religio
ne sentirem, tẽpus nunc esse arbitratus sum,
postquã tuas acerrimas interrogationes si-
ue ullo certo fine fluctuare, ea charitate qua
tibi obstrictus sum, diutius sustinere, non

possum. Repudiatis igitur oībus, qui neq; in
sacris philosophanť, nec in philosophia cō
secranť, & ijs q̄ vel praua opinione, vel ali-
qua simulatione * supbiētes à regula & cōio *a.l.simultate.*
ne ecclesiæ catholicæ deuiarūt, & ijs q̄ san-
ctarū scripturarū lumē & spiritalis populi
gratiā, quod nouū testamentū vocatur, habe
re noluerunt, quos quāta potui breuitate p-
strinxi. Tenēda est nobis Christiana religio,
& eius ecclesiæ cōicatio quæ catholica est,
& catholica nominať, non solum à suis, ve-
K rum ēt ab hominibus inimicis. Velint.n. no-
lintue ipsi quoq; hæretici, & schismatū alū-
ni, qñ non cum suis, sed cū extraneis loquū-
tur, catholicā nihil aliud q̄ catholicā vocāt.
Non.n. possunt intelligi, nisi hoc eā nomine
discernant, quo ab uniuerso orbe nuncupať.
Huius religionis sectandæ caput est historia
& prophetia dispēsationis tēporalis diuinæ
prouidentiæ, pro salute generis humani in
ęternā vitā reformandi atq; reparandi. Quæ
cum credita fuerit, mentē purgabit vitæ mo
dus de diuinis pceptis conciliatus, & idoneā
faciet spiritalibus pcipiendis, quæ nec præte
rita sunt nec futura, sed eodē mō sp manen-
tia, nulli mutabilitati obnoxia, id est, unū ip
sum Deū patrē & filiū & spiritūsanctū, qua
trinitate quantū in hac vita datum est cogni-
ta, oīs intellectualis & animalis & corpora-
lis creatura, ab eadē trinitate creatrice esse in
quātū est, & speciē suā habere, & ordinatis-
sime administrari sine vlla dubitatione pspi-
cit, non vt aliā partem totius creaturæ fecisse
intelligať pater, & aliā filius, & aliā spiritus-
sanctus, sed & similiter oīa, & unāquāq; na-
I turā patrē fecisse p filiū in dono spiritussan-
cti. Omnis.n. res vel substantia, vel essentia,
vel natura, vel siquo alio verbo melius enū-
ciať, simul hæc tria habet, vt & vnū aliqd sit,
& specie propria discernatur à cæteris, & re
rū ordinē non excedat. Quo cognito, satis *Varietas*
apparebit, quantū hō assequi pōt, q̄ necessa- *sectarum*
rijs & inuictis, & iustis legibus, Dęo & dño *profuit ec*
suo cuncta subiecta sint, ex quo illa oīa, quæ *clesiæ.*
primo credidimus, nihil nisi authoritatē se- *Cap. 8*
cuti, partim sic intelliguntur, vt videamus es-
se certissima, partim sic vt videam⁹ fieri pos-
se, atq; ita fieri oportuisse, doleamusq; illos
hoc non credentes, q̄ nos antea credentes ir
ridere, q̄ nobiscum credere maluerunt. Non
.n. iam illa hoīs sacrosancta susceptio, & vir
ginis partus, & mors filij Dei pro nobis, &
resurrectio à mortuis, & in cęlū ascensio, &
cōsessus ad dexterā patris, & peccatorū abo-
litio, & iudicij dies, & corporū resuscitatio,
cognita ęternitate trinitatis & mutabilitate
creaturæ creduntur tantū, & nō ēt iudican-
tur ad summi Dei misericordiā, quā gñi hu
mano exhibet, ptinere. Sed qm̄ verissime di
ctū est: Oportet multas hrēses esse, vt pbati
manifesti fiant inter vos, vtamur ēt isto diui-
næ prouidentiæ beneficio. Ex his.n. homini-
bus hæretici fiunt, qui ēt si essent in ecclesia,
nihilominus errarent. Cū aūt foris sunt, plu-
rimū prosunt, non verum docendo, qđ ne-
sciunt, sed ad verum quærendum carnales,
& ad verum aperiendū spiritales catholicos
excitando. Sunt enim innumerabiles in ec-
clesia sancta Deo probati uiri, sed manife-
sti nō fiūt inter nos quandiu imperitiæ nr̄æ te
nebris delectati dormire malumus, q̄ lucem
veritatis intueri. Quapp multi vt diē Dei vi-
deāt & gaudeāt, p hæreticos de somno exci-
tanť Vtamur igiť ēt hæreticis, nō vt eorū ap-
probemus errores, sed vt catholicā discipli-
nā aduersus eorū insidias asserentes, vigilan-
tiores & cautiores simus, ēt si eos ad salutē
reuocare nō possumus. Credo aūt affuturū
Deū, vt ista scriptura pręcedente pietate le-
gentibus bonis, non aduersus vnā aliquam,
sed aduersus oēs prauas & falsas opiniones
posit ualere. Cōtra eos tn̄ posimū est insti-
tuta, q̄ duas naturas vel singulis principiis ad
uersos inuicem rebelles esse arbitranť. Offen
si.n. quibusdā rebus, & rursus quibusdā dele
ctati, nō earū qbus offenduť, sed earū qbus
delectātur, uolunt esse authorē Deū. Et cū cō A
suetudinē suā vincere nequeūt, iā carnalib. la
queis irretiti, duas aīas in vno corpore existi
māt, vnā de Deo, q̄ naturaliter hoc sit qđ ip-
se, alterā de gente tenebrarū, quā Deus nec
genuerit nec fecerit, nec protulerit, nec abie
cerit, sed q̄ suā vitā, suā terrā, suos fœtus &
aīalia, suū postremo habuerit regnū, ingeni-
tumq; principiū. Sed quodam tpe aduersus
Deum rebellasse, Deum autē cum aliud qđ
faceret nō haberet, & quomodo aliter posset
hosti resistere non inueniret, necessitate op-
pressum misisse huc aīam bonā, & quandam
particulam suæ substantiæ, cuius commix-
tione atq; miseria, hostem temperatum esse
somniant, & mundum fabricatum. Neque
nunc

nunc opiniones eorũ refellimus, qđ partim
iã fecimus, partim, quantũ Deus ſiuerit, fa-
ciemus. Sed in hoc opere qũo aduerſus eos
fides catholica tuta ſit, & qũo non perturbet
aĩum ea quibus cõmoti hoĩes in eorũ cedũt
ſnĩam, rationibus, quas dñs donare dignať
quantum poſſumus demonſtramus. Illud ſa-
nè in primis tenere te volo, qui bene noſti
animũ meũ, non hoc me fugiendę arrogãtiæ
gratia quaſi ſoleniter dicere, quicquid in his
literis erroris inueniri poterit, hoc ſolum mi
hi eſſe tribuendum: quicquid aũt verũ & cõ-
uenienter expoſitum, vni oĩum bonorũ mu-
nerũ largitori Deo. Quamobrẽ ſit tibi mani
feſtũ atq; perceptũ, nullum errorẽ in religio
ne eſſe potuiſſe, ſi anima pro Deo ſuo nõ co-
leret animã, aut corpus, aut phantaſmata ſua,
aut horũ aliqua duo coniuncta, aut certe ſi-
mul oĩa: ſed in hac vita ſocietati gñis huma-
ni ſine dolo tpaliter congruens æterna medi
taretur, vnũ Deum colens. Qui niſi permane-
ret incõmutabilis, nulla mutabilis natura re-
maneret. Mutari aũt aĩam poſſe, non quidem
localiter, ſed tñ temporaliter, ſuis affectioni-
bus quiſq; cognoſcit. Corpus vero & tẽpo-
ribus, & locis eſſe mutabile cuiuis aduertere
facile eſt. Phãtaſmata porrò nihil ſunt aliud,
q̃ de ſpecie corporis corporeo ſenſu tracta
figmenta: q̃ memoriæ mandare vt accepta
ſunt: vel partiri, vel multiplicare, vel contra-
here, vel diſtendere, vel ordinare, vel pertur-
bare, vel quolibet modo figurare cogitando
facillimũ eſt, ſed cum verum quærit, cauere
& vitare difficile. Non ergo creaturæ potius
q̃ creatori ſeruiam⁹, nec euaneſcam⁹ in cogi
tationibus noſtris, & perfecta religio eſt. Ae-
terno enim creatori adhærentes, & nos æter
nitate afficiamur neceſſe eſt. Sed quia hoc
aĩa peccatis ſuis obruta & implicata p ſeip-
ſam videre ac tenere nõ poſſet nullo in rebus
humanis ad diuina capeſſẽda interpoſito gra
du, p quẽ ad Dei ſimilitudinẽ à terrena vita
homo niteretur ineffabili miſericordia Dei
temporali diſpenſatione p creaturam muta-
bilẽ, ſed tñ æternis legibus ſeruientẽ, cõme-
morationẽ primæ ſuæ pfectæq; naturæ, par-
tim ſingulis hoĩbus, partim vero ipſi hoĩum
gñi ſubuenitur. Ea eſt noſtris tpibus Chriſtia
na religio, quã cognoſcere ac ſequi, ſecuriſ-
ſima, & certiſſima ſalus eſt. Defendi aũt ad-
uerſus loquaces, & aperiri q̃rentibus, multis
modis põt, oĩpotente ipſo Deo p ſeipſum
demonſtrante, q̃ vera ſunt, & ad hæc intuẽda
& pcipienda, bonas voluntates p bonos an-
gelos, & quoſlibet hoĩes adiuuante. Eo mõ
aũt quiſq; vtiť, quẽ videt cõgruere iis cũ qb.
agit. Ego itaq; diu multumq; conſiderãs, qua
les oblatrantes, & quales q̃rentes expertus
ſum, vel qualis ipſe ſiue cũ latrarẽ ſiue cũ q̃-
rerem, fuerim, hoc mõ mihi vtendũ putaui. D
Quæ vera eſſe perſpexeris, tene, & eccleſiæ
catholicæ tribue: q̃ falſa, reſpue, & mihi q hõ
ſum ignoſce: q̃ dubia, crede, donec aut reſpuẽ
da eſſe, aut vera eſſe, aut ſemper creden-
da eſſe, vel rõ doceat, vel p̃cipiat authoritas.
Intende igiť in hæc, q̃ ſequuntur diligẽter &
pie, & q̃tũ potes. Tales.n.adiuuat Deus. Nul *1. Retra. cap. 13.*
la vita eſt q̃ non ſit ex Deo, quia Deus vtique
ſumma vita eſt, & ipſe fons vitæ: nec aliqua *Quæ vera vita*
vita inquantũ vita eſt, malũ eſt, ſed inquantũ
vergit ad mortem. Mors aũt vitæ non eſt niſi *aut mors*
nequitia, q̃ ab eo qđ nequicquã ſit, dicta eſt. *Cap. 11.*
Et iõ nequiſſimi homines nihili hoĩes appel-
lantur. Vita ergo voluntario defectu deficiẽs
ab eo qui eã fecit, & cuius eſſentia fruebatur, *De agone Chriſtiano. ca. 5.*
& volens contra Dei legẽ frui corporibus,
quib. eã p̃fecit, vergit ad nihilum. Et hæc eſt
nequitia, non quia corpus iã nihilũ eſt, nam
& ipſum hẽt aliq̃ concordiã partiũ ſuarum,
ſine qua oĩno eſſe non poſſet. Ergo ab eo fa-
ctum eſt & corpus, qui omnis concordiæ ca
put eſt. Habet corpus quandã pacẽ ſuæ for-
mæ, ſine qua prorſus nihil eſſet. Ergo ille eſt
& corporis conditor, à quo pax oĩs eſt, & q
forma eſt infabricata atq; oĩum formoſiſſi-
ma. Hẽt aliquã ſpeciẽ ſine qua corpus nõ eſt E
corpus. Si ergo quæritur quis inſtituerit cor-
pus, ille quærať, qui eſt oĩum ſpecioſiſſimus.
Oĩs. n. ſpecies ab illo eſt. Quis eſt autẽ hic,
niſi vnus Deus, vna veritas, vna ſalus oĩum,
& prima atq; ſumma eſſentia, ex qua eſt oẽ
quicquid eſt, inquantũ eſt: quia inquantũ eſt
quicquid eſt, bonũ eſt. Et iõ ex Deo non eſt *Sapien. 1*
mors. Non.n. Deus mortẽ fecit, nec lætať in
perditione viuorum: qm̃ ſumma eſſentia eſ-
ſe facit oẽ qđ eſt, vnde & eſſentia dr̃. Mors ãt
non eſſe cogit quicquid moritur, inquantũ
moritur. Nam ſi ea quæ moriuntur penitus
morerẽtur, ad nihilũ ſine dubio peruenirẽt.
Sed tantum moriuntur, quantũ minus eſſen-
tiæ participant. Quod breuius ita dici põt,
Tanto magis moriuntur, quanto minus
ſunt.

ſunt. Corpus aũt minus eſt, q̃ vita quælibet,
qm̃ quantuluncunq; manet in ſpecie, ꝑ vitã
F manet, ſinequa unumqđq; animal, ſine qua
vniuerſa mundi natura adminiſtraĩ: Corpus
ergo magis ſubiacet morti, & iõ vicinius eſt
nihilo. Quapꝑ vita q̃ fructu corporis delecta
ta negligit Deum, inclinatur ad nihilum,
Lapſus et & iſta eſt nequitia. Hoc aũt pacto vita carna-
ratio lis & terrena efficiĩ, & ob hoc ẽt caro & ter-
eius ho ra nominanĩ, & quãdiu ita eſt, regnũ Dei nõ
minis. poſsidebit, & eripieĩ ei qđ amat. Id. n. amat
Cap. 12. quod minus eſt q̃ vita, quia corpus eſt: & ꝑꝑ
ipſum peccatũ qđ amatur fit corruptibile, vt
fluendo deſerat amatorem ſuum: quia & ille
hoc amando deſeruit Deũ. Præcepta. n. eius
neglexit dicentis: Hoc manduca, & hoc noli.
Trahiĩ ergo ad pœnas, quia diligendo infe-
riora, in egeſtate voluptatũ ſuarũ, & in dolo-
rib. apud inferos ordinaĩ. Quid eſt. n. dolor q
dĩ corporis, niſi corruptio repentina ſalutis
eius rei quã male vtendo aĩa corruptioni fe-
cit obnoxiam? Quid eſt aũt dolor qui dĩ ani-
mi, niſi carere mutabilibus rebus quib. frue-
baĩ, aut frui ſe poſſe ſperauerat? Et hoc eſt to-
tũ qđ dĩ malũ, ideſt peccatum & pęna pec-
cati. Si aũt dũ in hoc ſtadio vitæ humanæ aĩa
degit, vincat eas quas aduerſum ſe nutriuit cu
piditates fruendo mortalibus, & ad eas vin-
G cendas grã Dei ſe adiuuari credat, mente il-
li ſeruiens & bona voluntate, ſine vlla dubi-
tatione reparabiĩ, & a multis mutabilibus ad
vnũ incõmutabile reuertetur, reformata per
ſapientiã non formatã, ſed per quã formanĩ
1. Cor. 2. vniuerſa, frueturq; Deo per ſpiritumſanctũ,
qđ eſt donũ Dei. Ita fit hõ ſpiritalis oĩa iudi-
Mat. 22. cans, vt ipſe à nemine iudicetur, diligens do
minũ Deũ ſuũ in toto corde ſuo, in tota aĩa
ſua, in tota mente ſua, & diligens proximum
ſuum non carnaliter, ſed tanq̃ ſeipſum. Se au
tẽ ſpiritaliter diligit, qui ex toto quod in eo
uiuit Deũ diligit. In his enim duobus præce-
1. Retra. ptis tota lex pendet & prophetæ. Inde iã erit
cap. 13. conſequens, vt poſt mortem corporalẽ, quã
debemus primo peccatõ, tp̃e ſuo atq; ordine
ſuo hoc corpus reſtituatur priſtinæ ſtabilita-
ti, quã non per ſe habebit, ſed per aĩam ſtabi-
litam in Deo. Quæ rurſus non per ſe ſtabili-
tur, ſed per Deũ quo fruiĩ, ideoq; amplius q̃
corpus vigebit. Corpus. n. per ipſum vigebit,
& ipſa ꝑ incõmutabilẽ veritatẽ, q̃ filius Dei
vnicus eſt, atq; ita & corpus per ipſum filiũ
Dei vigebit, quia oĩa ꝑ ipſum. Dono ẽt eius
qđ animæ datur, id eſt, ſancto ſpiritui, nõ ſo
lum aĩa cui daĩ ſalua, & pacata, & ſancta fit,
ſed ipſum ẽt corpus viuificabitur, eritq; in na
tura ſua mundiſsimũ. Ipſe. n. dixit. Mundate q̃
intus ſunt, & q̃ foris ſunt, munda erunt. Dicit
& Apoſtolus. Viuificabit & mortalia corpo-
ra veſtra ꝑꝑ ſpũm manentẽ in vobis. Ablato
ergo peccato, aufereĩ & pęna peccati. Et vbi
eſt malũ? vbi eſt mors contentio tua? vbi eſt
mors aculeus tuus? Vincit. n. eſſentia nihilũ,
& ſic abſorbetur mors in victoriã. Nec aliqd
ſanctificatis malus angelus oberit, qui diabo
lus dĩ: quia & ipſe, inquantũ angelus eſt, non
eſt malus, ſed inquãtũ ꝑuerſus propria volũ-
tate. Fatendũ eſt. n. & angelos natura eſſe mu-
tabiles, ſi ſolus Deꝰ eſt incõmutabilis. Sed ea
voluntate qua magis Deũ q̃ ſe diligunt, firmi
& ſtabiles manent in illo, & fruuntur maie-
ſtate ipſius, ei vni libentiſsime ſubditi. Ille aũt
angelus magis ſeipſum q̃ Deum diligendo,
ſubditus ei eẽ noluit, & intumuit ꝑ ſuperbiã,
& à ſumma eſſentia defecit, & lapſus eſt. Et
ob hoc minus eſt quàm fuit, quia eo qđ minꝰ
erat, frui voluit, cũ magis voluit ſua poten-
tia frui q̃ Dei. Quanquã. n. non ſumme, tñ am
plius erat, qñ eo qđ ſumme eſt fruebaĩ, qm̃
Deus ſolus ſumme eſt. Quicquid aũt minus
eſt q̃ erat, non inquantũ eſt, ſed inquantũ mi-
nus eſt, malũ eſt. Eo. n. quo minus eſt q̃ erat,
tendit ad mortẽ. Quid aũt mirum ſi fit ex de-
fectu inopia, & ex inopia inuidentia qua dia
bolus vtique diabolus eſt? Defectus aũt iſte
qui peccatum vocatur, ſi tanquam febris in-
uitum occuparet, recte iniuſta pęna videreĩ,
quæ peccantem conſequiĩ, & quæ damnatio
nuncupatur. Nunc vero vſque adeo pecca-
tum voluntarium eſt malum, vt nullo modo
ſit peccatum, ſi non ſit voluntarium. Et hoc
quidem manifeſtum eſt, vt nulla hinc docto-
rũ paucitas, nulla indoctorum turba diſſen-
tiat. Quare aut negandum eſt peccatum com
mitti, aut fatendum eſt voluntate committi.
Non autem recte negat peccaſſe animã, qui
& pœnitendo eã corrigi fatetur, & veniam
pœnitẽti dari, & perſeuerantẽ in peccatis iu
ſta lege Dei damnari. Poſtremo ſi non uolun
tate male facimus, nemo ob iurgãdus eſt om-
nino, aut monẽdus. Quibus ſublatis Chriſtia
na lex, & diſciplina omnis religionis auferaĩ
neceſſe eſt. Voluntate ergo peccatur. Et quo-
niam

niam peccari non dubium est, nec hoc qui-
dem dubitandũ, video habere animas liberũ
voluntatis arbitriũ. Tales.n.seruos suos melio
res esse Deus iudicauit, si ei seruirent liberali
ter. Quod nullo modo fieri posset, si non vo
luntate, sed necessitate seruirent. Liberaliter
igit Deo angeli seruiunt, neq; hoc Deo, sed
ipsis prodest. Deus.n.bono alterius non indi
get, qm̃ à seipso est. quod aũt ab eo genitum
est, idipsum est, quia nõ est factũ, sed genitũ.
Illa vero quæ facta sunt eius bono indigent,
summo scilicet bono, id est, summa essentia.
Minus aũt sunt q̃ erant, cum p animæ pecca-
tũ minus ad illum mouentur, nec tñ penitus
separantur. nam oĩno nulla essent. Quod.n.
affectibus contingit animæ, hoc locis corpo
ri. Nã illa mouet voluntate, corpus aũt spa-
tio. Qđ aũt hoĩ a puerso angelo persuasum
dr̃, ẽt ad hoc vtiq; voluntate consensit. Nam
si necessitate id fecisset, nullo peccati crimi-
ne teneret. Quòd vero corpus hoĩs cũ añ pec
catum esset in suo gñe optimũ, post peccatũ
factũ est imbecillũ & morti destinatũ, q̃q̃ iu-
sta vindicta peccati sit, plus tñ clemẽtiæ Dei
q̃ seueritatis ostendit. Ita. n. nobis suadetur à
corporis voluptatibus & ad æternã essentiã
veritatis amorem nostrũ oportere conuerti.
Et est iustitię pulchritudo cũ benignitatis gr̃a
concordans, vt qm̃ bonorũ inferiorũ dulce-
dine decepti sumus, amaritudine pœnarum
erudiamur. Nã ita ẽt nostra supplicia diuina
prouidentia moderata est, vt & in hoc corpo
re tã corruptibili ad iustitiã tendere liceret,
& deposita omni superbia, vni Deo vero col
lum subdere, nihil de seipso fidere, illi vni se
regendũ tuendũq; cõmittere. Ita ipso duce
hõ bonæ voluntatis molestias huius vitæ in
vsum fortitudinis vertit. In copia vero volu-
ptatũ prosperisq; successibus tpaliũ, tẽperan
tiã suã probat & roborat: acuit in tẽtationib.
prudentiã, vt non solũ in eas nõ inducat, sed
fiat ẽt vigilãtior, & in amorem veritatis, quę
sola non fallit, ardentior. Sed cũ oĩb.modis
medeatur animis Deus pro tpum opportuni
tatibus, quæ mira sapientia eius ordinantur,
16. de quib.aut non est tractandũ, aut inter pios
perfectosq; tractandũ est, nullomodo bene-
ficentius consulit gñi humano, q̃ cũ ipsa sa-
pientia Dei, idest, vnicus filius cõsubstantia-
lis patri & coæternus, totum hominem susci
I. pere dignatus est, verbum caro factum est, &
habitauit in nobis. Ita enim demõstrauit car-
nalibus & non valentibus intueri mente veri
tatẽ, corporeisq; sensib⁹ deditis, q̃ excelsum
locũ inter creaturas habeat humana natura,
ꝙ non solum visibiliter, nam id poterat, & in
aliquo æthereo corpore ad nostrorũ aspe-
ctuũ tolerantiam tẽperato, sed ẽt hoĩb. in ver
ro hoĩe apparuit. Ipsa. n. natura suscipienda
erat quæ liberanda. Et ne qs forte sexus à suo
creatore se contẽptum putaret, virũ suscepit *I. Retr.*
natus est ex fęmina. Nihil egit vi, sed oĩa sua- *cap. 13.*
dendo & monendo. Veteri quippe seruitute
transacta, tp̃s libertatis illuxerat, & opportu-
ne iã hoĩ suadebat atq; salubriter, q̃ libero
esset creatus arbitrio. Miraculis conciliauit
fidẽ Deo, q in eo erat, passione hoĩem quem *Mat. 12.*
gerebat. Itaq; loquens ad turbas vt Deus, nun *Lucæ. 2.*
ciatã sibi matrẽ negauit. Et tn vt Euangelium *Addit de*
loquitur, puer parentibus subditus erat. Do- *suo, lapsu*
ctrina.n. Deus apparebat, ætatibus homo. Itẽ *opinor me*
aquam in vinum conuersurus vt Deus, Rece *moriæ.*
de à me mulier, inquit, quid mihi & tibi est? *Ioan. 2.*
Nondum venit hora mea. Cum autem venis-
set hora, qua vt homo moreretur, de cruce A
cognitã matrem cõmendauit discipulo, quẽ *Ioan. 19.*
præ cæteris diligebat. Satellites voluptatum
diuitias perniciose populi appetebant: paup
esse uoluit. Honoribus & imperiis inhiabãt:
rex fieri noluit. Carnales suos filios magnum
bonũ putabant: tale coniugiũ prolemq; con
tẽpsit. Contumelias supbissime horrebãt. oẽ
genus contumeliarũ sustinuit. Iniurias intole
rabiles esse arbitrant: q̃ maior iniuria q̃ iustũ
innocentemq; dãnari? Dolores corporis exe
crabant: flagellatus atq; cruciatus est. Mori
metuebant: morte mulctatus est. Ignominio-
sissimũ mortis genus crucẽ putabant: cruci-
fixus est. Omnia q̃ hr̃e cupientes non rectę
viuebamus, carendo vilia fecit. Omnia quæ
vitare cupiẽtes à studio deuiabamus verita-
tis, ppetiendo deiecit. Nõ.n.vllum pc̃m cõ-
mitti põt, nisi dũ appetunt ea quæ ille contẽ-
psit, aut fugiũtur quæ ille sustinuit. Tota ita-
que eius in terris per hominem quẽ suscipe-
re dignatus est, disciplina morum fuit. Re-
surrectio vero eius a mortuis, nihil hominis
perire naturæ, cum omnia salua sunt Deo, sa-
peris indicauit, & quemadmodum cuncta ser-
uiãt creatori suo, siue ad vindictã peccatorũ,
siue ad hoĩs liberationẽ, quãq; facile corpus
animæ seruiat, cũ ipsa subijcitur Deo. Qui-
bus

bus perfectis non solū nulla substantia malū est, qđ fieri nunq̃ pōt, sed ēt nullo malo afficitur, quod fieri per peccatū & vindictā potuit. Et hæc est disciplina naturalis. Christianis minus intelligentibus plena fide digna, intelligentibus aūt oī errore purgata. Iam vero ipse totius doctrinæ modus partim apertissimis rōnibus, partim similitudinibus, in dictis, in factis, in sacramentis, ad omnem animæ instructionem exercitationemq; accommodatus, quid aliud q̃ rōnalis disciplinæ regulam impleuit? Nam & mysteriorum expositio ad ea dirigiť, quæ apertissime dicta sunt. Et si ea tm̄ essent quæ facillime intelliguntur, nec studiose quæreretur, nec suauiter inueniretur veritas. Neq; si essent in scripturis sacramenta, & in sacramentis non essent signacula veritatis, satis cum cognitione actio conueniret. Nunc vero quoniam pietatis timore inchoať, charitate ꝑficiť, populus timore cōtractus tꝑe seruitutis in veteri lege, multis sacr̃is onerabať. Hoc. n. talibus vtile erat ad desiderandā gr̃am Dei, q̃ ꝑ prophetas ventura canebať. Quæ vbi venit, ab ipsa Dei sapientia hoīe assumpto, à quo in libertatē vocati sumus, pauca sacr̃a saluberrima constituta sunt, q̃ societatē Christiani populi, hoc est sub vno Deo liberæ multitudinis continerēt. Multa vero q̃ populo Hebræo, hoc est sub eodē vno Deo cōpeditæ multitudini erant imposita, ab actione remota sunt, in fide atq; interpretatione manserunt. Ita nunc nec seruiliter alligant, & exercēt liberaliter aīum. Quisquis aūt iō negat vtrunq; testm̄ ab vno Deo esse posse, quia non eisdē sacr̃is tenetur populus nr̃, quibus Iudæi tenebantur vel adhuc tenentur: pōt dicere non posse fieri, vt vnus paterfamilias iustissimus, aliud imperet eis q̄b. seruitutem duriorem vtilem iudicat. aliud eis quos in filiorū gradū adoptare dignatur. Si aūt ꝑcepta vitæ mouēt, qđ in veteri lege minora sunt, in Euangelio maiora, & iō putatur non ad vnum Deū vtraq; pertinere: pōt q̄ hoc putat, perturbari, si vnus medicus alia ꝑ ministros suos imbecillioribus, alia ꝑ semetipsum valentioribus præcipiat ad reparandā vel obtinendam salutē. Vt. n. ars medicinæ cū eadem maneat, neque vllo pacto ipsa mutetur, mutat tn̄ prȩcepta languentibus, quia mutabilis est nostra valetudo: ita diuina prouidentia cum sit ipsa omnino incommutabilis, mutabili tn̄ creaturæ varie subuenit, & ꝑ diuersitate morborū, aliis alia iubet aut vetat, vt a uitio unde mors incipit, & ab ipsa morte naturā suā & essentiam, ea quæ deficiunt. i. ad nihilum tendunt, reducat & firmet. Sed dicis mihi, Quare deficiūt? Quia mutabilia sūt. Quare mutabilia sunt? Quia nō summè sunt. Quare non summe sunt? Quia inferiora sunt eo a quo facta sunt. Quis ea fecit? Qui summe est. Quis hic est? Deus incōmutabilis trinitas, qm̄ & per summā sapientiā ea fecit, & summa benignitate conseruat. Cur ea fecit? Vt essent. Ipsum. n. quantulumcunq; esse, bonū est: quia summū bonū est summe esse. Vn̄ fecit? Ex nihilo. Qm̄ quicquid est, quantulacunq; specie sit, necesse est: Ita & si minimū bonū, tn̄ bonum erit, & ex Deo erit. Nā qm̄ summa species summū bonū est, minima species minimum bonum est. Oē aūt bonū aut Deus, aut ex Deo est. Ergo ex Deo est ēt minima spēs. Sanè qđ de specie dr̃, hoc ēt de forma dici pōt. Neq;. n. frustra tā speciosissimū, q̃ ēt formosissimum in laude poniť. Id ergo est vnde fecit Deus omnia, quod nullam speciem habet, nullamq; formam, quod nihil est aliud quàm nihil. Nam illud quod in comparatione perfectorū informe dicitur, si habet aliquid formæ, quanuis exiguum quāuis inchoatum, nondum est nihil, ac per hoc id quoque inquantū est, non nisi ex Deo. Quapropter ēt si de aliqua informi materia factus est mundus, hæc ipsa facta est oīno de nihilo. Nam & quod nondū formatū est, tn̄ aliquo modo vt formari possit, inchoatū est, Dei beneficio formabile est. Bonū est. n. esse formatū. Nonnullū ergo bonū est & capacitas formæ: & ideo bonorum omniū author, qui præstitit formam, ipse fecit eam posse formari. Ita omne quod est, inquantū est: & omne quod nondum est, inquantum esse potest, ex Deo habet. Quod alio modo sic dicitur: Omne formatum, inquantū formatum est: & omne quod nondum formatum est, inquantum formari pōt, ex Deo habet. Nulla autem res obtinet integritatē naturæ suæ, nisi in suo genere salua sit. Ab eo autem est omnis salus, a quo est oē bonū: & omne bonum ex Deo, salus igitur omnis ex Deo. Hinc cui iā oculi mētis patēt, nec ꝑnicioso studio vanæ victoriæ caligant, atq; turbanť, facile intelligit, oīa q̃ vitiantur, & moriuntur, bona esse, quanq̄ ipsum

Vetus & nouum testamētū quō differant. Cap. 17.

psum vitiũ & ipsa mors malũ sit. Nisi. n. salu
te aliqua priuarentur, nõ eis noceret vitium
vel mors, sed si non noceret vitiũ, nullo mõ
esset uitiũ. Si ergo saluti aduersatur uitiũ, &
nullo dubitante salus bonũ est, bona omnia
sunt, quib. aduersatur vitiũ. Quibus aũt aduer
satur uitiũ, ipsa uitiantur. Bona sunt ergo q̃ vi
tiantur, sed ideo uitiãtur, quia nõ summa bo
na sunt. Quæ igit̃ bona sunt, ex Deo sunt, q̃a
non summa bona sunt, non sunt Deus. Bonũ
ergo qđ uitiari nõ põt, Deus est. Cætera autẽ
oĩa bona ex ipso sunt quæ per seipsa possunt
vitiari, q̃a per seipsa nihil sunt, per ipsum ãt
partim non uitiantur, partim uitiata sanant.
Est aũt uitiũ primũ aĩæ rõnalis, voluntas ea fa
ciẽdi quæ vetat summa & intima ueritas: Ita
hõ de paradiso in hoc seculũ expulsus est. i.
ab ęternis ad tẽporalia, à copiosis ad egena, à
firmitate ad infirma. Nõ ergo à bono substã
tiali ad malũ substantiale, q̃a nulla substãtia
malũ est, sed a bono æterno ad bonum tẽpo-
rale, à bono spirituali ad bonũ carnale, à bo
no intelligibili ad bonũ sensibile, a bono sũ-
mo ad bonũ infimũ. Est igitur quoddã bonũ,
qđ si diligit aĩa rõnalis, peccat, q̃a infra illã
ordinatũ est, quare ipsum peccatũ malũ est,
nõ ea substãtia q̃ peccando diligitur. Nõ er-
go arbor illa mala est, q̃ in medio paradisi
plantata esse scribit̃, sed diuini p̃cepti trans-
gresio. Quæ cum consequentẽ habet iustã
dãnationẽ, contigit ex illa arbore quæ cõtra
uetitum tacta est, dignoscentia boni & mali,
quia cũ suo peccato aĩa fuerit implicata, luẽ
do pœnas, discit quid intersit inter p̃ceptum
quod custodire noluit, & peccatũ quod fecit
atq; hoc modo malum quod cauendo nõ dĩ
dicit, discit sentiendo, & bonum quod non
obtẽperando minus diligebat, ardentius dili
git cõparando. Vitium ergo animæ est quod
fecit, & difficultas ex vitio pœna est quã pa-
titur, & hoc est totũ malum. Facere autẽ &
pati non est substantia, quapropter substãtia
non est malum. Sic enim nec aqua malum
est, nec animal quod uiuit in aere, nam istæ
H substantiæ sunt. Sed malum est voluntaria p̃-
cipitatio in aquam, & suffocacio quam mer
sus patitur. Stylus ferreus alia parte qua scri-
bamus, alia qua deleamus a fabro factus est,
& in suo genere pulcher, & ad usum nostrũ
accõmodatus. *At si quispiam ea parte scribe
re qua deletur, & ea uelit delere qua scribit̃,

nullo mõ stilũ malũ fecerit, cũ ipsum factũ
iure uituperet̃, quod si corrigat, ubi erit ma-
lũ? Si quis repente meridianũ solẽ intueatur,
repercussi oculi turbabũtur, nũ ideo aut sol
malũ erit aut oculi? Nullo mõ. Sunt. n. substã
tiæ, sed malũ est inordinatus aspectus, & ipsa
q̃ cõsequitur perturbatio. Quod malũ non
erit, cũ oculi fuerint recreati, & lucẽ suã con
gruenter aspexerint: Neq; cum eadẽ lux quæ
ad oculos pertinet, pro luce sapientiæ quę
ad mentem pertinet colitur, ipsa fit malũ, sed
superstitio malũ est, qua creaturæ potius q̃ I
creatori seruit̃. Quod malũ omnino nullum
erit, cũ anima recognito creatore, ipsi uni se
subiecerit, & cętera per eũ subiecta sibi esse
p̃senserit. Ita omnis corporea creatura, si tã
tũmodo possideatur ab aĩa q̃ diligit Deũ, bo
nũ est infimũ, & in genere suo pulchũ, q̃m
forma & specie cõtinet̃. Si aũt diligat̃ ab aĩa
negligit Deũ, ne sic q̃dẽ malũ fit ipsa, sed q̃m
peccatũ malũ est, quo ita diligit̃, fit pęnalis
dilectori suo, & eũ implicat erumnis, & pa-
scit fallacib. uoluptatibus, q̃a neq; p̃manent,
neq; satiant, sed torquent doloribus. Quia cũ
ordinẽ suũ peragit pulchra mutabilitas tem-
porũ, deserit amantẽ species concupita, &
p̃ cruciatũ sentientis discedit a sensibus, & er
roribus agitat, ut hãc esse primã speciem pu
tet q̃ omniũ infima est natura. s. corporea, q̃
p̃ lubricos sensus caro male dilecta* nuncia- *Docta.*
uerat, vt cũ aliq̃d cogitat, intelligere se cre-
dat, vmbris illusus phantasmatũ. Siquando ãt
nõ tenens integrã diuinæ prouidentiæ disci
plinã, sed tenere se arbitrans carni resistere
conatur, vsq; ad *inuisibiliũ rerũ imagines *Visibiliũ.*
p̃uenit, & lucis huius quã certis terminis cir-
cũscripta uidet, immẽsa spatia cogitatione
format inaniter, & hãc spẽm* sibi futuræ ha- *Spem.*
bitationis pollicetur, nesciens oculorũ con-
cupiscentiam se trahere, & cum hoc mun-
do ire uelle extra mundum, quẽ propterea
ipsum esse non putat, quia eius clariorẽ par-
tem per infinitum falsa cogitatione distẽdit. K
Quod nõ solũ de hac luce, sed ẽt de aqua, po
stremo de uino, de melle, de auro, de argen-
to, de ipsis deniq; pulpis, uel sanguine uel os
sibus quorũlibet animaliũ, & cęteris huius-
modi reb. facillime fieri potest. Nihil enim
est corporis, quod non uel vno uiso posit
innumerabiliter cogitari, vel in paruo spa-
tio uisum posit eadem imaginandi faculta-
te per

te per infinita diffundi. Sed facillimũ est execrari carnẽ, difficillimũ aũt nõ carnaliter sapere. Hac ergo peruersitate animæ, q̃ contingit peccato atq; supplicio, fit oĩs natura corporea illud qđ per Salomonẽ dr̃, Vanitas vanitantiũ & oĩa vanitas. Quæ abundantia hoĩ in omni labore eius, quo ipse laborat sub sole? Neq; .n. frustra est additũ vanitantiũ, q̃a si vanitantes detrahas, qui tanq̃ prima sectãtur extrema, non erit corpus vanitas, sed in suo genere, quãuis extremam pulchritudinẽ sine vllo errore monstrabit. Tẽporalium .n. specierum multiformitas, ab vnitate Dei hominem
L lapsum p̃ carnales sensus diuerberauit, & mutabili varietate multiplicauit eius affectũ. Ita facta est abundantia laboriosa, & si dici põt, copiosa egestas, dũ aliud & aliud sequitur, & nihil cũ eo permanet. Sic à tẽpore frumenti, vini, & olei sui multiplicatus est, vt non inueniat idipsum .i. naturã incommutabilẽ & singularẽ, quã secutus non erret, & assecutus non doleat. Habebit .n. ẽt cõsequentem redemptionẽ corporis sui, quod iam non corrumpet. Nunc vero corpus qđ corrũpitur aggrauat animã, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantẽ, q̃a rapitur in ordinem successionis extrema corporũ pulchritudo. Nã ideo extrema est, quia simul nõ põt habere oĩa, sed cum alia cedunt atq; succedũt, tẽporaliũ formarum numeros in vnã pulchridinẽ cõplent. Et hoc totum nõ propterea malũ, quia transit. Sic .n. & uersus in suo genere pulcher est, quamuis duæ syllabæ simul dici nullo mõ possit. Nec .n. scđa enũciat̃, nisi prima transierit, atq; ita per ordinẽ peruenitur ad finem, ut cum sola ultima sonat, non secũ sonantibus superioribus formã tñ & decus metri cum præteritis contexta perficiat. Nec ideo tamen ars ipsa qua versus fabricatur, sic tempori obnoxia est, ut pulchritudo eius p̃
M mensuras morarum digeratur, sed simul habet omnia quibus efficit versum, non simul habentem omnia, sed posterioribus priora tollentem, propterea tamen pulchrum, quia extrema uestigia illius pulchritudinis ostendat, quam constanter atq; incommutabiliter ars ipsa custodit. Itaque ut nonnulli peruersi magis amant uersum q̃ artem ipsa qua conficitur uersus, quia plus se auribus q̃ intelligentiæ dederunt: Ita multi temporalia diligunt, conditricem uero ac moderatricem temporũ diuinã prouidentiã non requirũt, atq; in ipsa dilectione tẽporaliũ nolũt trãsire quod amant. Et tã sunt absurdi, q̃ si q̃squã in recitatione p̃clari carminis vnã aliquã syllabã solã perpetuo uellet audire. Sed tales auditores carminũ non inueniuntur, talibus aũt rerum æstimatoribus plena sunt oĩa: Propterea quia nemo est q̃ non facile, nõ mõ totũ uersum, sed ẽt totũ carmen possit audire, totũ aũt ordinẽ secundorũ sentire nullus hominũ põt. Huc accedit q̃ carminis non sumus partes, seculorũ uero partes dãnatione facti sumus. Illud ergo canit̃ sub iudicio nostro, ista peragunt * de labore nostro. Nulli aũt uicto ludi agonistici placẽt, sed tñ cũ eius dedecore decori sunt. Et hæc .n. q̃dã imitatio veritatis est. Nec ob aliud à talib. p̃hibemur spectaculis, nisi ne vmbris rerũ decepti, ab ipsis reb. quarũ illæ umbræ sunt aberremus. Ita uniuersitatis huius cõditio atq; administratio solis impiis animis dãnatisq; nõ placet, sed ẽt animab. sanctis cũ miseria earũ, multisq; vel in terra victricib. vel in cœlo sine periculo spectãtibus placet: Nihil .n. iustũ displicet iusto. Quocirca cũ omnis anima rõnalis aut peccatis suis misera sit, aut recte factis beata, omnis autem irrationalis aut cedat potentiori, aut pareat meliori, aut comparetur æquali, aut certamen exerceat, aut damnato noceat, & omne corpus suæ animæ seruiat, quantũ pro eius meritis & pro rerũ ordine sinitur, nullum malum est naturæ uniuersæ, sed sua cuiq; culpa sit malũ. Porrò cũ aĩa p̃ Dei gratiã regñata & in integrũ restituta, & illi subdita uni à quo est creata, instaurato ẽt corpore in pristinã firmitatẽ, non cũ mundo possideri, sed mundũ possidere cœperit, nullũ ei malum erit, quia ista infima pulchritudo tẽ- B
poraliũ vicissitudinũ, quæ cũ ipsa peragebatur, sed sub ipsa peragetur, & erit, ut scriptũ est, Cœlum nouũ & terra noua non in parte laborantibus animis, sed in vniuersitate regnantibus. Omnia enim vestra, inquit Apostolus, uos aũt Xp̃i, Xp̃s aũt Dei. Et, Caput mulieris uir, caput uiri, Xp̃s, caput aũt Xp̃i, Deus. Qm̃ igitur uitiũ aĩæ non natura eius, sed contra naturam eius est, nihilq; aliud est q̃ peccatum & pœna peccati, inde intelligitur nullam naturã, vel si melius ita dicitur, nullam substantiam siue essentiam malũ esse. Neque de peccatis pœnisq; eius animæ efficitur,

Alia quibus rebus seduci -- tur. Cap. 21. Eccle. 1.

Vanitantium mirror unde hauserit Au. Nã hãc lectionẽ alicubi pro-- bat, quũ Græci pariter & Hebræi legãt uanitatum. Imo. 1. Retrá. c. 7. improbat lectionem, quæ habet, uanitantiũ Psal. 4. Sapie. 9.

Author rerum rebus ante ponẽdus. Cap. 22.

Or- stiu- n.c.

Esa. 65. A. 1. Co. 3. 1. Co. 11.

citur, vt vniuersitas vlla deformitate turpet.
Quia rationis substantia, quæ ab omni pecca
to munda est Deo subiecta, subiectis sibi cæ-
teris dominatur. Ea vero q̃ peccauit, ibi ordi
nata est, vbi esse tales decet, vt Deo condito-
re atque rectore vniuersitatis decora sint om
nia. Et est pulchritudo vniuersæ creaturæ per
hæc tria inculpabilis dãnatione peccatorũ,
exercitatione iustorũ, perfectione beatorũ.
Quamobrem ipsa quoq; animæ medicina, q̃
diuina prouidentia & ineffabili beneficẽtia
gerit, gradatim distincteq; pulcherrima est.
C Distribuitur. n. in authoritatem atq; rationẽ.
Authoritas fidẽ flagitat, & rationi præparat
hominem. Rõ ad intellectũ cognitionemq;
perducit. Quanq̃ neq; authoritatẽ rõ penitus
deserit, cũ consideratur cui sit credendum, &
certe summa est ipsius iã cognitæ atq; ꝑspi-
cuæ veritatis authoritas. Sed qa in tꝑalia de-
uenimus, & eorũ amore ab æternis impedi-
mur, quędam tꝑalis medicina, q̃ non scientes
sed credẽtes ad salutẽ vocat, nõ naturæ & ex-
cellentiæ, sed ipsius tꝑis ordine prior est. Nã
in quẽcunq; locũ quisq; ceciderit, ibi debet
incũbere vt resurgat. Ergo ipsis carnalib. for-
mis qb. detinemur, nitendũ est ad eas cogno-
scendas quas caro non nunciat. Eas aũt car-
nales voco, quæ per carnẽ sentiri queunt. i. ꝑ
oculos, ꝑ aures, cæterosq; corporis sensus.
His ergo carnalibus vel corporalibus formis
inhærere amore pueros necesse est, adolescẽ
tes vero propè necesse est, hinc iam procedẽ
te ætate non est necesse. Qm̃ igitur diuina ꝓ-
uidentia, non solũ singulis hoĩbus quasi pri-
uatim, sed vniuerso generi humano tanq̃ pu
D blicè consulit, quid cũ singulis agatur, Deus
scit q agit: atq; ipsi, cũ quib. agit, sciũt. Quid
aũt agatur cum genere humano, per historiã
cõmendari voluit, & ꝑ prophetiã. Tꝑalium
aũt rerũ fides, siue p̃teritarũ, siue futurarũ, ma
gis credendo q̃ intelligendo valet. Sed nr̃m
est cõsiderare, quibus vel hominib. vel libris
credendũ sit, ad colendũ rectè Deũ, quæ vna
salus est. Hui⁹ rei vero prima disceptatio est,
vtrũ ijs potius credamus, q ad multos Deos,
an ijs qui ad vnũ Deũ colendũ nos vocant.
Quis dubitet eos potissimũ sequendos q ad
unum uocant, p̃sertim cum illi multorũ cul-
tores, de hoc uno domino cunctorum & re-
ctore consentiant? Et certe ab uno incipit nu
merus. Prius ergo isti sequendi sunt, qui unũ
summũ solũ verũ Deũ, & solũ colendũ esse
dñt. Si apud hos ueritas nõ eluxerit, tũ demũ
migrandũ est. Sicut. n. in ipsa rerũ natura ma-
ior est authoritas unius ad vnũ omnia redigẽ
tis, nec in gñe humano multitudinis ulla po-
tentia est nisi consentientis. i. unũ sentientis:
ita in religione qui ad unum uocant eorum
maior & fide dignior esse debet authoritas.
Altera consideratio est dissensionis eius quæ
de vnius Dei cultu inter hoĩes orta est. Sed ac
cepimus maiores nr̃os eo gradu, quo à tꝑali
bus ad æterna conscendit, visibilia miracula,
non. n. aliter poterant, secutos esse: ꝑ quos id E
actũ est, ut necessaria nõ essent posteris. Cum
. n. ecclesia catholica per totum orbẽ diffusa *1. Retra. cap. 13.*
atq; fundata sit, nec miracula illa in nr̃a tꝑa
durare ꝑmissa sunt, ne aĩus semꝑ visibilia q̃-
reret, & eorũ consuetudine frigesceret genus
humanũ, quorũ nouitate flagrauit. Nec iã no
bis dubiũ esse debet iis esse credendũ, qui cũ
ea p̃dicarent q̃ pauci assequunt̃, se tñ sequen
dos populis persuadere potuerunt. Nunc. n.
agitur quibus credendũ sit, anteq̃ quisque sit
idoneus ineundæ rõni de diuinis & de inuisi
bilib. rebus. Nã ipsi rõni purgatoris animæ,
quæ ad perspicuam ueritatem peruenit, nul-
lo modo authoritas humana pręponit̃, sed
ad hãc nulla superbia humana ꝑducit. Quæ
si non esset, non essent hæretici, neq; schisma
tici, nec carne circuncisi, nec creaturæ simu
lacrorum cultores. Hi aũt si non essent añ ꝑ-
fectionẽ populi q̃ promittit̃, multo pigrius
ueritas q̃reret̃. Dispensatio ergo tꝑalis, & me
dicina diuinæ prouidentiæ, erga illos q pec-
cato mortalitatẽ meruerũt, sic tradit̃. Primo F
unius cuiuslibet hoĩs nascẽtis natura & eru- *Vetus & nouus hõ cap. 26.*
ditio cogitatur. Prima huius ætas infantia in
nutrimẽtis corporalibus agit̃, penitus obliui *Lib. 1. de Gen. contra Manichæ. cap. 23.*
scenda crescenti. Eã pueritia sequit̃. unde inci
pimus aliquid meminisse. Huic succedit ado
lescentia, cui iã ꝓpagationẽ prolis natura ꝑ-
mittit, & patrẽ facit. Porro adolescentiã iuuẽ
tus excipit, iã exercenda munerib. publicis,
& domanda sub legibus: in qua vehemẽtior
ꝓhibitio peccatorũ, & pęna peccantiũ serui
liter coercẽs, carnalib. aĩs atrociores impet⁹
libidinis gignit, & oĩa cõmissa congeminat.
Nõ. n. simplex peccatũ est, nõ solũ malũ, sed
ẽt vetitũ admittere. Post labores aũt iuuen-
tutis, seniori pax nõnulla cõceditur. Inde us-
que ad mortem deterior ętas ac decolor, &

morbis

morbis ſubiectior debilisq; ꝑducit. Hæc eſt vita hominis viuentis ex corpore & cupiditatibus rerū tpaliū colligati. Hic dr̄ vetus hō, & exterior & terrenus, ēt ſi obtineat eā quā vulgus vocat fœlicitatē, in bene conſtituta
G terrena ciuitate, ſiue ſub regib. ſiue ſub principibus, ſiue ſub legib⁹, ſiue ſub his oīb. Aliter .n. bene conſtitui populus non pōt, ēt q terrena ſectatur. Hēt quippe & ipſe modū quendā pulchritudinis ſuæ. Hunc aūt hoīem quē veterē & exteriorē & terrenū deſcripſimus, ſiue in ſuo gn̄e moderatū, ſiue ēt ſeruilis iuſtitiæ modū excedentē, nonnulli agunt totū ab iſtius vitæ ortu vſq; ad occaſum. Nonnulli aūt iſtā vitā neceſſario ab illo incipiūt, ſed renaſcunt̄ interius, & cæteras eius partes ſuo robore ſpiritali & incrementis ſapientiæ corrumpunt & necant, & in cœleſtes leges donec poſt viſibilē mortē totū inſtauret̄, aſtringunt. Iſte dr̄ nouus hō & interior & cœleſtis, habens & ipſe proportione non annis, ſed ꝓfectibus diſtinctas quaſdā ſpiritales ætates ſuas. Primā in vberib. vtilis hiſtoriæ, q̄ nutrit exēplis. Scd̄am iā obliuiſcentē humana, & ad diuina tendentē, in qua non authoritatis humanæ ſinu continet̄, ſed ad ſummā incōmutabilem legē* paſsib. rōnis innitit̄. Tertiam iā fidentiorem & carnalē appetitū rōnis robore maritantē, gaudentemq; intrinſecus
H in quadam dulcedine coniugali; cū aīa menti copulat̄, & velamento pudoris obnubitur, vt iā recte viuere nō cogatur, ſed ēt ſi oēs cōcedant peccare non libeat. Quartā iā idipsū multo firmius ordinatiusq; facientē & emicantem in virū perfectū, atq; aptam & idoneā oīb. ēt perſequutionibus, & mundi huius tēpeſtatib. ac fluctibus ſuſtinendis atq; frangendis. Quintā pacatam atq; ex omni parte tranquillā, viuentē in opib. & abundantia incommutabilis regni, ſummæ atq; ineffabilis ſapientiæ. Sextā omnimodæ mutationis in æternā vitā, & uſq; ad totā obliuionē vitæ temporalis tranſeuntē in perfectā formā, q̄ facta eſt ad imaginē & ſimilitudinē Dei. Septima .n. iā quies æterna eſt, & nullis ætatibus diſtinguenda beatitudo perpetua. Vt .n. finis ueteris hoīs mors eſt, ſic finis noui hominis vita æterna. Ille nanq; homo peccati eſt, iſte iuſtitię. Sicut aūt iſti ambo nullo dubitante ita ſunt, vt vnū eorū .i. veterem atq; terrenū poſſit in hac tota uita vnus hō agere, nouum vero & cęleſtē nemo in hac uita poſsit niſi cū uetere: nam & ab ipſo incipiat neceſſe eſt, & uſq; ad viſibilē mortē cū illo, q̄uis eo deficiente, ſe proficiente ꝑduret.

Vtrusq; hoīs decurſus. cap. 27.

Sic ꝓportione vniuerſum genus humanū, cuius tanq̄ vnius hominis vita eſt ab Adā vſq; ad finē huius ſeculi, ita ſub diuinæ prouidentiæ legib. adminiſtrat̄, vt in duo gn̄a diſtributū appareat. Quorū in vno eſt turba impiorū, terreni hoīs imaginē ab initio ſeculi vſq; ad finē gerentiū. In altero ſeries populi vni Deo dediti, ſed ab Adā vſq; ad Ioannē Baptiſtā terreni hoīs vitā gerentis ſeruili quadā iuſtitia: cuius hiſtoria vetus teſtm̄ vocat̄, quaſi terrenū pollicens regnū, q̄ tota nihil eſt aliud q̄ imago noui populi & noui teſtamēti pollicentis regnū cœlorū. Cuius populi vita interim tpalis incipit à dn̄i aduentu in humilitate vſq; ad diē iudicij qn̄ in claritate venturus eſt. Poſt qd̄ iudiciū vetere hoīe extincto, erit illa mutatio q̄ angelicā vitā pollicet̄. Oēs .n. reſurgemus, ſed non oēs immutabimur. Reſurget ergo pius populus, vt veteris hoīs ſui reliquias tranformet in nouū. Reſurget aūt impius populus q ab initio vſq; ad finē veterē hoīem geſſerit, vt in ſecundā mortē pręcipitet̄. Aetatū aūt articulos qui diligenter legunt, inueniunt: nec zizania nec paleas ꝑhorreſcūt. Impius nanq; pio viuit & peccator iuſto, vt eorū cōparatione alacri⁹, donec ꝑficiant̄, aſſurgāt. K Quiſq; aūt populi terreni tpibus vſq; ad illuminationē interioris hoīs meruit ꝑuenire, genus humanū pro tpe adiuuit, exhibens ei qd̄ ætas illa poſcebat, & ꝑ prophetiā intimans id qd̄ exhibere opportunū non erat quales patiarchæ ac prophetæ inueniuntur ab iis qui non pueriliter inſiliūt, ſed pie diligenterq; pertractant diuinarū & humanarū rerū tam bonū & tā grande ſecretum. Quod ēt tpibus noui populi a magnis & ſpiritalibus viris eccleſiæ catholicæ alūnis, video cautiſsime prouideri: nequid populariter agāt quod nondū eſſe tēporis, vt cū populo agatur, intelligunt: alimēta lactea large auidis infirmioribus pluribus atq; inſtāter infundunt, validiorib. aūt cibis cū ſapiētibus paucis veſcunt̄. Sapiētiā .n. loquūtur inter perfectos, carnalibus vero & animalibus, quāuis nouis hominibus, adhuc tn̄ paruulis, nonnulla obtegunt, ſed nulla mētiunt̄. Non .n. honoribus ſuis vanis conſulunt, & inanibus laudibus, ſed vtilitati eorū,

cum

cum qbus societatẽ vitæ huius inire merue-
rũt. Hęc. n. lex est diuinæ prouidẽtiæ, vt ne-
mo superioribus adiuueẽ ad cognoscẽdã &
pcipiendã gratiã Dei, q non ad eadẽ puro
affectu iferiores adiuuerit. Ita de peccato no
stro qđ in homine peccatore ipsa natura no
stra cõmisit, & genus humanũ factũ est ma-
gnũ decus ornamentũq; terrarũ, & tã decen
ter diuinæ prouidẽtiæ procuratione admini-
straẽ, vt ineffabilis medicinæ ipsam vitiorum
fœditatẽ in nescio quã sui generis pulchritu
dinẽ uertat. Et qm̃ de authoritatis beneficen-
tiã, quãtũ in p̃sentia satis uisum est, locuti su-
mus videamus quatenus rõ posit progredi à
uisibilibus ad inuisibilia, & à tẽporalibus ad
æterna cõscendens. Non. n. frustra & inaniter
intueri oportet pulchritudinẽ cœli, ordinẽ
syderũ, candorẽ lucis, dierũ & noctiũ vicissi
tudines, lunæ menstrua curricula, anni qua-
drifariã tẽperationẽ, quadtipartitis elemẽtis
cõgruentẽ tantã uim seminũ, spẽs numeros-
que gignentiũ, & oĩa in suo genere modum
propriũ naturãq; seruãtia. In quorũ cõsidera
tione nõ uana & peritura curiositas exercen
da est, sed gradus ad immortalia, & sp pma-
nentia faciendus. Proximũ. n. est attendere q̃
ista sit natura uitalis, q̃ cuncta ista sentit, quæ
profecto qm̃ uitã dat corpori, pręstantior eo
sit necesse est. Non. n. qualiscũq; moles, quã
quã ista uisibili luce præfulgeat, si uita careat
magni ęstimanda est. Quælibet nanque uiua
substantia, cuilibet nõ uiuæ substantiæ naturę
lege præponiẽ. Sed quia irrationabilia quoq;
animãtia uiuere atq; sentire nemo ambigit, il
lud in aĩo humano p̃stãtissimũ est, non quo
sentit sensibilia, sed quo iudicat de sensibilib.
Nã & uident acutius, & cæteris corporis sen
sibus acrius corpora attingũt plerǽq; bestiæ
q̃ homines, sed iudicare de corporibus non
sentientis tantum uitę, sed ẽt ratiocinãtis est,
qua illæ carent, nos excellimus. Iam uero il-
lud uidere facillimũ est, p̃stantiorẽ esse iudi-
cãtẽ, q̃ illa res est de qua iudicatur. Nõ solũ
aũt rõnalis uita de sensibilib. sed de ipsis quo-
que sensibus iudicat, Cur in aqua remum in-
fractum oporteat apparere cũ rectus sit, &
cur ita per oculos sentire necesse sit. Nã ipse
aspectus oculorũ renunciare id põt, iudicare
autem nullo modo. Quare manifestũ est, vt
sensualem uitã corpori, ita rationalem vtri-
que præstare. Itaque si rationalis uita secun-
dum seipsam iudicat, nulla iam est natura p̃- A
stantior. Sed quia clarum est eã esse mutabi-
lẽ, qñ nunc perita, nunc imperita inuenitur,
tanto aũt melius iudicat quanto est peritior,
& tãto est peritior, quanto alicuius artis vel
disciplinæ uel sapientiæ particeps est, ipsius
artis natura q̃renda est. Neq; nunc artẽ intel-
ligi uolo q̃ notaẽ experiendo, sed q̃ ratiocinã
do indagatur. Quid. n. præclarũ nouit, q no-
uit ea impensa q̃ calce & arena cõficiẽ tena-
cius lapides cohærere q̃ luto? Aut qui tã ele-
gãter ædificat, ut q̃ plura sunt paria parib. rñ
deãt, q̃ aũt singula sunt, mediũ locũ teneant?
Quãq̃ iste sensus sit rõni ueritatiq; uicinior.
Sed certe quærendũ est, cur nos offendat, si
duab. fenestris non sup inuicẽ, sed iuxta inui
cẽ locatis, una earum maior minorve sit, cũ
ęquales esse potuerint. Si uero sup inuicem
fuerint ambæque de medio quãuis impares,
nõ ita offendat illa inęqualitas, & cur nõ mul
tũ curemus, quãto sit una earũ aut maior aut
minor, qa duę sunt. In tribus aũt sensus ipse
vr̃ expetere, ut impares nõ sint, aut inter ma-
ximã & minimã ita sit media, ut tanto pręce
dat minorẽ, quanto a maiore pręcediẽ. Ita. n.
primo quasi natura ipsa consulitur qd pbet. B
Vbi potissimũ notãdũ est queadmodũ qđ so
lũ inspectũ minus displicuerit, in melioris cõ
paratione respuaẽ, ita reperiẽ nihil esse aliud
artẽ vulgarẽ, nisi rerũ expertarũ placitarũq;
memoriã, usu quodã corporis atq; operatio
nis adiũcto, quo si careas, iudicare de operi-
bus posis, qđ multo est excellẽtius, quãuis
operari artificiosa nõ posis. Sed cũ in oĩbus
artibus conuenientia placeat, qua una salua
& pulchra sunt oĩa, ipsa uero conuenientia
ęqualitatẽ unitatẽq; appetat, uel similitudi-
ne pariũ partiũ, uel gradatione dispariũ, qs
est qui summam ęqualitatẽ uel similitudinẽ
in corporibus inueniat, audeatq; dicere cum
diligenter considerauit quodlibet corpus
uere ac simpliciter unum esse, cũ omnia uel
de specie in speciem, uel de loco in locũ trã
seundo mutentur, & partibus cõstẽt sua loca
obtinẽtibus, per q̃ in spatia diuersa diuidun-
tur? Porrò ipsa uera ęqualitas ac similitudo,
atq; ipsa uera & prima unitas, non oculis car
neis, atq; ullo tali sensu, sed mente intellecta
cõspicitur. Vnde enim qualiscunq; in corpo
ribus appetereẽ ęqualitas, aut unde conuin-
ceretur longe plurimum differre a perfecta C
nisi

Lex supra mẽtẽ hoĩs ueritatẽ docens. Cap. 30.

1. Retra. cap. 13.

nisi ea quæ perfecta est mẽte videret, si tñ q̃
facta non est, perfecta dicenda est? Et cũ oĩa
q̃ sensibiliter pulcha sunt, siue natura edita,
siue artibus elaborata, locis & tẽporib. sint
pulchra, ut corpus & corporis motus, illa
Canthus sũma cur naturaro tæ siue ferrum quod illic affigitur.
æqualitas & unitas menti tantũmodo cogni-
ta, ẽm quã de corporea pulchritudine sensu
internuncio iudicatur, nec loco timida est,
nec mutabilis tempore. Non.n. recte dici po
test ẽm eam iudicari rotundum canthum, &
non ẽm ea rotundũ vasculũ, aut ẽm eam ro-
tundum uasculum, & non ẽm eam rotundũ
denarium. Similiter in tẽporibus atq; in mo-
tibus corporum, ridicule dicitur, ẽm eam iu
dicari æquales annos, & non ẽm ea æquales
menses, aut ẽm eam æquales menses, & non
ẽm eam æquales dies. Sed siue p hæc spatia,
siue p horas, siue p breuiora momenta cõue
nienter moueatur aliquid, eadem una & in-
cõmutabili æqualitate iudicatur. Qđ si mino
ra & maiora spatia figurarũ atq; motionum,
ẽm eam legẽ parilitatis vel similitudinis, vel
D congruentiæ iudicantur, ipsa lex maior est
his oĩbus, sed potentia. Cæterũ spatio, aut lo
ci aut tpis, nec maior, nec minor, q̃a si maior
esset, non ẽm eam iudicaremus minora, si ãt
minor esset, non ẽm eã iudicaremus maiora.
Nunc uero cũ ẽm totã quadraturæ legẽ iudi
cetur, & forũ quadratũ, & lapis quadratus,
& tabella, & gẽma quadrata, rursus ẽm totã
æqualitatis legem iudicentur conuenire sibi
motus pedũ currentis formicæ, & ẽm eã gra
dientis elephantis, q̃s eã dubitet locorũ inter
uallis ac tẽporũ, nec maiorẽ esse, nec mino-
rã, cũ potẽtia superet oĩa? Hęc aũt lex omniũ
artium cũ sit omnino incõmutabilis, mẽs ve-
ro humana cui talẽ legẽ uidere cõcessum est,
mutabilitatẽ pati posit erroris, satis apparet
supra mentẽ nostrã esse legẽ, q̃ ueritas dicit.
Legẽ summã cognoscere fas, iudicare nequaquam.
Nec iã illud ambigendũ est, incõmutabilem
naturã quæ supra rõnalem animã sit, Deum
esse, & ibi esse primã uitã, & primã essentiã,
vbi est prima sapientia. Nã hæc est illa incõ-
mutabilis ueritas, q̃ lex omniũ artiũ recte dr̃,
& ars omnipotentis artificis. Itaq; cũ se aĩa
Cap. 31. sentiat, nec corporum speciem motumq; iu
E dicare ẽm seipsam, simul oportet agnoscat
pstare suã naturã ei naturæ, de qua indicat, p-
stare aũt sibi eã naturã ẽm quã indicat, & de
qua iudicare nullo mõ põt. Possum.n. dicere
quare similia sibi ex utraq; parte rñdere mẽ-
bra cuiusq; corporis, debeãt, q̃a sũma ęqua-
litate delector, quã nõ oculis corporis, sed
mẽtis contueor. Quapropter tanto meliora
esse iudico q̃ oculis cerno, quãto pro sui na
tura viciniora sunt ijs quæ animo intelligo.
Quare autem illa ita sint, nullus põt dicere.
Nec ita debere esse quisquã sobrie dixerit,
quasi posint esse non ita. Quare autẽ nobis
placeant, & cur ea quanto melius sapimus,
vehementisime diligamus, ne id quidẽ quis-
quã, si ea rite intelligit, dicere audebit. Vt. n.
nos & omnes animæ rationales secundũ ve-
ritatẽ de inferioribus recte iudicamus, sic de
nobis, qñ eisdem cohæremus, sola ipsa veri-
tas iudicat. De ipsa uero nec pater, nõ enim
minor est q̃ ipse, & ideo quæ pater iudicat, p
ipsam iudicat. Omnia. n. quæ appetunt vni-
tatẽ, hanc habent regulam uel formam vel
exemplum, vel siquo alio uerbo dici se sinit,
quoniam sola eius similitudinẽ a quo esse ac
cepit, impleuit, si tamẽ accepit, nõ incõgrue
dicitur pro ea signatione, qua filius appellat,
quia nõ de seipso est, sed primo summoque
principio qui pater dicitur, ex quo oĩs pater
nitas in cœlo & in terra nominatur. Pater
ergo nõ iudicat quenq̃, sed omne iudiciũ de
dit filio: Et spiritalis hõ iudicat omnia, ipse
ãt a nemine iudicatur. i. a nullo homine, sed
a sola ipsa lege secundũ quã iudicat omnia,
qm̃ & illud uerisime dictum est, Oportet
nos oẽs exhiberi ante tribunal Christi. Om-
nia ergo iudicat, quia super omnia est qñ cũ
Deo est. Cũ illo aũt est, qñ purisime intelli-
git, & tota charitate quod intelligit, diligit.
Ita ẽt quantũ põt, lex ipsa ẽt ipse fit, secundũ
quã iudicat omnia, & de qua iudicare nullus
potest. Sicut in istis tẽporalibus legibus quã-
quã de his homines iudicẽt cũ eas instituũt,
tñ cũ fuerint institutæ atq; firmatæ, non lice-
bit iudici de ipsis iudicare, sed secundum ip-
sas. Conditor tñ legum tẽporaliũ, si uir bo-
nus est & sapiẽs, illam ipsam cõsulit æternã,
de qua nulli animæ iudicare datũ est, vt secũ
dũ eius incõmutabiles regulas, quid sit pro
tẽpore iubendũ uetandũq; descernat. Aeter-
nam igitur legem mundis animis fas esse co-
gnoscere, iudicare non fas est. Hoc autem
interest, quòd ad cognoscendum satis est, vt
uideamus ita esse aliquid vel non ita. Ad iu-
dicandum uero addimus aliquid quod si-
gnificemus posse esse & aliter, velut cum
dicimus,

dicimus, ita esse debet, aut ita esse debuit, aut ita esse debebit, vt in suis operibus artifices faciūt. Sed multiformis est humana delectatio, nec volūt tēdere ad superiora ut iudicēt, cur ista uisibilia placeāt. Itaq; si quærā ab artifice, uno arcu constructo, cur alterū parē ꝯ in alterā partē moliatur? Rn̄debit, credo, vt paria parib. ædificii mēbra rn̄deāt. Porrò si pergā q̄rere idipsum cur eligit, dicet hoc decere, hoc esse pulchrū, hoc delectare cernētes. Nihil audebit amplius. Inclinatus. n. recumbit oculis, & vn̄ pēdeat nō intelligit. At ego uirū intrinsecus oculatū, & inuisibiliter videntē non desinā cōmonere cur ista placeāt, ut iudex esse audeat ipsius delectationis humanæ. Ita. n. superfertur illi, nec ab ea tenet̄, dum non ſm ipsam, seipsam iudicat. Et si prius quærā, utrū ideo pulchra sint, q̄a delectāt, an iō delectāt, q̄a pulchra sunt: Hic mihi sine dubitatione respondebit̄, iō delectare, q̄a pulchra sunt. Quæram ergo deinceps, quare sint pulchra. Et si titubabit̄, subiiciam, utrū iō, q̄a similes sibi partes sunt, & aliqua copulatione ad unā cōuenientiā rediguntur. Quod cū ita esse cōpererit, īterrogabo, utrū hāc ipsam unitatē, quā cōuincunt̄ appetere, summe impleant, an lōge infra iaceāt, & eā quodammodo mentiant̄. Qđ si ita est, quis nō admonitus uideat, neq; ullam speciē, neque ullū oīno esse corpus, qđ nō habeat vnitatis qualecūq; vestigiū, neq; quātūuis pulcherrimū corpus, cū interuallis locorū necessario aliud alibi habeat, posse assequi eā quā sequitur unitatē, quare si hoc ita est, flagitabo, vt rn̄deat, ut uideat ipse unitatē hāc, aut unde uideat, quam si non uideret, vn̄ cognosceret, & quid immitaret̄ corporū species, & quid implere nō posset. Nūc uero cū dicit corporibus, vos quidem nisi aliqua vnitas contineret, nihil essetis, & rursus si uos essetis ipsa unitas, corpora non essetis, recte illi dr̄. Vnde illā nosti unitatem, secundū quā iudicas corpora, quam nisi uideres, iudicare nō posses, ꝙ eā non impleāt. Si autē his cor-
I poreis oculis eam uideres, non vere diceres, quanquā eius vestigio teneant̄, lōge tn̄ ab ea distare. Nam istis oculis corporeis non nisi corporalia uides. Mēte igitur eam uidemus. Sed ubi uidemus? Si hoc loco esset ubi corpus nostrum est, non eam uideret, qui hoc modo in oriente de corporibus iudicat. Nō ergo ista continet̄ loco, & cū adest ubicunq; iudicanti, nusquā est ꝑ spatia locorū, & per potentiā nusquam nō est. Qđ si eā corpora mentiunt̄, non est credendū mentientib. ne incidamus in uanitates uanitantiū, sed q̄rendū potius est, cū ideo mentiant̄, quia eā vidētur ostendere oculis carneis, cū illa mēte pura uideatur, utrū intm̄ mentiantur, in quātū ei similia sunt, an in quātū eā nō assequunt̄. Nā si assequerentur, quod imitant̄ implerēt. Si āt implerent, omnino essent similia. Si omnino essent similia, nihil inter illā naturā & ista interesset. Quod si ita esset, nō eā mentirentur. Id. n. essent quod illa est, tn̄ mentiuntur diligētius cōsyderantibus, quia ille mentitur qui uult uideri id qđ non est, qui aūt non uolēs aliud putat q̄ est, non mētit̄, sed fallit tm̄. Nā

Non sensus corporis, sed iudiciū mentitur. Cap. 33.

buerunt, dabuntur eis exteriores tenebræ. Harū quippe initium est carnis prudentia, & sensuū corporeorū imbecillitas. Et q certaminibus delectantur, alienabuntur à pace, & summis difficultatibus implicabuntur. Initiū.n.summæ difficultatis est bellū atq; contétio. Et hoc significari arbitror ꝙ ligantur ei manus & pedes.i.facilitas omnis aufert operandi. Et qui sitire & esurire volunt, & in libidine ardescere & defatigari, vt libēter edāt & bibāt & cōcūbant & dormiāt, amāt indigētiā, quod est initiū summorum dolorū. Perficietur ergo in eis quod amāt, vt ibi sint, vbi eis sit ploratus & stridor dentium. Plures.n. sunt q hæc omnia simul vitia diligūt, & quorum vita est spectare, contendere, manducare, bibere, concumbere, dormire, & in cogitatione sua nihil aliud q̄ phantasmata, q̄ de tali vita colligunt, amplexari, & ex eorū fallacia superstitionis vel impietatis regulas fingere quibus decipiuntur, & quibus inhærēt, ét si ab illecebris carnis se abstinere conentur. Quia nō bene vtuntur talento sibi cōmisso.i. mentis acie qua vnr oēs, qui docti aut vrbani aut faceti nominantur, excellere. Sed habent eam in sudario ligatā, aut in terra obrutā.i. delicatis & superfluis rebus, aut terrenis cupiditatibus inuolutam & oppressam. Ligabūtur ergo his manus & pedes, & mittētur in tenebras exteriores, ibi erit ploratus & stridor dentium. Nō quia ipsa dilexerunt, quis.n. hęc diligat? sed quia illa quæ dilexerūt, initia sunt istorū, & necessario dilectores suos ad ista perducunt. Qui.n.magis amant ire q̄ redire, aut peruenire, in longinquiora mittēdi sunt: qm̄ caro sunt & spūs ambulans, & nō reuertēs. Qui vero bene vtuntur vel ipsis quinque sensibus corporis ad credenda & prædicāda opera Dei, & nutriendam charitatem ipsius, vel actione vel cognitione ad pacificandam naturā suā, & cognoscendū Deū, intrant in gaudiū dñi sui. Propterea talentum quod male vtenti aufertur, illi datur q talētis quinque bene vsus est: nō quia transferri pōt acumen intelligentiæ, sed ita significatū est, posse hoc amittere negligentes & impios ingeniosos, & ad eam peruenire diligētes & pios, quāuis ingenio tardiores. Nō.n.datum est illud talētum ei qui acceperat duo, habet.n. & hoc q iam in actione & cognitione bene viuit, sed ei qui acceperat quinque. Nondum enim habet ad æterna contēplanda idoneam mentis aciē, qui visibilibus tm̄, idest temporalibus credit: sed habere pōt, qui horū omnium sensibiliū Deum artificem laudat, & eū persuadet fide, & expectat spe, & quęrit charitate. Quę cū ita sint, hortor vos oēs, hoīes charissimi & proximi mei, meq; ipsum hortor vobiscū, vt ad id quò nos per sapientiam suam Deus hortatur, quanta possumus celeritate curramus. Non diligamus mūdū, qm̄ omnia quæ in mundo sunt, concupiscētia carnis, & concupiscentia oculorū est, & ambitio seculi. Non diligamus per carnis voluptatē corrumpere atque corrumpi, ne ad miserabiliorem corruptionē dolorum tormentorumq; veniamus. Non diligamus certamina, ne angelis qui talibus gaudent in potestatē demur, humiliandi, vinciendi, verberandi. Non diligamus visibilia spectacula, ne ab ipsa veritate aberrando, & amando vmbras, in tenebras proijciamur. Non sit nobis religio in phantasmatibus nostris. Melius est enim qualecunque verum, q̄ omne qcquid pro arbitrio fingi pōt. Et tn̄ animam ipsam, quanuis aīa vera sit cum falsa imaginat, colere non debemus. Melior est vera stipula, q̄ lux inani cogitatione pro suspicantis voluntate formata: & tamen stipulam, quam sentimus & tangimus, dementis est credere colendam. Non sit nobis religio humanorum operum cultus. Meliores enim sunt ipsi artifices qui talia fabricantur, quos tamen colere nō debemus. Nō sit nobis religio cultus bestiarum. Meliores enim sunt extremi homines, quos tn̄ colere non debemus. Non sit nobis religio cultus hominum mortuorum: quia si pie vixerunt, non sic habentur vt tales quærant honores, sed illum à nobis coli volunt, quo illuminā te lætantur meriti sui nos esse conseruos. Honorandi ergo sunt propter imitationem, nō adorandi propter religionē. Si aūt male vixerunt, vbicunque sint, non sunt colendi. Non sit nobis religio cultus dæmonū, quia omnis superstitio cum sit magna pœna hominū & periculosissima turpitudo, honor est ac triūphus illorū. Non sit nobis religio terrarū cultus &.aquarum, quia istis purior & lucidior est aer, etiam caliginosus, quē tamen colere nō debemus. Nō sit nobis religio ét purioris aeris & serenioris cultus, quia luce absente inumbratur: & purior illo est fulgor ignis ét huius

Marginal notes: *Mat. 22. & 25.* — E — F — *Psal. 7.* — *Mat. 25.* — *Opiniones de h*[…]

huius, quē tamen qm̄ pro voluntate accendi
nus & extinguimus, colore vtiq; non debe-
nus. Non sit nobis religio cultus corporum
ethereorū atq; cęlestiū, q̄ q̄uis oīb. cæteris
corporibus recte prçponantur, melior tñ ip
sis est quæcunq; vita. Quapp si animata sunt,
melior est quæuis aīa per seipsam q̄ corpus
quodlibet aīatū, & tñ aīam vitiosam nemo
colendā esse censuerit. Non sit nobis religio
cultus illius vitæ, qua dñr arbores viuere, qm̄
nullus sensus in illa est. Et ex eo gñe est ista,
qua nostri ēt corporis numerositas agit, qua
ēt capilli & ossa viuunt, q̄ sine sensu pcidun-
tur. Hac aūt melior est vita sentiens, & tñ vi-
tam bestiarū colere non debemus. Nō sit no-
bis religio vel ipsa perfecta & sapiens ani-
ma rationalis, siue in ministerio vniuersita-
tis, siue in ministerio partium stabilita, si-
ue q̄ in summis hominibus expectat ꝯmuta-
tionem reformationēq; portionis suæ, qm̄
oīs vita rōnalis si pfecta est, incōmutabili ve
ritati secum intrinsecus sine strepitu loquēti
obtemperat, non obtēperans aūt vitiosa fit.
Non ergo per se excellit, sed per illum, cui li
benter obtēperat. Quod ergo colit summus
angelus, id colendū est ēt ab hoīe vltimo, qa
ipsa hominis natura id non colendo facta est
vltima. Non.n. aliunde sapiens angelus, aliun
de hō, aliunde ille verax, aliunde hō, sed ab
vna incōmutabili sapientia & veritate. Nam
idipsum actū est tpali dispensatione ad salu-
tē nr̄am, vt naturam humanā ipsa Dei virtus
K & Dei sapiētia incōmutabilis, & consubstā-
tialis patri & coæternus suscipere dignaret,
per q̄ nos doceret id esse homini colendū,
qđ ab omni creatura intellectuali & rōnali
colendū est. Hoc ēt ipsos optimos angelos,
& excellentissima Dei ministeria velle cre-
damus, vt unū cū ipsis colamus Deū, cuius
contēplatione beati sunt. Neq;.n. & nos vidē
do angelos beati sumus, sed uidendo verita-
tē, qua ēt ipsos diligimus angelos, & his cō-
gratulamur. Nec inuidem⁹ ꝙ eo paratiores,
vel nullis molestiis interpedientib. pfruunt:
2. sed magis eos diligimus, qm̄ & nos tale ali-
quid sperari à cōi dño iussi sumus. Quare ho
3. noramus eos charitate, non seruitute. Nec eis
tēpla construimus. Nolunt.n. se sic honorari
a nobis, qa nosipsos, cū boni sumus, templa
22. summi Dei esse nouerunt. Recte itaq; scribit
hoīem ab angelo prohibitū ne se adoraret,

sed vnū Deū sub quo ei esset & ille cōseruus.
Qui aūt nos inuitant vt sibi seruiamus, & tan-
q̄ Deos colamus similes sunt supbis hoībus
quib. si liceat, similiter coli volunt: sed istos
hoīes ppeti minus, illos vero colere magis
periculosum est. Oīs. n. hominū dominatus
in hoīes, aut dominantiū aut seruientiū mor
te finit. Serui tus aūt sub angelorū malorū su L
perbia, pp ipsum tps qđ est post mortē, ma-
gis metuenda est. Illud ēt cuius cognoscere
facile est, ꝙ sub hoīe dñante liberas cogita-
tiones hr̄e concessum est. Illos aūt dños in
mentibus ipsis formidemus, qa vnus est ocu
lus intuendæ ac pcipiendæ veritatis. Quare si
oīb. ptātibus, q̄ dant hoībus ad regendā rem-
publicā pro nr̄o vinculo subditi sumus, red-
dentes Cæsari qđ Cæsaris est, & Deo qđ Dei
est, non ē metuēdū, ne hoc post mortē nr̄am
aliquis exigat. Et aliud est seruitus aīæ, aliud
seruitus corporis. Iusti aūt hoīes & in vno
Deo hñtes oīa gaudia sua, qñ p eorū facta
Deus benedicit, congratulantur laudantib.
Cū vero ipsi tanq̄ ipsi laudant, corrigunt er-
rātes quos pñt, quos aūt non pñt, non eis cō-
gratulant, & ab eo vitio corrigi volūt. Quib.
si similes, vel ēt mundiores atq; sanctiores
sunt boni angeli, & oīa sancta Dei mysteria,
quid metuimus ne aliquē illorū offendamus,
si non superstitiosi fuerimus, cū ipsis adiuuan
tibus ad vnū Deū tendentes, & ei vni religān
tes animas nostras, vnde religio dicta credi-
tur, omni superstitione careamus? Ecce vnū
Deū colo, vnum oīum principium: & vnā sa M
pientiam qua sapiens est quæcunque aīa sa-
piens est: & ipsum munus, quo beata sunt q̄-
cunque beata sunt. Quisquis angelorū diligit
hunc Deū, certus sum ꝙ ēt me diligit. Quis-
quis in illo manet, & pōt humanas preces
sentire, in illo me exaudit. Quisquis ipsum ha
bet bonum suum, in ipso me adiuuat, nec mi
hi eius participationē pōt inuidere. Dicāt er-
go mihi adoratores aut adulatores partium
mundi, quē non optimum sibi conciliet, qui
hoc vnū colit qđ omnis optimus diligit, &
cuius cognitione gaudet, & ad quod princi-
piū recurrendo fit optimus. Quisqs vero an-
gelus excessus suos diligit, & veritati eē sub-
ditus nō vult, & priuato suo lætari cupiens a
cōi oīum bono & vera beatitudine lapsus ē,
cui oēs mali subiugandi & premēdi sunt, nul
lus aūt bonus nisi exercendus in ptātem dat,

nullo

Totus hic Aug. discursus a catholico lectore sobrie venit intelligendus, ne venerationē atque intercessionē sanctorū his maxime tpib. istir mari alicui videatur, prohibet. n. ac detestatur latriæ cultū & adorationē quæ soli dētur creatori, nō creaturæ Mat. 22.

1. Retra. cap. 13. Religio a religādo.

A nullo dubitante non est colendus, cuius lætitia est nrã miseria, & cuius damnũ est nrã reuersio. Religet ergo nos religio vni oĩpotenti Deo: quia inter mentẽ nrãm qua illũ intelligimus patrẽ, & veritatẽ. i. lucẽ interiorẽ ꝑ q̃ illũ intelligimus, nulla interposita creatura est. Quare ipsam quoq; veritatẽ nulla ex parte dissimilẽ in ipso & cum ipso veneremur, quæ forma est omniũ, quæ ab vno facta sunt, & ad vnum nitũtur. Vnde apparet spiritalib. animis, per hanc formam esse facta omnia, q̃ sola implet quod appetunt omnia. Quæ tamen omnia neque fierent à patre per filium, neque suis finibus salua essent, nisi Deus summe bonus esset: qui & nulli naturæ quæ ab ipso bona esse potest inuidit, & in bono ipso alia quantum vellent, alia quantum possent vt manerent dedit. Quare ipsum donum Dei cum patre & filio æque incommutabile colere & tenere nos conuenit: vnius substantię Trinitatem, vnum Deum à quo sumus, per quem sumus, in quo sumus, à quo discessimus, cui dissimiles facti sumus, à quo perire non permissi sumus: principium ad quod recurrimus, formam quam sequimur, & gratiam qua reconciliamur: vnum Deum quo authore conditi sumus, & similitudinẽ eius, per quem ad vnitatem reformamur, & pacem qua vnitati adhæremus. Deum qui dixit: Fiat, & verbum per quod factum est, omne quod substantialiter & naturaliter factum est, & donum benignitatis eius, quo placuit & conciliatum est authori suo, vt nõ interiret quicquid ab eo per verbum factum est: vnum Deum quo creatore viuimus, per quem reformati sapienter viuimus: vnũ Deũ ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia, ipsi gloria in secula seculorum. Amen.

Vera religio. — *1. sen. di. 3. c. nunc restat.* — *Spiritus donum.* — B — *Gen. 1.* — *Rom. 11.*

L E C T O R I.

DVO oppuscula quæ sequuntur, alteri loco fuerant destinata, prius πολεμικῶν posterius διδακτικῶν. Verùm quoniam altero fortissimus tiro velitatus est in hæreticos, altero mirandus Doctor futurus, prælusit in expositionem mysticarum scripturarũ, quæ iuxta varios sensus tractantur; visum est huic tomo clausulam addere. Mox vt nomen dederat Imperatori Christo, quo commilitonibus suis certissimam faceret se bona fide à Manichæis transfugisse, sub quorum signis nouem annis militauerat, prodit illorum mysteria. Idque facit admirabili sermonis elegantia.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, de moribus ecclesiæ catholicæ Liber.

IN aliis libris satis opinor egisse nos queadmodũ Manichæorũ inuectionibus, quibus in legem quod vetus testamentum vocatur, imperite atque impie feruntur, seseque inter imperitorũ plausus inani iactatione ventilant, possimus occurrere, quod breuiter etiam hic cõmemorari à me potest. Quis enim mediocriter sanus non facile intelligat scripturarum expositionem ab ijs petendam esse, qui earum Doctores se esse profitentur: fierique posse, immo id semper accidere, vt multa indoctis videantur absurda, quæ cum à Doctoribus exponuntur, eo laudanda videantur elatius, quo abiectius aspernanda videbantur, & eo accipiantur aperta dulcius, quo clausa difficilius aperiebantur. Hoc fere in sanctis veteris testamenti libris euenit, si modo ille qui eis offenditur, Doctorem potius eorum pium quàm impium laceratorem requirat, priusque studio quærentis, quàm temeritate reprehendẽtis imbuatur. Nec si ea discere cupiens, in aliquos forte inciderit vel episcopos vel presbyteros vel cuiuscemodi ecclesiæ catholicæ antistites & ministros, qui aut passim caueant nudare mysteria, aut contenti simplici fide, altiora cognoscere non curarint, desperet ibi scientiam esse veritatis, vbi neque omnes, a quibus quæritur, docere possunt, neque omnes qui quærunt, discere digni sunt. Et diligẽtia igitur & pietas adhibẽda est: altero fiet vt scientes inueniamus, altero, vt scire mereamur. Sed quoniam duæ maximæ sunt illecebræ Manichæorũ, quibus decipiuntur incauti, vt eos velint habere Doctores. vna, cũ scripturas reprehẽdunt, vel quas male intelligũt: vel quas male intelligi volunt: altera, cum vitæ castæ & memorabilis continentiæ imaginem præferunt: hic liber congruentem catholicæ disciplinæ sniam nostram de vita & moribus continebit, in quo fortasse intelligetur & quàm sit facile simulare, & quàm difficile habere virtutem. Eum sanè modum tenebo si potero, vt neq; in illorum morbos qui mihi

E — *Duo bus sunt nich.*

unt notissimi,tam grauiter inuehar,q̃ illi in
uæ ignorant.Sanari enim eos potius, si fieri
otest,q̃ oppugnari volo, & ea de scripturis
ssumā testimonia,quibus eos necesse sit cre
ere,* de nouo scilicet testamento. De quo
amen nihil proferam eorum quæ solent im
nissa esse dicere, cum magnis angustijs coar
tantur, sed ea dicam, quæ & approbare &
audare coguntur.Nec omnino ullam relin-
quam testem sententiam productam de apo-
stolica disciplina,cui non de veteri testamen
to similem comparem, ut si euigilare tādem
deposita pertinacia somniorum suorum, &
in Christianæ fidei lucem aspirare voluerint,
animaduertent,& quam non sit christina vi-
ta quam ostentant, & quam sit Christi scri-
ptura quam lacerant. Vnde igitur exordiar?
Ab authoritate,an à ratione?Naturæ quidem
ordo ita se habet, ut cum aliquid discimus,
rationem præcedat authoritas. Nam infirma
ratio uideri potest, quæ cum reddita fuerit,
authoritatem postea per quam firmetur assu
mit. Sed quia caligantes hominum mentes
consuetudine tenebrarum, quibus in nocte
peccatorum uitiorumq́ue uelantur, perspi-
cuitati syceritatique rationis aspectum ido-
neum intendere nequeunt,saluberrime com
paratum est,ut in lucem ueritatis aciem titu
bantem ueluti ramis humanitatis opacata in
ducat authoritas. Sed quoniam cum ijs no-
bis res est,qui omnia contra ordinem & sen
tiunt & loquuntur & gerunt, nihilq́ue aliud
maxime dicunt nisi rationem prius esse red-
dendam,morem illis geram, & quod fateor
in disputando uitiosum esse suscipiam. De-
lectat enim me imitari quantum ualeo man-
suetudinem domini mei Iesu Christi, qui ét
ipsius mortis malo quo nos ex uere uellet, in
dutus est. Ratione igitur quæramus quem-
admodum sit homini uiuendum.Beate certe
omnes uiuere uolumus, neq; quisquam est
in hominum genere, qui non huic sententiæ
antequam planè sit emissa consentiat. Bea-
tus autem quantum existimo neq; ille dici
potest,qui non habet quod amat, qualecun-
que sit, neq; qui habet quod amat, si noxiū
sit,neq; qui non amat qđ habet, etiam si opti
mum sit. Nam & qui appetit quod adipisci
nō potest,cruciatur,& qui adeptus est,quod
appetendum nō est,fallitur,& qui non appe
tit qđ adipiscendum esset,ægrotat.Nihil autē
istorū animo cōtingit sine miseria. Nec mise
ria & beatitudo in homine uno simul habita
re consueuerūt. Nullus igitur illorū beatus
est.Quartū restat, ut uideo,ubi beata uita iue
niri queat, cū id quod est hominis optimū,
& amatur & habetur. Quid.n. est aliud quod *Frui.*
dicimus frui,nisi prestò habere quod diligis?
Neq; quisquam beatus est, qui non fruitur
eo quod est hominis optimū, nec quisquam
qui eo fruitur,non est beatus. Præstò ergo es-
se nobis debet optimum nostrū si beate uiue
re cogitamus.Sequitur ut quæramus quid sit
hominis optimum, quod profecto deterius *Hōis optī*
esse,q̃ ipse hō non potest.Quisquis.n. quod *mū quid.*
seipso est deterius sequiť, fit & ipse deterior.
Oportet autē omnem hominē id quod opti
mum est sequi. Non est igitur homine dete-
rius hominis optimū. Fortasse tale aliquid
erit quale ipse homo est. Ita fit sanè, si nihil
est homine melius quo perfrui possit. Si aūt
inuenimus aliquid qđ & homine sit excellen
tius,& prestò esse amanti sese homini possit,
quis dubitauerit homini ad id nitendū esse,
ut beatus sit, qđ eoipso qui nititur, manife-
stū est esse præstantius? Nam si id est beatū es
se,ad tale bonum peruenisse quo amplius nō
potest,id est,aūt quod dicimus optimū, quo
tandem pacto potest in ea definitione inclu-
di,qui ad summū bonum suū nondum per-
uenerit?Aut quomodo summum est,si est ali
quid melius quò peruenire possimus? Hoc
igitur si est, tale esse debet, quod non amittat
inuitus.Quippe nemo potest confidere de ta *Hō quid.*
li bono,quod sibi eripi posse sentit, etiam si *Cap. 4.*
retinere id amplecti; uoluerit. Quisq; autē
de bono quo fruiť nō confidit,in tanto timo
re amittendi beatus esse qui potest? Quæra-
mus igitur,quid sit homine melius.Quod ꝓ
fecto inuenire difficile est, nisi prius consy-
derato atq; discusso,quid sit ipse homo.Nec
nunc definitionem hominis à me postulan-
dam puto.Illud est magis quod mihi hoc lo
co quærendum uidetur,cum inter omnes pe
nè constet, aut certe id quod satis est, inter
me atque illos cum quibus nunc agitur hoc
conueniat,ex anima, & corpore nos esse cō
positos,Quid est ipse hō,utrūq; horū, q̃ no-
minaui,an corpus tātummodo, an tātummo
do anima? Quanquam.n. duo sint anima & K
corpus, & neutrum vocaretur homo, si non *Ita Plato*
esset alterū. Nā neq; corpus hō esset si ani- *unimam*

dixit hominẽ, corpus organũ uel domicilium.

ma non esset, nec rursus anima hõ, si ea corpus non animaret. Fieri tñ põt, vt vnũ horũ & habeatur hõ & vocetur. Quid ergo hominẽ dicimus? Animam & corpus tanquã bigas vel cẽtaurũ, an corpus tm̃, qđ si in vsum animæ se regentis tanquã lucernã, nõ ignem simul & testã, sed testam solã, tñ ꝑꝑ ignẽ appellamus, an nihil aliud hominẽ q̃ animã dicimus, sed ꝑꝑ corpus quod regit, veluti eqtem non simul equũ & hominẽ, sed hominẽ solũ, ex eo tñ ꝙ regendo equo sit accommodatus vocamus? Difficile est istã controuersiã diiudicare, aut si rõne facile, oratione longũ est. Quẽ laborẽ ac morã suscipere ac subire non opus est. Siue enim vtrunq;, siue aĩa sola nomen hominis teneat, nõ est hominis optimũ quod optimum est corporis, sed qđ aut corpori simul & animæ, aut soli animæ optimũ est, id est optimũ hoïs. Corporis aũt si q̃rimus quid optimum sit, id certe rõ cogit fateri, per quod fit vt sese corpus q̃ optime habeat.

Hoïs optimũ quid sit. cap. 5.

L Nihil est aũt omnium, q̃ vegetat corpus anima melius atq; ꝑstantius. Est ergo summũ corporis bonũ, nõ voluptas eius, nõ indolẽtia, nõ vires, nõ pulchritudo, nõ velocitas, & si q̃d aliud in bonis corporis numerari solet, sed oĩno aĩa. Nã & ista q̃ cõmemorata sunt, ꝑsẽtia sui exhibet corpori, & qđ antecellit oĩbus, vitã. Quãobrẽ nõ vr̃ mihi aĩa esse summum hominis bonũ, siue animã simul & corpus, siue animam solam hominẽ dicimus. Vt enim corpus summum bonum id inuenit ratio, quod est corpore melius, & quo ei vigor & uita præbetur, ita siue corpꝰ & anima, siue anima ipsa per se homo sit, inueniendum est, siquid animam præcedit ipsam, quod cũ anima sequitur, fit in suo genere quantũ põt optima. Quod si reperire potuerimus, id erit profecto quod ambagibus remotis omnibus, summũ hominis bonum iure meritoq; nominandum est. Aut si corpus est homo, quin hominis optimum anima ipsa sit, recusare nõ possum. Sed certe cum de moribus agitur, cum quærimus quinam uitæ modus sit tenẽdus ut beatitudinem possimus adipisci, non corpori præcepta dãtur, non corporis inuestiganda est disciplina.

M Postremò bonos mores ea nostra pars actura est, quæ eos inquirit & discit, & hæc animæ sunt propria. Nõ igitur de corpore cũ de virtute obtinenda satagimus, quæstio est. Quod si est consequens, sicuti est, vt ipsum corpus cũ ab anima regit̃, q̃ virtutis cõpos est, multo & melius regat̃ & honestius, eoq; optime sese habeat, quo est optima illa quæ sibi iusta lege dominatur, id erit hominis optimũ quod animã optimã facit, ẽt si hominẽ corpus uocemus. An uero si mihi auriga obtẽperãs, equos quib. præest agit ac regit commodissime, atq; ipse quo mihi est obedientior, mea liberalitate ꝑfruit̃, negare q̃squã ꝑt nõ solum ꝙ auriga, verumetiã ꝙ equi sese optime habent, mihi deberi? Itaq; siue tantũ corpus, siue tm̃ aĩa, siue utrunque hõ sit, non mihi maxime quærendũ vr̃, nisi quid animã faciat optimã. Nã eo percepto, nõ põt hõ nõ aut optime, aut certe multo melius sese habere, q̃ si hoc unũ defuisset. Nemo aũt dubitauerit, quin uirtus animã faciat optimã. Sed rectissime quæri põt, utrũ ista uirtus ẽt ꝑ se, an nisi in anima esse non possit. Oborit̃ iterũ altissima & longissimi sermonis indigẽs qõ, sed hoc bñ utar fortasse cõpẽdio, spero Deũ affuturũ, vt quantũ imbecillitas nostra patit̃, de tantis rebus non mõ dilucide, sed ẽt breuiter doceamus. Quodlibet. n. eorũ sit, siue ẽt ꝑ se esse possit virtus sine anima, siue nisi animæ inesse nõ possit, proculdubio aliq̃d anima sequitur vt virtutẽ assequat̃, Id erit aut ipsa aĩa, aut uirtus, aut aliquid tertiũ. At si seipsam sequitur vt virtutem adipiscatur, stultum nescio quid sequitur. Stulta est enim ante adeptã uirtutem. Summa sunt aũt uota sequentium, vt id quod quisque sequitur, assequitur. Aut igitur optabit non assequi quod sequitur anima, quo nihil absurdius & peruersius dici potest, aut cum se sequitur stulta, eandem stultitiam quam vitat assequitur. Si autem uirtutem sequitur, hanc assequi cupiens, quomodo sequitur id quod nõ est, aut qũo assequi cupit quod habet? Aut igitur uirtus est præter animam, aut si non placet vocare virtutem nisi habitum ipsum, & quasi sapientis animæ qualitatem, quæ nisi in anima esse non potest, oportet vt aliquid aliud sequatur anima, vt ei virtus possit innasci, B quia neq; nihil sequendo, neq; stultitiam sequendo põt, quantum ratio mea fert, ad sapientiam peruenire. Hoc igitur aliud quod sequendo anima uirtutis atq; sapientia compos fit, aut homo sapiens est, aut Deus. Sed supra dictum est, tale quiddam esse debere,

quod

quod inuiti amittere nequeamus. Quis uero cunctandũ putet, hominẽ ſapientẽ, ſi eũ ſeq ſatis putauerimus, auferri nobis non mõ recuſantibus, ſed ẽt repugnantib. poſſe? Deus igiẽ, reſtat, quẽ ſi ſequimur, bene, ſi aſſequimur, nõ tm̃ bene, ſed ẽt beate viuimus. Quẽ ſiqui eſſe negant, qd ego cogitẽ quo illis ſermone ſuadendũ ſit, cũ quibus utrũ omnino ſermocinandũ ſit, neſcio? Quod tñ ſi uidebitur, longe aliud principiũ, alia rõ, aliud ingreſſus ineundus eſt, q̃ in præſentiarũ ſuſcepimus. Nũc itaq; cũ illis mihi res eſt q Deũ eſſe non negant. Neq; id tm̃, ſed ẽt nõ ab eo negligi res humanas fatentẽ. Nullũ.n. arbitror aliquo religionis noĩe teneri, q nõ ſaltẽ animis noſtris diuina prouidentia conſuli exiſtimet. Sed qũo ſequimur quẽ nõ uidemus? aut qũo uidemus, qui non ſolum homines ſed ẽt inſipientes homines ſumus? Quãquã. n. non oculis, ſed mente cernatur, quæ tandẽ mens idonea reperiri põt, q̃ cũ ſtultitiæ nube obtegatur, valeat illã lucẽ, uel ẽt conetẽ haurire. Confugiendum eſt igitur ad eorũ præcepta, quos ſapientes fuiſſe probabile eſt. Hactenus potuit rõ perduci. Verſabatur nanque, nõ veritate certior, ſed cõſuetudine ſecurior in rebus humanis. At ubi ad diuina peruentum eſt, auertit ſeſe, intueri non poteſt, palpitat, æſtuat, inhiat amore, reuerberatur luce veritatis, & ad familiaritatem tenebrarum ſuarum, non electione, ſed fatigatione conuertitur. Quàm hic formidandum eſt, quam tremendum, ne maiorem inde concipiat anima imbecillitatem, ubi quietem feſſa conquirit. Ergo refugere in tenebroſa cupientibus per diſpenſationem ineffabilis ſapientiæ, nobis illa opacitas authoritatis occurrat, & mirabilibus rerum, uocibuſque librorum veluti ſignis temperatoriis ueritatis, vmbriſque blãdiatur. Quid potuit pro ſalute noſtra fieri amplius? Quid beneficentius, quid liberalius diuina prouidentia dici poteſt, quæ à legibus ſuis hominem lapſum, & propter cupiditatem rerum mortalium iure ac merito mortalem ſobolem propagantem, non omnino deſeruit. Habet. n. poteſtas illa iuſtiſsima, miris & incomprehenſibilibus modis p quaſdam ſecretiſsimas ſucceſsiones rerum ſibi ſeruientium quas creauit, & ſeueritatem vindicandi, & clementiam liberandi. Quod quidem quã ſit pulchrum, q̃ magnũ q̃ Deo dignũ, q̃ poſtremo id quod q̃ritur uerũ, nequaquã intelligere poterimus, niſi ab humanis & proximis incipientes, ueræ religionis fide p̃ceptiſq; ſeruatis, non deſeruerimus uiã quã nobis Deus & patriarcharũ ſegregatione, & legis vinculo, & prophetarũ præſagio, & ſuſcepti hoĩs ſacramento, & apoſtolorũ teſtimonio, & martyrum ſanguine, & gentiũ occupatione muniuit. Quare deinceps nemo ex me quærat ſententiam meam, ſed potius audiamus oracula, noſtraſq; ratiunculas diuinis ſubmittamus affatibus. Videamus quemadmodũ ipſe dñs in Euangelio nobis præceperit eſſe uiuendũ, qũo ẽt Paulus apoſtolus. Has enim ſcripturas illi condemnare nõ audent.

Deus ſummum bonum. cap. 8.

E

Audiamus ergo quẽ finẽ bonorũ nobis Chriſte præſcribas, nec dubium eſt, quin is erit finis, quò nos ſummo amore tendere iubes, diliges, inquit, dominum Deum tuũ. Dic mihi etiam quęſo te, qui ſit diligẽdi modus, vereor enim ne plus minuſve q̃ oportet, inflãmer deſyderio & amore domini mei. Ex toto, inquit corde tuo Non eſt ſatis. Ex tota aĩa tua. Ne id qdem ſatis eſt. Ex tota mente tua. Quid uis amplius? Vellẽ fotaſſe ſi uiderẽ quid poſſet eſſe amplius. Quid ad hæc Paulus? Scimus, inquit, qm̃ diligentibus Deũ oĩa procedunt in bonum. Dicat etiam ipſe dilectionis modũ. Quis ergo, inquit, nos ſeparabit a charitate Chriſti? Tribulatio, an anguſtia, an perſecutio, an fames, an nuditas, an periculũ an gladius? Audiuimus quid diligere, & quantum diligere debeamus. Eò eſt omnino tendendum, ad id omnia conſilia noſtra referenda. Bonorum ſumma, Deus nobis eſt. Deus eſt nobis ſummum bonum, Neque infra remanendum nobis eſt, neq; vltra quærendum. Alterum enim periculoſum, alterum nullũ eſt.

Mat. 22.

Pro ἴσου γχ... le gine videtur συνε... Gλεĩ

Rom. 8.

F

Age nunc inueſtigemus, vel potius attendamus, præſtò.n. eſt & facillime videtur, utrũ his ſententiis ex Euangelio atq; Apoſtolo prolatis, etiam teſtamenti ueteris authoritas congruat. Quid dicam de ſuperiore ſententia, cum manifeſtum ſit, omnib. eã de lege quæ per Moyſen data eſt, eſſe deprõptam? Ibi enim ſcriptum eſt, Diliges dominũ Deum tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, ex tota mente tua. Quid autem illi, quod ab Apoſtolo dictum eſt, comparare de vetere teſtõ poſsim, ne diutius quærerẽ ipſe ſubiecit. Cũ enim dixiſſet nulla tribulatione,

Concentus ueteris, & noui teſtamenti. Cap. 9.

Deut. 6.

Roma. 8.

ne, nulla angustia, nulla p̄secutione, nulla ne
cessitate inopiæ corporalis, nullo periculo,
nullo gladio a charitate Christi separari, sta-
1. Retra tim subiunxit, Sicut scriptum est: Quia p̄p̄ te
Cap. 7. afficimur tota die, æstimati sumus vt oues oc
Psal. 43. cisionis. Hęc illi solent a corruptoribus scri-
Roma. 9. pturarū immissa esse dicere. Visqueadeo ni-
hil habent qđ contradicant, vt hæc miseri. rñ
dere cogantur. Sed quis non intelligat conui
ctorum hominū aliam non esse potuisse vlti
G mam vocem? A quibus tñ quæro, vtrum istā
sententiā in veteri testamento esse negent, an
nō congruere sentētiæ Apostolicæ affirmēt?
At illud primum libris docebo? In hoc autē
altero tergiuersantes hoīes, & p̄ abrupta fu-
gientes, aut in pacē reuocabo, si voluerint re
spicere aliquantū & cōsyderare qđ dictū est,
aut eos intelligentia cęterorū, q̄ sine cupidi-
tate iudicāt, insectabor. Quid.n. pōt amicius,
q̄ iste sibi consonare sententiæ? Nam tribula-
tio, angustia, p̄secutio, fames, nuditas, pericu
lū, hominē in hac vita constitutū grauiter af-
ficiūt. Hæc itaq; oīa uerba illo vno cōcludū
tur testimonio veteris legis, quo dictū est, p̄p̄
te afficimur. Gladius restabat, qui non erum
Græce ē nosam uitam affert, sed quā inuenerit, adi-
θανατου mit. Huic ergo rñdet. Aestimati sum⁹ vt oues
μεθα, id occisionis. Charitas vero ipsa nō potuit signi
est morte ficari expressius, q̄ q̄ dictū est, p̄pter te. Fac
afficimur. ergo in Paulo Apostolo compertum istud
testimonium sed à me esse prolatum. Nunq̄d
nā tibi demonstrandū est hæretice, nisi aut
scriptū in vetere lege non esse, aut Apostolo
conuenire? Quorū si nihil dicere audes, urge
ris. n. cū & codex legitur, quo planū fit scri
ptū esse, & homines intelligāt ad id qđ Apo
stolus dixit, nihil posse aptius conuenire cur
ergo ualere aliquid putas, quod scripturas
corruptas esse insimulare audes? Postremò
quid responsurus es ei, qui tibi dicat, Ego sic
intelligo, ego sic accipio, ego sic credo, nec
ob aliud lego illos libros, nisi q̄ ibi oīa Chri
stianæ fidei concinere video. Illud potius
dic si audes, & aduersus me dicere cogitas,
H non esse credendū quod Apostoli & marty-
res p̄p̄ Christum affecti gladijs, erumnisque
dicuntur, quod a persecutoribus vt oues oc-
cisionis æstimati sunt. Quod si non potes di-
cere, quid calumniaris in quo libro credam,
quod me oportere credere confiteris?

Nam illud dicis, concedere te quidem
Deū esse diligendū, sed nō illum Deū quem
coluntij, qui testamenti veteris authoritatē
recipiunt. Non ergo illū Deū colendū dici
tis, qui fecit cœlum & terrā. Iste nanq; per
oēs partes illorū voluminū p̄dicatur, vos āt
fatemini uniuersum istum mundū, q̄ nomi-
ne cęli, & terræ significatur, habere authorē
& fabricatorē Deū, & Deū bonū. Cum exce
ptione quippe uobiscum loquendum est, qn̄
Deus nominat. Duos. n. Deos, vnū bonū, alte
rum malum esse perhibetis. Quod si dicitis
colere vos & colendū arbitrari Deū, a quo
factus est mundus, non tñ eū esse quē ueteris
testamenti cōmendat authoritas, impudēter
facitis qui alienū animū atq; sñiam quā be-
ne atq; vtiliter accepimus, male interpretari
conamini frustra oīno. Neq;. n. vestræ stultæ
atque impiæ disputationes vllo mō cū pio-
rum doctissimorūq; hominum sermonib.
per quos in ecclesia catholica scripturæ illæ
valentibus dignisq; aperiuntur, comparari
queunt. Longe prorsus aliter quam putatis,
lex & prophetæ intelligūtur a nobis. Defini-
te errare, non credimus *penitentē Deū, non
inuidū, non indigum, non crudelē, nō quęrē
tē de hominū uel pecorū sanguine volupta-
tē, non cui flagitia & scelera placeāt, nō pos-
sessionē suam terræ quadā particula terminā
tē. In has. n. atque huiusmodi nugas grauiter
copioseq; inuehi soletis. Quare nos inue-
ctio vestra nō tāgit, sed aniles quasdā, vel ēt
pueriles opiniones, eo ineptiore, quo vehe-
mētiore oratione peruellitis. Qua q̄squis mo
uet, & ad uos transit, nō ecclesiæ nostræ dā-
nat disciplinā, sed eā se ignorare demōstrat.
Quamobrem si q̄d humani corde geritis,
si curæ vobis vosmetipsi estis, q̄rite potius
diligēter & pie q̄uo illa dicantur. Quærite
miseri. Nam talem fidem qua Deo inconue-
niēs aliquid credit, nos vehementius & vbe-
rius accusamus. Nā & in illis quæ dicta sunt,
cū sic intelligunt ut litera sonat, & simplici-
tatē corrigimus & p̄tinaciam deridemus. Et
alia multa quæ vos intelligere non potestis
vetat eos credere catholica disciplina, qui
nō annis, sed studio, atque intellectu excedē-
tes quandā mētis pueritiā, in canos sapien-
tiæ promouentur. Nam & credere Deum lo
co aliquo quamuis infinito, per quantitatis
quæcunque spatia contineri, quam sit stultū
docetur, & de loco in locū, uel ipsum, vel ali
quam

quam eius partem moueri atque trãsire, arbi
rari nefas habetur. Iã vero aliquid ſubſtãtiæ
atque naturæ commutationem vel conuer-
ſioné quolibet mõ pati poſſe, ſiquis opineť,
miræ dementiæ impietatisq; damnabitur. Ita
fit vt apud nos inueniant pueri quidã, qui hu
mana forma Deũ cogitent, atq; ita ſe hr̃e ſu-
ſpicentur, qua opinione nihil eſt abiectius:
ſed inueniantur item multi ſenes, qui eius ma
ieſtatem, non ſolum ſuper humanũ corpus,
ſed ẽt ſuper ipſam mentem manere inuiola-
bilem atq; incommutabilẽ, eadẽ ipſa mente
conſpiciant. Quas ætates, non tp̃e ſed virtute
atq; prudentia diſcernendas eſſe iã dictũ eſt.
Apud vos aũt nemo quidẽ reperiť qui Dei
ſubſtantiã humani corporis figuratione de-
ſcribat: ſed rurſus nemo qni ab humani erro-
ris labe ſeiungat. Itaq; illi quos quaſi vagien-
tes eccleſiæ catholicæ vbera ſuſtentant, ſi ab
hr̃ticis non fuerint deprædati, pro ſuo quiſ-
que captu viribusq; nutriunť, perducũturq;
alius ſic, alius aũt ſic: primũ in virum perfe-
ctũ, deinde ad maturitatẽ caniciemq; ſapien
tiæ perueniunt, vt eis, quantũ volunt, viuere
ac beatiſsime viuere liceat. Secutio igiť Dei,
beatitatis appetitus eſt: conſecutio aũt, ipſa
beatitas. Ac eũ ſequimur diligendo, conſeq-
mur vero non cũ hoc oĩno efficimur qđ eſt
ipſe ſed ei proximi, eumq; mirifico & intelli
gibili mõ continentes, eiusq; veritate & ſan-
ctitate penitus illuſtrati atq; cõprehenſi. Ille
nanq; ipſum lumen eſt, nobis aũt ab eodẽ il-
luminari licet. Maximũ ergo qđ ad beatã vi-
tam ducit, primumq; mandatũ eſt, Diliges
dñm Deũ tuũ ex toto corde tuo, & aĩa & mẽ
te. Diligentib. n. Deũ omnia procedunt in bo
1 num. Quamobrem paulo poſt idem Paulus,
Certus ſum, inquit, ꝙ neq; mors, neque vi-
ta, neque angelus, neque virtus, neq; inſtan-
tia, neque futura, neque altitudo, neque ꝓfun
dum, neque creatura alia poterit nos ſepara-
re à charitate Dei, q̃ eſt in Chriſto Ieſu dño
nr̃o. Si igitur diligentibus Deũ oĩa procedũt
in bonũ: & ſummũ bonum qđ ẽt optimũ dr̃,
non modo diligendũ eſſe nemo ambigit, ſed
ita diligendũ vt nihil amplius diligere debea-
mus. Idq; ſignificatur & exprimitur quod di-
6. ctum eſt: Ex tota anima & ex toto corde, &
2. ex tota mente: quis quæſo dubitauerit his om
nibus conſtitutis, & firmiſsime creditis, nihil
nobis aliud eſſe optimũ, ad qđ adipiſcendũ
poſtpoſitis cæteris feſtinare oporteat quàm
Deũ? Itẽ ſi nulla res ab eius charitate nos ſe- Rom. 8.
parat quid eſſe nõ ſolũ melius, ſed ẽt certius
hoc bono põt. Sed ſingula breuiter attenda-
mus. Nemo nos inde ſeparat, minando mor- 1. ſen. di.
tẽ. Idipſum enim ꝙ diligimus Deũ, mori nõ 17. ca. ad
põt, niſi dũ non diligit Deũ: cũ mors ipſa ſit quod.
non diligere Deũ, quod nihil eſt aliud quã
ei quicquã in diligendo atq; ſequendo præ-
ponere. Nemo inde ſeparat, pollicẽdo vitã:
Nemo. n. ab ipſo fonte ſeparat, pollicẽdo aq̃. A
Non ſeparat angelus: non. n. eſt angelus cum
inhæremus Deo noſtra mente potentior. Nõ
ſeparat virtus, nã ſi virtus hic illa nominata
eſt, q̃ aliquam poteſtatem in hoc mundo ha-
bet, toto mũdo eſt oĩno ſublimior mens in-
hærens Deo. Sin virtus illa dicta eſt, quæ ip- 1. ſen. di.
ſius animi noſtri rectiſsima affectio eſt: ſi in 17. c. qđ
alio eſt, fauet vt cõiungamur Deo: ſi in nobis autem.
eſt, ipſa coniungit. Nõ ſeparant inſtantes mo
leſtiæ: hoc. n. leuiores eas ſentimus, quo ei vn
de nos ſeparare moliuntur, arctius inhære-
mus. Non ſeparat promiſsio futurorũ: nã &
qcq̃d boni futurũ eſt, certius ꝓmittit Deus:
& nihil eſt ipſo Deo melius, qui iã profecto
bene ſibi inhærẽtibus pñs eſt. Non ſeparat al
titudo neq; profundũ, etenim ſi hæc verba
ſciæ forte altitudinẽ vel profunditatẽ ſignifi-
cant, non ero curioſus, ne ſeiungar à Deo,
nec cuiuſquã doctrina me ab eo ſeparat, vt
quaſi depellat errorẽ, à quo nemo ꝓrſus niſi
ſeparatus erraret. Si vero altitudine, & pro-
fundo ſup̃na & inferna huius mundi ſignifi-
ficanť, quis mihi cęlũ polliceať, vt à cęli fa-
bricatore ſeiũgar? Aut qs terreat infernus, vt
Deũ deſerã, quẽ ſi nunquã deſeruiſſem, infer B
na neſcirẽ? Poſtremo quis me locus ab eius
charitate diuellet, q nõ vbiq; totus eẽt, ſi vllo
cõtinereť loco? Nõ, inquit, ſeparat alia crea- Charita-
tura. O altiſsimorũ myſteriorũ virũ. nõ fuit te Deo cõ
cõtentus dicere creatura, ſed alia, inq̃t, crea- nectimur
tura, admonens etiã idipſum quo diligimus dum illi
Deũ, & quo inhęremus Deo. i. aĩum atq; mẽ ſubijci-
tẽ creaturã eſſe. Alia ergo creatura corpus ẽ: mur. c. 12.
& ſi animus res quædam eſt intelligibilis. i. q̃
tm̃ intelligendo innoteſcit, alia creatura eſt
oẽ ſenſibile id eſt, qđ ꝑ oculos, vel aures, vel
olfactũ, vel guſtũ, vel tactum, quaſi quandam
notitiam ſui præbeat: atque id deterius ſit ne-
ceſſe eſt, quàm quod intelligentia ſola capi-
tur. Ergo cum ẽt Deus dignis animis notus

non nisi per intelligentiam posit esse, cũ tñ sit ipsa qua intelligit mente pſtantior, quippe qui creator eius atq; author eius est, verendũ erat ne aĩus humanus eo ꝙ inter inuisibilia & intelligibilia numeratur, eiusdem se naturæ
C arbitraretur esse, cuius est ipse qui creauit, & sic ab eo superbia decideret, cui charitate iũgendus est. Fit enim Deo similis, quantum datum est, dum illustrãdum illi atq; illuminãdum se subijcit. Et si maxime ei propinquat subiectione ista qua similis fit, longe ab eo fiat necesse est audatia, qua vult esse sublimior. * Ipsa est quæ legibus Dei obtẽperare detrectat, dũ suæ ptãtis esse cupit, vt De⁹ est. Quanto ergo magis lõge discedit à Deo, nõ loco sed affectione atq; cupiditate ad inferiora, q̃ est ipse, tanto magis stultitia miseriaq; completur. Delectatione igiť redit in Deum, qua se illi non cõponere, sed supponere affectat. Qđ quanto fecerit instãtius ac studiosi⁹, tanto erit beatior atq; sublimior, & illo solo dñante liberrimus. Quãobrem nosse debet se esse creaturã. Debet.n. creatorẽ suum credere sicuti est, inuiolabili & incõmutabili semp manere natura veritatis atq; sapientiæ. in se aũt cadere posse stultitiam atq; fallaciã, vel pp errores, quib. exui desiderat, cõfiteri. Sed rursus cauere debet, ne ab ipsius Dei caritate qua sanctificať, vt beatissimus maneat, alterius creaturæ. i. huius sensibilis mundi amore
D separeť. Non igiť separat nos alia creatura, si quidẽ & nos ipsi creatura sumus, a charitate
Alia creatura durè interpretatũ. Dei, q̃ est in Christo Iesu dño nro. Dicat nobis idem Paulus quis iste sit Christus Iesus dñus noster. Vocatis, inqt, pdicamus Iudæis Christũ Dei virtutẽ & Dei sapientiã. Quid ipse Christus? Nonne, inquiť, ego sum veritas?
Per Christum & eius spiritum iungimur inseparabiliter Deo. Si ergo q̃rimus quid sit bene viuere, idest, ad beatitudinẽ bñ viuẽdo tẽdere, id erit pfecto amare virtutem, amare sapientiam, amare veritatẽ, & amare ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente virtutem quæ inuiolabilis & inuicta est, sapientiam cui stultitia non
Cap. 13. succedit, veritatem quæ conuerti, atque aliter
Ioan. 14. quàm semper est, sese habere non nouit.
Deut. 6. Per hanc ipse cernitur pater, dictum est.n. Ne
Mat. 22. mo venit ad patrẽ nisi p me. Huic hæremus
Ioan. 14. per sanctificationẽ. Sãctificati.n. plena, & integra charitate flagramus, qua sola efficiť, vt à Deo nõ auertamur, eiq; potius quàm huic mundo conformemur. Prædestinauit, vt ait Apostolus, conformes nos fieri imagini filij eius. Fit ergo per charitatẽ vt conformemur Deo, & ex eo conformati atq; configurati, & circuncisi ab hoc mundo nõ confundamur cũ iis quæ nobis debent esse subiecta. Fit aũt hoc per spiritum sanctũ. Spes enim inquit, non confundit, quoniam charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Nullo modo autẽ redintegrari possemus per spiritum sanctum, nisi & ipse semper integer & incommutabilis pmaneret. Quod profecto non posset, nisi Dei naturæ esset ac ipsius substantiæ, cui soli incõmutabilitas atq;, vt ita dicam, inuertibilitas semper est. Creatura.n. neque hoc ego, sed idem Paulus clamat, vanitati subiecta est. Neque nos põt à vanitate separare, veritatiq; cõnectere quod subiectũ est vanitati. Et hoc nobis spiritus sanctus præstat, creatura igiť non est. Quia omne quod est, aut Deus, aut creatura est. Deum ergo diligere debemus trinam quandam vnitatem, patrem, & filium & spiritumsanctũm, quod nihil aliud dicam esse, nisi idipsum esse. Est. n. vere summeq; Deus, ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia. Hæc verba Pauli sunt. Quid deĩde subijcitur? Ipsi gloria. Syncerissime omnino. Neq; enim ait ipsis, nam vnus est Deus. Quid est autem, ipsi gloria, nisi ipsi optima & summa &
E late patens fama? Quanto enim melius atq; diffusius diffamatur, tanto diligitur & amať ardentius. Quod cum fit, nihil aliud ab humano genere, quàm certo & constanti gradu in optimã vitam, & beatissimã pergiť. Non arbitror cũ de moribus ac vita sit qõ, amplius esse requirẽdũ, qđ sit hominis summũ bonũ, quò referenda sunt omnia. Id. n. esse patuit, & ratione quantum valuimus, & ea quæ nostræ rationi antecellit authoritate diuina, nihil aliud q̃ ipsum Deum. Nã quid erit aliud optimũ hominis, nisi cui inhærere est beatissimum? Id aũt est solus Deus, cui hærere certe non valemus, nisi dilectione, amore, charitate. Qđ si virt⁹ ad beatã vitã nos ducit, nihi omnino esse virtutem affirmauerim, nisi summũ amorẽ Dei. Nanq; illud quod quadripartita dicitur virtus, ex ipsius amoris vario quodam affectu, quantum intelligo, dicitur. Itaque illas quatuor virtutes, quarum vtinã ita sit in mentibus vis, vt nomina in ore sunt omnium, sic enim definire nõ dubitem: vt tem-

tēperātia ſit amor, integrū ſe pbens ei quod
amat: fortitudo amor, facile tolerās omnia
pp quod amat: iuſtitia amor ſoli amato ſer-
uiens & propterea recte dominās: prudentia
amor, ea qbus adiuuatur ab eis a quibus im-
peditur ſagaciter ſeligens. Sed hunc amorē
non cuiuslibet, ſed Dei eſſe diximus, id eſt,
ſummi boni, ſummæ ſapientiæ, ſummæque
concordię. Quare definire ēt ſic licet: vt tem
perantiam dicamus eſſe amorē Deo ſeſe inte
grum incorruptumq; ſeruantē: fortitudinē
amorem, omnia pp Deum facile perferentē:
iuſtitiā amorē Deo tm̄ ſeruientem, & ob hoc
bene imperantem cæteris quæ homini ſubie
cta ſunt: prudentiam amorem, bene diſcer-
nentem ea, quibus adiuuetur in Deum, ab ijs
quibus impediri poteſt.

Ijſdem ſingulis virtutibus, quinam viuen-
di modus ducatur, paucis explicabo, ſi prius
teſtimoniis noui teſtamenti, quibus vtor iam
diu, de veteri etiam paria, vt pollicitus ſum,
comparauero. Num enim Paulus tm̄ dicit,
Deo nos eſſe debere ſubiectos, ita vt in me-
dio quod ſeparet nihil ſit? Nonne & prophe
ta cōmodiſsime hoc & breuiſsime ſignat cū
dicit, Mihi aūt adhærere Deo bonū eſt? Nō-
ne quod ibi latiſsime de charitate dictū eſt,
hic vno verbo cōtinet qđ ait, inhærere? Item
qđ addidit, bonū eſt, nonne ad aliud reſpicit
qđ ibi poſitū eſt, diligētibus Deū oīa pcedūt
H in bonū: ita vt vna ſnia duobusq; verbis pro-
pheta & vim fructū charitatis oſtēdat. Cūq;
ibi dictū ſit, Dei filiū Dei virtutē eſſe atq; ſa-
piētiā, cūq; virtus ad operationē, ſapiētia ve-
ro ad diſciplinā pertinere intelligatur, vnde
in Euāgelio duo ipſa ſignant, cū dr̄, Oīa per
ipſum facta ſunt: Nā hoc operationis atque
virtutis eſt. Deinde qđ ad diſciplinā veriq;
cognitionē attinet, Et vita, inquit, erat lux ho
minū: potuitne quicq̄ magis concinere his te
ſtimonijs noui teſtaméti, q̄ illud qđ in vete-
re dictū eſt de ſapientia, Attingit autē à fine
vſque ad finem fortiter, & diſponit oīa ſuaui
ter? Nanq; attingere fortiter, magis virtutē ſi-
gnificat: diſponere aūt oīa ſuauiter, quaſi ar-
tē ipſam atq; rōnem. Sed ſi hoc vr̄ obſcurū,
vide quæ ſequuntur. Et omnium, inquit, dn̄s
dilexit illā: doctrix eſt enim diſciplinæ Dei,
& electrix operum illius. Videtur hic nihil
adhuc de operatione dictū. Nec.n. hoc eſt ī-
telligere opera, qđ operari, Ergo vt hęc ad
diſciplinā pertineant, opus virtuti debetur,
vt ſit plena, quā volumus demōſtrare, ſenten
tia. Lege igit̄ deinceps qđ annexū eſt, Quod I
ſi honeſta eſt, inquit, poſſeſsio, quæ concupi
ſcitur in vita, quid ſapiētia eſt honeſtius, quæ
omnia operatur? Poteſtne quicquam præcla-
rius aut manifeſtius, aut vero ēt vberius pro-
ferri? Audi aliud, ſi parum putas, quod idem
ſonet. Et ſobrietatē ſapiētia docet, inquit, &
iuſtitiā & virtutē. Sobrietas mihi ad ipſam co Sap.
gnitionē veri vr̄ pertinere, id eſt, ad diſcipli-
nā: iuſtitia vero & virtus ad actionē atque ad
operationē. Quibus duobus.i. agendi effica- I. … ra.
cia, & ſobrietate contēplandi, quę Dei virtus c.
& Dei ſapientia, id eſt Dei filius, dilectorib⁹
ſuis donat, quid cōparandū ſit neſcio, cū idē
ppheta ſtatim dicat quāti ſint iſta pendenda.
Nā ita poſitū eſt. Sobrietatē.n. ſapientia do-
cet, & iuſtitiam & virtutē, quibus utilius ni-
hil eſt in vita hominibus. Hæc fortaſſe quiſ-
piam nō de filio Dei dicta eſſe arbitret. Quid Sap. 8.
ergo aliud oſtendit quod dictū eſt, Generoſi
tatē magnificat, cōtuberniū habēs Dei? An ve
ro generoſitas ſolet ſignificare aliud q̄ paren
tes? Cōtuberniū uero nonne cum ipſo patre
ęqualitatē clamat atq; aſſerit? Deinde cū Pau
lus dicat, filium Dei eſſe Dei ſapientiā: & ip- K
ſe dn̄s, Nemo nouit patrem niſi vnigenitus fi 1. Cor. 1.
lius: quid potuit à Propheta congruentius di Mat. 11.
ci, q̄ illud quod dictum eſt, Et tecum ſapien- Sap. 7.
tia quæ nouit opera tua, quæ affuit tunc cum
orbem terrarum faceres, & ſciebat quid pla-
citurum eſſet oculis tuis? Quòd aūt Chriſtus
eſt ueritas, quod idem oſtēditur cū ſplēdor Ioā. 15. Hebr. 1.
patris nuncupatur, num eſt quicquam in cir
cuitu ſolis, niſi ſplendor ipſe quem gignit?
Quid ergo potuit apertius, & clarius ex ve-
tere teſtō huic ſententiæ conſonare, q̄ illud
quod dictū eſt, Et veritas tua in circuitu tuo? Ioā. 14.
Poſtremo dicit ipſa ſapientia in Euangelio,
Nemo uenit ad patrem niſi per me. Dicit per
prophetā, Senſum tuum ergo quis ſcit, niſi
tu dederis ſapientiam? Et paulo poſt, Et quæ Sap. 9.
tibi placent, didicerūt homines, & per ſapiē- Rom 5
tiā ſanati ſunt. Dicit Paulus, Charitas Dei dif
fuſa eſt in cordib⁹ noſtris per ſpiritū ſanctū, Sap. 1.
qui datus eſt nobis. Dicit ppheta, Sanctus.n.
ſpiritus diſciplinę effugiet dolū. Vbi.n. dolus, Rom. 8.
charitas nulla eſt. Dicit Paul⁹, Cōformes fieri Pſal. 4.
nos imaginis filij Dei. Dicit Prophetā, Signa Sap. 8.
tū eſt ſuper nos lumē uultus tui dn̄e. Oſten-

L dit Paulus Deũ esse spiritũ sanctũ & ideo nõ
esse creaturã. Dicit Propheta, Et miseris spiri
tũ sanctũ de altißimis. Solus.n. Deus altißi-
mus, quo nihil est altius. Ostẽdit Paulus trini
tatẽ istã vnũ Deũ esse, cũ dicit, Ipsi gloria. Dr̃
in veteri testõ, Audi Israel, dñs Deus tuus De⁹
Deut. 6. vnus est. Quid vultis amplius? Quid imperi-
Apostrophe ad manichaeos ut respiscãt. c. 17. te atq; impiè sæuitis? Quid indoctas aĩas no-
xia suasione peruertitis? Vtriusq; testamenti
Deus vnus est. Nam vt ista sibi congruũt quę
de vtroq. posuimus, ita ẽt cętera si diligenter
& æquo iudicio velitis attendere. Sed q̃a mul
ta dicuntur submißis & humi repẽtibus ani-
mis, vt accommodatius per humana in diui-
na consurgant, multa etiam figurate, vt stu-
diosa mens & quæsitis exerceatur vtilius, &
vberius lætetur inuentis, vos mirifica dispo-
sitione spiritussancti, ad decipiẽdos vestros
auditores, & illaqueandos abutimini. Quod
ipsum cur diuina ꝓuidẽtia vos facere sinat,
1. Cor. 11 quamq; verißime Apostolus dixerit, Opor-
tet multas hæreses esse, vt probati manifesti
fiant inter nos, & longũ est disputare, & qđ
dicendũ est vobis, nõ est vestrũ ista intellige-
M re. Nõ parum mihi cogniti estis. Crassas om-
nino mentes & corporeorũ simulachrorum
pestifero pastu morbidas ad diuina iudicãda
defertis quę multo altiora sunt quàm putatis.
Quare vobiscũ modo non sic agendũ est, vt
ea iam intelligatis, quod fieri non põt, sed vt
ĩtelligere aliquãdo cupiatis. Facit enim hoc
simplex & pura charitas Dei, quæ maxime
spectatur in moribus, de qua iã multa dixi-
mus, quæ inspirata spiritusancto perducit ad
filium, id est, ad sapientiam Dei, per quã pa-
ter ipse cognoscitur. Nã si sapientia & veri-
tas nõ totis animi viribus cõcupiscat̃, inueni
ri nullo pacto põt. At si ita quæratur, vt di-
gnũ est, subtrahere sese atq; abscõdere à suis
dilectoribus non põt. Hinc est illud quod in
in ore habere ẽt vos soletis, quod ait Iesus: Pe
Mat. 7. tite & accipietis: quærite & inuenietis: pulsa-
Mat. 10. te & aperietur vobis. Nihil est occultũ quod
non reuelabitur. Amore petitur, amore quæ-
ritur, amore pulsatur, amore reuelatur, amo-
re denique in eo, quod reuelatum fuerit, per
manet. Ab hoc amore sapientiæ diligentięq;
quærendi, non deterremur veteri testamẽto,
A qđ semper mendacißime dicitis, sed ad hæc
vehementißime concitamur. Audite itaque
aliquando, & aduertite (quæso) sine pertina-
cia quid ꝑ prophetã dicatur. Clara est, inq̃t,
& quæ nunq̃ marcescit sapientia, & facile vĩ
ab iis qui diligũt illã, & inuenitur ab iis qui
quærũt illam: præoccupat qui se cõcupiscũt,
vt illis se ostendat. Qui vigilauerit ad illã, nõ
laborabit: aßidentẽ.n. illam inueniet foribus
suis. Cogitare enim de illa sensus est cõsum-
matus, & qui vigilauerit ꝑꝑ illam, cito erit se
curus, Quia dignos seipsa circuit quærens, &
in viis ostendit se illis hilariter, & omni pro-
uidentia occurrit illis. Initiũ.n. illius verißi-
ma disciplinæ cõcupiscẽtia est. Cura ergo di
sciplinæ dilectio est, & dilectio custoditio le
gum illius est. Custoditio aũt legum confir-
matio incorruptionis est, incorruptio aũt fa
cit proximũ Deo. Cõcupiscentia aũt sapien-
tiæ deducit ad regnũ. Itane tandẽ adhuc ad-
uersus ista latrabitis? Nõne ita posita & non-
dũ intellecta, cuiuis significãt altũ se quiddã
& ineffabile cõtinere? O vtinã possetis intel-
ligere quæ dicta sunt. Confestim abiiceretis
oẽs ineptias fabellarũ, & vanißimas imagina
tiones corporũ, totosq; vos magna alacrita-
te, syncero amore, firmißima fide sanctißi-
mo ecclesię catholicæ gremio conderetis.
Poterã ꝓ mea mediocritate discutere singu-
la, & eruere ac demõstrare q̃ accepi, in quo-
rũ excellẽtia & altitudine plerunq; verba de
ficiunt: sed quã diu latratis, nõ est faciendũ.
Non.n. frustra dictũ est, Nolite sanctum dare
canibus. Ne succenseatis. Et ego latraui & ca
nis fui, qñ mecũ iure nõ docẽdi cibo, sed re-
fellendi fustibus agebatur. Si autem in vobis
esset charitas, de qua nunc agitur, vel ẽt si fue
rit aliqñ, quantam cognoscendæ veritatis ma
gnitudo desiderat, aderit Deus qui ostendat
vobis, neque apud Manichæos esse Christia-
nam fidem, quę ad summum apicẽ sapiẽtiæ
veritatisque perducit, qua perfrui nihil est
aliud, nisi beate viuere, neque esse vspiã nisi
in catholica disciplina. Quid enim aliud vi-
detur Apostolus Paulus optare cũ dicit: Hu-
ius rei gratia flecto genua mea ad patrem do
mini nostri Iesu Christi, à quo oĩs paterni-
tas in cœlo & in terra noĩatur, vt det vobis C
ſm diuitias gloriæ suę fortitudinẽ, corrobo-
rari per spiritũ in interiori homine, habitare
Christũ ꝑ fidẽ in cordibus vestris: vt in chari
tate radicati & fundati, poßitis cõprehẽdere
cũ omnibus sanctis, quæ sit altitudo, & lon-
gitudo, & latitudo, & profundum: cogno-

scere

ſcere ẽt ſupereminẽtẽ ſciẽtiã charitatis Chri
ſti, vt impleamini in omni plenitudine Dei.
Poteſtne quicquam dici manifeſtius? Obſe-
cro vigilate paululũ, videte teſtamẽti vtriuſ-
que cõcordiã, q ſit in moribus vitę modus,
& quò ſint referenda omnia, ſatis aperiente,
& docẽte amore Dei. Concitant euangeliat
cũ dicitur: Petite, quærite, pulſate. Concitat
Paulus dicẽdo; Vt in charitate radicati & fun
dati, poſsitis cõprehendere. Concitat ẽt pro-
pheta, cum dicit, facile ſapientiam ab ijs qui
eã diligunt, quærunt, concupiſcunt, vigilant,
cogitant, curãt, poſſe cognoſci. Salus animi
& via beatitudinis vtrarumq́ue ſcripturarũ
pace monſtrantur, & vos latrare potius ad-
uerſus hæc, q̃ his obtemperare diligitis. Bre-
ui dicã quod ſentio. Audite doctos eccleſiæ
catholicæ viros tãta pace animi, & eo voto,
quo vos ego audiui, nihil opus erit nouẽ an-
nis, quibus me ludificaſtis. Longe omnino,
longe breuiore tp̃e quid interſit inter verita-
tẽ vanitatẽq; cernetis. Sed tẽpus eſt ad illas
virtutes quatuor reuerti, & ex ſingulis eruere
ac ducere viuendi modũ. Itaq; prius tempe-
rantiam videamus, quæ nobis amoris illius,
quo inne&timur Deo, integritatem quãdam,
& incorruptionẽ pollicetur. Munus.n. eius
eſt in coercendis ſedandiſq; cupiditatibus,
quibus inhiamus in ea quæ nos auertunt à le
gibus Dei, & à fructu bonitatis eius, qđ eſt,
vt breui explicem, beata vita. Ibi enim eſt fi-
des veri, cuius contemplatione perfruentes,
eiq; penitus adhærentes, proculdubio beati
ſumus, inde aũt decidentes, magnis errorib⁹
doloribuſq; implicamur. Nãq; vt ait Apoſto
lus: Radix omnium malorũ cupiditas: quam
quidam ſequentes, naufragauerunt à fide, &
iuſeruerũt ſe doloribus multis. Quod pecca-
tũ animæ in veteri teſtamento ſatis aperte be
ne intelligentibus in ipſius hominis, qui erat
in paradiſo, præuaricatione ſignatur. In Adã
quippe oẽs morimur, vt ait idem, & in Chri
ſto oẽs reſurgemus. O alta myſteria. Sed re-
E primã me. Non .n. modo ſuſcepi docere vos
recta, ſed dedocere praua, ſi potero, id eſt, ſi
Deus annuerit propoſito in vos meo. Dicit
ergo Paulus, radicem omnium malorum eſ-
ſe cupiditatẽ, p̃ quã ẽt lex vetus primũ homi-
nem lapſum eſſe ſignificat. Monet Paulus, vt
exuamus nos veterẽ hoĩem, & induamus no
uum. Vult aũt intelligi, Adam qui peccauit,
veterẽ hoĩem, illũ aũt quem ſuſcepit in ſacra
mẽto Dei filius, ad nos liberãdos, nouũ. Di-
citnãq; alio loco: Primus homo de terra ter- B
renus, ſecundus hõ de cœlo celeſtis. Qualis
terrenus, tales & terreni: qualis cęleſtis, tales
& cœleſtes. Sicut portauimus imaginẽ terre *1. Co. 15.*
ni, portemus & imaginem cœleſtis, hoc eſt,
exuite veterem, & induite nouũ. Omne igĩ
officium Tẽperantiæ, eſt exuere veterẽ homi
nẽ & in Deo renouari, id eſt, cõtemnere om
nes corporeas illecebras, laudẽq; popularẽ,
totumq́ amorẽ ad inuiſibilia & diuina con-
ferre. Vnde illud ſequitur quod mirifice di-
ctum eſt: Et ſi exterior homo noſter corrũpi
tur, interior renouatur de die in diem. Audi *2. Cor. 4.*
& prophetam canentem: Cor mundũ crea *Pſal. 50.*
in me Deus, & ſpiritum rectũ innoua in vi- F
ſceribus meis. Quid cõtra iſtam conueniẽtiã
dici, niſi à cæcis latratoribus põt? Illecebræ *Illecebræ*
aũt corporis ſitæ ſunt in his oĩbus quæ cor- *oculorũ.*
poreus ſenſus attingit, quæ à nonnullis ẽt ſen *ca. 20.*
ſibilia nominãtur: in quibus maxime lux iſta
viſibilia excellit, quia & in ipſis ſenſibus no-
ſtris, quibus aĩa per corpus vtitur, nihil eſt
oculis præferendũ: & ideo in ſcripturis ſan-
ctis viſibilium nomine ſenſibilia cũcta ſigni-
ficantur. Itaque in nouo teſtamẽto ſic ab iſto
rũ amore prohibemur. Nõ reſpicientes, in- *2. Cor. 4.*
quit, ea quæ videntur, ſed quæ non uidẽtur.
Quæ.n. uidentur, tẽporalia ſunt, quæ aũt non
vidẽtur, æterna. Ex quo intelligi põt, ꝙ Chri
ſtiani nõ ſint qui ſolẽ & lunã nõ modo dili-
gẽdos, ſed ẽt colendos putant. Quid.n. vide-
mus, ſi ſolem & lunam non uidemus? Vetiti
enim ſumus conuerti ad ea quæ videntur.
Non ſunt igitur etiam iſta diligenda ei qui
amorem illum incorruptũ Deo cogitat ex-
hibere. Sed erit mihi alius locus, quo de iſtis
diligentius requiretur. Non enim nunc de fi-
de, ſed de uita dicere inſtitui, per quam mere
mur ſcire qđ credimus. Amandus igitur ſo-
lus Deus eſt, omnis uero iſte mundus.i. oĩa G
ſenſibilia contemnenda, vtendum aũt his ad
huius uitæ neceſsitatem; Gloria uero popu
laris ſic in nouo teſtamento abiicitur atque *Curioſitas*
contemnitur. Si hominibus, inquit Apoſto- *ſacris lite*
lus, placere uellem, Chriſti ſeruus non eſ- *ris dam-*
ſem. Eſt item aliud quod de corporibus per *nata.*
imagines quaſdã concipit aĩa, & eam vocat *cap. 21.*
rerum ſciam. Quamobrem recte etiã curioſi *Gala. 1.*
eſſe prohibemur, quod magnum Temperan-

tiæ munus eſt. Hinc illud eſt: Cauete, ne quis vos ſeducat per philoſophiã. *Coloſ. 2.* Et quia ipſum nomẽ philoſophiæ ſi cõſyderetur, rẽ magnã totoq; animo appetendã ſignificat. Siquidem philoſophia eſt amor ſtudiumq; ſapientiæ, cautiſsime Apoſtolus ne ab amore ſapientiæ deterrere videretur, ſubiecit. Et elementa huius mundi. Sunt.n. qui deſertis virtutibus, & neſciẽtes q̃d ſit Deus, & quanta maieſtas ſemper eodẽ mõ manentis naturæ, magnũ aliq̃d ſe agere putãt, ſi vniuerſam iſtã corporis molem, quam mundum nuncupamus, curioſiſſime intentiſsimeq; perquirant. Vnde tãta ẽt ſuperbia gignitur, vt in ipſo cœlo, de quo ſępe diſputant, ſibimet habitare videantur. Reprimat igitur ſe anima ab huiuſmodi vanæ cognitionis cupiditate, ſi ſe caſtã Deo ſeruare diſpoſuit.

H

ἀσεβα-τοῦντες ὑρανῶ γνώμονες.

Tali enim amore plerunq; decipitur, vt aut nihil putet eſſe, niſi corpus: aut ẽt ſi authoritate cõmota fateatur aliquid eſſe incorporeũ, de illo tñ niſi per imagines corporeas cogitare non poſsit, & tale aliquid eſſe credere, quale fallax corporis ſenſus infligit. Ad hoc ẽt valet ꝙ præcipitur cauendũ eſſe à ſimulachris. Huic ergo authoritati noui teſtamẽti, qua iubemur nihil mundi huius diligere, *1. Ioã. 1.* illa maxime ſententia qua dictum eſt: Nolite conformari huic mundo. ſimul.n. demõſtrandum eſt ei rei quemq; conformari, quã diligit. *Rom. 12.* Huic ergo authoritati ſi de veteri teſtamento quæram quid cõparem, plura quidẽ inuenio, ſed vnus Salamonis liber Eccleſiaſtes qui dr̃, copioſiſsime in ſummũ contẽptũ omnia iſta perducit. Incipit.n. ſic: Vanitas vanitantium dixit Eccleſiaſtes, vanitas vanitãtiũ & omnia vanitas. *Eccleſ. 1. 1. Retr. cap. 7.* Quæ abundantia homini in omni labore ſuo quem ipſe laborat ſub ſole? Hæc verba omnia ſi attendantur ſi pendantur, ſi diſcutiant̃, multa inueniuntur pernéceſſaria ijs qui hunc mundũ fugere, & refugere in Deũ deſiderant. Sed longum eſt, & aliò feſtinat o͂ro.

I

Tali tñ principio cõſtituto, exequitur o͂ĩa, vanitãtes eſſe eos qui reb⁹ huiuſmodi falluntur. Idipſum aũt quo falluntur vanitatẽ vocans, non ꝙ Deus iſta nõ creauerit, ſed quia ſubijcere ſe hoĩes volunt ijs reb⁹ per peccata, quæ illis per recte facta diuina lege ſubiectæ ſunt. Quid eſt.n. aliud falſis bonis illudi atque decipi, q̃ teipſo inferiora miranda & appetẽda arbitrari? Habet igitur vir temperãs in huiuſcemodi rebus mortalibus & fluentibus, vitæ regulam vtroq; teſtamẽto firmatã: vt eorũ nihil diligat, nihil per ſe appetendũ putet, ſed ad vitæ huius atq; officiorũ neceſsitatẽ, quantũ ſatis eſt, vſurpet, vtẽtis modeſtia, nõ amantis affectu. Hæc dicta ſint de tẽperãtia ꝓ rerum magnitudine breuiter, pro inſtituto tamen opere fortaſſe copioſius quam oportebat.

De fortitudine vero nõ multa dicẽda ſũt. Amor nanq; ille de quo loquimur, quẽ tota ſanctitate inflãmatũ eſſe oportet in Deũ, in non appetendis iſtis tẽperans, in amittendis fortis vocatur. Sed inter omnia quæ in hac vita poſsidẽtur, corpus homini grauiſsimum vinculum eſt, iuſtiſsimis Dei legibus, ꝑꝑ antiquũ peccatũ, quo nihil eſt ad prędicandum notius, nihil ad intelligẽdũ ſecretius. Hoc ergo vinculũ ne cõcutiatur atq; vexetur, laboris & doloris: ne auferatur atq; perimat̃, mortis terrore aĩam quatit. Amat.n. illud vi conſuetudinis, nõ intelligens, ſi eo bene atq; ſciẽter vtatur, reſurrectionẽ reformationemque eius ope ac lege diuina ſine vlla moleſtia iuri ſuo ſubditã fore: ſed cũ ſe hoc amore totã in Deum conuerterit, his cognitis mortẽ nõ modo contemnet, verumẽt deſiderabit. Sed reſtat cũ dolore magna cõflictatio. Nihil eſt tñ tam durum atq; ferreum, quod non amoris igne vincatur. Quo cum ſe anima rapit in Deũ, ſuper omnem carnificinã libera & admirãda volitabit pennis pulcherrimis, & integerrimis, quibus ad Dei cõplexũ amor caſtus innititur. Niſi vero amatores auri, amatores laudis, amatores fœminarũ, amatoribus ſuis Deus ſinat eſſe fortiores, cum ille non amor, ſed congruentius cupiditas vel libido nominetur, in qua tamen apparet, quantus ſit impetus animi ad ea quæ diliguntur indefeſſo curſu per immania quæq; tendentis, argumentoq; nobis eſt, q̃ ſint omnia perferenda ne deſeramus Deũ, ſi tãta illi ut deſerant, ꝑferũt. Quid ergo hic noui teſtamẽti authoritates colligã, ubi dictũ eſt: Tribulatio patiẽtiã operat̃, patientia ꝓbationẽ, probatio uero ſpem: & non ſolũ dictũ, ſed ẽt exẽplis eorum qui dixerunt probatum atq; firmatũ: de ueteri potius teſtamẽto in qđ illi rabide ſæuiunt, excitabo exemplum patientiæ. Neque

L

illum commemorabo virum, à quo in magnis cruciatibus corporis & horribillitate membrorũ, non modo ſuſtinentur humana

ſed diuinâ etiam diſputantur. In cuius ſingu-
lis vocibus ſatis elucet, ſiquis æquo aĩo atten
dat, quanti pendenda ſint iſta, quæ cũ volunt
homines per dominationem tenere, ab his
ipſis potius per cupiditatem, tenẽtur, & rerũ
mortalium ſerui fiunt, dum imperite dñi eſ-
ſe deſiderant. Amiſit nanq; ille oẽs diuitias,
& factus repente pauperrimus, tam incõcuſ-
ſum animũ tenuit & infixũ Deo, vt ſatis, de-
monſtraret, non illas ſibi fuiſſe magnas, ſed
ſe illis, ſibi autem deum. Quo animo ſi eſſe
poſſent noſtri temporis hoĩes, non magno-
pere in nouo teſtõ ab iſtorũ poſſeſsione pro
hiberemur, vt perfecti eſſe poſſemus. Multo
n. mirabilius eſt nõ inhærere iſti, quanuis poſ
ſideas, q̃ oĩno eas non poſsidere. Sed, qm̃ de
dolore atq; cruciatibus corporis tolerandis
nunc agitur, relinquo iſtum virum, licet ma
gnum, licet inuictum, virum tamen. Offerũt
n. mihi ſcripturæ illæ ſtupendæ fortitudinis
fœminam, & ad eã iam me trãſire cõpellũt.
Quę cum ſeptẽ liberis tyranno atq; carnifici
prius viſcera omnia, q̃ vnum verbum ſacri-
legũ impendit: cũ eius hortatione filij robo-
rarent, inquorum membris ipſa torquebat,
latura tamen etiã proprio munere quos eos
ferre præceperat. Quid ad tãtam patientiam
(quæſo) addi poteſt? Quid tamen mirum, ſi
omnibus medullis conceptus Dei amor & ty
ranno, & carnifici, & dolori, & corpori, &
ſexui, & affectui reſiſtebat? An non audierat:
5. Precioſa in conſpectu dñi mors ſanctorum
2. eius? Nõ audierat: Melior vir patiens fortiſ-
ſimo. Non audierat: Omne qđ tibi applicitũ
fuerit, accipe, & ĩ dolore ſuſtine, & in humi
litate tua habe patientiam, quoniã in igne ꝓ
batur aurum & argentũ? Non audierat; Vaſa
A figuli probat fornax, & hoĩes iuſtos tentatio
7. tribulationis? Immo vero & hæc & alia plu-
ra perceperat, q̃ vno ſancto Dei ſpũ, vt ĩ iſtis
noui teſtamẽti, ſic in illis, q ſoli adhuc erãt,
libris diuina pręcepta fortitudinis cõſcripta
ſunt. Quid de iuſtitia quæ ad Deum pertinet?
nonne cũ & dñs dicat: Non poteſtis duobus
dñis ſeruire, et Apoſtolus redarguat eos qui
24 creaturę potius q̃ creatori ſeruiunt, in veteri
.6. teſtõ prius dictũ eſt: Dñm Deũ tuum adora-
.1. bis, & illi ſoli ſeruies? Sed qd opus eſt hinc
4 plura dicere, cũ ſentẽtijs talib[9] ibi plena ſint
.6. omnia? Hanc ergo iuſtitia vitæ regulã dabit
huic amatori, de quo ſermo eſt: vt Deo quẽ

diligit, id eſt, ſummo bono, ſummę ſapiẽtię,
ſummę paci libẽtiſsime ſeruiat: cæteraq; oĩa
partim ſubiecta ſibi regat, partim ſubijciẽda
pręſumat. Quæ norma viuẽdi, vt docuimus, *Pruden-*
vtriuſque teſtamenti authoritate roboratur. *tia.*
Nec de prudentia diutius diſſerendũ eſt, ad
q̃ dignoſcẽtia pertinet appetendorũ & vitã-
dorum. Quę ſi deſit, nihil eorũ, de quibus iã B
dictũ eſt, effici poteſt. Huius aũt exubiæ atq;
diligentiſsima vigilantia eſt, ne ſubrepente
paulatim mala ſuaſione fallamur. Vñ ſæpe
dñs. Vigilate clamat: &, Ambulate, inquit, dũ
lumen habetis, ne vos tenebrę cõprehendãt.
Itemq; dicit. Neſcitis quia modicum fermẽ *Matt. 24*
tum totam maſſam corrupit? Quid autẽ pro *Ioan. 12.*
ferri manifeſtius de veteri taſtamento cõtra *1. Cor. 5.*
iſtã dormitationem animi poteſt, per q̃ fit vt
non ſentiamus quaſi minutatim ſerpentẽ per
niciem, q̃ illud quod à propheta dictum eſt, *Eccle. 29*
Qui ſpernit modica, paulatim decidet? De
qua ſententia, ſi opportunum eſſet feſtinanti
bus, copioſiſsime diſputarem; atq; id ſi a no
bis nunc ſuſceptũ munus flagitaret, fortaſſe
demonſtraremus, q̃ ſint alta myſteria, q̃ im-
pertiſsimi & ſacrilegi homines deridendo,
non illi quidem paulatim iam decidunt, ſed
magno lapſu præcipites eunt. Quid amplius *Officia*
de moribus diſputẽ? Si.n. Deus eſt ſummum *quatuor*
hominis bonũ, qđ negare nõ poteſtis, ſequi- *uirtutum*
tur profecto, quoniã ſummũ bonũ appetere *ex ſcriptu*
eſt bene viuere: vt nihil ſit aliud bene viuere, *ris.*
quã toto corde, tota mente Deum diligere: *cap. 25.*
à quo exiſtit, vt incorruptus in eo amor atq; C
integer cuſtodiatur, quod eſt temperantię: et
nullis frangatur incommodis, quod eſt for-
titudinis: nulli alii ſeruiat, quod eſt iuſtitiæ:
vigilet in diſcerendis rebus, ne fallacia paula
tim doluſque ſubrepat, quod eſt prudentiæ.
Hæc eſt hominis vna perfectio, qua ſola im D
petrat vt veritatis ſynceritate perfruatur: hęc
nobis teſtamento vtroque concinitur, hæc
nobis hinc atque inde ſuadet. Quid adhuc
ſcripturis, quas ignoratis, calumniamini? Ne
ſcitis quãta imperitia laceſſatis libros, quos
& ſoli reprehendunt qui non intelligunt, &
ſoli intelligere nequeunt, qui reprehendũt? *Quid tan*
Non enim eos aut vllus inimicus cognoſce- *ta impe-*
re ſinitur, aut eſſe niſi amicus cognitus po- *ritia lace*
teſt. Diligamus igitur Deum ex toto corde, *ratis li-*
ex tota anima, ex tota mẽte quicunq; ad vitã *bros, etc.*
ęternam peruenire propoſuimus. Vita enim
æterna

æterna eſt totum præmium, cuius promiſsio
ne gaudemus:nec præmiū pōt ꝑcedere meri
ta,& prius homini dari,q̃ dignus eſt.Quid.n.
hoc iniuſtius,& quid iuſtius Deo? Non ergo
debemus poſcere ꝑmiū antequā mereamur
accipere. Hic fortaſſe nō incongrue quærit̄,
Meritū. æterna ipſa vita quid ſit. Sed eius largitorem
potius audiamus:Hæc eſt,inquit,vita ęterna,
D vt cognoſcant te verū Deū, & quem miſiſti
Ioan.17. Ieſum Chriſtum. Aeterna igitur vita eſt ipſa
cognitio veritatis. Quamobrē videte, q̃ ſint
peruerſi atque præpoſteri,qui ſeſe arbitrātur
Dei cognitionem tradere, vt perfecti ſimus,
cū perfectorū ipſa ſit premiū. Quid ergo agē
dum eſt? quid, quæſo,niſi vt eum ipſum quē
cognoſcere volumus, prius plena charitate
1. Retra. cap.7. diligamus?Vnde illud exoritur, qđ ab initio
ſatis egimus,nihil in eccleſia catholica ſalu-
brius fieri,q̃ vt rationē præcedat authoritas.
Dilectio ſui & proximi. cap.26. Sed cætera videamus: videtur.n. de homine
ipſo,id eſt,de amatore ipſo nihil actum : ſed
parum dilucide, qui hoc arbitratur, intelli-
git.Non enim fieri pōt,vt ſeipſum qui Deum
diligit,non diligat:immò vero ſolus ſe nouit
diligere,qui Deū diligit. Siquidem ille ſe ſa-
tis diligit,qui ſedulo agit, vt ſummo & vero
perfruatur bono: quod ſi nihil eſt aliud quā
Deus,ſicut ea,quæ dicta ſunt, docuerunt, q̄s
cunctari pōt, quin ſeſe amet, qui amator eſt
Dei?Quid inter ipſos homines,nullumne eſ-
ſe amoris vinculum debet? Imò vero ita de-
bet, vt nullus certior gradus ad amorem Dei
E fieri poſſe credat̄, q̃ hominis erga hominem
charitas.Promat nobis ergo alterū præceptū
ipſe dominus de vitæ pręceptis interrogatus:
non.n.cōtentus fuit vno,qui ſciret aliud Deū
eſſe,aliud hominē:atq; intereſſe tm̄, quantū
inter eū qui creauit, & id quod ad creatoris
Mat.22. ſimilitudinem creatum eſt. Dicit ergo ſecun
dū præceptū eſſe, Diliges proximum tuū ſi-
cut teipſum.Te aūt ipſum ſalubriter diligis,
ſi plus q̃ te diligis Deum. Qđ ergo agis tecū
id agendum cū proximo eſt:hoc eſt,vt ēt ip-
ſe ꝑfecto amore diligat Deum.Non.n.eū dili
gis tanquā teipſum, ſi non ad id bonū ad qđ
ipſe tendis,adducis. Illud eſt.n.vnum bonū,
quod omnibus tecum tendentibus non fit an
guſtum.Ex hoc præcepto naſcūtur officia ſo
cietatis humanæ,in quibus non errare diffici
le eſt. Agendum autem imprimis eſt, vt be-
neuoli ſimus, id eſt, vt nulla malitia, nullo
malo aduerſus hominem vtamur. Quid.n.ho
mini homine propinquius? Accipite etiā qđ
Paulus dicat:Dilectio, inquit proximi malū
non operatur. Breuiſsimis vtor teſtimoniis,
ſed,niſi fallor,idoneis,è quibus ſuſceptæ rei
ſatisfiat. Nā quis ignorat q̃ multa, & quanti
ponderis verba in illis libris de charitate pro
ximi vſquequaq; diffuſa ſint? Sed cū duobus
modis peccetur in homine: vno ſi lædatur,
alio ſi,cū poteſt, nō adiuuetur.eaq; ipſa ſint,
quibus mali hoīes eſſe dicantur, quorū neu-
trum qui diligit,facit: ſatis opinor, quod vo
lumus demonſtrat iſta ſentētia, Dilectio pro
ximi malum nō operatur. Et ſi ad bona per-
uenire non poſſumus,niſi mala operari deſti
terimus, iſta ſunt quaſi cunabula charitatis
Dei,quibus diligimus proximū: vt qm̄ dile-
ctio proximi malū nō operat̄, hinc ad illud
aſcēdamus quod dictū eſt.Scimus qm̄ diligē
tibus Deū oīa procedunt in bonum. Sed ne-
ſcio quomodo aut pariter iſta in plenitudi-
nē perfectionemq; conſurgunt, aut inchoa-
tur prius Dei amor, & prius perficitur pro-
ximi. Ad incipiendū.n. citius nos fortaſſe in
ſe diuina charitas rapit, ſed facilius minora
perficimus.Quoquo modo aūt res ſe habeat
illud maxime tenendū eſt, ne ſe quiſquā cre-
dat contempto proximo ad beatitudinem,&
ad Deū quē diligit eſſe venturum. Atque vti-
nam vt facile eſt bene inſtituto & benigno di
ligere proximum, ita facile eſſet vel conſule
re,vel nihil nocere.Nō.n.ad hæc ſatis eſt vo-
luntas bona, ſed opus eſt magna quadā rōne
atque prudentia,qua nemo vti pōt,niſi Deus
ille fons omniū bonorū id tribuerit. De qua
re,quantum arbitror difficillima, tētabimus
dicere pro ſuſcepto opere pauca quædā,ſpē
totam conſtituētes in eo, cuius ſolius iſta do
na ſunt. Homo igitur vt homini apparet, ani
ma rationalis eſt,mortali atque terreno vtēs
corpore.Partim ergo corpori, partim vero
aīæ hoīs benefacit,qui hoīem diligit.Ad cor
pus qđ pertinet,medicina noīata eſt:ad aīam
aūt diſciplina. Sed medicinam nunc uoco,
quidquid oīno corporis vel tuet̄, vel inſtau-
rat ſalutē. Ad hāc itaq; ꝑtinent nō ea tm̄, quę
ars eorū exhibet,qui ꝓprie medici nominan
tur,ſed ēt cibus & potus,tegmen & tectū, de
fenſio denique omnis atq; munitio,qua no-
ſtrum corpus aduerſus etiam externos ictus
actuſque ſeruat̄,nā & fames & ſitis, & frigus

&

& æstus, & quicquid extrinsecus grauiter in-
fligitur, salutem de qua nunc agitur manere
non sinunt. Quare illa omnia, quibus huiusce
modi malis incõmodisve resistitur, qui offi-
ciose atq; humaniter prębent, misericordes
vocantur, etiam si sapientes vsqueadeo sint,
vt iã nullo animi dolore turbentur. Nã quis
ignoret ex eo appellatam esse misericordiã,
q miserum cor faciat condolẽtis alieno ma-
lo. Et quis non concedat ab omni miseria li-
berũ esse debere sapientẽ, cũ subuenit inopi,
cum esurienti cibũ præstat, potumq; sitienti,
cũ vestit nudũ, cũ peregrinũ tecto recipit, cũ
oppressum liberat, cũ deniq; humanitatẽ suã
vsque ad sepulturam porrigit mortuorum?
Etiam si id faciat mente trãquilla, nullis acu-
leis doloris instinctus, sed adductus officio
bonitatis, misericors tñ vocãdus est. Huic.n.
nihil obest nomen, cum absit miseria. Stulti
vero, cum misericordiam quasi vitium deui-
tant, quia officio satis moueri nequeũt, si nec
perturbatione cõmouentur, congelascũt po
tius rigore inhumanitatis, q̃ rationis trãquil-
litate serenantur. Itaque multo prudentius
Deus ẽt ipse misericors dicitur: qui quemad
modum dicatur, restat intelligere ijs qui sese
idoneos religione studioq; præstiterint: ne
cũ verbis doctorũ inepte vtimur, indoctorũ
animas prius durescere vitãdo misericordiã,
q̃ benignitatem appetendo mitescere facia-
mus. Atq; vt misericordia iubet, ista nos ab
homine pellere incõmoda, sic innocẽtia pro
hibet inferre. Quod aũt attinet ad disciplinã,
per quam ipsi animo sanitas instauratur quæ
si absit, nihil ad depellẽdas miserias salus ip-
sa corporis valet, difficillima omnino res
est. Atq; vt in corpore dicebamus, aliud esse
morbos & vulnera curare, quod pauci ho-
mines bene facere possunt, aliud autem famẽ
sitimq; sopire, & cætera in quibus subuenire
hominẽ homini vulgo passimq; cõceditur:
Sic in animo sunt quędam in quibus excellẽ
tia illa & rara magisteria non admodum de-
siderantur: ut cum hortamur & monemus, vt
hæc ipsa indigentibus exhibeantur, quæ cor-
pori exhibenda esse diximus. Cum enim hęc
facimus, ope corpori: cum autem docemus
vt fiant, disciplina animo subuenimus. Sunt
vero alia, quibus multimodi varijque morbi
animorum magna quadam & prorsus ineffa
bili ratione sanantur. Quæ medicina, nisi di-
uinitus populis mitteretur, nulla spes salutis
esset, tã immoderata trãsgressione peccãtibus. K
Quanq̃ & illa corporis, si altius rerũ originẽ
repetas, nõ inuenitur vnde ad homines mana
re potuerit, nisi à Deo, cui rerum omniũ sta-
tus salusq; tribuenda est. Hæc tñ disciplina,
de qua nũc agimus, quæ animi medicina est,
quantũ scripturis ipsis diuinis colligi licet in
duo distribuit, coertionẽ & instructionem.
Coertio timore, instructio vero amore perfi *Coertio,*
citur, eius dico cui p disciplinã subuenitur: *Instru-*
nã qui subuenit, nihil horũ duorũ habet, nisi *ctio.*
amare. In his duobus Deus ipse, cuius boni-
tate, atque clemẽtia fit omnino, vt aliquid si-
mus, duobus testamẽtis vetere & nouo disci
plinę nobis regulã dedit. Quanquam.n. vtrũ-
que in vtroq; sit, præualet tamẽ in vetere ti- *Testamẽ*
mor, amor in nouo: quia ibi seruitus, hic li- *tũ uetus*
bertas ab Apostolis prædicatur. De quorũ te *& nouũ.*
stamentorũ admirabili quodã ordine diui-
noq; cõcentu longissimũ est dicere, & multi
religiosi doctiq; dixerunt. Multos libros res
ista flagitat, vt pro merito quantũ ab homine
põt explicari & prędicari queat. Qui ergo di
ligit proximũ, agit quantũ põt, vt sanus cor-
pore sanusq; animo sit: Sed cura corporis ad
sanitatem animi referenda est. Agit ergo his *Timor,*
gradibus quod ad animũ pertinet, vt primo *Amor.*
timeat, deinde diligat Deum. Hi mores sunt L
optimi, per quos nobis ẽt ipsa prouenit, ad
quã omni studio rapimur, agnitio veritatis.
Atq; in his duobus conuenit mihi cũ Mani-
chæis, id est, vt Deũ & proximũ diligamus:
sed hoc ĩ veteri testamẽto negãt cõtineri. In
quo q̃tũ errẽt, satis, vt opinor apparet ex ijs,
quas superius protulimus de vtroq; sentẽtijs.
Veruntñ vt breue aliquid dicã, sed tale cui re
sistere sit mera demẽtia. Nonne aĩaduertunt
hęc ipsa duo, q̃ laudare coguntur, q̃ impor-
tunissime à dño in Euangelio de vetere testa
mẽto esse plata negẽt, vbi scriptũ est: Diliges
dñm Deum tuum ex toto corde tuo, & ex to *Deut. 6.*
ta anima tua, & ex tota mente tua. Vel illud al *Mat. 22.*
terũ, diliges proximũ tuũ tanq̃ teipsum? Aut *Leu. 19.*
si hæc negare non audent, premuntur.n. luce *Rom. 8.*
veritatis: illud negare audeãt, salubria eẽ ista
pręcepta, his mores optimos cõtineri: negẽt,
si pñt, & dicãt, nõ oportere Deũ diligi, non
oportere proximũ diligi: neq; diligentibus *Rom. 13.*
Deũ oĩa pcedere in bonũ, neq; dilectionem M
pximi malũ nõ operari, quibus duobus salu

berrime

berrime atq; optime humana vita disponit.
Quæ si dicũt,nõ solũ illis cũ Christianis, sed
ne cum hominibus quidem ratio est.Sin hęc
dicere non audent,coguntur'q; confiteri esse
diuina, quid eos libros vnde ista ꝓlata sunt,
impietate nefaria lacessere atque improbare
non desinunt? An illi dicturi sunt,nõ esse cõ
sequens,vt omnia ibi bona sint,vbi hæc inue
nire potuimus? Nam hæc solent dicere. Cui
ego tergiuersationi quid respõdeam,& quẽ-
admodum occurram,non facile video. Di-
scutiamne verba singula veteris testamẽti, &
in his summam cum Euangelio esse cõcor-
diam peruicacibus indoctisq; demonstrem?
Sed quando istud erit?Quando aut ego suffi-
ciam,aut ipsi patient?Quid ergo faciam? De
feram ne causam,& eos in sententia quanuis
improba & falsa,tamen difficili ad dissoluẽ-
dũ delitescere sinã?Non faciam.Aderit de ꝓ-

De scripturarũ authoritate. c. 29.

ximo Deus ipse,cuius illa præcepta sunt:nec
me in tantis angustijs inopem ac desertũ esse
patietur. Quamobrem adestote animis Mani
chæi,siqui forte illa superstitione ita tenemi-
ni,vt euadere aliquando posśitis. Adestote,
inquam,sine pertinacia, sine studio resisten-
A di:nam aliter nobis perniciosiśsimum est iu-
dicare. Certe enim nemini dubium est, nec
auersi vos ita estis à vero, vt non intelligatis,
si diligere Deum & proximum bonum est,
quod negare nemo potest, quicquid in his
duobus præceptis pendet,vituperari iure nõ
posse.Quid ergo in iis pendeat, ridiculũ est,
si à me quærendũ esse putas: ipsum Christũ

Mat. 22.

audi,audi,inquam,Christum,audi Dei sapiẽ
tiam. In his,inquit, duobus p̃ceptis tota lex
pẽdet,& oẽs prophetæ. Quid hoc loco põt
dicere impudentiśsima pertinacia? Non hoc
Christum dixisse? At in Euangelio verba eius
ista conscripta sunt. Falsum esse scriptum?
Quid hoc sacrilegio magis impium reperiri
põt?Quid ista voce impudentius? Quid auda
cius?Quid sceleratius? Simulachrorũ culto-
res,qui Christi ẽt nomen oderũt, nunq̃ hoc
aduersus scripturas illas ausi sunt dicere.Cõ-
sequenter nanque omniũ literarũ summa per
uersio,& omniũ qui memoriæ mandati sunt
librorum abolitio, si quod tanta populorum
religione roboratum est, tanta hominũ & tẽ
porũ cõsensione firmatũ,in hãc dubitationẽ
B adducit,vt ne historiæ quidẽ vulgaris fidem
posśit grauitatẽq; obtinere. Postremo q̃d de
scripturis vllis proferre poteris, vbi mihi vti
hac voce nõ liceat,si cõtra meã ratiocinatio-
nẽ intentionẽq; proferatur? Illud vero quis
ferre posśit,ꝙ nos notiśsimis ac iam in mani
bus oium libris cõstitutis credere vetant, &
ijs q̃ ipsi ꝓferũt,imperãt,vt credamus? Si de
scriptura dubitãdũ est,de qua magis q̃ q̃ dif-
famari nõ meruit,q̃ vere potuit sub noie alio
tota mẽtiri? At si istã obdis inuito,& authori
tatis exaggeratione cogis in fidẽ:egone de il-
la,q̃ constanter latiśsime diuulgatã video, &
ecclesiarũ per totũ orbẽ dispersarũ contesta-
tione firmatã,dubitabo miser: & q̃d est mise
rius,te authore dubitabo, cũ si exẽplaria pro
ferres,altera tenere nõ deberẽ, nisi ea q̃ plu-
riũ cõsensione cõmendarẽtur? Nunc vero ni
hil te proferẽte q̃d cõferas: præter inaniśsi-
mã vocẽ temeritatisq; pleniśsimam, putabis
vsqueadeo genus humanũ esse peruersum,&
diuinæ prouidentiæ ope desertũ, vt illis scri-
pturis nõ à te prolatas alias quibus redarguã
tur,sed tua tñ verba præponat? Proferendus
est nanq; tibi alius codex eadẽ continẽs, sed
tamen incorruptus & verior, vbi sola desint
ea,quæ hic immissa esse criminaris. Vt si ver-
bi causa, Pauli epistolã q̃ ad Romanos scri-
pta est,corruptã esse cõtẽdis, aliã ꝓferas in-
corruptã,vel aliũ codicẽ potius,in quo eius-
dẽ Apostoli eadẽ epistola syncera & incor-
rupta conscripta sit.Non faciã,inquis,ne ip-
se corrupisse credar.Hoc.n.soletis dicere,&
verũ dicitis: nihil prorsus aliud suspicabun-
tur vel mediocriter cordati homines, si hoc
feceris.Vide ergo tuipse quid de authoritate
tua iudicaueris:& intellige vtrum tuis verbis
cõtra illas scripturas credere debeãt,si codi-
ci ob hoc solũ,qui abs te ꝓfertur,magnæ te-
meritatis est credere. Sed quid hinc plura?
Quis.n.non videat eos, qui cõtra scripturas
Christianas hæc audent dicere, vt illud non
sint quod homines suspicãtur, certe tñ non
esse Christianos? Nam Christianis hæc dicta
est forma viuendi,vt diligamus dominũ Deũ
nostrũ ex toto corde,& ex tota aia, & ex to-
ta mente, deinde proximum nostrũ tãquam
nosmetipsos.In his.n. duobus præceptis tota
lex pendet & oẽs prophetæ. Merito ecclesia
catholica mater Christianorum veriśsima,
nõ solũ ipsum Deũ,cuiꝰ adeptio vita est bea- D
tiśsima,puriśsime atq; castiśsime colẽdũ prę
dicas,nullã nobis adorandam creaturam in-
ducens,

ucẽs, cui ſeruire iubeamur: & ab illa incor
upta & inuiolabili æternitate, cui ſoli homo
ubijciendus eſt, cui ſoli rationalis anima co
hærendo non miſera eſt, excludens omne qđ
factum eſt, quod obnoxiũ cõmutationi, qđ
ſubditum tempori, neq; confundens qđ æter
nitas, quod veritas, quod denique pax ipſa di
ſtinguit. nec rurſum ſeparãs qđ maieſtas vnà
coniungit: ſed etiam proximi dilectioné atq;
charitatem ita complecteris, vt variorũ mor-
borum, quibus pro peccatis ſuis animæ ægro
tant, omnis apud te medicina præpolleat. Tu
pueriliter pueros, fortiter iuuenes, quiete ſe-
nes, prout cuiuſque non corporis tantũ, ſed
& animi ætas eſt, exerces ac doces. Tu fœmi-
nas viris ſuis non ab explendam libidiné, ſed
ad propagãdam prolem, & ad rei familiaris
ſocietaté caſta & fideli obedientia ſubiicis.
Tu viros coniugibus non ad illudendũ im-
becilliorem ſexũ, ſed ſinceri amoris legib. p̃-
ficis. Tu parentib. filios libera quadã ſeruitu-
te ſubiungis, parentes filiis pia dominatione
pponis. Tu fratrib. fratres religionis vinculo
firmiore atq; arctiore q̃ ſanguinis nectis. Tu
oẽm gñis propinquitaté & affinitatis neceſsi
tudiné, ſeruatis naturæ voluntatisq; nexibus
mutua charitate conſtringis. Tu dñis ſeruos
non tã conditionis neceſsitate, q̃ officij dele
ctatione doces adhærere. Tu dños ſeruis, ſum
mi dei. ſ. cõis domini conſideratione placa-
biles, & ad conſulendum, q̃ coercendũ pro-
penſiores facis. Tu ciues ciuibus, gentes gen
tibus, & prorſus hominibus hoĩes primorũ
parentũ recordatione, non ſocietate tantum,
ſed quadã ẽt fraternitate coniungis. Doces re
ges proſpicere populis, mones populos ſe
ſubdere regibus. Quibus honor debeatur, q-
bus affectus, quibus reuerẽtia, quibus timor,
quibus conſolatio, quibus admonitio, quib⁹
cohortatio, * quibus diſciplina, quib. obiur
gatio, quibus ſupplicium ſedulo doces: oſtẽ-
dens quẽadmodũ & non omnib. oĩa, & om-
nibus charitas, & nulli debeať iniuria. Iã ve-
ro cũ hæc humana dilectio inhærenté vberi-
bus tuis nutriuerit & roborauerit aĩum, ſe-
quendo Deo factũ idoneũ: vbi eius maieſtas
ex tanta parte quanta homini, dũ terræ huius
inhabitator eſt, ſufficit, aperire ſe cœperit, tan
tus charitatis ardor ĩnaſcit, & tñ diuini amo
F ris ɔſurgit incendiũ, vt exuſtis oĩb. vitiis, &
hoĩe purgato atq; ſanctificato, ſatis appareat
q̃ diuine dictum ſit. Ego ſum ignis cõſumẽs.
Et, Ignem veni mittere in mundũ. Quæ duæ *Deut. 4. & Heb.*
voces vnius Dei in duobus teſtamentis ſigna *12.*
tæ, ſanctificationem animæ concordi atteſta- *Luc. 12.*
tione declarant, vt fiat aliquando illud quod
item in nouam ſcripturam de veteri aſſum-
ptum eſt. Abſorta eſt mors in victoriam. Vbi
eſt mors aculeus tuus? Vbi eſt mors conten-
tio tua? Quod vnum iſti hæretici intelligere *1. Co. 15.*
ſi valerent, nuſquam profecto Deũ niſi apud
te atq; in tuo gremio minime ſuperbi, & be-
ne pacati venerarentur. Merito apud te diui-
na præcepta late diffuſeq; ſeruantur. Merito
apud te bene intelligiť, q̃ ſit grauius, cognita,
q̃ incognita lege peccare. Aculeus. n. mortis
peccatũ, virtus aũt peccati lex, qua grauius ſe
riat & interimat contempti præcepti cõſcié-
tiã. Merito apud te viſum eſt, q̃ ſit ſub lege
operatio vana, cum libido animum vaſtat, &
cohibetur pœnæ metu, non amore virtutis
obruitur. Merito tibi tam multi hoſpitales,
multi officioſi, multi miſericordes, multi do
cti, multi caſti, multi ſancti, multi vſqueadeò
Dei amore flagrantes, vt eos in ſumma conti
nentia atq; mundi huius incredibili contem G
ptu etiam ſolitudo delectet. Quid eſt (quęſo) *Manichæorum*
quod vident qui non poſſunt hominem nõ *continen-*
diligere, & tamen poſſunt hominem non vi *tiæ oppo-*
dere? Profecto quicquid eſt, præſtantius eſt *nit Ana-*
rebus humanis, cuius contẽplatione poteſt *choreta-*
homo ſine homine viuere. Iam. n. accipite *rũ et Cœ*
Manichæi perfectorũ Chriſtianorũ, quibus *nobitarũ*
ſumma caſtitas non laudanda tantũ, ſed ẽt ca- *vitã, qua*
peſſenda viſa eſt, mores & continentiã ſingu *les vtinã*
larẽ: ne vos impudenter iactare apud aĩos im *nunc, ha*
peritorum quaſi difficillima rerũ abſtinen- *beret mũ*
tia, ſi quid in vobis pudoris eſt, audeatis. Nec *dus. c. 31*
ea dicam quæ vos ignoratis, ſed q̃ nobis oc- *Paulus*
cultatis. Quis n. neſcit ſummæ cõtinentiæ ho *Eremita.*
minũ Chriſtianorũ multitudiné p totũ orbẽ
in dies magis magiſq; diffundi, & in Oriente
maxime atq; Aegypto, qđ vos nullo mõ põt
latere. Nihil de ijs dicã quos pauloante com
memoraui, q ſecretiſsimi penitus ab oĩ ho-
minũ conſpectu, pane ſolo q eis p certa in-
terualla tpum afferť, & aqua contenti, deſer-
tiſsimas terras incolunt, pfruentes collo-
quio Dei, cui puris mentib. inhæſerũt, & ei⁹
pulchritudinis contẽplatione beatiſsimi, q̃
niſi ſanctorũ intellectu pcipi non põt. Nihil, H
inquam, de his loquar, videntur. n. nonnullis
res

res humanas pluſquã oportet deſeruiſſe, nõ
intelligentibus quãtũ nobis eorũ animus in
orationibus proſit, & vita ad exemplũ, quo-
rũ corpora videre non ſinimur. Sed hinc di-
ſputare longũ & ſuperuacaneũ puto: nã hoc
tã excellens faſtigium ſanctitatis, cui nõ ſua
ſponte mirandũ & honorandũ vr̃, oratione
noſtra videri qui poteſt? Tantum iſti admo-
nendi ſunt, q ſeſe inaniter iactant, intantũ p-
ceſsiſſe tẽperantiam & continentiã ſanctiſsi-
morũ catholicę fidei Chriſtianorũ, vt reſtrĩ-
genda nonnullis, & quaſi ad humanos fines
reuocanda videatur. Vſqueadeo ſupra hoĩes
illorũ animos euaſiſſe, ab iis ẽt quibus id di-
ſplicet, iudicatur. Sed ſi hoc excedit noſtram
tolerantiã, quis non illos miretur & prædi-
cet, qui contẽptis atq; deſertis mundi huius
I illecebris, in cõem vitam caſtiſsimam ſan-
ctiſsimamq; cõgregati, ſimul ætatẽ agunt, vi-
uentes orõnibus, in lectionibus, in diſputa-
tionibus: nulla ſuperbia tumidi, nulla puica-
cia turbulenti, nulla inuidentia liuidi: ſed mo
deſti, verecundi, pacati, concordiſsimã vitã
& intentiſsimã in Deũ, gratiſsimum munus
ipſi offerunt, à quo iſta poſſe meruerunt. Ne-
mo quicquã poſsidet propriũ, nemo cuiquã
oneroſus eſt. Operantur manibus ea, quibus
& corpus paſci poſsit, & Deo mens impedi-
ri non poſsit. Opus aũt ſuũ tradunt eis quos
decanos vocant, eo ꝙ ſint denis præpoſiti, vt
neminẽ illorum cura corporis tangat, neque
in cibo, neq; in veſtimento, neq; ſiquid aliud
opus eſt, vel quotidianæ neceſsitati, vel mu-
tatæ, vt aſſolet, valetudini. Illi aũt decani cum
magna ſolicitudine oĩa diſponentes, & præ-
ſto facientes quicquid illa vita pp imbecilli
tatẽ corporis poſtulat, traditionem tñ etiam
ipſi reddunt vni, quem patrem vocant. Hi ve
ro patres non ſolũ ſanctiſsimi moribus, ſed
ẽt diuina doctrina excellentiſsimi, omnibus
rebus excelſi, nulla ſuperbia ꝯſulunt iis quos
filios vocant, magna ſua in iubendo authori-
K tate, magna illorũ in obtẽperando volunta-
te. Conueniunt autem diei tempore extremo
de ſuis quiſque habitaculis, dũ adhuc ieiuni
ſunt ad audiendũ illum patrẽ, & conueniunt
ad ſingulos patres terna, vt minimũ, hominũ
milia: nam ẽt multo numeroſiores ſub vno
agũt. Audiunt aũt incredibili ſtudio, ſummo
ſilentio, affectiones animorũ ſuorum, prout
eos pepulerit diſſerentis oratio, vel gemitu,

Monachi Cœnobitæ.

vel fletu, ſed modeſto, & oĩ clamore vacuo
gaudiũ ſignificantes. Corpus deinde reficiũ,
q̃tum ſaluti & ſalubritati ſat eſt, coercente
vnoquoq; concupiſcentiã, ne ſe profundat
vel in eaipſa, q̃ pſto ſunt, parca & viliſsima. Ita
non ſolũ à carnib. & vino abſtinent pro ſuf-
ficientia domandarũ libidinũ, ſed ab iis ẽt, q̃
tanto concitatius ventris & gutturis prouo-
cant appetitũ, q̃to quaſi mundiora nõnullis
vñr: quo noĩe ſolet turpe deſideriũ exq̃ſito-
rũ ciborũ, qđ a carnib. alienũ eſt, ridicule tur
piterq; defendi. Sanè quicquid neceſſario vi-
ctui reddundat: nã redundat plurimũ ex ope
ribus manuũ, & epularũ reſtrictione: tãta cu-
ra egentib diſtribuiĩ, q̃ta non ab ipſis, qui di
ſtribuunt, cõparatum eſt. Nullo mõ nanq; ſa
tagunt, vt hæc ſibi abundent, ſed oĩ modo a-
gunt, vt non apud ſe remaneat qđ abundaue-
rit, vſqueadeo vt oneratas ẽt naues in ea loca
mittant, q̃ inopes incolunt. Non opus eſt plu
ra de re notiſsima dicere. Hæc eſt ẽt vita fœ-
minarũ Deo ſolicite caſteq; ſeruientiũ, quæ
habitaculis ſegregatæ ac remotę à viris q̃ lõ-
giſsime decet, pia tñ illis charitate iunguñ
& imitatione virtutis: ad quas iuuenũ nullus
acceſſus eſt, neq; ipſorũ q̃uis grauiſsimorũ
& probatiſsimorũ ſenũ, niſi vſq; ad veſtibu-
lũ neceſſaria pbendi, quib. indigent, grã. Lani
ficio nanq; corpus exercẽt atq; ſuſtẽtant, ve-
ſteſq; ipſas fratrib. tradũt, ab iis inuicẽ, qđ vi
ctui opus eſt, reſumentes. Hos mores, hãc vi-
tã, hunc ordinẽ, hoc inſtitutum ſi laudare ve
lim, neq; digne valeo, & vereor ne iudicare
videar p ſeipſum tantummodo expoſitũ pla
cere non poſſe, ſi ſuper narratoris ſimplicita
tem cothurnum etiam laudatoris addendum
putauero. Hæc Manichæi reprehendite, ſi po
teſtis. Nolite cæcis hominibus & diſcernere
inualidis oſtentare noſtra zizania.

Neque tamẽ ita ſeſe anguſte habent eccle
ſiæ catholicæ mores optimi, vt eorũ tantum
vitas, quos commemoraui arbitrer eſſe lau-
dandas. Quàm.n. multos epiſcopos optimos
viros, ſanctiſsmosq; cognoui, quàm multos M
pſbyteros, quàm multos diaconos, & hmõi
miniſtros diuinorũ ſacramentorũ, quorum
virtus eo mihi mirabilior & maiore prædi-
catione dignior videtur, quo difficilius eſt
eã in multiplici hominũ genere, & in iſta vi-
ta turbulentiore ſeruare. Non. n. ſanatis ma-
gis quàm ſanandis hominibus præſunt. Perpe-
tienda

C la ca

ienda ſunt vitia multitudinis, vt curētur, &
ᴐrius tolaranda q̄ ſanāda eſt peſtilentia. Dif-
ficillimum eſt hic tenere optimū vitæ modū
& animū placatum atq; tranquillū. Quippe
vt breuiter explicē, hi agunt ubi uiuere diſci
tur, illi vbi viuitur. Nec iō tn̄ laudabile Chri
ſtianorū genus contempſerim, eorum.ſ. qui
in ciuitatibus degunt, a vulgari uita remotiſ-
ſimi. Vidi ego diuerſoria ſanctorū Mediola-
ni, nō paucorū hominū, quibus unus presby
ter præerat vir optimus & doctiſsimus. Ro-
mæ ēt plura cognoui, in quibus ſinguli gra-
uitate atq; prudentia & diuina ſcientia p̄pol
lentes, cæteris ſecum habitantibus præſunt,
Chriſtiana charitate, & ſanctitate, & liberta-
te viuentibus. Ne ipſi quidē cuiquā oneroſi
ſunt, ſed Orientis more & Pauli Apoſtoli au
thoritate manibus ſuis ſe tranſigunt. Ieiunia
ēt prorſus incredibilia multos exercere didi
ci, non quotidie ſemel ſub noctē reficiendo
corpus, qđ eſt uſque quaq; vſitatiſsimū, ſed
continuū triduū vel amplius ſæpiſsime ſine
cibo ac potu ducere. Neq; hoc in viris tātū,
ſed ēt in fœminis. Quibus itē multis viduis
& virginibus ſimul habitantibus, præſunt ſin
gulæ grauiſsimæ probatiſsimæq;, non tm̄ in
inſtituendis componendiſq; moribus, ſed ēt
inſtruendis mentibus peritæ ac paratæ. Atq;
inter hæc nemo urget in aſpera q̄ ferre non
pōt, nulli qđ recuſat imponit, nec ideo con-
dēnatur a cæteris, ꝙ in eis ſe imitandis fatet
inualidū. Meminerunt. n. quanto opere ſcri-
pturis omnibus commendata ſit charitas. Me
minerunt, Oīa munda mundis: &, Non qđ
intrat in os veſtrū uos coinquinat, ſed quod
exit. Itaq; non reijciendis generibus ciborū
quaſi pollutis, ſed concupiſcentiæ perdomā
dæ, & dilectioni fratrum retinendæ inuigi-
lat omnis induſtria. Meminerunt, Eſca ven-
tri, & venter eſcis, Deus autem & hunc & il-
las deſtruet. Et alibi, Neque ſi manducaueri-
mus, abundabimus, neq; ſi non manducaue-
rimus, egebimus. Et illud præ cæteris, Bo-
num eſt fratres non manducare carnes, ne-
que bibere uinū, neq; in quo frater tuus of-
fenditur. Hic enim oſtendit, q̄ ſint ad finem
charitatis hæc omnia redigenda.* Alius enim
credit manducare omnia, qui autem infir-
mus eſt, olus (inquit) manducet. Qui man-
ducat, non manducantē nō ſpernat, & q nō
manducat, manducantē nō iudicet. Deus. n.
Illū aſſumit. Tu qs es q iudicas alienum ſer-
uū? Suo domino ſtat aut cadit, ſtabit aūt, po-
tēs eſt. n. Deus ſtatuere eū. Et paulopoſt, Qui
manducat, domino manducat, & gratias agit
Deo: Et qui nō manducat, dn̄o nō mānducat,
& gratias agit Deo. Et itē in conſequentibus,
Itaq; vnuſquiſq; noſtrū pro ſe rōnē reddet.
Nō ergo amplius iudicemus inuicē, ſed hoc
iudicate magis, ne ponatis offendiculū fra-
tri uel ſcandalū. Scio & cōfido in dn̄o Ieſu,
qa nihil cōmune per ipſum, niſi ei q existi- C
mat quid cōe eſſe, illi cōe eſt. Potuitne magis
oſtendere non in ipſis rebus quib. ueſcimur,
ſed in animo eſſe vim quandā q̄ ad eū ualeat
maculandū? & propterea iis ēt qui ad hæc cō
tēnenda ſunt idonei, certoq; ſciunt, nō ſe pol
lui, ſiquid ciborū ſine turpi cupiditate altitu-
dine mentis aſſumpſerint, charitatē tn̄ eſſe in
tēdendā * Vide qd ſequatur. nā ſi pp eſcam *Intuēdā.*
frater tuus contriſtatur, iam non ſm̄ charita-
tē ambulas. Lege cætera, nā longū eſt oīa in-
terponere, & inuenies præceptū iis qui pn̄t
iſta contēnere, id eſt, firmioribus & ſecurio
rib. ideo tn̄ eſſe tēperandum, ne offendantur
illi, quibus adhuc pro ſua imbecillitate hu-
iuſcemodi opus eſt temperantia. Hæc illi, de
quibus agebam, norunt & tenent. Chriſtiani
ſunt enim, nō hæretici, intelligunt ſcripturas
ſecundum Apoſtolicam diſciplinam, non ſe
cundum ſuperbum & cōmenticium nomen
Apoſtolatus, ubi non manducantem nemo
ſpernit manducantem nemo iudicat, qui in-
firmus eſt, olus manducat. Multi tamen fir-
mi propter infirmos idē faciunt, multis non
eſt cauſa iſta faciendi, ſed uiliore uictu uiue
re placet, minimeq; ſumptuoſo corporis ſu-
ſtentaculo ætatē tranquilliſsimā ducere. Oīa D
enim mihi licita ſunt, inqt, ſed ego nō redi- *1. Cor. 6.*
gar ſub poteſtate ullius. Ita multi neq; veſcun
tur carnibus, neq; tamen eas immūdas ſuper-
ſtitioſe putant. Itaq; ijdē ipſi, qui ſalui * tem- *Qui ſani*
perant, ſi ratio ualetudinis cogat, ægroti ſine *ſe.*
ulla formidine accipiunt. Multi uinum non
bibunt, nec tamen eo ſe coinquinari * arbi- *a.l. eos co*
trantur, nam & quibuſdam languidioribus, *inquinari*
& prorſus omnibus, qui ſine illo nequeunt *arbitran-*
ſalutem corporis obtinere, humaniſsime ac *tur.*
modeſtiſsime p̄beri faciūt. Et ſtulte nōnullos
recuſantes, fraterne admonēt, ne uana ſupſti
tione debiliores citiꝰ, q̄ ſanctiores fiāt. Legūt
eis Apoſtolū diſcipulo p̄cipientē, vt aliquātū
uini

vini ſumat ꝑꝑ frequentes infirmitates ſuas.
Ita pietatẽ ſedulo exercẽt, corporis vero exer
citationẽ, vt ait idẽ Apoſtolus, ad exiguũ tp̃s
1. Tim. 4. ptinere nouerunt. Cõtinẽt ſe igitur ij, q̃ poſ-
ſunt, q̃ tñ ſunt innumerabiles, & à carnib. &
à vino duas ob cauſas, vel ꝑꝑ fratrũ imbecil
E litatẽ, vel ꝑꝑ ſuã libertatẽ. Charitas præcipue
cuſtoditur, charitati victus, charitati ſermo,
charitati habitus, charitati vultus aptat, coi-
tur in vnã conſpiraturq́; charitatẽ. hãc viola
re tanquã Deum nefas ducit. huic ſiquis reſi-
ſtit, expurgatur atq; uitatur. *hãc ſiquis offen
Eijcitur. dit, vno die durare non ſinit. Sciunt hanc ita
cõmendatã eſſe à Chriſto & Apoſtolis, vt ſi
hæc vna abſit, inania, ſi hæc aſsit, plena ſint
Ex malorũ Chriſtianorũ morib. nõ uituperãdã eccleſiam. oĩa. Iſtis Manichæi (ſi poteſtis) obſiſtite, iſtos
intuemini, iſtos ſine mẽdacio, ſi audetis, &
cũ cõtumelia nominate, iſtorũ ieiunijs veſtra
ieiunia, caſtitati caſtitatẽ, veſtitũ veſtitui, epu
las epulis, modeſtiã modeſtiæ, charitatẽ de-
niq; charitati, & quod res maxime poſtulat,
Cap. 3 4. pręceptis præcepta conferte. Iã videbitis q̃d
inter oſtentationẽ & ſynceritatẽ, inter viã re-
ctã & errorẽ, inter fidem atq; fallaciã, inter
robur & tumorem, inter beatitudinẽ & miſe
riã, inter vnitatẽ & conſciſsiſionẽ, poſtremo
quid inter ſuperſtitionis ſirenas & portũ reli
gionis interſit. Nolite mihi colligere ꝓfeſſo-
res nominis Chriſtiani, nec profeſsionis ſuæ
Beatitas. vim aut ſciẽtes, aut exhibẽtes. Nolite cõſecta
ri turbas imperitorũ, qui vel in ipſa vera reli
gione ſuperſtitioſi ſunt, vel ita libidinibus de
diti, ut obliti ſint quid ꝓmiſerint Deo. Noui
multos eſſe ſepulchrorũ & picturarũ adora-
tores, noui multos eſſe, qui luxurioſiſsime ſu
per mortuos bibant, & epulas cadauerib. ex
hibẽtes, ſuper ſepultos ſeipſos ſepeliant, &
voracitates ebrietateſq́; ſuas deputẽt religio
F ni. Noui multos eſſe, qui renunciauerunt ver
Sepulchrorum adoratores. bis huic ſeculo, & ſe oĩbus huius ſeculi mo-
libus opprimi velint, oppreſsiq́; lætent. Nec
mirum eſt in tanta copia populorũ, ꝙ nõ vo
bis deſint, quorũ vita vituperata decipiatis in
cautos, & à catholica ſalute auertatis cũ in
veſtra paucitate magnas patiamini anguſtias,
dum à vobis exigitur vel unus ex his, quos
electos vocatis, qui præcepta illa ipſa cuſto-
diat, quæ irrationabili ſuperſtitione defendi
tis. Sed & illa q̃ uana ſint, q̃ noxia, q̃ ſacrile-
ga, quemadmodum à magna parte veſtrũ, at
que adeo penè ab omnibus vobis non obſer
uent, alio volumine oſtẽdere inſtitui. Nunc
vos illud admoneo, vt aliqñ eccleſiæ catholi
cæ maledicere deſinatis, vituperãdo mores
hominũ, quos & ipſa condemnat, & quos
quotidie tanquam malos filios corrigere ſtu
det. Sed quicunq; illorũ bona volũtate Deiq́;
auxilio corriguntur, quod amiſerãt peccan-
do, pœnitendo recuperant. Qui aũt volũtate
mala in priſtinis vitiis perſeuerant, aut ẽt ad-
dunt grauiora prioribus, in agro quidem do
mini ſinuntur eſſe, & cũ bonis ſeminibus cre
ſcere, ſed veniet tempus quo zizania ſeparẽ-
tur. Aut ſi iam ꝑꝑ ipſum Chriſtianũ nomen
magis in palea q̃ in ſpinis eſſe arbitrãdi ſunt,
veniet ẽt q̃ areã purget, & à frumẽtis paleam
ſeparet, & ſingulis partib. pro ſuo cuiuſque
merito, q̃d oportet, ſumma æquitate diſtri-
buat. Vos interea q̃d ſæuitis, q̃d excæcamini
ſtudio partiũ. Quid tanti erroris longa defen
ſione implicamini? Fruges in agro, frumẽta
in area q̃rite, Apparebunt facile, ſeſeq́; offe-
rẽt ipſa q̃rentib. Quid nimis in purgamenta
oculos intenditis? Quid ab opimi orti vber
tate imperitos homines ſepiũ aſperitate ter-
retis? Eſt certus aditus, quãuis pauciorib. no-
tus, quo poſsit intrari, quẽ uos aut eſſe nõ cre
ditis, aut inueniri * nõ vult s. Sũt ĩ eccleſia ca
tholica innumerabiles fideles, q̃ hoc mũdo
nõ utant, ſunt q̃ utant tanquã nõ utẽtes, vt ab
Apoſtolo dicitur, q̃d illis tẽporibus iã pro-
batum eſt, quibus ad idolorũ cultum Chri-
ſtiani cogebantur. Quot enim tunc perni-
cioſi homines, quot patresfamilias ruſtica-
ni, quot negociatores, quot militares, quot
primates vrbium ſuarũ, quot deniq; ſenato-
res utriuſq; ſexus, hæc omnia uana & tem-
poralia relinquentes, quibus utiq; quamuis
uterentur non detinebantur, mortem pro ſa
lubri fide ac religione ſubierunt, demonſtra-
ueruntq́; infidelibus à ſe potius illa omnia,
quàm ſe ab eis eſſe poſſeſſos. Quid calum-
niamini, quòd fideles ac iam baptiſmate re-
nouati, procreare filios, & agros ac domos
pecuniamq́; ullam poſsidere non debeant?
Permittit hoc Paulus. Nam quod negari non
poteſt, fidelibus ſcripſit, poſt multorũ quip-
pe uitioſorum enumerationẽ, qui regnum
Dei non poſsidebunt. Et hæc quidẽ fuiſtis,
inquit, ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis,
ſed iuſtificati eſtis in nomine domini Ieſu
Chriſti, & in ſpiritu Dei noſtri. Ablutos

procul-

proculdubio & sanctificatos nemo nisi fideles, & eos q huic mũdo renunciauerint, intelligere audebit. Sed qm̃ ostendit quibus scripserit, videamus vtrũ his ꝑmittat, Ita.n.sequitur. Oĩa mihi licita sunt, sed non oĩa expediunt. Omnia mihi licita sunt, sed ego sub nullius redigar potestate. Esca ventri, & venter escis, Deꝰ aũt & has & hũc destruet. Corpus autem non fornicationi, sed dño, & dñs corpori. Deus uero suscitauit dñm, & nos quoq; suscitabit ꝑ uirtutẽ suam. An nescitis qm̃ corpora vestra membra Christi sunt? Tollens ergo mẽbra Christi, efficiã mẽbra meretricis? Absit. An nescitis, qm̃ qui adhæret meretrici, unũ corpus efficitur? Erunt. n. inquit, duo in carne una. Qui aũt adhæret dño, vnus spiritus est. Fugite fornicationẽ. Oẽ peccatũ quodcunq; fecerit hõ, extra corpus est, q aũt fornicatur in corpus suum peccat. An nescitis, qm̃ membra vestra templũ est spiritussancti, in vobis est, quem habetis à Deo, & non estis vestri? Empti enim estis pretio magno, glorificate & portate Deũ in corpore vestro. De quibus autem scripsistis mihi, Bonũ est homini mulierem non tangere. Propter incontinentiam autẽ unusquisq; vxorẽ suam habeat, & unaquæq; uirũ suum habeat. Vxori uir debitum reddat, similiter autẽ & uxor uiro. Mulier sui corporis potestatẽ non habet sed uir, similiter aũt & uir sui corporis potestatẽ non habet, sed mulier. Nolite fraudare inuicẽ, nisi forte ex cõsensu ad tempus, vt uacetis orationi, & iterũ reuertimini in id ipsum, ne uos tentet satanas ꝑꝑ intemperantiã uestram. Hoc dico ẜm indulgentiã, non ẜm imperiũ. Volo aũt omnes homines esse sicut meipsum, sed unusquisq; proprium habet donum à Deo, alius quidem sic, alius vero sic. Satisne uobis uidetur Apostolus & fortibus demonstrasse quid summum sit, & imbecillioribus permisisse quod proximũ est? Nam non attingere mulierem, summũ ostendit esse, eum ait, Vellem omnes homines esse sicut meipsum. Huic autem summo coniugalis castitas proxima est, ne homo fornicatione uastetur. Nunquid propterea istos dixit adhuc fideles non esse, quia coniugibus utuntur? Quandoquidem hac castitate coniugii, & ex se inuicem ipsos qui coniuncti sunt, si alter eorum fuerit infidelis, & eam quæ inde nascitur prolẽ sanctificari dixit. Sanctificatus est enim, inquit, vir infidelis in muliere fideli, & sanctificata est mulier infidelis per virũ fidelem. alioquin filii uestri immundi essent, nunc autem sancti sunt. Quid obstrepitis pertinacia tantę ueritati? Quid lucẽ ueritatis* vanis vmbris obnubilare conamini? *Scripturarum.* Nolite iã dicere catechumenis licere uti coniugibus, L fidelibus autem non licere, cathecumenis licere habere pecuniam, fidelibus autem non licere. Nam & multi sunt qui vtuntur tanquã non utentes. Et illo sacro sancto lauacro inchoatur innouatio noui hominis, vt proficiendo perficiatur, in aliis citius, in aliis tardius, a multis tamen proceditur in nouam uitam, si quisquam non inimice, sed diligenter intendat. Ipse quippe sicut ait Apostolus, *2. Cor. 4.* Et si exterior homo noster corrumpitur, sed interior renouatur de die in diẽ. Apostolus de die in diem interiorem hominem renouari dicit, ut perficiatur, & uos a perfectione uultis incipiat. Quod utinam velitis. Sed quæritis potius, non vnde erigatis inualidos, sed unde fallatis incautos. Hoc enim non debuistis tanta dicere audacia, nec si uos in eisipsis pugnatoriis mandatis uestris perfectos esse constaret. Cum uero nouerit uestra conscientia eos, quos in sectam uestram introducitis, cum uobis familiarius iungi cœperint, multa inuenturos, quæ in uobis esse, cum alios accusaretis, nemo suspicabatur, quæ tandem impudentia est perfectionem in catholicis imbecillioribus quærere, ut inde imperitos auertas, & eam nullo modo apud te ijs, quos auerteris, exhibere? Sed nequid in vos temere iam uideamur effundere, iste sit huius uoluminis modus, ut ad demonstranda præcepta uitæ uestrę, moresq; memorabiles aliquando ueniamus.

M

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, de Moribus Manichæorum Liber secundus.

Quid uerissime sit. Cap. I.



NVlli esse dubium arbitror, cum de bonis & malis quærit, hoc genus quæstionis ad moralem pertinere disciplinam, in qua isto sermone uersamur. Quam obrẽ uellem quidem, ut tam serenam mentis

aciem homines ad hæc inuestiganda deferrent, vt possent videre illud summũ bonum, quo non est quicquam melius aut superius, cui rõnalis anima pura & perfecta subiungi-

A tur. Hoc.n.intellecto atq; pfecto simul viderent id esse, quod summe ac primitus esse rectißime dr̃. Hoc.n.maxime esse dicendũ est, qđ sp eodẽ mõ sese habet, qđ omni modo sui simile est, quod nulla ex parte corrumpi ac mutari põt, qđ subiacet tẽpori, quod aliter nũc se hr̃e, q̃ habebat antea, nõ põt. Id.n. est quod esse verißime dicitur. Subest.n.huic verbo manentis in se atq; incommutabiliter sese habentis naturæ significatio. Hãc nihil aliud q̃ Deũ possumus dicere, cui si ɔ̃rium recte quæras, nihil omnino est. Esse. n.ɔ̃rium non habet, nisi non esse. Nulla est ergo Deo natura contraria. Sed qm̃ ad hæc contẽplanda sauciam & hebetem nugatoriis opinionibus & prauitate voluntatis aciem mentis afferimus, conemur quantũ possumus ad qualemcunq; tantæ rei notitiã peruenire pedetentim atq; caute, non vt videntes, sed vt palpantes solent q̃rere. Sæpe atq; adeo penè semper Manichæi, ab ijs quibus hæresim vestram persuadere molimini, requiritis, vnde sit malũ. Putate me nunc primitus in vos incidisse, impetrem aliqđ à vobis, si placet, vt etiã vos deposita paulisper opinione, qua vos ista scire opinamini, rem tantã mecũ tanq̃ rudes indagare tentetis. Percunctamini me, vñ sit malum, ac ego uicißim percunctor vos, quid sit malũ. Cuius est iustior inquisitio? Eorumne qui q̃runt unde sit, quod quid sit ignorãt, an eius qui prius putat esse q̃rendum qđ sit, vt nõ ignotæ rei (qđ absurdißimum est) origo

B q̃ratur? Verißime dr̃. Quis.n.ita est mente cæcus, qui non uideat id cuiq; generi malũ esse, qđ contra eius naturã est. Sed hoc constituto, euertit̃ hęresis vestra. Nulla.n.natura malũ, sed qđ cõtra naturã est, id erit malũ. Vos aũt asseritis quandã naturã atq; substantiam malum esse. Accedit ẽt illud, ꝙ contra naturã quicquid est, utiq; naturæ aduersatur, & eam perimere nititur. Tendit ergo id quod est, facere ut non sit. Nam & ipsa natura nihil est aliud, q̃ id quod intelligitur in suo genere aliud esse. Itaque vt os iam nouo nomine ab eo quod est esse vocamus essentiam, quam plerunque substantiã etiam nominamus, ita veteres qui hæc nomina non habebant, pro essentia & substãtia naturam vocabant. Idipsum ergo malũ est, si p̃ter ptinaciã velitis attẽdere, deficere ab essentia, & ad id tẽdere vt non sit. Quocirca cũ in Catholica dr̃, omniũ naturarũ atq; substantiarũ esse authorẽ Deũ, simul intelligit̃ ab eis q̃ hoc possunt intelligere, non esse Deũ authorẽ mali. Qũo.n.potest ille, qui omniũ q̃ sunt, cã est vt sint, causa esse rursus, vt non sint. i. vt ab essentia deficiãt, & ad non esse tendãt? Quod malũ generale esse clamat uerißima rõ. At vero illa vestra gens mali, quã vultis esse summum malũ, qũo erit contra naturã. i. ɔ̃ substãtiam, cum eam naturam atque substantiam esse dicatis? Si enim ɔ̃ se facit, ipsum esse sibi adimit: Qđ si pfecerit, tunc demũ perueniet ad summum malũ. Non aũt perficiet, qa eã non mõ esse, verumetiã sempiternam esse vultis. Non põt igitur esse summũ malũ, qđ perhibetur esse substantia. Sed quid faciam? Scio plures esse in vobis qui hæc intelligere omnino nequeant. Scio rursus esse quosdã, qui quanquã bono ingenio vtcunque ista videant, mala tñ voluntate, qua ipsum quoque ingenium sunt amissuri, ptinaciter agant, & q̃rant potius qđ aduersus ista dicant, qđ tardis & imbecillis facile psuadeat, q̃ uera esse cõsentiãt. Non me tñ scripsisse pęnitebit, qđ aut quisquam in uobis tandem non iniquo iudicio consideret, uestrumq; relinquat errorem, aut quod ingeniosi & Deo subditi, atque adhuc ab studio uestro integri cũ legerint, non poßint uestris sermonibus decipi.

Quæramus ergo ista diligẽtius, & (quantum fieri põt) planius: Percunctor vos iterũ quid sit malum? Si dixeritis id quod nocet, neque hic mentiemini. Sed quæso animaduertite, quæso uigilate, quæso deponite studia partiũ, & uerum non uincendi, sed inueniendi gratia quærite. Quicquid.n.nocet, bono aliquo priuat eam rem cui nocet. Nam si nullũ bonũ adimit, nihil prsus nocet. Quid hoc apertius, obsecro uos, quid planius, qđ tã expositũ cuiuis mediocri intellectori, mõ non pertinaci? Hoc autem posito, videtur iam, ut opinor, quid sequatur. In illa quippe gente quam summũ malum esse suspicamini, nocere cuiquam rei nõ põt, vbi nihil est boni. Quòd si duæ naturæ sunt, vt affirmatis, regnum lucis & regnũ tenebrarum, qm̃ regnum lucis Deum esse fatemini, cui sim-

plicem

Quid dicatur verißime esse.

Malũ nõ esse substãtiam. cap. 2.

Natura quid sit. οὐσία.

licem quādam naturā conceditis, ita, vt ibi
on ſit aliud alio deterius: confiteamini ne-
eſſe eſt, qđ vehementer quidē eſt aduerſum
os, ſed tñ neceſſe eſt confiteamini iſtam na-
uram, quam ſummum bonum non mō non
egatis, ſed ēt vehementer perſuadere cona-
nini, eſſe incommutabilē, impenetrabilem,
x incorruptibilē & inuiolabilem. Nō enim
rit aliter ſummum bonum. Id eſt.n. quo ni-
il eſt melius. Tali aūt naturæ noceri nullo pa
to pōt At ſi nocere, bono priuare eſt, ſicut
ſtendi: noceri non pōt regno tenebrarum,
uia nihil ibi boni eſt: noceri non poteſt re-
no lucis, quia inuiolabile eſt: Cui igitur no
ebit quod dicitis malum? Quam rem cum
os expedire nequeatis, videte quàm expedi-
a ſit ſnīa catholicæ diſciplinæ, quæ aliud di-
it bonum quod ſumme ac per ſe bonū eſt,
x nō participatione alicuius boni, ſed pro-
ria natura & eſſentia, aliud qđ participando
onum, & habēdo: habet aūt de illo ſummo
ono vt bonū ſit, in ſe tñ manente illo, nihil-
ue amittente. Hoc aūt bonū qđ poſtea dixi-
nus, creaturā vocant, cui noceri per defectū
ōt: cuius defectus Deus author nō eſt, quia
xiſtendi, & vt ita dicam, eſſendi author eſt.
ta & malum oſtenditur qūo dicatur: non.n.
ecundum eſſentiam, ſed ſecundum priuatio
em rectiſsime dicitur: & natura cui noceri
oſsit, apparet. Non enim ipſa eſt ſummū ma
um, cui bonum adimitur cum nocetur: neq;
ſummum bonum, quæ propterea deficere à
bono poteſt, quia non exiſtendo bonum, ſed
bonum habendo dr̄ bona. Neque naturaliter
bona res eſt, quæ cum facta dr̄, vtique vt bo-
na eſſet accepit: Ita & Deus ſummū bonum
eſt, & ea quæ fecit, bona ſunt omnia, quanuis
non ſint tam bona, q̃ eſt ille ipſe qui fecit.
Quis.n. hoc tam inſanus audet exigere, vt æ-
qualia ſint artifici opera, & cōdita cōditori?
Quid amplius deſideratis? An ēt vultis aliqd
planius? Quæramus ergo tertiò quid ſit ma-
lum? Reſpōdebitis fortaſſe, corruptio. Quis
& hoc negauerit generale malum eſſe? Nam
hoc eſt cōtra naturā qđ nocet: Sed corruptio
non eſt in ſeipſa, ſed in aliqua ſubſtantia, q̃
corrumpit. Non. n. ſubſtantia eſt ipſa corru-
ptio. Ea igiẽ res, quā corrūpit corruptio, non
eſt malum. Quod.n. corrumpitur, integrita-
te & ſynceritate priuatur. Quod ergo non
habet vllam ſynceritatem qua priuetur, cor-
rumpi non pōt: quod aūt habet, profecto bo- G
num eſt participatione ſinceritatis. Itē quod
corrūpiẽ, profecto peruertitur: qđ aūt per-
uertitur, ordine priuatur, ordo aūt bonum
eſt. Non igitur quod corrumpitur bono ca-
ret: eo nanq; ipſo, quo non caret, viduari, dū
corrumpitur pōt. Gens ergo illa tenebrarū,
ſi omni bono carebat, vt dicitis, corrumpi
non poterat. Non.n habebat qđ ei poſſet au-
ferre corruptio, q̃ ſi nihil auferat, non corrū
pit. Audete iam dicere, ſi poteſtis, Deū & Dei
regnum potuiſſe corrūpi, ſi diaboli regnum
quale deſcribitis, qūo corrumpi poſſet, non
īuenitis. Quid ergo lux catholica dicit? Quid
putatis, niſi id qđ habet veritas, corrūpi poſ-
ſe factā ſubſtantiam? Nā & illam non factā, q̃
ſummum bonum eſt, eſſe incorruptibilem,
& ipſam corruptionē q̃ ſummum malū eſt,
non poſſe corrūpi, ſed hanc non eſſe ſubſtā-
tiā. Si aūt quæritis, quid ſit, videte quò cone-
tur perducere, quę corrumpit. Ex ſeipſa.n. af-
ficit ea, quæ corrumpuntur. Deficiunt autem
oīa per corruptionem ab eo quod erant &
non permanere coguntẽ, non eſſe coguntur.
Eſſe enim ad manendū refertur. Itaq; quod
ſumme & maxime eſſe dr̄, permanendo in ſe
dr̄. Nam quod mutatur in melius, non quia H
manebat mutatur, ſed quia peruertebaẽ in pe
ius.i. ab eſſentia deficiebat, cuius defectionis
author non eſt qui eſt author eſſentiæ. Mutan
tur ergo quædā in meliora, & propterea ten-
dunt ad eſſe: Nec dicuntur iſta mutatione p-
uerti, ſed reuerti atque conuerti. Peruerſitas
.n. contraria eſt ordinationi. Hæc vero q̃ ten
dunt ad eſſe, ad ordinē tēdunt: quē cū fuerint
conſecuta, ipſum eſſe conſequuntur, quantū
id creatura conſequi poteſt. Ordo.n. ad con-
uenientiam quandam, quod ordinat redigit.
Nihil eſt aūt eſſe, q̃ vnū eſſe. Itaq; inquantū
quodque vnitatē adipiſcitur, in tm̄ eſt. Vnita-
tis eſt. n. operatio, conuenientia & concor-
dia, qua ſunt inquantū ſunt ea quæ cōpoſita
ſunt. Nā ſimplicia per ſe ſunt, quia vna ſunt:
quæ autē non ſunt ſimplicia, concordia par-
tium imitantur vnitatē, & intm̄ ſunt, inquan-
tū aſſequuntur. Quare ordinatio eſſe cogit,
inordinatio vero non eſſe, q̃ peruerſio ēt no-
minaẽ atq; corruptio. Quicquid igitur cor-
rumpiẽ, eo tendit vt non ſit. Iam veſtrum eſt
cōſiderare, quo cogat corruptio, vt poſsitis
inuenire ſummum malū. Nā, ideſt, quò cor- I

Ordo, & unitas dat esse. cap. 6.

Quomodo Deus restituit omnia. cap. 7.

ruptio perducere nititur. Sed Dei bonitas eò rem perduci non finit, & omnia deficientia sic ordinat, vt ibi sint vbi congruentissime possint esse, donec ordinatis motib. ad id recurrant vnde defecerunt. Itaq; ēt aĩas rõnales, in quibus est potissimum liberum arbitriũ, deficiẽtes à se, inferioribus creaturę gradibus ordinat, vbi tales esse decet. Fiunt ergo miseræ diuino iudicio, dũ conuenienter ꝑ meritis ordinantur. Ex quo id optime est dictum, quod insectari maxime soletis. Ego facio bona, & creo mala. Creare nanq; dr̃ condere & ordinare. Itaq; in plerisque exemplaribus sic scriptum est. Ego facio bona, & condo mala. Facere.n.est quod omnino nõ erat: Condere autem ordinare, quod vtcunq; iã erat, vt melius magisq́; sit. Ea nanq; condit Deus.i.ordinat, cum dicit, Condo mala, quę deficiunt, idest, ad non esse tendunt, non ea q̃ ad id quò tendunt peruenerunt. Dictũ est.n. Nihil per diuinam prouidentiã ad id vt non sit peruenire permittitur. Tractarent hæc latius & vberius, sed dũ vobiscũ agit̃ satis est.

Esa. 45. Creare et condere.

K Ostendenda.n.vobis ianua fuit, quã desperatis, & desperandam facitis imperitis. Nã vos introducit nemo, nisi voluntas bona, quam pacatam efficit diuina clementia, sicut in Euãgelio canit̃. Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonę voluntatis. Satis est, inquã, vt videatis, nullum esse de bono & malo religiosæ disputationis exitum, nisi quicquid est, inquantũ est, ex Deo fit: inquantum aũt ab essentia deficit, non fit ex Deo, sed tamen diuina prouidentia semper, sicut vniuersitati congruit, ordinetur. Quod si nondum videtis, quid amplius nunc faciã, nescio, nisi vt minutius ẽt tractem ista, quę dicta sunt. Nõ.n.ad maiora, mentem, nisi pietas veritasq́; ꝑducit. Quid.n.aliud cum quæro, quid sit malum, responsuri estis, nisi aut quod contra naturam est, aut qđ noceat, aut corruptionem, aut aliquid hmõi? At in his ostendi vestra naufragia, nisi forte, vt soletis cũ angustati fueritis cũ pueris pueriliter agere, respondebitis, malum esse ignem, venenũ, feram, & cætera hmõi. Nã ẽt de quodam dicente, nullã substãtiam malã esse, vnus de primatibus huius hęresis, quẽ familiarius crebriusq; audiebamꝰ,

Luce. 2.

Nulla subã per se mala, sed per incõgruẽtiã. cap. 8.

L dicebat, Vellem scorpionem in manu hominis ponere ac videre vtrum nõ subtraheret manum. Quod si faceret, nõ uerbis, sed re ipsa conuinceretur aliquã substantiam malũ esse, quandoquidem illud animal esse substantiam non negaret. Et dicebat hoc non corã illo, sed cũ ad eum nos commoti referremus quod ille dixisset. Respondebat ergo (vt dixi) pueriliter pueris. Quis enim meliuscule imbutus & eruditus, non videat per inconuenientiam corporalis temperationis hæc lædere, ac rursus per conuenientiam non lædere, immo & sæpe ẽt commoda non parua cõferre? Nam si illud venenum per seipsum malum esset, eundem scorpionem magis priusq́ue interimeret. At cõtra si ei penitus aliquo pacto detrahatur, sine dubitatione interiret. Ergo illius corpori malum est amittere, qđ nostro recipere. Item illi bonum est habere id quo nobis bonum est carere. Erit ergo eadem res & bonum & malum? Nullo modo, sed malum est quod contra naturam est: hęc enim & bestiæ illi & nobis malum est, id est, ipsa inconuenientia, quæ sine dubio non est substantia, immo est inimica substãtiæ. Vnde est igitur? Attende quò cogat & disces, si tñ in te aliquid interioris luminis viuit. Nõ esse.n.cogit omne qđ perimit. Deus vero author essentiæ est: nec aliqua essentia potest videri esse, ꝙ in qua fuerit cogit non esse. Dr̃ ergo aliquid vnde non sit, inconuenientia, nã vnde sit nihil dici põt. Quædã facinorosa mulier Atheniensis, vt prodit historia, venenũ quod certo modulo damnati, vt morerentur hauriebant, paulatim bibendo sine vllo vel leui incõmodo valetudinis effecit vt biberet. Itaque cũ esset aliqñ dãnata, legitimã illã quãtitatẽ veneni, q̃ ↄsuetudine vicerat, accepit vt cæteri, nec vt cæteri extincta est. Qđ cũ esset magno miraculo, missa est in exiliũ. Quid putamꝰ si venenũ malũ est, istã fecisse vt sibi malum non esset? Quid hoc absurdius? Sed quia inconuenientia malũ est, fecit potius vt per moderatam consuetudinẽ illud corpus suo corpori conueniret. Nã qñ illa qualibet calliditate posset efficere, vt sibi inconuenientia nõ noceret? Quid ita? Quia quod vere & generaliter malũ est, & semper & omnibus nocet. Oleum nostris corporibus commodum est, animalium aũt multis quæ sex pedes habent, vehementer aduersum. Elleborũ, nõne alio mõ cibus est, alio medicamentũ, alio venenũ? Salẽ immoderatius acceptũ, qs nõ venenum esse clamauerit? Quot aũt & quan-

Dictum Manichæi.

tæ cor-

te corporis commoditates ex eo ſint, qs pōt
numerare? Aqua maris terrenis animalib. cū
bibitur, noxia eſt, multorū aūt corporib. dū
illa aqua humectantur accommodatiſsima
& utilis. In utroq; aūt piſcibus ſaluti & volu
ptati eſt. Panis hominē alit, accipitrem necat.
Cœnū ipſum quod & hauſtū & olfactū gra-
uiter offendit & lædit, nonne & æſtate tactū
refrigerat, & uulneribus q̄ ab igne acciderūt,
medicamentū eſt? Quid ſtercore aſpernabi-
lius? quid cinere abiectius? At hæc tātas agris
utilitates afferunt, ut eorū inuentori, à quo ēt
ſtercus nomen accepit Stercutio diuinos ho
nores Romani deferendos putarent. Sed qd
parua colligā, quæ ſunt innumerabilia. Qua
tuor ipſa quæ in promptu ſunt elementa, qs
dubitet prodeſſe per cōuenientiā, incōueniē
ter aūt adhibita, vehementer aduerſa eſſe na-
turæ? Nos qui aere uiuimus, & terra & aqua
obrutos necant. Innumerabilia uero animan
tia per arenam laxioremq; terram repunt ui
taliter. Piſces aūt in hoc aere moriunt̄. Ignis
corpora noſtra corrumpit, ſed conuenienter
adhibitus, & reſumit à frigore, & morbos in
numerabiles pellit. Sol iſte cui genuflectitis,
quo vere nihil inter viſibilia pulchrius inue-
nitur, aquilarum oculos vegetat, noſtros ſau
ciat inſpectus & tenebrat: Sed fit per conſue
dinē, ut nos quoque in eo ſine incommodo
aciem figamus. Num ergo ſinitis, ut illi uene
no eū comparemus, qd̄ mulieri Athenienſi
cōſuetudo fecit innoxium? Reſpicite ergo
aliqn̄ & aduertite, ſi ſubſtantia ulla malū eſt,
ideo ꝙ lædit aliquē, lucē quā colitis ab hoc
crimine non poſſe defendi. Cōſyderate po-
tius hanc inconuenientiam uniuerſale malū
eſſe, per quam ſolis radius tenebreſcere ocu
los facit, cum eis nihil ſit luce iucūdius. Hęc
dixi, ut ſi fieri poteſt, tandē dicere deſinatis
malum eſſe terrā per immenſum profundā
& longā, malū eſſe mētem per terrā uagātē,
malū eſſe quinque antra elemētorum, aliud
tenebris, aliud aquis, aliud uentis, aliud igni,
aliud fumo plenum, malū eſſe animalia in il-
lis ſingulis nata elementis, ſerpentina in tene
bris, natantia in aquis, uolatilia in uētis, qua-
drupedia in igne, bipedia in fumo. Hæc. n. ſi-
cut à uobis deſcribuntur, nullo mō eſſe pote
runt, quoniam quicquid tale eſt, inquantum
eſt, à ſummo Deo ſit neceſſe eſt, quoniā in-
quantū eſt, utiq; bonum eſt. Si. n. dolor & im
becillitas malū eſt, erāt ibi animalia in tanta
corporis firmitate, ut eorū abortiuos fętus,
poſtq̄ de his ſm̄ ueſtram ſectā fabricatus eſt
mundus, de cęlo in terrā cecidiſſe & mori
nō potuiſſe dicatis. Si cęcitas malū eſt, uide-
bant, ſi ſurditas, audiebāt. Si obmuteſcere aut
mutū eſſe malū eſt, uſqueadeo ſignatæ atq; di
ſtinctæ ibi uoces erant, ut aduerſus Deū bellū
gerere, ſicut aſſeritis, eis in concione uno p
ſuadente placuerit. Si ſterilitas malū eſt, erat
ibi filios procreādi magna fęcunditas. Si exi D
lium malum eſt, in ſua terra erant, ſuaſq; re
giones incolebant. Si ſeruitus malū eſt, erant
ibi ēt qui regnabant. Si mors malum eſt, uiue
bant, ita & uiuebāt, ut mentē ipſam prorſus
nec poſt victoriā Dei ullo mō nunquā mori
poſſe prædicetis. Cur (quæſo) in ſummo ma
lo inuenio tanta bona ijs malis q̄ commemo
raui contraria? Aut ſi hæc non ſunt mala, vl-
la tandē ſubſtātia inquantū ſubſtātia eſt, ma-
lum ne erit? Si malum imbecillitas nō eſt, ma
lumne erit corpus īfirmū? Si malū cęcitas nō *Piſcis*
eſt, malumne erūt tenebræ? Si malū ſurditas *mutus.*
no eſt, malūne erit ſurdus? Si malū nō eſt mu
tū eſſe, malumne erit piſcis? Si ſterilitas ma-
lū non eſt, qūo malū eſt animal ſterile? Si exi
liū malū non eſt, qūo malū eſt aīal exulans,
uel aīal in exiliū aliquē mittens? Si ſeruitꝰ ma
lū nō eſt, qūo malū eſt aīal ſeruiens? Si mors
malum non eſt, qūo malum eſt animal mor-
tale, uel inferens mortem? Si uero hæc mala
ſunt, qūo non erunt bona firmitas corporis,
uiſus, auditus, locutio perſuadēs, fęcunditas,
ſolū genitale, libertas, uita, quæ omnia in illo
mali regno fuiſſe perhibetis, & ſummū ma-
lum audetis aſſerere? Poſtremo ſi (quod om
nino nemo nunquam negauit) inconuenien
tia malum eſt, quid conuenientius q̄ illa ſuis
quibuſq; animalibus elementa, tenebræ ſer-
pentibus, aquæ natantibus, uenti uolatilibus, E
ignis edacioribus, fumus elatioribus? Tanta
enim à nobis in diſcordiæ gente concordia,
& tantus in peruerſitatis ſede ordo deſcribi-
tur. Si quod nocet malum eſt, omitto illud
valentiſsimum, quod ſupra dictum eſt, no-
ceri non potuiſſe, ubi nullum erat bonum.
ſed ſi hoc obſcurum eſt, illud certe omnibus
eminet & apparet, quia, ſicut dixi, & ut om-
nes conſentiunt, quod nocet eſt malum, fu-
mus in illa gente bipedibus animalibus non
nocebat. Genuit ea & aluit atque ſuſtinuit

ſine labe naſcentia, creſcentia, regnãtia. Nũc
uero poſtq̃ mixtũ eſt malo bonũ, nocẽtior
fumus effectus eſt, ita ut à nobis qui certe bi
pedes ſumus, ſuſtineri non poſsit. Excæcat,
opprimit, necat. Tantáne malis elementis cõ
mixtione boni acceſsit immanitas? tãta Deo
regnante peruerſitas? Certe cur in cæteris ui-
demus tãtã congruentiã, quæ authorẽ ueſtrũ
decepit, atq; illexit ad componenda menda-
cia? Cur inquã, tenebræ ſerpentibus, aquę na
tantibus, venti uolantibus congruũt, quadru
pedẽ uero ignis incendit, & nos fumus ſuffo
Serpẽtes aprici. cat? Quid ꝙ ẽt ſerpentes acutiſsime uidẽt, &
ꝓſentia ſolis exultant, ibiq; ſunt abundãtio-
res, ubi aer ſerenior, difficilius & rarius ubi
nubẽ ꝯhit? Quid abſurdius, quã ibi eſſe acõ-
E modatius & aptius incolas amatoresq; tene-
brarũ, ubi lucis ꝑſpicuitate gaudet? Quod ſi
eos dicitis delectari potius calore q̃ lumine
Aſpis gaudet luce. multo cõgruẽtius in igne ſerpẽtes alacres na
tos, q̃ tardũ aſinum diceretis, & tñ luci huic
amicam aſpidẽ qs neget, cũ eius oculi aquilę
oculis cõparent? Sed de beſtiis uidero. Noſip
ſos (obſecro) cõſyderemus ſine ptinacia, &
tãdẽ fabulis vanis & pniciosis animũ exua-
mus. Quis. n. tantã puerſitatẽ ferat, qua dr in
tenebrarũ gente, cui nihil admixtum erat lu-
minis, aĩalia bipedia tã firmã, tã vegetã, tam
deniq; incredibilẽ uim habuiſſe in oculorũ
acie, ut in tenebris ſuis uiderẽt puriſsimã, q̃
G à vobis cõmendat regnorũ Dei lucẽ, Siquidẽ
illã ẽt talibus uiſibilẽ fuiſſe vultis, vt aſpicerẽt
& cõſyderarent? & delectarent & appeterẽt,
noſtros aũt oculos commixtione lucis, com-
mixtione ſummi boni, cõmixtione denique
Dei tã infirmos tã imbecilles eſſe redditos,
ut neq; qcquã uideamus in tenebris, & ſolis
aſpectũ nullo mõ ferre poſsimus, atq; inde
conuerſi, ẽt q̃ à nobis uidebant, q̃ramus. Hęc
dici poſſunt, etiam ſi corruptio malum eſt,
quod æque nemo ambigit: Non. n. tunc fu-
mus corrumpebat genus animalium, quod
modo corrumpit: Et ne pergam per ſingula,
quod longum eſt & non neceſſariũ, vſque-
adeo minus erãt corruptioni obnoxia, q̃ ibi
animantia fuiſſe confingitis, ut abortiui eo-
rum fętus nondum ad naſcendum idonei,
de cœlo in terram præcipitati, & uiuere, &
gignere, & rurſus coniurare potuerint, habẽ
tes utique priſtinam firmitatem, qua iã erant
concepti ante cõmixtionem boni & mali.
Nam poſt iſtam concretionem, quę de ijs na
ta ſunt, ea dicitis eſſe animalia q̃ nunc infir-
miſsima, & facile corruptioni obnoxia vide
mus. Quis hunc diutius tolerare poſsit erro
rem, niſi qui aut iſta nõ uidet, aut neſcio qua
incredibili conſuetudine familiaritate vo-
biſcũ contra oẽs moles rõnis obduruit? Sed
qm̃ oſtendi, ut arbitror, de bonis & malis ge
neralibus, in quantis tenebris, & in quanta
falſitate uerſemini, nunc uideamus tria illa
ſignacula, q̃ in veſtris moribus magna laude
ac prædicatione iactatis. Quæ ſunt tãdẽ iſta
ſignacula? Oris certe, & manuũ, & ſinꝰ. Quid
eſt hoc? Vt ore, inquit, & manibus, & ſinu, ca
ſtus & innocens ſit hõ? Quid ſi oculis, aut au
ribus, uel naribus peccet? Quid ſi calcib. ho-
minẽ affligat, vel ẽt necet? Qũo iuſtũ tenebi-
mus reum, qui nec ore nec manibus, nec ſinu
peccauit? Sed cum os, inquit, nomino, om-
nes ſenſus, qui ſunt in capite, intelligi volo:
Cũ ẽt manum, omnem operationẽ, cũ ſinũ,
omnẽ libidinem ſeminalẽ. Quo ergo vultis
pertinere blaſphemias? Ad os an ad manum?
Eſt. n. operatio iſta per linguã. Itaq; ſi uno ge
nere opetationem oẽm concluditis, cur ope
rationẽ pedũ cõiungitis manibus, linguæ ſe-
paratis? An quia lingua uerbis ſignificat ali-
quid, eã uultis ſeiungere ab ea operatione,
q̃ non ſignificandi gratia fit, ita ut definiatur
ſignaculũ manuũ, ab operatione mala, q̃ nõ
ſignificandi cã eſt cõtinentia? Sed quid factu
ri eſtis, ſiquis peccet ſignificando aliqd ma-
nibus ut fit cũ ſcribimus, uel geſtu aliqd qđ
intelligatur, oſtendimus. Hoc enim ori atq;
linguæ tribuere non poteſtis, quia manibus
fit. Quid enim abſurdius, quam cum tria di-
cantur ſignacula, oris, manuum, & ſinus, quę
dam peccata deprehenſa in manibus tribuan
tur ori? Si autem operatio generalis manib.
datur, quæ tandem ratio eſt pedũ operationẽ
huic addere, linguæ non addere? Videtisne
quomõ nouitatis appetitio comite errore
in magnas deducatur anguſtias? Tribus nanq;
iſtis ſignaculis, quæ noua quadam diuiſione
prædicatis, quomodo includatis omniũ pec
catorum purgationem non inuenitis. Sed di
uidite ut uultis, prætermittite quicquid vul-
tis, ea, quæ maxime ſoletis cõmendare tracte
mus. Ad oris enim ſignaculum dicitis perti-
nere, ab omni continere blaſphemia. Eſt au-
tem blaſphemia, cum aliqua mala dicuntur

de

le bonis. Itaq; iã vulgo blaſphemia nõ acci-
pit,niſi mala verba de Deo dicere:de hoībus
nãq; dubitari põt. Deus vero ſine controuer
ſia bonus eſt. Si ergo rõ conuicerit, neminẽ
de Deo peiora,q̃ vos dicere,vbi erit memo-
rabile oris ſignaculum? Docet.n.rõ nec ſanè
recondita,ſed in prõptu ſita & expoſita om-
nium intellectui,ſed inuicta, & eo inuictior,
ꝙ eam nemo ignorare permittitur, Deum
eſſe incorruptibilẽ,incommutabilẽ,inuiola-
bilem,in quem nulla indigentia,nulla imbe-
cillitas, nulla miſeria cadere poſsit. Vſque-
adeo aũt iſta omnis anima rõnalis commu-
niter ſentit, vt ẽt vos cũ dicuntur, annuatis.
Sed cum fabulas veſtras narrare cœperitis,&
corruptibilem & commutabilem, & violabi
lem, & indigentiæ obnoxiũ, & imbecillitatẽ
admittentẽ, & à miſeria non tutũ Deũ mira
cæcitate poſſeſsi ſuadetis, & mira cęcitate
poſſeſsis ẽt perſuadetis. Atq; hoc parum eſt.
Non.n. corruptibilem tm̃ Deum dicitis, ſed
corruptum:nec commutabilem, ſed cõmuta
tum:nec violabilẽ, ſed violatũ: nec qui poſ-
ſit indigentiã pati, ſed indigentẽ: nec in quẽ
caſura ſit,ſed in quem ceciderit imbecillitas:
nec qui miſer eſſe poſsit,ſed miſerum. Aīam
quippe Deũ eſſe dicitis vel partem Dei. Nec
video quomodo Deus non ſit, quæ pars Dei
dicitur. Nam & auri pars aurũ, & argenti ar-
gentũ, & lapidis lapis. Et vt ad hæc maiora
veniamus, pars terræ terra eſt, & aquæ pars a-
qua eſt, & aeris aer, & ſiquid de igne detraxe-
ris, ignẽ eſſe non negabis, & quælibet pars lu
cis, nihil põt aliud eſſe q̃ lux. Cur ergo pars
Dei non erit Deus? An articulata Dei forma
eſt ſicut hominis, reliquorumq́ue animan-
tium? Nam pars hominis non eſt hõ. Sed ad
quamlibet iſtarum opinionum deſcendo, &
ſingillatim vtramq; conſidero. Nã ſi Deũ ita
eſſe vultis vt lucem, recuſare nõ poteſtis Deũ
eſſe aliquam partẽ Dei. Quamobrem cũ par-
tem Dei eſſe aīam dicitis, quam nõ negatis,
& corruptam eſſe, quæ ſtulta eſt:& cõmuta-
tam, quæ ſapiens fuit:& violatam, quæ pro-
priam perfectionem nõ habet:& indigentiã,
quæ poſcit auxilium. & imbecillem, quæ me
dicina eget:& miſeram, quæ beata eſſe deſi-
derat: hæc omnia in Deum ſacrilega opinio-
ne confertis. Aut ſi non conceditis hęc de ani
ma, nec ſpiritus eſt neceſſarius, qui aīam in
veritatẽ inducat, quia ſtulta nõ eſt:nec reno-
uatꝰ aīa per veram religionem, quia inueterata
non eſt:nec ſignaculis veſtris perficitur, quia
perfecta eſt:nec ei Deus opem fert, quia non
indiget: nec medicus eſt Chriſtus, quia ſana
eſt:nec beata ei vita recte promittitur. Quid
quod liberator dicitur Ieſus, quod & ipſe in
Euangelio clamat: Si vos filius liberauerit, Ioan. 8.
tunc vere liberi eritis? Et Apoſtolus Paulus
ait: Vos in libertatẽ vocati eſtis. Seruit ergo Galat. 5.
aīa, quæ iſtam libertatem nondum eſt aſſecu
ta. Deus igitur vobis authoribus, ſiquidẽ pars
Dei eſt Deus, & ſtultitia corrumpitꝰ, & cadẽ-
do mutatus eſt, & amiſsione perfectionis vio
latꝰ, & opis indiget, & debilis morbo, & op- M
preſſus miſeria, & ſeruitute turpatꝰ eſt. Quòd
ſi Dei pars Deus non eſt: nec incorruptus po
teſt eſſe, in cuius parte corruptio eſt: nec in-
commutatus, qui ex aliqua parte mutatus eſt:
nec inuiolatus, qui non ex oī parte perfectꝰ:
neque nõ indigens, qui ſedulo agit, vt ſibi re-
ſtituat partẽ ſuã: nec oīno ſanus, qui aliqua
parte imbecillis eſt:nec beatiſsimus, qui hẽt
aliquam partẽ ſubiectã miſeriæ: nec oīno li-
ber, cuius pars aliqua ꝑmitur ſeruitute. Hæc
oīa cogimini dicere, qui aīam quam tantis
obrutam calamitatibus cernitis, partem Dei
eſſe perhibetis. Hæc & multa huiuſcemodi
de ſecta veſtra ſi poteſtis auferre, tunc demũ
dicite os veſtrum carere blaſphemiis: Immo
ſectam illam deſerite. Nam ſi hoc quod ille
ſcripſit, deſtiteritis credere ac dicere, Mani-
chæi vtique non eritis. Summũ bonum oīno
& quo eſſe aut cogitari nihil melius põt, aut
intelligendus, aut credendus Deus eſt ſi blaſ-
phemiis carere cogitamus. Ratio aliqua nu-
merorum violari & commutari nullo pacto
poteſt, nec vlla natura, qualibet violentia ef-
fecerit, vt poſt vnum qui ſequitur numerus,
non duplo ei concinat. Hoc commutari nul-
lo pacto poteſt, & Deus à vobis commutabi- A
lis dr̃? Tenet iſta ratio inuiolabilem integrita
tem ſuam, & ei ſaltem parem Deum eſſe non
vultis? Faciat q̃libet gens tenebrarũ, vt terna-
rius intelligibilis numerus, in quo ita vnũ eſt
qđ vnum eſt, vt partibus careat. Faciat ergo
gens iſta tenebrarũ, vt numerus iſte ternarius
in duas partes æquales diuidatur. Videt certe
mens veſtra nullius id maleuolentia poſſe cõ
tingere. Quæ ergo rationem numeri violare
non poterat, poterat Deum? Si autẽ non po-
terat, quæ (obſecro) neceſsitas fuit, vt pars

Excludit Manichæorum suffragia. cap. 12.

eius misceretur malo, & in tātas miserias tru deretur? Hinc.n.illud exortum est, quod etiā cum studiose vos audiremus, nos magnis pre mebat angustiis: nec vllum exitum reperieba mus, quærentes quid factura erat Deo gens te nebrarum, si cum ea nollet cum tanta partis suæ calamitate pugnare. Si enim non erat no citura quiescenti, crudeliter nobiscum actū quærebamur, qui ad istas ærumnas missi su-
B mus. Si autem nocitura erat, non esse illam naturam incorruptibilem, qualis natura Dei esse debeat. In hac quæstione non defuit qui diceret, non Deum malo carere voluisse, aut ne sibi noceretur cauisse, sed propter naturalem bonitatem suam inquietę peruersæque naturæ, vt ordinata esset, prodesse voluisse. Nō hoc sonāt libri Manichæi: cauisse Deū ne inuaderetur ab hostibus, sæpissime ibi significatur, sæpissime dicitur. Sed cōcedamus ista Manichæum sensisse vt ille dicebat, qui non inueniebat aliud quod diceret, num ista rōne De⁹ à crudelitate aut infirmitate defenditur? Hæc.n.eius in aduersam gentem bonitas, in suos extitit magna pernicies. Huic accedit, quia si natura illius corrumpi commutariq; non posset, nec nos vlla pestis cōmutaret, atque corrumperet: & ille ordo qui naturę alienæ præstandus fuit, posset sine vestra peruersitate præstari. Illud vero nondum dictum erat, quod nuper apud Carthaginē audiui. Cum.n. quidam, quem maxime illo errore cupio liberari, hac quæstione in easdē cogeret angustias, ausus est dicere.s.regnū habuisse quosdā fines suos, qui possent inuadi à gēte ꝓria, nā ipsum Deū nullo mō potuisse violari. Sed dixit, quod neq; author ille vester vllo mō dicere cogeret. Videret.n.fortasse cōsequētes ruinas suæ sectæ multo per hanc sen
C tentiam, q̄ per aliam faciliores. Et reuera ita se hoc habet, vt si quisquā mediocris cordis audierit in natura illa fuisse, aliud violabile, aliud inuiolabile, facile intelligat nō iā duas, sed tres esse naturas, vnam inuiolabilē, alterā violabilem, tertiā violatricem. Hæ igit blasphemiæ cum à corde profectæ quotidie in ore vestro habitent, definite aliqñ signaculū oris vestri ad imperitorum illecebram, quasi magnum aliquid prædicare. Nisi forte ꝙ nō vescimini carnibus, & vinū nō bibitis, signaculū oris mirandum & laudandum putatis.

Nō ex rebus sed intentione facta æstimantur. cap. 13.

Qđ q̄ro a vobis, quo fine faciatis. Finis enim quo referuntur ea quæ facimus.i.ꝓp q̄em facimus quicquid facimus: si non solū inculpabilis, sed ēt laudabilis fuerit, tunc demum ēt facta nostra laude aliqua digna sunt. Sin ille meritoque culpatur quem spectamus & intuemur, cum in aliquo versamur officio, id quoq; officium nemo improbandum vituperandumq; dubitauerit. De Catilina memorię proditum est, ꝙ frigus, sitim, famem ferre poterat. Hæc erant illi spurco sacrilego que etiā cum Apostolis nostris communia. Vnde er-
D go discernitur parricida iste ab apostolis nostris, nisi fine illo quem diuersissimū sequebatur? Namque ille ista tolerabat, vt immoderatissimas & immanissimas expleret cupiditates: illi econtrà vt eas præmerent, & dominanti rōni seruire cogerent. Soletis & vos, cum Catholicarum vobis virginum multitudo prædicatur dicere: Etiam mula virgo est. Temere id quidem, propter imperitiam Catholicæ disciplinæ, sed tamē significantes vanam esse continentiam istam, nisi ad aliquē rectissimum finem certa rōne referatur. Pñt & catholici Christiani vestrā à vino, & carnibus abstinentiā, iumentis & multis passeribus, postremo ēt innumerabilibus generibus vermium comparare. Sed ne in vestram incidam temeritatem, non id præpropere faciā. Sed discutiam primo quo ista fine faciatis. Iam.n.constat inter vos, vt opinor, huiuscemodi moribus nihil aliud esse quærendum. Si ergo parsimoniæ gratia & coercendæ libidinis, qua escis talibus & potu delectamur & capimur, laudo & probo. Sed non ita est. Nā q̄ro à vobis, si qs existat (qđ fieri pōt) ita hō parcus & frugi, vt appetitum ventris & gutturis moderans, nō epuletur bis per vnum diē: & huic cœnanti olusculà cum exiguo lardo
E apponantur, eodē lardo vncta atq; condita, quantū comprimendæ fami sat est: sitimque irriget propter diligentiā * valetudinis, duabus aut tribus vini meracis potionibus, isque illi victus sit quotidianus. Alius vero ex alia parte nihil gustans carniū, nihil vini, exquisitas & peregrinas fruges multis ferculis variatas & largo pipere aspersas nona hora libenter assumat, noctis ēt principio talia cœnaturus: bibat aūt mulsum, carēnū passum, & nōnullorum pomorum expressos succos vini speciem satis imitantes, atque id ēt suauitate vincentes, & bibat nō quantū sitit, sed quantum

m libet, idq; sibi exhibēdū curet quotidie,
liq; victu deliciisq; perfruatur, nulla necessi
te, magna voluptate: quem tandem horum
uorū, qđ ad cibandū potandumq; attinet,
bstinentius vitam ducere iudicatis? Non opi
or vsqueadeo vos esse cæcos, quin illū de
arco lardo, & vino huic gurgiti pferatis. Ita
uidem veritas cogit, sed vester error longe
liter canit. Electus enim vester tribus signa-
culis prædicatus, si quotidie ita viuat, vt hic
quem posterius descripsimus, ab vno fortasse
duobus grauioribus reprehendi potest, dam
nari aūt tanquā signaculi dissipator omnino
non pōt. Si autem semel cum illo priore cę-
nauerit, frustoq; pernæ vel rancido labra vn-
xerit & vaporauerit, solutor signaculi & ge-
hennæ illico destinatus, vestri authoris sñia,
mirantibus vobis, sed tñ consentientibus, iu-
dicabitur. Quæso relinquite errorem, quæso
aduertite rationem, quæso aliquantulum cō-
suetudini obsistite. Quid enim est ista prauita
te peruersius? Quid magis delirū? Quid por-
rò insanius dici aut cogitari potest, hominē
boletos, orizam, tubera, placentas, carœnū,
piper, laser, distento ventre cum gratulatione
ructantem, & quotidie talia requirentem, nō
inueniri quemadmodum à tribus signaculis,
idest à regula sanctitatis excidisse videatur:
alium vero fruges vilissimas fumoso obso-
nio condientem, tantumq; hinc assumentē,
quantum refectioni corporis sufficit, & tres
cyathos vini sustentandæ valetudinis gratia
sorbentem, & ab illo victu ad istum transeun
tem, certo supplicio præparari?

Et.n. ait Apostolus, Bonum est fratres non
manducare carnem, neq; bibere vinū. Qua-
si vero quisquā nostrū id bonum neget: sed
aut eo fine quē superius commemoraui, sm
quem dr: Et carnis curā ne feceritis in concu
piscentiis, aut in eis quos rursus idem Paulus
ostendit, idest aut refrenandæ gulæ causa, q̄
his rebus solet rabidius immoderatiusq; ra-
ptari: aut ne frater offendatur: aut ab infirmis
idolio communicetur. Eo.n. tēpore quo hæc
scribebat Apostolus, multa immolatitia caro
in macello vendebatur. Et quia vino etiam li
babatur diis gentium, multi fratres infirmio-
res, qui ēt rebus his venalibus vtebantur, pe-
nitus à carnibus se & vino cohibere malue-
runt, q̄ vel nescientes incidere in eā q̄ puta-
bant cū idolis cōicationem. Propter hos aūt
ēt ij qui firmiores erant, & hæc maiori fide
contēnenda iudicarent, scientes nihil immū 1.Cor.10
dum esse, nisi per malam conscientiam, tenē-
tesq; illam domini sñiam: Non quod intrat Mat.15.
in os vestrum vos coinquinat, sed quod exit:
tamen propter hos infirmiores, ne offende-
rentur, ab his rebus abstinere debebant. Neq;
hoc suspitione colligitur, sed in ipsis Aposto
li epistolis manifeste inuenit. Vos aūt hoc so H
lum nobis dicere soletis: Bonū est fratres mā Rom. 14.
ducare carnem, atque bibere vinum: non aūt
subiungere illud quod sequitur, Neq; in quo
frater tuus offenditur, aut scandalizatur, aut
infirmat. Hinc.n. elucet quo fine Apostolus
hæc præcipiebat. Planius hoc indicant supe-
riora & sequentia, quæ commemorare lon-
gum est quidem, sed propter eos qui ad diui-
nas scripturas legendas & pertractandas pi-
gri sunt, totum istum locum retexere cogi-
mur. Infirmum autem in fide assumite, inqt, Ibidem.
non in disceptationibus cogitationum. Alius
enim credit manducare omnia: qui autē in-
firmus est, olus manducet. Is qui manducat,
non manducantem non spernat, & qui non
manducat manducantem non iudicet: Deus
.n. illum assumpsit. Tu quis es qui iudicas alie
num seruum? Suo domino stat, aut cadit. Sta-
bit aūt. Potens est.n. Deus statuere illum. Nā
alius iudicat diē inter diem, alius iudicat om
nem diem: vnusquisque in suo sensu abun-
det. Qui sapit diem, domino sapit: & qui mā-
ducat, domino manducat: gratias enim agit
Deo. Et qui non manducat, domino non mā
ducat, & gratias agit Deo. Nemo.n. nostrum
sibi viuit, & nemo sibi moritur. Siue.n. viui- I
mus, dño viuimus, siue morimur, dño mori-
mur. Siue.n. viuimus siue morimur, dñi su-
mus. In hoc enim Christus & viuit & mor-
tuus est & resurrexit, vt & viuorum & mor-
tuorum dominetur. Tu autem quid iudicas
fratrē tuum, aut tu quare spernis fratrem tuū?
Oēs n. stabimus ante tribunal Dei. Scriptum Esa.45.
est.n. Viuo ego dicit dñs, quoniam mihi fle- Rom.14.
ctetur omne genu, & confitebitur omnis lin-
gua. Itaq; vnusquisq; nostrū pro se rationem
reddet Deo. Non ergo amplius inuicem diiu
dicemus, sed hoc iudicate magis, ne ponatis
offendiculum fratri vel scandalum. Scio & Rom.14.
confido in domino Iesu, quia nihil cōe per
seipsum, nisi ei qui existimat quid commune
esse, illi cōmune est. Si enim propter cibum

frater

frater tuus contristatur, non iam ſm charitatem ambulas. Noli cibo tuo perdere illum ꝓ quo Christus mortuus est. Non ergo blasphemetur bonum nostrum. Non est regnum Dei esca & potus, sed iustitia & pax & gaudiũ in spiritusancto. Qui enim in hoc seruit Christo, placet Deo & probatus est hominibus. Itaque quæ pacis sunt sectemur, & quæ ædifi-
K cationis sunt in inuicem. Noli pp escam destruere opus Dei. Omnia quidem mũda sunt, sed malum est homini qui per offensionem manducat. Bonum est homini non manducare carnem, & non bibere vinum, neq; in quo frater tuus offenditur, aut scandalizatur, aut infirmatur. Tu fidẽ habes penes temetipsum, habe coram Deo. Beatus qui nõ iudicat semetipsum in eo qđ ꝓbat. Qui aũt discernit, si manducauerit damnatus est, quia nõ ex fide. Omne aũt quod non est ex fide, peccatũ
Rom. 15. est. Debemus aũt nos firmiores imbecillitates infirmorũ sustinere, & non nobis placere. Vnusquisque nr̃m proximo suo placeat in bonũ, ad ædificationẽ. Etenim Christus non sibi placuit. Satisne apparet Apostolũ eis p̃cepisse, vt carnes non manducarent, neq; vinũ biberent, quicũq; firmiores essent, q̃a infirmos offendebant non eis congruendo, & faciebant vt putarent eos qui fide oĩa munda iudicabant in obsequiũ idolorũ à talib. epu-
1. Cor. 8. lis & potu nolle abstinere? Hoc significat & ad Corinthios hoc mõ scribens: De escis aũt sacrificiorũ quæ idolis immolantur, scimus quia nihil est idolum in mundo, & ꝙ nullus Deus est nisi unus. Nam etsi sunt qui dican-
L tur dij, siue in cœlo, siue in terra, nobis tamẽ vnus Deꝰ pater, ex quo omnia, & nos in illo, & vnus dñs Iesus Christus, per quẽ omnia, & nos per ipsum. Sed non in oĩbus est scientia. Quidam autem in conscientia sua vsque adhuc in idolio quasi idolothytum manducant, & conscientia eorum, cum sit infirma, inquinatur. Esca autem nos non commendat Deo. Neq;.n. si manducauerimus, abundabimus, neq; si non manducauerimus, deficiemus. Videte aũt ne forte hæc lĩa vestra offendiculum fiat infirmis. Si.n. quis viderit eũ qui habet scientiã in idolio recumbentẽ, nonne conscientia eius cum sit infirma, ædificabitur ad manducandũ idolothyta, & peribit infirmus in tua conscientia frater, propter quem Christus mortuus est: Sic autem peccantes in fratres, & percutientes conscientiã ipsorum infirmam, in Christum peccatis. Quapropter si esca scandalizat fratrem meũ, non manducabo carnem in æternum, ne fratrem scandalizem. Item alio loco, Quid ergo, dico quòd idolis immolatum sit aliquid, aut quòd ido-
lum sit aliquid? Sed quæ immolant gentes, dęmoniis immolant, & non Deo. Nolo autẽ vos socios fieri dęmoniorum. Non potestis M
calicem domini bibere, & calicem dęmoniorum. Non potestis mensæ domini participes esse, & mensæ dæmoniorum. An ęmulamur dñm? Nũquid illo fortiores sumus? Omnia mihi licita sunt, sed non omnia expediũt. Omnia mihi licita sunt, sed non omnia ædificant. Nemo quod suũ est quærat, sed quod alterius. Omne quod in macello vęnit, manducate, nihil interrogantes pp conscientiam. Si quis aũt dixerit, Hoc immolatũ est idolis, nolite manducare, pp illum qui iudicat, & pp conscientiam. Conscientiam aũt dico, non tuã, sed alterius. Vt quid enim libertas mea iudicatur ab aliena conscientia? Si ego cum gratia participo, quid blasphemor pro quo gratias ago? Siue ergo manducatis, siue bibitis, vel aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite. Sine offensione estote Iudæis & Græcis, & ecclesiæ Dei, sicut & ego omnibus per omnia placeo, non quærens quod mihi vtile est, sed quod multis, vt salui fiant. Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Apparet igiť, vt opinor, quo fine à carnibus & à vino sit abstinendũ. Is finis est triplex. Ad comprimẽdam delectationem, quę in his maxime cibis haberi solet, atq; in tali potu vsq; ad ebriositatẽ peruenire. Ad tuendã infirmitatẽ, pp illa quæ sacrificantur atque libantur. Et (quod maxime commendandum est) propter charitatem, ne imbecilliorum ab his cõtinentiũ offendatur infirmitas. Vos aũt immunda esse obsonia dicitis, cum dicat Apostolus omnia munda esse, sed ei malum esse, qui per offensionem manducat. Et prorsus credo vos istis epulis inquinari, eoipso quo immunda esse arbitramini. Ait enim Credo & confido in domino Iesu, quia nihil commune per seipsum, sed ei qui existimat aliquid commune esse, illi cõe est. Cui autem dubium est, cõe illum immundum & inquinatum vocasse? Sed stultum est vobiscum agere de scripturis, cum & rationẽ pollicendo decipiatis, & eos

libros,

bros, in quibus magna est religionis autho
tas, falsis capitibus immissis corruptos esse
catis. Rõne igitur mihi persuadete, qũo ve
entem carnes coinquinant, si sine ulla of-
nsione, sine ulla infirma opinione, sine vlla
bidine sumantur? Operæprecium est totam
perstitiosæ huius abstinẽtiæ rõnem cogno
cere, quæ ita reddit: Qm̃, inquit, membrum,
Dei malorum substantiæ commixtum est, vt
ã refrenaret, atq; à summo furore compri-
neret, sic enim dicitis, de commixta utraq;
natura, id est, boni & mali, mundus est fabri-
catus. Pars aũt illa diuina ex omni parte mun
di quotidie purgatur, & in sua regna resumi
tur, sed hæc per terrã exhalans, & ad cœlum
tendens, incurrit in stirpes, qm̃ radicibus ter
ræ affiguntur, atque ita oẽs herbas, & arbusta
oĩa fęcundat & uegetat. Hinc animalia cibũ
capiunt, quæ si concumbunt, ligant in carne
diuinũ illud membrũ, & à certo suo itinere
auersum atque impeditum, erroribus erum-
nisq; implicant. Itaq; cibi qui de frugibus &
pomis parantur, si ad sanctos, id est, ad Mani
chæos ueniant, per eorum castitatem & ora-
tionem & psalmos, quicquid in eis est lutu-
lentum purgatur, id est, ex omni parte perfi-
citur, ut ad regna propria sine ulla sordium
difficultate referatur. Hinc est, ꝙ mendicãti
homini, qui Manichæus non sit, panẽ uel ali
quid frugũ, uel aquam ipsam, quæ omnibus
uilis est, dari prohibetis, ne membrum Dei,
qđ his reb⁹ admixtũ est, suis peccatis sordida
tum à reditu impediat. Carnes autẽ iam de ip
sis sordibus dicitis esse concretas. Fugit enim
aliquid partis illius diuinæ, ut perhibetis, dũ
fruges & poma carpuntur, fugit cum affligũ
tur, uel terendo, uel molendo uel coquẽdo,
uel etiam mordendo, atq; mandendo. Fugit
etiam in omnibus motibus animaliũ, vel cũ
gestiunt, uel cũ exercentur, uel cũ laborant,
uel cũ omnino aliquid operanť. Fugiẽt ĩ ipsa
quiete uestra, dum in corpore illa, quæ ap-
pellatur, digestio interiore calore cõficitur.
Atq; ita tot occasionibus diuina fugiente na
tura, quiddam sordidissimum remanet, vn-
de per concubitum caro formetur. Anima
tamen boni generis, quoniam quamuis plu-
rimum, non tamen totum bonum, memora-
tis illis motibus euolat. Quocirca cum ani-
ma etiam carnem deseruerit, nimias sordes
reliquas fieri, & ideo eorũ, qui uescũtur car-

nibus, animã coinquinari. O rerũ naturæ ob
scuritas, quantũ tegmen est falsitatis? Quis nõ
hæc audiens, q̃ rerũ causas nõ didicit, q̃ non
dum ueritatis quantulocũque lumine asper-
sus corporeis imaginib. fallitur, eoipso quo
hæc minime apparent, & per quædam simu-
lacra rerũ uisibiliũ cogitantur & diserte dici
possunt, uera esse arbitretur? Taliũ aũt homi-
nũ magnæ turbæ atq; greges uocanť, quos re
ligiosus timor ab his fallaciis potius, q̃ rõ tu D
tos facit. Quamobrẽ ita ego ista conabor re-
fellere, quãtũ me Deus adiuuare dignabitur,
ut non solũ prudentium iudicio, quo simul
ac dicta fuerint improbentur, sed ipsi ẽt vul-
gari intelligentiæ, q̃ sint falsa & absurda, satis
elucescat. Primo.n.quæro, unde doceatis in
frumentis ac legumine & oleribus & florib.
& pomis inesse istam nescio quã partẽ Dei.
Ex ipso colore nitore inquiunt, & odoris iu
cunditare, & saporis suauitate manifestũ est,
q̃ dum non habent putria, eodẽ bono sese de
serta esse significant. Nõ pudet Deũ naso &
palato inuentũ putare? Sed hæc omitto. Lati-
ne.n.uobis dicã, & ut dici assolet, multo est
ad uos. Illud potius qualicunq; mente intelli
gendũ est. Si colore apparet in corporib. bo
ni pręsentia, fimũ animaliũ, qđ ipsarũ ẽt car
nium purgamentum est, diuersis nitere colo
ribus, alias candido, plerũq; aureolo, & aliis
huiusmodi, quos in pomis & floribus uelut
testes Dei præsentis atq; inhærẽtis accipitis.
Quid tandem causæ est, quod ruborem in
roĩa indicem abundantis boni esse perhibe-
tis, & eundẽ dãnatis in sanguine? Cur in uio
la eundẽ colorẽ amplectimini, quem in co-
loribus in morbo ictericorum, in infantis de
niq; fimo aspernamini? Cur nitorem atque
fulgorem oleĩ, clamare copiã coadmixti bo
ni arbitramini, & ad id purgandũ fauces, &
uentrem paratis, de pingui aũt carne simil-
li mi fulgoris distillantibus guttis labra contin
gere formidatis? Cur de thesauris Dei me- E
lonem putatis auream esse, & pernæ adipem
rancidũ, uel oui mediũ non putatis? Cur uo
bis cãdor in lactucis p̃dicat Deũ, in lacte non
p̃dicat? De coloribus. n. adhuc loquor in qui
bus ut omittã cætera, unius pauonis pennis
tempora. Certe & ipsi Manichæi legũt Apostolum Paulũ, & laudant & honorãt, & eius epistolas male interpretando multos decipiunt. *Ad Ti. 1* Dicant ergo nobis quid dixerit Apostolus Paulus, Agnitionem veritatis, quæ est secundum pietatem Dei in spem vitæ æternæ, quã promisit non mendax Deus ante tempora æterna. Aeterna. enim tempora quid ante se habere potuerunt? Hoc ergo cogantur exponere, vt intelligant se non intelligere, cum temere volunt reprehendere, quod diligenter quærere debuerunt. L Si autẽ non dicunt, quid placuit Deo subito facere cœlũ & terram, sed tollunt inde, subito, & hoc tantum dicunt, quid placuit Deo facere cœlũ, & terram? Non enim coæuũ Deo mundũ istũ dicimus, quia non eius æternitatis est hic mundus, cuius æternitatis est Deus: mundũ quippe fecit Deus, & sic cum ipsa creatura quam Deus fecit, tempora esse cœperunt. Et ideo dicuntur tempora æterna, nõ tamen sic sunt æterna tempora quomodo æternus est Deus quia Deus est ante tempora, qui fabricator est temporum. Sicut omnia quę fecit Deus bona sunt valde, sed non sic bona sunt, quomodo bonus est Deus qui illa fecit, hęc autẽ facta sunt. Nec ea genuit de seipso, vt hoc essent quod ipse est: sed ea fecit de nihilo, vt non essent æqualia, nec ei, à quo facta sunt, nec filio eius per quẽ facta sunt. Iustus est. n. Si ergo isti dixerint, quid placuit Deo facere cœlum & terrã? respondendum est eis, vt prius discant vim voluntatis humanæ qui voluntatẽ Dei nosse desiderant. Causas. n. voluntatis Dei scire quærunt, cum voluntas Dei omniũ, quę sunt, ipsa sit causa. Si n. habet causam volũtas Dei, est aliquid quod antecedat voluntatẽ Dei, quod nefas est credere. M Qui ergo dicit, quare fecit Deus cœlũ & terram? respondendũ est ei, quia voluit. Voluntas. n. Dei causa est cœli & terrę, & ideo maior est voluntas Dei, quàm cœlũ & terra. Qui autẽ dicit, quare voluit facere cœlũ & terrã maius aliquid quærit, q̃ est voluntas Dei, nihil autẽ maius inueniri potest. Compescat ergo se humana temeritas, & id quod nõ est non q̃rat, ne id quod est, non inueniat. Et si volũtatẽ Dei nosse quisquã desiderat, fiat amicus Deo. Quia si volũtatẽ hominis nosse vellet cuius amicus nõ esset, omnes eius impudentiam ac stultitiã deriderent. Non autem quisquam efficitur amicus Dei nisi purgatissimis moribus, & illo fine præcepti de quo Apostolus dicit, Finis autẽ præcepti est charitas de corde puro & cõscientia bona & fide nõ ficta. *1* Quod isti si haberent, non essent hæretici. Quod autẽ sequitur in libro Geneseos, Terra erat inuisibilis & incomposita: sic reprehendunt Manichęi vt dicant. Quomodo fecit Deus in principio cœlũ & terram, si iã terra erat inuisibilis & incomposita? Ita cum volunt scripturas diuinas prius vituperare q̃ nosse, etiam res apertissimas non intelligũt. Quid enim manifestius dici potuit, q̃ hoc dictum est? In principio fecit Deus cœlum & terram, terra autem erat inuisibilis & in cõposita, I id est, in principio fecit Deus cœlum & terram, terra autem ipsa quam fecit Deus inuisibilis erat & incomposita, antequã Deus omnium rerum formas locis & sedibus suis ordinata distinctione disponeret: anteq̃ diceret, fiat lux, & fiat firmamentũ, & congregentur aquę, & appareat arida: & cetera q̃ in eodem libro sic exponuntur per ordinem quemadmodũ possint ea paruuli capere? Quæ omnia continent tã magna mysteria, vt quisquis ea didicerit, omniũ hæreticorũ vanitatẽ, vel doleat, q̃a homines sunt: vel derideat, q̃a superbi sunt. Sequitur in eodẽ libro, K Et tenebræ erant super abyssum. Qđ Manichæi reprehendunt dicentes, In tenebris ergo erat Deus antequã faceret lucẽ? Vere ipsi in tenebris ignorantiæ, & ideo non intelligunt lucẽ in qua Deus erat anteq̃ faceret istã lucẽ. Nõ n. norunt isti lucẽ, nisi quã carneis oculis vident. Et ideo istũ solẽ, quẽ pariter non solũ cũ bestijs maioribus, sed & cũ muscis & vermiculis cernimus, illi sic colũt, vt particulã dicant esse lucis illius in qua habitat Deus. Sed nos itelligamus aliã lucẽ esse, in qua Deus habitat, vnde est illud lumẽ de quo in Euangelio legit, *Io.* Erat lumen verum quod illuminat hominẽ omnẽ venientẽ in hunc mundũ. Nam solis istius lumẽ non illuminat omnẽ hominẽ, sed corpus hois & mortales oculos, in quibus nos vincunt aquilarũ oculi, q̃ solem istũ multo melius q̃ nos dicuntur aspicere. *1. cap.* Illud autem lumen non irrationabiliũ animalium oculos pascit, sed pura corda eorũ qui Deo credunt, & ab amore visibiliũ rerũ & temporaliũ se ad eius præcepta seruãda conuertunt. Quod omnes homines possunt, *Lib.*

Quo æterna tempora. & q̃ Deus creauit bona dicuntur.

Dei volũtas omnis causa

sunt,

int, si velint, quia illud lumen omnẽ homiẽ illuminat venientẽ in hunc mundũ. Ergo enebræ erant super abyssum anteq̃ lux ista eret, De qua cõsequenter hoc loco dicitur: C t dixit Deus, Fiat lux: Quia vbi lux non est, enebræ sunt, non quia aliquid sunt tenebræ, ed ipsa lucis absentia tenebræ dicuntur. Siut silentium nõ aliqua res est, sed vbi sonus non est, silentium dicitur. Et nuditas aliqua es non est, sed in corpore vbi tegumentum nõ est, nuditas dr̃. Et inanitas nõ est aliquid, ed locus vbi corpus non est, inanitas dicit̃. Sic tenebræ nõ aliquid sunt, sed vbi lux non est, tenebræ dicuntur. Hoc ideo dicimus, q̃a solẽt dicere. Vñ erãt ipsæ tenebræ super abyssum anteq̃ faceret Deus lucem? Quis illas fecerat vel genuerat? Aut si nemo fecerat vel genuerat eas, æternæ erant tenebræ, quasi aliquid sint tenebrę. Sed vt dictũ est, lucis absentia hoc nomen accepit. Sed quia ipsi fabulis suis decepti crediderunt esse gentem tenebrarum, in qua & corpora, & formas & animas in illis corporibus fuisse arbitrantur, ideo putant quod tenebræ aliquid sint: & non intelligunt non sentiri tenebras, nisi quando non videmus, sicut non sentitur silentium, nisi qñ non audimus. Sicut autẽ silentiũ nihil est, sic & tenebræ nihil sunt. Sicut aũt isti dicũt, gentẽ tenebrarũ cõtra lucẽ Dei pugnasse, sic põt & alius similiter vanus dicere, gentẽ silentiorũ contra vocem Dei pugnasse. Sed illas vanitates modo nõ suscepimus refellere atque conuincere. Nunc.n.ea q̃ reprehẽdunt in veteri testamento, statuimus defendere, quantũ vires dominus præstare dignat̃, & in eis ostẽdere contra veritatẽ Dei nihil valere hominũ cæcitatẽ. Quod aũt scriptũ est: Et spiritus Dei superferebatur super aquã: sic solẽt Manichæi reprehẽdere, vt dicãt: Aqua ergo erat habitaculum spiritus Dei, & ipsa continebat spiritum Dei? Totum ergo conantur peruersa mẽte peruertere, & excęcãtur malitia sua. Cũ enim dicimus: Sol superfertur super terram, nunquid intelligi volumus, q̄ in terra habitet sol, & terra solem contineat? Et tamẽ non sic spiritus Dei superferebat̃ super aquã, sicut superfertur sol super terrã, sed alio modo quẽ pauci intelligunt. Nõ.n. per spatia locorũ superferebatur aquæ ille spiritus, sicut sol terræ superfertur: sed per potentiã inuisibilis sublimitatis suæ. Dicant aũt nobis isti, quo ijs rebus, quæ fabricãdæ sunt, superferat̃ volũtas fabri? Qđ si hæc humana & quotidiana nõ cõprehendũt, timeãt Deũ, & simplici corde qđ nõ intelligunt quęrant, ne cũ volũt verbis sacrilegis cõcidere veritatem quã videre nõ possunt, redeat illis securis in crura.

2. Sen. di stin. 12. ca. secundũ hanc. E

Nã illa concidi non põt, quæ incõmutabilis manet, sed quæcunq; plagæ in illa emissæ fuerint repercutiuntur, & maiore ictu redeunt in eos, qui cędere audẽt qđ credere deberẽt, vt intelligere mererentur. Deinde quærũt, & insultando interrogant: Vñ erat ipsa aqua super quã ferebatur spiritus Dei? Nũquid.n. superius scriptũ est, q̄ Deus aquã fecerit? Hoc si pie quærerent, inuenirent quemadmodum intelligendũ esset. Non.n. aqua sic appellata est hoc loco, vt hęc à nobis intelligatur, quã videre iã possumus & tangere quo nec terra quæ incomposita & inuisibilis dicta est, talis erat qualis ista, quæ iam videri & tractari potest. Sed illud quod dictũ est: In principio fecit Deus cœlũ & terrã, cœli & terræ nomine vniuersa creatura significata est, quã fecit & cõdidit Deus. Ideo aũt noĩbus visibilium rerũ hæc appellata sunt, p̄p paruulorũ infirmitatẽ, & qui minus idonei sunt inuisibilia cõprehendere. Prima ergo materia facta est cõfusa & informis, vnde oĩa fierent, quæ distincta atq; formata sunt, qđ credo à Græcis chaos appellari. Sic.n. & alio loco legimus dictũ in laudibus Dei: Qui fecisti mundũ de materia informi. Qđ aliqui codices habent de materia inuisa. Et iõ Deus rectissime creditur oĩa de nihilo fecisse, quia ẽt si oĩa formata de ista materia facta sunt, hæc ipsa tñ materia de omnino nihilo facta est. Nõ.n. debemus esse similes istis, q̃ omnipotentẽ Deũ nõ credunt aliquid de nihilo facere potuisse cũ cõsiderãt fabros & quoslibet opifices nõ posse aliquid fabricare nisi habuerint vnde fabricent. Et ligna.n. adiuuãt fabrũ, & argentũ argẽtariũ adiuuat, & aurũ aurificẽ, & terra figulũ vt posit perficere opera sua. Si.n. non adiuuentur ea materia vnde aliquid faciunt, nihil pñt facere, cum materiam ipsam ipsi nõ faciant. Non.n. faber lignum facit, sed de ligno facit aliquid. Sic & cæteri oẽs huiusmodi opifices. Omnipotens aũt Deus nulla re adiuuandus erat, quã ipse non fecerat, vt qđ volebat, efficeret. Si.n. ad eas res, quas facere volebat, adiuuabat eũ aliqua res, quam

2. Sen. di stin. 12. ca. secundũ hanc. Χάος.

Chaos ex nihilo, & ex hoc omnia. c. 6 F

Informis materia varijs nominibus designata. c. 7.

ipse non fecerat,non erat omnipotens,quod sacrilegũ est credere. Informis ergo illa ma-
G teria quam de nihilo Deus fecit,appellata est primo cęlũ & terra,& dictũ est:In principio fecit Deus coelũ & terrã: non qa iã hoc erat, sed quia hoc esse poterat. Nam & coelũ scribitur postea factũ. Quemadmodũ si semẽ arboris cõsyderantes dicamus ibi esse radices & robur,& ramos & fructus & folia, nõ qa iã sunt,sed quia inde futura sunt. Sic dictum est,In principio fecit Deus coelũ & terram, quasi semen coeli & terræ, cum in confuso adhuc esset coeli & terræ materia,Sed qa certũ erat inde futurũ esse coelũ,& terrã, iam & ipsa materia coelũ & terra appellata est. Isto genere locutionis ẽt dñs loquitur cum dicit: Iã non dicam vos seruos, quia seruus nescit quid faciat dñs eius. Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcũq; audiui à patre meo nota feci vobis:non quia iam factũ erat, sed qa certissime futurum erat. Nã post paululũ dicit illis: Adhuc multa habeo vobis dicere, sed nõ potestis portare modo. Vt quid ergo dixerat. Omnia quæ audiui à patre meo nota feci vobis: nisi quia se sciebat hoc esse facturum? Sic ẽt coelum & terra potuit dici materia vnde nondũ erat factũ coelũ & terra, sed tñ nõ erat aliunde faciendũ. Innumerabiles
H tales locutiones in scripturis diuinis inueniũtur. Sicut in consuetudine sermonis nr̃i cum id quod certissime speramus futurum, dicimus,iã factũ puta. Hanc aũt adhuc informẽ materiã,ẽt terrã inuisibilẽ atq; incompositã voluit appellare, quia inter omnia elementa mundi terra videtur minus preciosa q̃ cætera. Inuisibilẽ aũt dixit pp obscuritatẽ: & incompositam propter informitatẽ. Eandẽ ipsam materiã ẽt aquã appellauit,super quã ferebatur spiritus Dei, sicut superfertur rebus fabricandis voluntas artificis. Quod etsi paucorum intelligentia põt attingere, humanis tñ verbis nescio vtrum vel à paucis hominibus possit exponi. Propterea vero nõ absurde ẽt aqua dicta est ista materia,quia oĩa quę in terra nascuntur,siue animalia,siue arbores vel herbæ,& siqua similia, ab humore incipiunt formari atq; nutriri. Hæc ergo omnia, siue coelum & terra, siue terra inuisibilis & incõposita,& abyssus cũ tenebris, siue aqua
I sup quã spiritus ferebat, noĩa sunt informis materię:vt res ignota notis vocabulis insinuaret imperitioribus,& nõ vno vocabulo, sed multis:ne si vnũ esset,hoc putaret esse qđ cõsueuerãt hoĩes in illo vocabulo intelligere. Dictũ est ergo cęlũ & terra, qa inde futurũ erat coelũ & terra. Dicta est terra inuisibilis A
& incõposita & tenebræ super abyssum:quia informis erat,& nulla specie cerni aut tractari poterat,ẽt si esset hõ qui videret atq; tractaret. Dicta est aqua,qa facilis & ductilis subiacebat operãti, vt de illa oĩa formarent. Sed sub his oĩbus nominibus materia erat inuisa & informis,de qua Deus cõdidit mundũ. Et dixit Deus:Fiat lux,& facta est lux. Hoc non solẽt reprehẽdere Manichæi sed illud qđ sequit:Et vidit Deus lucẽ qa bona est. Dicũt.n. Ergo nõ nouerat Deus lucẽ,aut non nouerat bonã. Miseri homines, quibus displicet, qđ Deo placuerunt opera sua, cũ videant ẽt hominẽ artificẽ, verbi gratia, lignarium fabrũ, q̃uis in comparatione sapientiæ & potentiæ Dei penè nullus sit,tñ tandiu lignum cædere atque tractare dolando,asciãdo, planando, vel tornando atq; poliẽdo quousq; ad artis regulas perducat quantũ põt, & placeat artifici suo. Nunquid ergo quia placet ei qđ fecit,ideo nõ nouerat bonũ? Prorsus nouerat intus in aĩo,vbi ars ipsa pulchrior est, q̃ illa K
quæ arte fabricãtur.Sed qđ videt artifex intus in arte,hoc foris probat in opere, & hoc est perfectũ qđ artifici suo placet.Vidit ergo Deus lucẽ,qa bona est:qbus verbis nõ ostẽditur eluxisse Deo insolitũ bonũ, sed placuisse pfectũ.Quòd si dictũ esset, miratus est Deus lucẽ,quia bona est,quantũ clamarent? quantum litigarent? Admiratio.n.reuera de rebus insperatis nasci solet, & tñ legunt isti & laudant dñm nostrum Iesum Christum in Euangelio admiratum esse fidẽ credentiũ. Quis au M
tẽ in illis fecerat ipsam fidẽ,nisi ipse qui eam mirabatur? Quod si & alius eã fecisset,vt qd miraret q præscius erat? Si soluũt Manichęi qõnem istã,videant quia & illa solui põt. Si aũt non soluũt, quid ista reprehendunt quæ ad se nolunt pertinere, cũ illa quæ ad se pertinere dicunt,non nouerint? Quod enim mirabatur dñs noster, nobis mirandum esse significat,quibus adhuc est opus sic moneri. Omnes ergo tales motus eius non perturbati animi sunt signa,sed docentis magistri. Sic sunt & verba veteris testamenti,quæ non Deũ infirmũ docẽt,sed nostræ infirmitati blandiuntur. L

Margin notes: Lib. 1. de Trini. c. 2. — Ioan. 15. — Ioan. 16.

...ur. Nihil.n.de Deo digne dici pôt. Nobis tñ ...t nutriatur fides, & ad ea perueniamus, quæ ...ullo humano sermone dici possunt, ea dicũ ...ur quæ capere possumus. Et diuisit Deus inter lucem & tenebras, & vocauit Deus diẽ lu...em, & tenebras vocauit noctem. Hic non di...tũ est, fecit deus tenebras, quia tenebrę, sicut superius dictum est, lucis absentia est. Distinctio tñ facta inter lucẽ & tenebras, quemadmodũ nos clamãdo vocẽ facimus, silentium autẽ non sonando facimus, quia cessatio vocis silentiũ est. Distinguimus tamẽ sensu quodam inter vocẽ & silentiũ, & illud vocamus vocem, illud silentiũ. Quemadmodũ ergo recte dicimur facere silentiũ, sic recte multis diuinarum scripturam locis Deus dicit̃ facere tenebras, qa lucem quibus vult temporibus, & locis, vel nõ donat, vel detrahit. Hoc autẽ totũ ad intellectũ nostrũ dictũ est. Qua enim lingua vocauit Deus idem lucem, & tenebras noctem: vtrum Hebræa, an Græca, an Latina, an aliqua alia? Et sic omnia, quæ vocauit, quæri potest qua lingua vocauerit. Sed apud Deũ purus intellectus est sine strepitu & diuersitate linguarũ. Vocauit autẽ dictũ est, vocari fecit qa sic distinxit oĩa & ordinauit vt & discerni possent, & noĩa accipere. Sed postea suo loco requiremus. vtrũ, vere sic est accipiẽdũ, quia vocauit Deus: qm̃ quãtũ accedimus in scripturis & in eis assuescimus, tm̃ nobis locutiones earũ innotescunt. Sic.n. dicim⁹, Ille paterfamiliàs ædificauit domũ istã, id est, ædificari fecit, & multa talia per oẽs libros diuinarũ scripturarũ ĩueniunt̃. Et factũ est vespere, & factũ est mane dies vnus. Et hic catũniãtur Manichæi, dũ putãt ita dictũ, esse, quasi à vespera dies cœperit. Non intelligũt operõnem illã qua lux facta est, & diuisum est inter lucẽ & tenebras, & vocata est lux dies, & tenebræ nox. Hãc ergo totã operationẽ non intelligũt ad diẽ pertinere, post hãc autẽ operationẽ tanq̃ finito die facta est vespera. Sed quia ẽt nox ad diẽ suũ pertinet, non dicit̃ transisse dies vnus nisi ẽt nocte transacta, cũ factũ est mane: sic deinceps reliq dies cõputant̃ à mane vsq; in mane. Nũc.n. cũ factũ est mane, & trãsactus est vnus dies, incipit operatio q̃ sequit̃ ab ipso mane, quod iam factum est: & post ipsam operarionem fit vespera, deinde mane, & transit altera dies: atque ita deinceps cæteri dies transeunt. Et dixit Deus: A

Aquæ supra firmamentum. cap. 11.

Fiat firmamentũ in medio aquæ, & sit diuisio inter aquã & aquam, & sic factũ est. Et fecit Deus firmamentũ, et diuisit Deus inter aquã, quæ est super firmamẽtũ, et inter aquã, q̃ est sub firmamẽto, et vocauit Deus firmamentũ cęlũ, et vidit Deus quia bonũ est. Hæc nõ memini Manichæos reprehẽdere solere, tñ ꝙ diuisę sunt aquę vt alię essent super firmamẽtũ, et aliæ sub firmamento, qm̃ materiã illã dicebamus nomine aquę appellatã, credo sub firmamento cœli materiã corporalẽ rerum visibiliũ ab illa incorporali rerũ inuisibiliũ fuisse discretã. Cum.n. cœlũ sit corpus pulcherrimũ omnis iuuisibilis creatura excedit etiã pulchritudinẽ cœli, et ideo fortasse super cœlum esse dicunt̃ aquæ inuisibiles, q̃ à paucis intelligunt̃ non locorũ sedibus, sed dignitate naturæ superare cœlũ: quanquã de hac re nihil temere affirmãdũ est. Obscura est.n. et remota à sensibus hominũ. Sed quoquo modo se habeat antequã intelligat̃, credenda est. Et facta est vespera, et factum est mane dies secundus. Iam oĩa hæc quæ repetunt̃, sicut superius intelligenda atq; tractanda sunt. Et dixit: B

Aqua in unum. cap. 12. Gene. 1.

Congregetur aqua quæ est sub cœlo in cõgregationę vnã et appareat arida, et sic factũ est. Et congregata est aqua quæ erat sub cœlo in congregationẽ vnã, et apparuit arida. Et vocauit Deus aridã, terrã, et cõgregationẽ aquę vocauit mare. Et vidit Deus quia bonum est. In isto loco Manichæi dicũt. Si totum aquis plenũ erat, qũo poterant aquæ cõgregari in vnũ? Sed iã superius dictũ est, noĩe aquarum materiã illã appelatã, super quã ferebat̃ spũs Dei, vnde erat Deus oĩa formaturus. Nunc vero cum dicitur: congregetur aqua quę est sub cœlo in congregationem vnam: hoc dicitur vt illa materia corporalis formet̃ in eã spẽm quã habent aquæ istæ visibiles. Ipsa. n. congregatio in vnum, ipsa est aquarum istarum formatio, quas videmus et tangimus. Omnis enim forma ad vnitatis regulam cogitur. Et quod dicitur: Appareat arida, quid aliud dici intelligendũ est, nisi vt illa materia accipiat visibilẽ formã quã nunc habet terra ista, quã videmus et tangimus? Superius ergo quod nominabatur terra inuisibilis et incõposita materię confusio et obscuritas nominabatur, et quod nominabatur aqua super quam ferebatur spiritus Dei, eadem rursus materia nominabatur. Nũc vero aqua ista C

& ter-

& terra formantur ex illa materia quæ ipsis
noībus appellabatur, anteq̃ formas istas quas
nūc videmus acciperet. Sanè dr̄, in Hebræa
locutione oēm aquarū cōgregationē, siue sal
sarū siue dulciū, mare appellari. Et dixit De⁹:
Germinet terra herbā pabuli, ferentē semen
secūdū suū genus & similitudinē, & lignum
fructiferū faciens fructū, cuius semen sit in se
cundū suam similitudinē. Et sic est factū. Et
eiecit terra herbā pabuli, ferentē semen secū
dū suū genus, & lignū fructiferū faciens fru-
ctum, cuius semen in se ẜm suam similitudi-
nem, secundū suum genus super terrā. Et vi-
dit Deus quia bonū est; & facta est vespera,
& factū est mane dies tertius. Hic solent dice
re, Si Deus iussit nasci de terra herbā pabu-
li, & lignū fructiferū, quis iussit nasci tantas
herbas vel spinosas vel venenosas, quæ ad pa
bulum non proficiunt, & tā multa ligna quę
nullū fructum ferunt? Quibus sic respondē
dum est, vt nulla indignis aperiantur myste-
ria, neq; ostendatur in qua figura futurorum
ista sic dicta sint. Ergo dicendū est ꝙ per pec
catū hoīs terra maledicta sit, vt spinas pare-
ret, nō vt ipsa spinas sentiret, quæ sine sensu
est, sed vt peccati humani crimē semper ho-
D minibus ante oculos poneret, quo admone-
rentur aliqñ auerti à peccatis & ad Dei præ-
cepta conuerti. Herbæ aūt venenosæ ad pœ
nā, vel ad exercitationem mortalium creatæ
sunt: & hoc totū propter peccatū, quia mor-
tales post peccatum facti sumus. Per infru-
ctuosas vero arbores insultatur hoībus, vt ī-
telligant q̃ sit erubescendum sine fructu bo-
norū operū esse in agro Dei, hoc est in eccle
sia, & timeāt ne deserat eos Deus, quia & ipsi
in agris suis infructuosas arbores deserunt,
nec aliq̃ culturā eis adhibent. Ante peccatū
ergo hominis nō est scriptū ꝙ terra aliud ꝓ-
tulerit nisi herbā pabuli & ligna fructuosa.
Post peccatū aūt videmus multa horrenda &
infructuosa de terra nasci, credo ꝑꝑ eā cau-
sam quā diximus. Sic.n. dr̄ ad primū hoīem
postea quā peccauit: Maledicta erit terra tibi
ī omnibus operibus tuis. In tristitia & gemi-
tu edes ex ea omnibus diebus vitæ tuę. Spinas
& tribulos eijciet tibi, & edes pabulum agri
E tui. In sudore vultus tui edes panē tuum, do-
nec reuertaris in terrā de qua sumptus es qꝛ
terra es, & in terrā ibis. Ex dixit Deus: Fiant
sydera in firmamento cœli, sic vt luceant su-

Infrugifera & noxia quare gignit tellus. cap. 13. Gen. 1.

Allegoria cælat misteriū.

Gen. 2.

Dierū ac noctium

per terrā, & diuidāt inter diē & noctē, & sint
in signa & in tpa & ī dies & in annos, & sint
in splēdorē in firmamēto cœli sic vt luceant
super terrā. Et factū est ita. Et fecit Deus duo
luminaria, maius & minus. Luminare maius
in inchoationē diei, & luminare minus ī in-
choationem noctis, & stellas. Et posuit illas
Deus in firmamēto cœli, sic vt luceāt sup ter
rā, & præsint diei & nocti. & diuidāt īter diē
& noctē. Et vidit Deus quia bonū est. Et facta
est vespera, & factū est mane dies quartus.
Hic primo quærūt, qūo quarto die facta sint
sydera, id est, sol & luna & stellæ. Tres.n. dies
superiores qūo esse sine sole potuerunt, cum
videamus nunc solis ortu & occasu diē trāsi
gi, noctē uero nobis fieri solis absentia, cū ab
alia parte mūdi ad Oriētē redit? Quibus rñ- F
demus, potuisse fieri, vt tres superiores dies
singuli ꝑ tantā morā tēporis cōputarentur, ꝑ
quantā morā circumit sol ex quo procedit
ab Oriēte, quousq; rursus ad Oriētem reuer
titur. Hanc.n. morā & longitudinē temporis
possent sentire hoīes ēt si in speluncis habita
rent, vbi Orientē & Occidētem solē videre
nō possent. Atq; ita sentitur potuisse istā mo
ram fieri ēt sine sole antequā sol factus esset,
atq; ipsam morā in illo triduo per dies singu
los cōputatā. Hoc ergo respōderemus, nisi
vos reuocaret quod ibi dr̄: Et facta est vespe-
ra, & factū est mane, qđ nūc sine solis cursu
videmus fieri nō posse. Restat ergo vt intelli-
gamus, in ipsa quidē mora tēporis ipsas di-
stinctiones operū sic appellatas vesperā ꝑꝑ
transactionē consummati operis, & mane ꝓ-
pter inchoationē futuri operis, de similitudi
ne.s. humanorū operū, quia pleraq; à mane
incipiunt & ad vesperā desinunt. Habent.n.
cōsuetudinem diuinæ scripturæ de rebus hu
manis ad diuinas res, verba transferre. Dein-
de quærunt ad quid dictū sit de syderibus: Et
sint in signa & in tēpora? Nunquid.n. tres illi
dies sine temporibus esse potuerunt, aut ad
temporis spatia nō pertinent? Sed in signa & G
tēpora dictū est, vt per hæc sydera tpa distin-
guantur, & ab hoībus dignoscantur: qꝛ si cur
rāt tpa, & nullis distinguant articulis, q articu-
li per syderum cursus notantur, possunt
quidem currere tēpora atque pręterire, sed
intelligi & discerni ab hominibus non pos-
sunt. Sicut horæ quādo nubilosus dies est tran-
seunt quidē, & sua spatia peragunt, sed distin

gui

gui à nobis & notari nõ possunt. Quod aũt
ctum est. Et fecit Deus duo luminaria, lu-
inare maius in inchoationẽ diei, & lumina
minus in inchoationẽ noctis: pro eo dictũ
t ac si diceret, in principatũ diei & in prin
ipatũ noctis. Non. n. sol tãtũmodo inchoat
iẽ, & non ẽt peragit & finit: luna vero aliqñ
nedia nocte vel in fine noctis ad nos proce
lit. Si ergo illę noctes quibus hoc facit non
b ista inchoantur, q̃uo in inchoationem no
ctis facta est? Si autẽ per inchoationẽ princi-
pium intelligas, & per principiũ principatũ,
manifestũ est, quia per diem sol principatũ
tenet, luna vero per noctẽ, quia etsi cætera sy
dera tũc apparẽt, illa tamẽ suo fulgore supat
omnia, & ideo princeps eorũ rectissime dr̃.
Quod autẽ dictum est: Et diuidant inter diẽ
& noctẽ: potest hæc fieri calumnia, vt dicat,
q̃uo iam Deus diuiserat superius inter diem
& noctẽ, si hoc quarto die sydera faciũt? Sic
igitur hic dictũ est, diuidant inter diẽ & no-
ctem, tanq̃ si diceretur, sic inter se diẽ diui-
dant & noctẽ, vt soli dies detur, nox autem
lunæ & syderibus cęteris. Quæ duo iã diuisa
erant, sed nondũ inter sydera, vt iam certũ
esset de syderũ numero, q̃d per diem, & q̃d
per noctẽ appareret hominib⁹. Et dixit De⁹.
Eijciãt aquæ reptilia aĩarũ viuarũ, & volati-
lia volãtia sup terrã sub firmamento cœli, et
sic est factũ. Et fecit De⁹ cetos magnos, & oẽ
animã animaliũ & repentiũ quæ eiecerunt
aquæ, & omne genus volatile pennatũ secũ-
dũ vniuscuiusq; gen⁹. Et vidit Deus q̃a bona
sunt, & benedixit illa deus, dicẽs: Crescite &
multiplicamini & replete aquas maris, & vo
latilia multiplicentur super terã. Et facta est
vespera, & factũ est mane dies quintus. Hic
solẽt reprehendere, quærentes vel potius ca-
lũniantes, quare animalia non solum ea quæ
in aquis viuunt, sed etiã ea q̃ in aere volitãt,
& omnia pennata de aquis nata scriptum sit?
Sed sciant oẽs quos hęc mouent, istũ aerem
I nubilosum & humidũ, in quo aues volãt, à
doctissimis hominibus qui hæc diligẽter in
quirũt, cũ aquis solere deputari. Concrescit
n. & crassus efficiť exhalationibus & quasi
vaporibus maris & terræ, & de ipso humore
pinguescit quodãmodo vt volatus auiũ por
tare posit, Ideo p̃ noctes serenas ẽt rorat, cu
ius roris guttæ mane in herbis inueniuntur.
Nã mons illæ Macedonię qui Olympus vo-
catur, tantæ altitudinis eẽ diciť, vt in eius ca- *Olympi altitudo.*
cumine nec ventus sentiať, nec nubes se colli
gant, quia excedit altitudine sua totũ istũ ae-
rem humidũ, in quo aues volant, & ideo nec
aues ibi volare asseuerant. Quod ab eis per-
ceptũ dr̃, qui per singulos annos solebãt, nes-
cio quorũ sacrificiorũ causa memorati mõ
tis cacumẽ scandere, & aliquas notas in pul
uere scribere, quas alio anno integras inue-
niebãt. Quod fieri nõ posset si vẽtum aut plu
uiam locus ille pateret. Deinde q̃a tenuitas
aeris illius qui ibi est, nõ eos inspirabat, dura
re ibi non poterãt, nisi spõgias humectas na
ribus applicarẽt, vñ crassiorẽ & cõsuetũ spi
ritũ ducerẽt. Hi ergo indicauerũt se ẽt nullã
auem in eo loco aliqñ vdisse. Nõ itaq; imme K
rito nõ solũ pisces et cætera q̃ ĩ aquis sũt ani
malia, sed ẽt aues de aquis natas esse, fidelissi
ma scriptura cõmemorat, quia per istũ aerẽ
volare possunt, qui de maris & terræ humo-
ribus surgit. Ex dixit Deus: Eiiciat terra aĩam *Perniciosa animantia quur creata.*
viuã ẽm vnum quodq; genus quadrupedũ,
& serpentiũ & bestiarũ terrę, et sic est factũ.
Et fecit Deus bestias terrę ẽm genus, & peco
ra ẽm genus, & oĩa repentia terræ secundũ *cap. 16.*
genus. Et vidit Deus quia bona sunt. Solent *Gene. 1.*
etiã Manichęi mouere questionẽ vt dicant.
Quid opus erat vt tã multa animalia Deus fa
ceret, siue in aquis siue in terra q̃ hominibus
nõ sunt necessaria? Multa ẽt perniciosa sunt
& timenda. Sed cũ ista dicunt, non intelligũt
quemadmodũ omnia pulchra sunt cõditori
& artifici suo, qui omnibus vtiť ad guberna-
tionẽ vniuersatis, cui summa lege dominať.
Si.n. in alicuius opificis officinã imperitus ĩ
trauerit, videt ibi multa instrumenta quorũ
causas ignorat, & si multum est insipiẽs, sup-
flua putat. Iam vero si in fornacẽ incautus ce
ciderit, aut ferramento aliquo acuto, cum id
male tractat seipsum vulnerauerit, etiam per L
niciosa & noxia existimat ibi eẽ multa. Quo
rum tñ vsum q̃ñ nouit artifex insipientiam
eius irridet, & verba inepta non curans, of-
ficinam suã constanter exercet. Et tamẽ tam
stulti sunt homines, vt apud artificem homi
nẽ nõ audeant vituperare quæ ignorant, sed
cũ ea viderint credunt esse necessaria, & pro
pter vsus aliquos instituta: in hoc autem mũ
do cuius conditor, & administrator prædi-
catur Deus, audent multa reprehẽdere quo-
rum causas non vidẽt, & in operibus atq; in-
stru-

ſtrumentis omnipotentis artificis volunt ſe
videri ſcire qđ neſciunt. Ego vero fateor me
neſcire, mures & ranæ quare creata ſint, aut
muſcæ aut vermiculi, video tñ omnia in ſuo
genere pulchra eſſe, quanuis propter pecca-
ta nr̄a multa nobis videant̄ aduerſa. Non.n.
animalis alicuius corpus & mēbra cōſidero
vbi non menſuras & numeros & ordinē in-
ueniam ad vnitatem concordiæ pertinere.
Quæ omnia vnde veniāt non intelligo, niſi
à ſumma menſura & numero & ordine, quæ
M in ipſa Dei ſublimitate incommutabili atq;
æterna conſiſtunt. Quod ſi cogitarent iſti lo-
quaciſsimi & ineptiſsimi, nō nobis tædium
facerent, ſed ipſi conſiderando oēs pulchritu
dines & ſummas & infimas, Deū artificem
vbiq; laudarent: & qm̄ nuſquā offendit̄ ra-
tio, ſicubi forte ſenſus carnalis offenditur, nō
rerū ipſarū vitio, ſed nr̄æ mortalitatis meri-
tis imputarēt. Et certe oīa aīalia aut vtilia no
bis ſunt aut pernicioſa aut ſuperflua. Aduer-
ſus vtilia nō habēt quod dicant. De pernicio
ſis aūt vel punimur, vel exercemur, vel terre-
mur, vt nō vitā iſtā multis periculis & labori
bus ſubditā, ſed aliam meliorē, vbi ſecuritas
ſumma eſt, diligamus & deſideremus, & eam
nobis pietatis meritis cōparemus. De ſuper-
fluis vero, quid nobis eſt quærere? Si tibi di-
ſplicet ꝙ non proſunt, placeat ꝙ nō obſunt,
quia etſi domui noſtræ nō ſunt neceſſaria, eis
tñ cōpletur huius vniuerſitatis integritas, q̄
multo maior eſt q̄ domus noſtra, & multo
melior. Hāc.n. multo meli⁹ adminiſtrat De⁹,
q̄ vnuſquiſq; noſtrū domū ſuā. Vſurpa ergo
vtilia, caue pernicioſa, relinque ſuperflua, in
oībus tñ cum menſuras & numeros & ordi-
nē vides, artificē quære. Nec aliū inuenies,
niſi vbi ſumma mēſura & ſummus numerus
A & ſummus ordo eſt.i. Deū, de quo veriſsime
dictū eſt, ꝙ omnia in menſura & numero &
Sapiē.n. pondere diſpoſuerit. Sic fortaſſe vberiorē ca
pies fructū, cū Deū laudas in humilitate for-
micæ, q̄ cū tranſis fluuiū in alicuius iumenti
Qūo ad imaginē Dei factus hō. Cap. 17. altitudine. Et dixit Deus: Faciamus hoīem ad
imaginē & ſimilitudinem noſtram, & habeat
poteſtatē piſciū maris & volatilium cœli &
omnium pecorū & ferarum, & omnis terræ
Geneſ. 1. & omniū reptiliū quæ ſuper terrā repūt, &
cætera vſq; ad veſperā & mane quo cōplet̄
dies ſextus. Iſtā maxime qōnem ſolent Mani-
chæi loquaciter agitare, & inſultare nobis ꝙ
hoīem credamus factū ad imaginē & ſimili-
tudinē Dei. Attendunt.n. figurā corporis no-
ſtri & infeliciter quærunt, vtrū habeat Deus
nares & dentes & barbam, & mēbra ēt inte-
riora, & cætera quæ in nobis ſunt neceſſaria.
In Deo aūt talia ridiculū eſt, immo impium
credere, & ideo negant hominē factū eſſe ad
imaginē & ſimilitudinem Dei. Quibus rn̄de
mus, mēbra quidē iſta in ſcripturis plerunq;
noīari, cū Deus inſinuatur audientibus par-
uulis, & hoc nō ſolū in veteris teſtamenti li- B
bris, ſed ēt ī noui. Nā & oculi Dei cōmemo-
rātur & aures & labia & dentes & pedes, &
ad dexteram Dei patris ſedere euangelizatur
filius. Et ipſe dn̄s dicit: Nolite per cœlū iura
re, quia ſedes Dei eſt: neq; ꝑ terrā, qa ſcabel-
lū pedū eius eſt. Itē ipſe dicit, ꝙ in digito Dei
eijciebat dæmonia. Sed oēs qui ſpiritaliter ī- E
telligunt ſcripturas, nō mēbra corporea per
iſta noīa, ſed ſpiritales potētias accipere di di
cerunt, ſicut galeas & ſcutū & gladiū, & alia
multa. Primo ergo iſtis hæreticis dicendum
eſt, qua impudētia de talibus verbis veteri te-
ſtamēto calumnientur, cū ēt in nouo hęc po
ſita videant, aut fortaſſe nō videant, ſed cū liti
gāt excæcantur. Sed tñ nouerint in catholica
diſciplina ſpiritales fideles nō credere Deū
forma corporea definitum. Et ꝙ homo ad
imaginem Dei factus dicitur, ſm̄ interiorem
hominē dici, vbi eſt ratio & intellectus: vnde
ēt habet poteſtatē piſciū maris & volatilium
cœli & hominū pecorum & ferarum & oīs
terræ & omnium repentium, quæ repunt ſu-
per terrā. Cum.n. dixiſſet: Faciamus hominē
ad imaginem & ſimilitudinem nr̄am, addi-
dit continuo: & habeat poteſtatē piſciū ma-
ris & volatilium cœli & cætera, vt intellige-
remus non propter corpus dici hoīem factū
ad imaginē Dei, ſed ꝓp eā poteſtatē qua om-
nia pecora ſuperat. Omnia.n. animalia cęte-
ra ſubiecta ſunt homini, non ꝓp corpus, ſed
propter intellectū, quem nos habemus & il-
la non habent: quāuis etiam corpus noſtrum
ſic fabricatū ſit vt indicet nos meliores eſſe
q̄ beſtias, & propterea Deo ſimiles. Omniū
enim animaliū corpora, ſiue quæ in aquis, ſi
ue quæ in terra viuunt, ſiue quæ in aere voli
tant, inclinata ſunt ad terrā & non ſunt ere-
cta ſicut hoīs corpus. Quo ſignificat̄ ēt aīum
noſtrum ī ſuperna, id eſt, in æterna ſpiritalia
erectum eſſe debere. Ita intelligitur per ani-

mum

ium maxime, atteſtante ẽt erecta corporis
orma hõ factus ad imaginẽ & ſimilitudinẽ
Dei. Aliqñ ẽt ſolent dicere: Qũo accepit hõ
ptãtem piſcium maris & volatilium cœli, &
oĩum pecorum & ferarũ, cũ videamus à mul
is feris hoĩes occidi, & a multis volatilibus
nobis noceri, q̃ volumus vel vitare vel cape-
e, & plerunque non poſſe? Qũo ergo in hæc
D accepimus ptãtem? Hic illis primo dicendũ
eſt, ꝙ multum errent qui poſt peccatũ non
conſiderant hominẽ, cum in huius vitæ mor
talitatem damnatus eſt, & amiſit perfectionẽ
illam, qua factus eſt ad imaginẽ Dei. Sed ſi
dãnatio eius tm̃ valet, vt tã multis pecoribus
imperet: quamuis.n. à multis feris pp fragili-
tatem corporis poſsit occidi, a nullis tñ do-
mari põt, cũ ipſe tã multas & prope oẽs do-
met. Si ergo hæc hoĩs dñatio tm̃ valet, q̃d de
regno eius cogitandum eſt, q̃d ei renouato
& liberato diuina voce promittitur? Q̃d aũt
ſcriptum eſt: Maſculum & fœminam fecit il
los, & benedixit eos Deus, dicens: Creſcite &
multiplicamini & generate & replete terrã,
rectiſsime quæritur quemadmodũ accipien-
da ſit coniunctio maſculi & fęminæ añ pec-
catũ, & iſta benedictio qua dictũ eſt; Creſci-
te, & multiplicamini & generate & replete
terrã, vtrum carnaliter & ſpiritaliter accipiẽ-
da ſit. Licet.n. nobis eam ẽt ſpiritaliter accipe
re, vt in carnalẽ fœcunditatem poſt peccatũ
conuerſa eſſe credatur. Erat.n. prius caſta cõ-
iunctio maſculi & fœminæ, huius ad regen-
dum, illius ad obtẽperãdum accommodata,
& ſpiritalis fœtus intelligibilium & immor-
taliũ gaudiorum replens terrã, id eſt, viuifi-
cans corpus & dominans eius. i. ita ſubiectũ
hñs, vt nullã ex eo aduerſitatẽ, nullã moleſtiã
paterer̃. Quod iõ ſic credendũ eſt, q̃a nondũ
erant filij ſeculi huius antequam peccarent.
Filij. n. ſeculi huius generant & generantur,
ſicut dñs dicit, cũ in cõparatione futuræ vitę,
q̃ nobis promittit̃, carnalem iſtam generatio
nẽ contemnendã eſſe demonſtrat. Et q̃d eis
dictũ eſt, Habete ptãtem piſcium maris & vo
latilium cœli, & repentiũ oĩum q̃ repunt ſup
terrã: ſaluo quidẽ intellectu, quo manifeſtũ
eſt omnib. his animalibus hominem rõne do
minari, recte tamẽ intelligitur ẽt ſpiritaliter:
vt omnes affectiones & motus animi, quos
habemus iſtis animalibus ſimiles ſubditos ha
beremus, & eorũ dominaremur per tẽperan
tiam & modeſtiam. Cum.n. non regunt̃ iſti
motus erumpunt & pergunt in fœdiſsimas
conſuetudines, & in diuerſas pernicioſaſque
delectationes nos rapiunt, & faciunt ſimiles
omni generi beſtiarũ. Cũ aũt regunt̃ & ſubij
ciuntur, oĩno manſueſcunt, & nobiſcum cõ-
corditer viuunt. Non. n. à nobis alieni ſunt
motus animi noſtri. Paſcuntur ẽt nobiſcum
cognitione rõnum & morum optimorũ, & F
vita æterna, tanquam herbis ſeminalibus & li
gnis fructiferis & herbis viridibus. Et hæc eſt
hoĩs vita beata atq; tranquilla, cũ oẽs motus
eius rõni veritatique conſentiunt, & vocant̃
gaudia, amores ſancti, caſti, & boni. Si autem
non conſentiunt, nihilominus dũ negligẽter
gerunt̃ conſcindunt & diſsipant animum, &
faciunt vitã miſerrimã, & vocant̃ perturba-
tiones & libidines & concupiſcentiæ malæ.
De quibus iã nobis præcipitur, vt eas cũ q̃- *1. Co. 15.*
to poſſumus labore crucifigamus in nobis,
donec abſorbeatur mors in victoriam. Dicit
.n. Apoſtolus. Qui aũt Ieſu Chriſti ſunt, car- *Galat. 5.*
nem ſuam crucifixerunt cũ perturbationib.
& concupiſcentiis. Vel hinc.n. quiuis admo- *1. Retra.*
neri debet, non carnaliter hæc eſſe intelligen *cap. 10.*
da, quia herbæ virides & ligna fructifera oĩ
generi beſtiarum, animalibus, & oĩb. volatili
bus, & omnib. ſerpentibus in Geneſi dant̃ ad *Gene. 1.*
cibum, cũ videamus leones & accipitres & *lib. 15. de*
miluos & aquilas non paſci niſi carnibus, & *ciui. Dei.*
interfectione aliorũ aĩaliũ. Q̃d ẽt de nonnul- *cap. 27.*
lis ſerpentibus credo, qui ſunt in arenoſis & *De corum*
deſertis locis vbi nec lignum nec herba naſci *vniuerſi.*
tur. Sanè non eſt negligenter prætereundum *cap. 21.*
q̃d dictum eſt, Et vidit Deus oĩa q̃ fecit bona *Gen. 1.*
valde. Cum enim de ſingulis ageret, dicebat G
tantum, vidit Deus quia bonum eſt: cũ aũt de
omnibus diceretur, parum fuit dicere bona,
niſi adderetur & valde. Si enim ſingula opera
Dei cum conſiderantur à prudentibus, inue-
niũtur habere laudabiles menſuras, & nume-
ros & ordines in ſuo quæq; genere conſtitu-
ta, quanto magis omnia ſimul, ideſt, ipſa vni-
uerſitas, q̃ iſtis ſingulis in vnũ collatis cõple-
tur. Omnis.n. pulchritudo quæ partibus con
ſtat, multo eſt laudabilior in toto quã in par
te. Sicut in corpore humano ſi laudamus o-
culos ſolos, ſi naſum ſolum, ſi ſolas genas,
aut ſolũ caput, aut ſolas manus, aut ſolos pe-
des, & cætera ſi pulchra ſingula & ſola lau-
damus: quanto magis totum corpus cui oĩa
membra,

membra, quæ ſingula pulchra ſunt, conferũt pulchritudinem ſuam: ita vt manus pulchra q̃ ẽt ſola laudabatur in corpore, ſi ſepararet̃ à corpore, & ipſa amittat gratiam ſuam, & cætera ſine illa inhoneſta ſint: tanta eſt vis & potẽtia integritatis & vnitatis, vt q̃ bona ſunt
H tunc multum ẽt placeant, cũ in vniuerſum ali quid conueniunt atq; concurrunt: Vniuerſum aũt ab vnitate nomen accepit. Quod, ſi Manichæi conſiderarent, laudarent vniuerſitatis authorem & conditorẽ Deũ: & qđ eos ꝑꝑ conditionem noſtræ mortalitatis in parte offendit, redigerent ad vniuerſi pulchritudinẽ, & viderent quẽadmodũ Deus fecerit oĩa non ſolũ bona, ſed ẽt bona valde. Quin ẽt in ſermone aliquo ornato atq; compoſito ſi conſideremus ſingulas ſyllabas, vel ẽt ſingulas literas, q̃ cũ ſonuerint ſtatim tranſeũt, non in eis inueniemus quid delectet atq; laudandũ ſit. Totus. n. ille ſermo non de ſingulis ſyllabis aut literis, ſed de omnibus pulcher eſt. Iã nunc videamus ẽt illud qđ ſolent non maiore impudentia, q̃ imperitia deridere qđ ſcriptũ eſt, Deũ conſummato cœlo, & terra atque oĩb. quæ fecit, requieuiſſe die ſeptimo ab omnibus operibus ſuis, & benedixiſſe diẽ ſeptimũ, & ſanctificaſſe eũ, quia requieuit ab operibus ſuis. Dicunt. n. Quid opus erat vt Deus requieſceret? An forte operibus ſex dierum fatigatus & laſſatus erat? Addunt ẽt dñi teſtimonium vbi ait, Pater meus vſq; nunc operat̃, & hinc multos imperitos decipiunt, quibus perſuadere conantur nouum teſtm̃
I veteri teſtõ aduerſari. Sed ſicut illi quib. dñs dicit, Pater meus vſque nunc operat̃: carnaliter opinabantur requiem Dei, & carnaliter ſabbatũ obſeruantes, non videbant quid illi⁹ diei ſignificatio figuraret: ſic & iſti diuerſa q̃dem voluntate, pariter tñ nõ intelligunt ſabbati ſacrm̃. Et illi. n. carnaliter obſeruando, & iſti carnaliter execrando ſabbatũ non nouerunt. Tranſeat ergo vnuſquiſq; ad Chriſtũ vt auferat velamen, ſicut Apoſtolus dicit. Velamen. n. auferẽ, qñ ſimilitudinis & allegoriæ cooperimẽto ablato, veritas nudatur vt poſſit videri. Primo ergo huius locutionis regula in multis diuinarum ſcripturarũ locis animaduertẽda atque diſcẽda * eſt. Quid. n. aliud ſignat, ꝙ dicitur Deus requieuiſſe ab oĩbus operibus ſuis, quæ fecit bona valde, niſi requiem nr̃am quam nobis daturus eſt ab omnibus operibus noſtris, ſi & nos bona opera fecerimus. Secundum ipſam figurã locutionis dicit & Apoſtolus, Quid. n. oremus ſicut oportet neſcimus, ſed ipſe ſpũs poſtulat pro nobis gemitib. inenarrabilibus. Non. n. ſpũſ. ſanctus gemit, quaſi indigeat, aut anguſtias patiat̃, q ſcḋm Deũ interpellat pro ſanctis, ſed quia ipſe nos mouet ad orandũ cũ gemimus qđ ipſo mouente nos facimus, ipſe facere dictus eſt. Sic dr̃ ẽt illud, Tentat vos dñs Deus veſter vt ſciat ſi diligatis eũ. Non. n. vt ſciat ipſe quẽ nihil latet, ſed vt ſcire nos faciat, q̃tũ in eius dilectione profecerimus, tentari nos ꝑmittit. Scḋm ipſam locutionẽ dicit & dñs noſter neſcire ſe diẽ & horã de fine ſeculi. Quid. n. põt eſſe qđ ipſe neſciat? Sed qa hoc vtiliter occultabat diſcipulis, neſcientẽ ſe eẽ dixit, quia illos neſcientes occultando faciebat. Scḋum hanc figurã ẽt patrẽ ſolũ dixit ſcire diẽ ipſum, quia eundẽ filiũ ſcire faceret. Ex hac figura multæ q̃ões in diuinis ſcripturis eis qui iã genus locutionis huius nouerũt ſine vlla difficultate ſoluunt̃. Talib. locutionibus ẽt abundat nr̃a conſuetudo, cũ dicimus lætum diẽ, quia nos lętos facit: & pigrũ frigus, quia nos pigros facit: & foſſam cæcam, quia nos eã non videmus: & linguã politam, quia verba polita facit. Poſtremo ẽt quietum ab oĩbus moleſtiis tp̃s dicimus, in quo nos ab oĩbus moleſtiis quieti ſumus. Sic & Deus requieuiſſe dictus eſt ab oĩbus operibus ſuis, quæ fecit bona valde quia in illo requieſcemus ab omnibus operibus noſtris, ſi opera bona fecerimus: quia & ipſa bona opera nr̃a illi tribuenda ſunt qui vocat, qui ꝑcipit, qui viã veritatis oſtendit, qui vt & velimus inuitat, & vires impendi ea, q̃ imperat, ſubminiſtrat. Sed quare ſeptimo die requies iſta tribuat̃, diligentius conſiderandũ arbitror. Video. n. per totũ textũ diuinarũ ſcripturarum ſex quaſdã ætates operoſas, certis quaſi limitibus ſuis eſſe diſtinctas, vt in ſeptima ſperet̃ requies: & eaſdẽ ſex ætates hr̃e ſimilitudinem iſtorum ſex dierũ, in quibus ea facta ſunt, q̃ Deum feciſſe ſcriptura cõmemorat. Primordia. n. generis humani, in quib. iſta luce frui cœpit, bene comparantur primo diei quo fecit Deus lucem. Hæc ętas tanquam infantia deputanda eſt ipſius vniuerſi ſeculi, quod tanquam vnum hominẽ proportione magnitudinis ſuæ cogitare debemus: qa vnuſquiſq;

homo

Requies diei ſeptimi p allegoriam. cap. 22. Gen. 1.

Ioan. 5.

2. Cor. 3.

Diſcernẽda.

ꝺmo cum primo naſcitur & exit ad lucem,
rimam ætatẽ agit in infantia. Hæc tenditur
Adã uſq; ad Noe generationibus decem.
uaſi veſpera huius diei fit diluuiũ, qa & in
ntia noſtra tanquam obliuionis diluuio de
tur. Et incipit mane à tẽporibus Noe ſecun
a ętas tanquam pueritia, & tẽdit hęc ætas
ſq; ab Abrahã aliis generationibus decẽ. Et
ene comparatur ſecundo diei, quo factũ eſt
rmamentũ inter aquam & aquam, quia &
rca in qua erat Noe cum ſuis, firmamentum
rat inter aquas inferiores in quib. natabat,
& ſuperiores quibus cõpluebatur. Hæc ętas
non diluuio delet, quia & pueritia noſtra nõ
obliuione tergit de memoria. Meminimus
enim nos fuiſſe pueros, infantes autem non
meminimus. Huius ueſpera eſt confuſio lin-
guarũ in eis qui turrim ædificabãt, & fit ma-
ne ab Abrahã. Sed nec iſta ętas ſecũda gene-
rauit populũ Dei, quia nec pueritia apta eſt
ad generandũ. Mane ergo fit ab Abraham, &
ſuccedit ętas tertia ſimilis adoleſcentiæ. Et be
ne comparatur diei tertio, quo ab aquis ter-
ra ſeparata eſt. Ab oĩbus enim gentibus, qua-
rum error inſtabilis & uanis ſimulachrorum
doctrinis tanquam uentis oĩbus mobilis, ma
ris nomine bene ſignificatur, ab hac ergo gẽ
tium uanitate & huius ſeculi fluctibus ſepara
tus eſt populus Dei p Abraham, tanq̃ terra
cũ apparuit arida, id eſt, ſitiens hymbrẽ cæle
ſtẽ diuinorũ mandatorum, qui populos vnũ
Deũ colendo, tanquã irrigata terra, ut fruct⁹
utiles poſſet afferre, ſanctas ſcripturas & pro
phetias accepit. Hæc.n. ætas potuit iã genera
re populũ Deo, quia & tertia ætas, id eſt, ado
leſcentia filios habere iam poteſt. Et ideo ab
Abraham dictum eſt: Patrem multarum gen
tium poſui te ante Deum cui credidiſti, qui
uiuificat mortuos, & uocat ea quæ non ſunt
tanquam ea quæ ſunt. Qui contra ſpem in
ſpem credidit ut fieret pater multarum gen-
tium, ſecundum quod dictum eſt: Sic erit ſe-
men tuum, & augeam te nimis ualde, & po-
nam te in gentes, & reges de te exient, & po-
nam teſtamentũ meũ inter me & inter ſemẽ
tuũ poſt te, in generationes eorum in teſta-
mentum æternum, ut ſim tibi Deus & ſemini
tuo poſt te, & dabo tibi & ſemini tuo poſt te
terram in qua habitas, omnem terrã Chana-
an poſſeſsionem æternam, & ero illis Deus,
Hæc ætas porrigitur ab Abraham vſque ad
Dauid quatuordecim generationib. Huius
ueſpera eſt in populi peccatis quibus diuina
mandata præteribant, uſq; ad malitiã peſsi-
mi regis Saul. Et inde fit mane regnũ Dauid. B
Hęc ætas ſimilis iuuẽtuti eſt. Et reuera inter *Quartæ ætas.*
oẽs ętates regnat iuuentus, & ipſa eſt firma-
mentũ & ornamentũ omniũ ętatũ, & ideo
bene cõparat quarto diei quo facta ſunt ſyde
ra in firmamento cęli. Quid.n. euidentius ſi-
gnificat ſplendorẽ regni, quam ſolis excellẽ
tia? Et plebẽ obtemperantem regno* ſplẽdor *Regi.*
lunæ oſtendit, tanq̃ ſynagogã ipſam, & ſtellę
principes eius, & oĩa tanquam in firmamẽto
in regni ſtabilitate fundata. Hui⁹ quaſi ueſpe
ra eſt in peccatis regũ, quibus illa gẽs me-
ruit captiuari atq; ſeruire. Et fit mane trãſmi *Quinta ætas.*
gratio in Babyloniam, cum in ea captiuitate
populus leniter & in pegrino ocio colloca-
tus eſt. Et porrigitur hæc ætas uſq; ad aduen-
tũ dñi noſtri Ieſu Chriſti, id eſt, quintas ętas,
.ſ. declinatio à iuuentute ad ſenectutẽ, nõdũ
ſenectus, ſed iã non iuuentus, q̃ ſenioris ętas
eſt quẽ Græci πρεσϐύτην vocant. Nam ſenex
apud eos non πρεσβύτης, ſed γέρον dicitur.
Et reuera ſic iſta ętas à regni robore incli-
nata & fracta eſt in populo Iudęorum, quẽ-
admodum hõ a iuuentute fit ſenior. Et bene
cõparatur Illi diei quinto, quo facta ſunt in
aquis animalia, & uolatilia cœli poſteaquãil C
li homines inter gentes tanquã in mari eſſe
cęperũt, & habere incertã ſedẽ & inſtabilẽ,
ſicut uolantes aues. Sed planè erãt ibi ẽt ceti
magni.i. illi magni homines, q magis domi-
nari fluctib. ſeculi q̃ ſeruire in illa captiuitate
potuerũt. Non.n. ad cultũ idolorũ aliquo ter
rore deprauati ſunt. Vbi ſanè animaduerten-
dũ eſt, ꝙ benedixit Deus illa aĩalia dicẽs: Cre *Geneſ. I.*
ſcite & multiplicamini & implete aquas ma
ris, & uolatilia multiplicentur ſuper terram,
qa re uera gens Iudæorum ex quo diſperſa
eſt per gentes valde multiplicata eſt. Huius
diei, hoc eſt huius ętatis q ſi ueſpera eſt mul
tiplicatio peccatorũ in populo Iudæorum,
quia ſic excæcati ſunt vt ẽt dñm Ieſum Chri
ſtum non poſſent agnoſcere. Mane autẽ fit
prędicatione Euangelii per dominum no-
ſtrum Ieſum Chriſtum, & finitur dies quin-
tus. Incipit ſextus in quo ſenectus ueteris *Sextæ ætas.*
hominis apparet. Hac.n. ætate illud carnale
regnum uehementer attritum eſt, qñ & tem
plum deiectum eſt, & ſacrificia ipſa ceſſaue-
runt

runt, & nunc ea gens quantum ad regni sui
D vires attinet, quasi extremam vitam trahit, In
ista autē ætate tanq̃ in senectute veteris hoīs
hō nouus nascitur, q̃ iā spiritaliter viuit. Sex-
ta.n. die dictū erat: Producat terra animā vi
Gene. 1. uam. Nā quinto die dictum erat: Producant
aquæ, non animā viuam, sed reptilia anima-
rū uiuarū, qm̄ corpora sūt reptilia, & adhuc
corporali circuncisione & sacrificijs tanq̃ in
mari gentiū populus ille seruiebat legi. Istā
uero animā uiuā dicit, qua uita iam incipiūt
*Retra- æterna desiderari. Serpentes ergo & pecora,
ctat. c. 10. q̃ terra producit, gentes significant iā stabili
ter Euangelio credituras. De quibus dr̄ in il-
lo vase quod Petro demonstratū est in acti-
bus apostolorum: Macta & māduca. Et cum
Act. 10 ille immūda diceret, rn̄sum est ei: Quę Deus
mundauit, tu ne immūda dixeris. Tunc fit hō
ad imaginē & similitudinē Dei, sicut in ista
sexta ętate nascit̄ in carne dominus noster, de
quo dictū est per prophetam: Et hō est, & qs
agnoscet eū? Et quemadmodū in illo die ma
sculus & fęmina, sic & in ista ętate Christus
& ecclesia. Et prępōnit̄ hō in illo die pecori
bus & serpentibus & volatilibus cœli, sicut
in ista ętate Christus regit animas obtēperā-
tes sibi, q̃ ad ecclesiā sibi, partim de gentib.
partim de populo Iudęorū uenerunt, ut ab
eo domarentur, atq; mansuescerūt hoīes, qui
E uel carnali concupiscētiæ sunt dediti sicut pe
cora, uł tenebrosa curiositate obscurati quasi
serpētes, uel elati superbia quasi aues. Et sicut
in illo die pascit̄ hō & animalia quæ cū ipso
sunt herbis seminalibus & lignis fructiferis
& herbis uiridibus, sic ista ętate spiritalis hō
quicunq; bonus minister est Christi & eum
(quantum potest) imitatur, cum ipso popu-
lo spiritaliter pascitur sanctarum scriptura-
rum alimentis & lege diuina, partim ad cōci
piendā fœcunditatem rationū atq; sermonū
tanq̃ herbis seminalibus, partim ad vtilitatē
morum conuersationis humanæ tanquam li
gnis fructiferis, partim ad vigorē fidei, spei
& charitatis in uitam æternā, tanquā herbis
uiridibus, id est, uigentibus, quæ nullo æstu
tribulationum possunt arescere. Sed spiritalis
sic istis alimentis pascitur ut multa intelligat,
carnalis autem, id est, paruulus in Christo tā
q̃ pecus Dei, ut multa credat quæ intelligere
nondum potest, tn̄ eosdē cibos oēs hn̄t. Hu-
ius aūt ætatis quasi uespera, quæ utinam nos
non inueniat, si tn̄ nondū cępit, illa est qua
dn̄s dicit, Putas cū uenerit filius hominis inue
niet fidē sup terrā? Post istā uesperam fiet ma
ne, cū ipse dn̄s in claritate uenturus est. Tūc F
requiescent cū Christo ab oībus operib. suis,
ij quib. dictū est, Estote pfecti sicut pater ue
ster q in cœlis est. Tales.n. faciūt opera bona
valde. Post.n. talia opera speranda est requies
in die septimo qui uesperam non habet. Nul
lo ergo mō uerbis dici potest quéadmodum
Deus fecerit & cōdiderit cęlū & terrā & om
nē creaturā quā condidit, sed ista expositio p
ordinē dierū sicut indicat tanq̃ historiā rerū
factarum, ut prædicationē futurorum maxi-
me obseruet. Si autem aliquem mouet, quòd
in istis ætatibus seculi duas ætates primas de
nis generationibus aduertimus explicari,
tres autem consequentes singulæ quatuorde-
cim generationibus contexuntur, sexta vero
ista nullo generationum numero definita
est, facile est uidere etiam in unoquoque ho
mine duas primas ætates, infantiam & pue-
ritiam, corporis sensibus inhærere. Qui sen-
sus corporis quinq; sunt, uisus, auditus, olfa
ctus, gustus, & tactus. Quinarius autem nu-
merus duplicatus, quoniam duplex est se-
xus humanus, vnde generationes tales exi-
stunt, masculinus & fœmininus, quinarius
ergo, vt dixi, duplicatus denarium numerū
facit. Iam uero ab adolescentia, & deinceps G
ubi ratio iam incipit in homine præualere,
accedit quinq; sensibus, cognitio & actio, q
bus uita regitur & administratur, ut iā septe-
narius numerus incipiat esse. Qui similiter
duplicatus propter duplicem sexum in qua-
tuordecim generationibus eminet & appa-
ret, quas habent tres ætates consequentes, tā
quam adolescentis & iuuenis & senioris. Se
nectus, uero, sicut in nobis, nullo statuto an-
norum tempore definitur, sed post quinque
illas ætates quantum quisq; uixerit, senectu-
ti deputatur, sic & in ista ætate seculi non ap
parent generationes, ut etiam occultus sit
ultimus dies, quem utiliter dominus latere
opportere demonstrauit. Habet etiam unus-
quisq; nostrum in bonis operibus & recta
uita tanquam distinctos istos sex dies, post
quos debet quietem sperare. Primo die lucē
fidei quando prius inuisibilibus credit, pro-
pter quam fidem dominus uisibiliter appa-
rere dignatus est. Secundo die tanquam fir-
mamen-

namentum diſciplinæ, quo diſcernit inter
carnalia & ſpiritalia, ſicut inter aquas inferio
res & ſuperiores. Tertio die, quo mẽtẽ ſuam
ad ferendos bonorũ operũ fructus ſeparat à
labe * & fluctib. tentationũ carnaliũ, tanq̃ ari
dã terrã à pturbationibus maris, ut iã poſsit
dicere, Mẽte ſeruio legi Dei, carne aũt legi
peccati. Quarto die, quo iã in illo firmamen
to diſciplinæ ſpiritales intelligẽtias operatur
atq; diſtinguit, uidet q̃ ſit incõmutabilis ueri
tas, q̃ tanq̃ ſol fulget in aĩa, & quemadmodũ
aĩa ipſius ueritatis particeps fiat, & corpori
ordinẽ & pulchritudinẽ pſtet, tanq̃ luna illu-
minãs noctẽ, & quẽadmodũ ſtellæ oẽs. ſ. in-
telligentiæ ſpiritales in huius uitæ obſcurita
te tanquã in nocte micent, & fulgeãt. Quarũ
rerũ notitia fortior effectus incipiat quinto
die in actionibus turbulentiſsimi ſeculi, tanq̃
in aquis maris operari, pp utilitatẽ fraternæ
ſocietatis, & de corporalib. * agnitionibus q̃
ad ipſum mare ptinẽt. i. ad hãc uitã produce
re animarũ uiuarũ reptilia. i. opera q̃ pſint
animis uiuis, & cetos magnos. i. fortiſsimas
actiones, qbus fluctus ſeculi dirũpunt & cõ
temnunt, & uolatilia cœli. i. uoces cœleſtia
pdicantes. Sexto aũt die pducat de terra ani-
ma uiuã. i. de ipſa ſtabilitate mẽtis ſuæ ubi ſpi
ritales habet fructus, id eſt, bonas cogitatio-
nes, motus oẽs animi ſui regat, ut ſit in illo
aĩa uiua. i. rõni & iuſtitiæ ſeruiens, nõ temeri
tati atq; peccato. Ita fiat ẽt hõ ad imaginẽ &
ſimilitudinẽ Dei, maſculus & fęmina. i. intel-
lectus & actio, quorũ copulatione ſpiritalis
fętus terrã impleat, id eſt, carnẽ ſubiiciat, &
cætera q̃ iã in hoĩs pfectione ſuperius dicta
ſunt. In iſtis aũt tanq̃ dieb. ueſpera eſt in ipſa
pfectione ſingulorũ operũ, & mane ĩ ĩchoa
tione tẽporum. *Poſt iſtorũ quaſi lex dierum
opera bona ualde, ſperet etiam hõ quietem
perpetuam, & intelligat quid ſit, Requieuit
Deus ſeptima die ab omnibus operibus ſuis,
quia & ipſe in nobis hæc bona operatur, qui
ut operemur iubet. Et ipſe recte requieſce-
re dicitur, quia poſt hæc omnia opera, re-
quiem nobis ipſe præſtabit. Quomodo. n. re
cte dicitur paterfamilias edificare domum,
cum hoc non opere ſuo faciat, ſed eorũ qui
bus ſeruientibus imperat, ſic recte dicitur &
ab operibus requieſcere, cum poſt perfectio
nem fabricæ illis quibus imperabat permit-
tit ut uacent, & iucundo ocio perfruantur.

D. AVRELII AVGVSTINI K
de geneſi contra Manichęos
Liber ſecundus.



Oſt enumerationẽ & expletionẽ Gene. 2.
dierũ ſeptẽ interpoſita eſt quaſi Recitatio
q̃dam concluſio, & appellatus ſecundi et
eſt liber creaturæ cęli & terræ tertii ca-
qcqd ſuperius dictum eſt, cum pituli Ge
ſit parua pars libri. Sed iõ ſic meruit uocari, neſis.
qa uniuerſi ſeculi à capite uſq; finẽ quaſi bre Cap. I.
uis q̃dã imago in his dieb. ſeptẽ figurata eſt.
Deinde incipit de hoĩe diligentius tractare.
Quæ oĩs narratio non apertè, ſed figuratè ex
plicatur, ut exerceat mentes quærentiũ ueri-
tatem, & ſpiritali negocio a negociis carnali
bus auocet. Sic. n. ſe continet. Hic eſt liber
creaturæ cæli & terræ. Cum factus eſſet dies Gene. 2.
quo fecit Deus cęlum & terram, & omnia
uiridia agri tanq̃ eſſent ſuper terrã, & omne
pabulum agri antequã germinaret. Nondum
enim pluerat Deus ſuper terram, nec erat L
homo qui operaretur in ea. Fons autem a-
ſcendebat de terra, & irrigabat omnem ſa-
ciem terræ. Et tunc finxit Deus hominem
de limo terræ, & inſufflauit in faciem eius
flatum uitæ, & factus eſt homo in animam
uiuentem, Et tunc plantauit Deus paradi-
ſum in Edem ad Orientem, & poſuit ibi ho
minem quem finxerat. Et produxit adhuc
Deus de terra omne lignum formoſum ad
aſpectum & bonum ad eſcam. Et lignum
uitæ plantauit in medio paradiſi, & lignum
ſcientiæ boni & mali. Flumen autẽ prodibat
ex Edem & irrigabat paradiſum, quod in-
de diuiditur in quatur partes. Nomen vni
Phiſon, hoc eſt, quod circuit totam terram
Euilath, ubi aurum naſcitur, & aurum terræ
illius optimum. Ibi eſt carbunculus & lapis
Praſinus. Et nomen ſecundi fluminis Geon,
hoc circuit totam terram Aethiopiæ. Et flu-
men tertium Tigris, hoc eſt quod uadit con-
tra Aſſyrios. Et flumen quartum dr̃ Euphra-
tes. Et ſumpſit dominus Deus hominẽ quem
fecerat, & poſuit eũ in paradiſum, ut opera-
retur ibi, & cuſtodiret eum. Et præcepit do-
minus Deus Adæ dicens, Ex omni ligno
quod eſt in paradiſo edes ad eſcam, de ligno
ãt ſcĩæ boni & mali non edetis ab eo. Qua
die. n. ederitis de illo, morte moriemini. Et
dixit dominus Deus: Non eſt bonum eſſe ho M

minem solũ, faciamus ei adiutorium simile
sibi. Et quæcunque finxerat Deus ex oĩ gene
re pecorũ, & ex oĩ genere bestiarum agri, &
ex oĩ genere volatilium uolãtium sub cęlo,
perduxit ea ad Adã, vt videret quid ea voca-
ret, & quod vocauit ea oĩa Adã animã viuã,
hoc est nomen eius. Et póst hęc uocauit Adã
nomina omniũ pecorũ & omniũ auium cœ
li, & omnium bestiarũ agri, & ſm qđ voca-
uit ea Adã hoc est nomẽ eorũ, vsq; in hodier
nũ diẽ. Ipsi aũt Adæ nondũ fuit adiutoriũ si-
mile illi. Et immisit Deus soporẽ in Adã, &
obdormiuit. Et sumpsit Deus vnã de costis
eius, & impleuit locũ eius carne, & forma-
uit Deus costã, quã accepit ab Adã in mulie
rẽ, & adduxit illã ab Adã, vt videret q̃d eam
vocaret. Et dixit Adã, Hoc nunc os ex ossib.
meis, & caro de carne mea. Hæc vocabit̃ mu
lier, q̃m de viro sumpta est. Et hæc erit mihi
adiutoriũ. Propter hoc relinquet hõ patrem,
A & matrem, & adhęrebit vxori suæ, & erunt
Gene. 3. duo in carne vna: Et erãt ambo nudi, Adã &
mulier eius, & non confundebantur. Serpẽs
autem erat sapientior omnium bestiarum,
quæ erant super terram, quas fecerat domi-
nus Deus. Et dixit serpens ad mulierẽ: Quare
dixit Deus, Ne ederitis ab omni ligno quod
est in paradiso? Et dixit mulier ad serpentem:
Ex omni ligno quod est ĩ paradiso edemus,
à fructu aũt ligni quod est in medio paradisi,
dixit Deus ne edamus, sed neq; tangamus, ne
moriamur. Et dixit serpens ad mulierẽ: Non
morte moriemini. Sciebat.n. Deus q̃a qua die
manducaueritis ex illo, aperient̃ oculi v̄ri, &
eritis sicut alii scientes bonũ & malũ. Et vidit
mulier q̃a bonum est lignũ in escã, & q̃a bo
nũ est oculis ad videndũ & cognoscendũ, &
sumpsit fructũ de ligno illo & mãducauit &
dedit uiro suo, & accepit Adã & mãducauit,
& aperti sunt oculi eorũ, & tunc scierũt quia
Sumpserunt. nudi erãt & Suerũt * sibi folia fici, & fecerũt
sibi succinctoria. Et cũ audissent vocẽ dñi de
ambulantis in paradiso ad uesperã, abscõde-
Ante faciem. runt se Adã & mulier ei⁹ à facie dñi Dei sui,
ad illã arborẽ, q̃ erat ĩ medio paradiso. Et vo
cauit dñs Deus Adã, & dixit illi: Adã ubi es?
Et dixit ille, Vocẽ tuã audiui dñe in paradiso
& timui, & abscondi me, quia nudus sum. Et
B dixit dñs Deus? Quis nũciauit tibi q̃a nudus
es, nisi q̃a ab illa arbore de qua dixerã tibi ex
illa sola nõ mãducare, ex illa mãducasti? Et
dixit Adã, Mulier quẽ dedisti mihi sociã, de-
dit vt ederẽ, & mãducaui. Et dixit Deus mu-
lieri: Quid hoc fecisti? Et dixit mulier: Serpẽs
seduxit me & mãducaui. Et dixit dñs De⁹ ser-
pẽti: Quia hoc fecisti maledictus tu ab oĩ pe
core, & oĩ genere bestiarũ. Pectore & ventre
repes, & terrã manducabis omnib. diebus vi-
tæ tuæ, & inimicitiã ponã inter te & mulie-
rem, & inter semen tuũ, & inter semẽ illius.
Ipsa tuum obseruabit caput, & tu eius calca-
neũ. Et muleri dixit, Multiplicans multipli-
cabo dolores tuos & suspiria tua, & in dolo
ribus paries filios tuos, & ad virum tuũ con
uersio tua, & ille tui dominabit̃. Et tũc dixit
Deus ad Adam: Quia audisti uocẽ mulieris
tuæ, & manducasti de ligno de quo p̃ceperã
tibi, ex illo solo ne ederes, maledicta terra e-
rit tibi in oĩbus operibus tuis, & in tristitia
& gemitu tuo manducabis ex ea oĩbus die-
b⁹ uitæ tuæ. Spinas & tribulos germinabit ti
bi, & edes pabulũ agri tui. In sudore vultus
tui edes panẽ tuum, donec reuertatis in terrã
de qua sumptus es, q̃a terra es, & in terram
ibis. Et tũc Adã posuit nomẽ uxori suæ, uita,
quia mater est oĩum uiuorũ. Et tũc fecit dñs
Deus Adæ & mulieri eius tunicas pelliceas,
& induit illos. Et dixit: Ecce Adã factus est
tanq̃ unus ex nobis, ad scientiã cognoscendi
bonum & malũ. Et tũc ne porrigeret manum
suam Adam ad arborem uitæ, & sumeret si-
bi inde, & ederet, & uiueret in æternum, di-
misit eum dñs Deus de paradiso suauitatis,
ut operaret̃ terrã de qua & sumptus fuerat.
Et eiectus foras de paradiso, moratus est con
tra paradisum uoluptatis. Et Cherubim &
illam flammeam phrameã quæ uersatur, po
suit Deus ad custodiẽdam uiã arboris uitæ.

Hæc secreta uerborum si non reprehen-
dentes & accusantes, sed quærentes & reue-
rentes Manichæi mallent discutere, non es-
sent utiq; Manichęi, sed daret̃ petentibus, &
q̃rentes inuenirẽt, & pulsantibus aperiretur.
Plures.n. q̃ões in hoc sermone proponunt,
qui diligentia pia quærunt, q̃ isti miseri atq;
impii. Sed hoc interest, ꝙ illi quærunt ut in-
ueniant, isti nihil laborant, nisi non inuenire
quod quærũt. Hic ergo totus sermo primo
ſcđm historiam discutiendus est, deinde secũ
dum prophetiam. Secũdũ historiã facta nar-
rãtur, secũdũ prophetiã futura pręnuncian-
tur. Sanè quisquis uoluerit omnia quæ dicta
sunt

int ſecundum literam accipere. i. non aliter ntelligere q̃ litera ſonat, & potuerit euitare laſphemias, & oĩa congruentia fidei catho cæ prædicare, non ſolũ ei non eſt inuiden- ũ, ſed pręcipuus multumq; laudabilis intel ector habendus eſt. Si aũt nullus exitus daẗ, t pie & digne de Deo, quæ ſcripta ſunt intel gantur, niſi figurate atque in ęnigmate pro oſita iſta credamus, habentes authoritatem poſtolicam, à quibus tam multa de libris ve eris teſtamenti ſoluuntur ænigmata: modũ uem intendimus teneamus, adiuuante illo ui nos petere quærere & pulſare adhortaẗ: t omnes iſtas figuras rerum ſm catholicam idem, ſiue quæ ad hiſtoriam, ſiue quæ ad ꝓ- hetiam pertinent explicemus, non præiudi antes meliori diligentioriq; tractatui, ſiue ꝑ os, ſiue per alios, quib. dñs reuelare digna- ur. Factus eſt ergo dies, quo die fecit Deus ęlum & terram, & omne viride agri, anteq̃ ſſet ſuper terram, & omne pabulum agri. Su erius ſeptem numerabanẗ, nunc vnus diciẗ lies, quo die fecit Deus cęlum & terram & mne viride agri, & omne pabulum, cuius liei noĩe omne tp̃s ſignificari bene intelligi ur. Fecit. n. Deus omne tp̃s ſimul cum omni us creaturis temporalibus, quæ creaturæ vi ibiles, cęli & terræ noĩe ſignificantur. Mo- iere aũt nos dẽt ad quærendum, ꝙ cum diẽ, uo factum eſt cęlum & terra, nominaſſet, diecit ẽt viride agri, & omne pabulum. Nõ n. qñ dictum eſt, In principio fecit Deus cę- um & terrã: tunc dictũ eſt, factũ eſſe oẽ viri de agri & pabulũ. Manifeſte. n. legitur, ꝙ ter- io die factũ eſt omne viride & pabulũ agri. Quod aũt dictum eſt, In principio fecit Deꝰ cęlum & terram: non pertinet ad aliquẽ die- rum ex illis ſeptem diebus. Adhuc. n. vel ma- teriam ipſam vnde facta ſunt oĩa, cæli & ter- rę noĩe nuncupabat. Vel certe prius totam creaturam cęli & terrę noĩe propoſuerat, di cẽdo, In principio fecit Deus cęlũ & terrã: poſtea particulatim per ordinem dierum ſi- cut oportebat, ꝑꝑ prophetiã, quã in primo libro cõmemorauimus, Dei opera executus expoſuit. Quid ſibi ergo vult ꝙ nunc noĩato cęlo, & terra, addidit, viride agri & pabulũ, & tacuit cętera tã multa quæ ſunt in cęlo & in terra, vel ẽt in mari, niſi q̃a viride agri inui ſibilem creaturam vult intelligi, ſicut eſt ani ma? Ager. n. ſolet in ſcripturis figurate mun- dus appellari. Nã & ipſe dñs: Ager eſt hic, in- q̄t, mundus, cũ illã parabolã exponeret, vbi bono ſemini ſunt cõmixta zizania. Viride er- go agri ſpiritalẽ atq; inuiſibilẽ creaturã di- cit, ꝑꝑ vigorẽ vitæ, & noĩe pabuli, vtiq; ꝑꝑ vitã bene hoc ipſum interpretamur. Deinde q̃d addidit, anteq̃ eſſent ſuꝑ terrã, intelligiẗ, anteq̃ aĩa peccaret. Terrenis. n. cupiditatibus ſordidata, tanquã ſuper terram nata, vel ſuꝑ terram eſſe recte dicitur: Ideoq̃ue addidit, nondum enim pluerat Deus ſuper terram.

Matt. 13
1. Retra. cap. 10.

Quia & nunc viride agri Deus facit, ſed pluendo ſuꝑ terrã. i. cũ facit aĩas reuireſcere ꝑ verbũ ſuũ: ſed de nubib. eas irrigat. i. de ſcri pturis Prophetarũ & Apoſtolorũ. Recte au tẽ appellantur nubes, q̃a verba iſta q̃ ſonant ſciſſo & percuſſo aere tranſeunt. Addita etiã obſcuritate allegoriarũ, quaſi aliqua caligi- ne obducta, velut nubes fiunt. Quę dũ tractã- da exprimuntur, bene intelligentibus tanq̃ imber veritatis infunditur. Sed hoc nondum erat antequã aĩa peccaret. i. antequã viride agri eſſet ſuꝑ terrã. Nondũ. n. pluerat Deus ſuꝑ terram, nec erat hõ qui operareẗ in ea La boranti. n. homini in terra imber de nubibus eſt neceſſarius, de quib. nubibus iam dictum eſt. Poſt peccatũ aũt hõ laborare cępit in ter ra, & neceſſarias hr̃e illas nubes. Ante pecca tũ vero cũ viride agri & pabulũ feciſſet Deꝰ, quo noĩe inuiſibilẽ creaturam ſignificari di- ximus irrigabat eã fonte interiore, loquens in intellectu eius: vt non extrinſecus verba exciperet tanquam ex ſupradictis nubibus pluuiam, ſed fonte ſuo, hoc eſt, de intimis ſuis manante veritate ſatiaretur. Fons enim aſcendebat, inquit, de terra, & irrigabat om- nem faciem terræ. De qua. ſ. terra dicitur: Spes mea es tu, portio mea in terra viuentiũ. Qñ autem anima tali fonte irrigabatur, non- dum per ſuperbiã proiecerat intima ſua. Ini- tium. n. ſuperbię hominis apoſtatare à Deo. Et qm̃ in exteriora per ſuperbiam tumeſcẽs cœpit non irrigari fonte intimo, bene inſul- tatur illi verbis ꝓpheticis & dicitur. Quid ſuperbit terra & cinis? Quoniam in vita ſua proiecit intima ſua. Quid eſt enim ſuperbia aliud, niſi deſerto ſecreto conſcientiæ foris videri velle quod non eſt? Et ideo laborans iã in terra neceſſariam habet pluuiam de nu bibus, id eſt, doctrinam de humanis verbis, vt etiã hoc modo poſsit ab illa ariditate re-

Quid ſit nondum pluerat ſuper terrã. c. 4.

G

Fõs irrigans terram allegorice. cap. 5.
Eccl. 10.

H

1. Retra. cap. 10.
Superbia quid ſit.

uirescere, & iterũ fieri viride agri. Sed vtinã vel pluuiã veritatis de ipsis nubibus libenter excipiat. Nam ꝑ illam dñs noster nubilum carnis nr̃æ dignatus est assumere, hymbrem sancti Euangelij largissimum infudit: ꝓmittens etiam, ꝙ siquis biberit de aqua eius, rediet ad illum intimum fontem, vt forinsecus *Ioan. 4.* non quærat pluuiam. Dicit.n. Fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Iste credo fons ante peccatum ascendebat de terra, & irrigabat omnem faciem terræ, quia interior erat, & nubium non desiderabat auxilium: nõdum enim pluerat Deus super terram, nec erat homo qui operaretur in ea. Cum enim dixisset, nondum enim pluerat Deus super terram: subiecit & causam quare nondũ pluerat, quia nondum erat homo qui operaretur I in ea. Tũc autem homo cœpit operari in terra, cum post peccatum de beata vita dimissus est, qua in paradiso fruebatur. Sic. n. scriptum est: *Gen. 3.* Et dimisit eum dñs Deus de paradiso suauitatis, vt operaretur terram, de qua & sumptus. Vnde suo loco requiremus. *Infra. cap. 22.* Quod nunc ad hoc commemoraui, vt intelligeremus laboranti homini in terra, idest, in peccatorum ariditate constituto, necessariam esse de humanis verbis diuinam doctrinã, tanquam de nubibus pluuiam. *I. Co. 13.* Talis autem scientia destruetur. Videmus enim nunc per speculum in ænigmate tanquam in nubilo saginam quærentes: tunc autem facie ad faciem, qñ vniuersa facies terræ nostræ interiore fonte aquę saliẽtis irrigabitur. Nam si fontem aliquem huius visibilis aquæ voluerimus intelligere, *Gene. 2.* de quo dictum est, Fons autem ascendebat de terra, & irrigabat omnem faciem terræ, *Inuisibilia quib. nocabulis significentur. cap. 6.* non est verisimile, ꝙ cum tam multi fontes perennes, siue riuorum, siue fluuiorũ per vniuersam terram inueniantur, solus ille siccauerit, qui irrigabat omnẽ faciem terrę. Sub his ergo paucis verbis vniuersa creatura nobis significata est ante peccatũ aïæ. Noïe K .n. cęli & terræ vniuersa visibilis creatura insinuata est: & noïe diei, vniuersum tp̃s: & nomine viridiũ & pabuli agri, creatura inuisibilis: & noïe fontis ascendentis & irrigãtis omnem faciẽ terræ, inundatio veritatis, aïam satians ante peccatũ. Dies aũt iste, cuius noïe vniuersum tp̃s significari diximus, insinuat nobis non solũ visibilẽ, sed ẽt inuisibilẽ creaturam tẽpus posse sentire: quod de anima nobis manifestatur, quæ tanta varietate affectionũ suarũ, & ipso lapsu, quo misera facta est, & reparatione qua rursus in beatitudinẽ redit, tp̃e mutari posse conuincitur. Et ideo nõ dictum est. Cum factus esset dies, quo die fecit Deus cœlum & terram tantum, quib. nominibus visibilis creatura intimatur, sed additum est etiam, Viride, & Pabulum agri: quo nomine inuisibilem creaturam propter vigorem & vitam significari diximus, sicuti est anima. Et ita dictum est, Cum factus esset dies, quo die fecit Deus cęlum & terrã, & omne uiride, & pabulum agri, vt sic intelligeremus non solum visibilem, sed etiam inuisibilem creaturam pertinere ad tempus propter mutabilitatem: quia solus Deus incommutabilis est, qui est ante tempora. Nũc videamus post uniuersæ creaturæ insinuationem tam visibilis, quàm inuisibilis, & vniuersale beneficiũ diuini fontis erga inuisibilem creaturam, qd de homine specialiter intimetur, qđ ad nos maxime pertinet. Primo enim quòd de limo terræ Deus hominem finxit, solet habere q̃stionem qualis ille limus fuerit, vel quæ materia nomine limi significata sit. Illi aũt inimici veterum librorũ, omnia carnaliter intuentes, & propterea semper errantes, etiam hoc reprehendere mordaciter solent, quòd de limo Deus hoïem finxit. Dicũt enim: Quare dẽ limo fecit Deus hominẽ? An defuerat ei melior & cœlestis materia, vnde hominẽ faceret, vt de labe terrena tam fragilem mortalemque formaret? Non intelligẽtes primo ꝙ multis significationib. vel terra vel aqua in scripturis ponatur. Limus enim aquæ & terræ commixtio est. Dicimus enim tabidum & fragile & morti destinatum corpus humanum post peccatum esse cępisse. Non enim in nostro corpore ista exhorrescũt, nisi mortalitatem quam dãnatione meruimus. Quid autem mirum aut difficile Deo, etiam si de limo M istius terræ hominem fecit, tale tamen corpus eius efficere, quod corruptioni non subiaceret, si homo præceptum Dei custodiens, peccatum noluisset? Si.n. speciem cęli ipsius de nihilo, vel de informi materia dicimus factam, quia omnipotentẽ artificẽ credimus: qd mirum si corpus, quod de limo qualicunque factũ est, potuit ab oïpotenti artifice tale fieri, vt nulla molestia, nulla indigentia cruciaret hominem ante peccatum, &

nulla corruptione tabesceret? Itaq; superflue
quæritur, vnde hominis corpus Deus fece-
rit, si tñ nunc de corporis formatione dr̃. Sic
enim nonnullos nostros intelligere accepi,
qui dicũt, posteaquam dictũ est, Finxit Deus
hominẽ de limo terræ, propterea non addi-
tũ esse, Ad imaginẽ & similitudinẽ suam, qm̃
nunc de corporis formatione dr̃. Tunc autẽ
homo interior significabatur, quando dictũ
est, Fecit Deus hoĩem ad imaginẽ & similitu
dinẽ Dei. Sed etiam si nunc quoque hominẽ
ex corpore & anima factum intelligamus,
vt non alicuius noui operis inchoatio, sed
superius breuiter insinuati, diligentior retra
ctatio isto sermone explicet: Si ergo, vt dixi,
hominem hocloco ex corpore & anima fa-
ctum intelligamus, non absurde ipsa cõmix-
tio limi nomen accepit. Sicut.n. aqua terram
colligit, & conglutinat, & continet, qñ eius
cõmixtione limus efficitur: sic anima corpo
ris materiã viuificando in vnitatem concor-
dẽ conformat, & non permittit labi & resol
ui. Quod aũt scriptũ est, Et insufflauit in eum
spiritũ vitæ, & factus est homo in animã vi-
uentẽ, si adhuc corpus solũ erat, animã adiũ
ctam corpori hocloco intelligere debemus:
siue quia iam facta erat, sed tanq̃ in ore Dei
erat, idest, in eius veritate vel sapientia: vnde
tñ non recessit quasi locis separata, qñ insuf-
flata est: nõ enim Deus loco continetur, sed
vbiq; presens est. Siue tũc aĩa facta est, qñ in
illud figmentum Deus insufflauit spiritum vi
tæ, vt illa insufflatio ipsam operationẽ Dei si
gnificet, qua fecit animam in homine spiritu
potentiæ suæ. Si autem homo ille qui factus
erat, iam corpus & anima erat, ipsi aĩæ sen-
sus est additus ista insufflatione, cũ factus est
homo in animam viuentem: Non quia illa
insufflatio conuersa est in animam viuẽtem,
sed operata est in animam viuentem. Nondũ
tñ spiritalẽ hoĩem debemus intelligere, qui
factus est in aĩam viuentẽ, sed adhuc aĩalem.
Tunc enim spiritalis effectus est, cũ in paradi
so, hoc est, in beata vita cõstitutus, præceptũ
ẽt profectionis accepit, ut uerbo Dei consu-
maretur. Itaq; postq̃ peccauit, recedẽs à præ
cepto Dei, & dimissus est de paradiso, ĩ hoc
remansit vt animalis esset. Et ideo animalem
hominẽ prius agimus oẽs q de illo post pec-
catũ nati sumus, donec assequamur spiritalẽ
Adam, id est, dñm nostrum Iesum Christũ,
qui peccatũ nõ fecit: & ab illo recreati & ui-
uificati, restituamur in paradisum, ubi latro 1. Pet. 2.
ille cũ ipso eo die meruit esse, quo uitã istam Luc. 23.
finiuit. Sic.n. Apostolus dicit: Sed non prius
qđ spiritale est, sed qđ aĩale, sicut scriptũ est: 1. Co. 15.
Factus est primus Adã in aĩam uiuentẽ, no- 1. Retra. cap. 10.
uissimus Adã in spũm uiuificantem. Sic ergo
debemus intelligere hunc locũ, ut nõ qa di-
ctũ est, Insufflauit in eũ spũm uitæ, & factus
est hõ in aĩam uiuentẽ, credamus illã ueluti
partẽ naturæ Dei in aĩam hoĩs fuisse conuer
sam, & cogamur dicere naturã Dei esse mu-
tabilem: in quo errore maxime istos Mani-
chęos ueritas præmit. Sicut enim est mater C
omnium hæreticorũ superbia, ausi sunt dice
re ꝑ natura Dei sit aĩa. Et hinc urgentur à no
bis, cum eis dicimus, Ergo natura Dei errat
& misera est, & uitiorum labe corrumpitur
& peccat: aut etiam ut uos dicitis, naturę cõ-
trarię sordibus inquinatur: & cætera talia, q̃
de natura Dei nefas est credere. Nam factam
esse aĩam ab omnipotente Deo, & ideo non
illam esse partem Dei uel naturã Dei manife
ste alio loco scriptum est, dicente Propheta: Psal. 32.
Et qui finxit spiritum omnibus, ipse fecit om
nia. Et alio loco: Qui finxit spiritũ hominis
in ipso. Ergo factum esse spiritum hominis, *Quid in scripturis dicatur spiritus hominis.*
manifeste his testimoniis approbatur. Spiri-
tus autem hominis in scripturis dr̃ ipsius ani
mæ potentia rõnalis, qua distat à pecoribus,
& eis naturę lege dominatur. De quo dicit 2. Cor. 2.
Apostolus: Nemo scit q̃ sunt hoĩs, nisi spiri- L
tus hoĩs qui in ipso est. Ne forte si ꝓbaretur
his testimonijs aĩam factã esse, nõ deessent, q
dicerẽt, spũm hoĩs nõ esse factũ, & ipsum ar
bitrarẽtur esse naturã Dei, & in ipsum dice-
rẽt partẽ Dei esse conuersam, cũ illa insuffla-
tio Dei facta est. Qđ sana doctrina similiter
respuit, qa & ipse spiritus hominis cũ aliqñ
errat, & aliquãdo prudenter sapit, mutabilẽ
se esse clamat: quod nullo modo de natura D
Dei fas est credere. Non aũt põt maius signũ
esse superbię, q̃ ut dicat se humana aĩa hoc
esse quod Deus est, cũ adhuc sub tantis uitio
rũ & miseriarũ molibus gemat. Nunc iã ui-
deamus ipsam beatitudinẽ hoĩs, q paradisi
noĩe significatur: nam qm̃ in nemoribus deli *Paradisi delitiæ qd allegoricè cap. 9.*
ciosa qes hominũ esse solet, & corporis sen-
sibus nr̃is de Oriente lumẽ oritur, cœlumq;
cõsurgit, quod superius corpus est nr̃o cor-
pore atque excellentius: propterea his uerbis

etiã ſpiritales delitiæ, quas habet beata vita, figurate explicãtur, & ad Orientẽ paradiſus plantatur. *13. de ciuita. Dei cap. 21.* Intelligamus aũt noſtra gaudia ſpiritalia ſignificare omne lignũ formoſum ad aſpectũ intelligentiæ, & bonũ ad eſcam, quæ non corrumpitur, qua beatæ animæ paſcuntur. *Ioan. 6.* Nam & dominus dicit: Operamini eſcã quæ nõ corrũpitur, vt eſt oĩs ratio, quæ cibus eſt animæ. Ad Orientẽ id eſt lucẽ ſapientię in Eden, id eſt, in delitiis immortalibus & intelligibilibus. Nã delitiæ vel voluptas, vel epulũ hoc verbo ſignificari dr̃, ſi ex Hebręo E in Latinum interpretetur. Poſitũ eſt aũt ſic ſine interpretatione, vt aliquẽ locũ ſignificare videatur, magisq́; figuratã faciat locutionẽ. Productũ aũt ex terra oẽ illud lignũ accipimus, omne illud gaudiũ ſpiritale, id eſt, ſupereminere terræ, & non inuolui atq; obrui terrenarũ cupiditatũ impedimentis. Lignum aũt vitæ plantatũ in medio paradiſi, ſapiẽtiã illam ſignificat, qua oportet vt intelligat anima, in meditullio quodã rerũ ſe eſſe ordinatã, *13. de ciuita. Dei ca. 20. in fine.* vt quãuis ſubiectã ſibi habeat oẽm naturã corporeã, ſupra ſe tamẽ eſſe intelligat naturã Dei: & neq; in dexterã declinet ſibi arrogando qđ non eſt: neq; ad ſiniſtram, per negligentiã contemnendo quod eſt: & hoc eſt lignũ vitæ plantatũ in medio paradiſi. Ligno aũt ſciẽtiæ boni & mali, ipſa itẽ medietas animę & ordinata integritas ſignificatur: nã & ipſum lignũ in medio paradiſi plantatũ eſt: & ideo lignũ dignoſcentiæ boni & mali dr̃: *Phil. 3.* quia ſi anima quæ debet in ea quæ anteriora ſunt ſe intendere, id eſt, in Deum: & ea quæ poſteriora ſunt obliuiſci, id eſt, corporeas *Eccl. 10.* voluptates, ad ſe ipſam deſerto Deo conuerſa fuerit, & ſua potentia tanquam ſine Deo frui voluerit, intumeſcit ſuperbia, quod eſt F initium oĩs peccati. Et cũ hoc eius peccatũ pœna fuerit conſecuta, experiendo diſcit qd interſit inter bonũ quod deſeruit, & malũ in quod cecidit. Et hoc ei erit guſtaſſe de fructu arboris dignoſcentię boni & mali. Præcipit ergo illi, vt de omni ligno paradiſi edat, ex ligno aũt in quo eſt dignoſcẽtia boni & mali non edat, id eſt, non ſic eo fruatur: vt ipſam ordinatã integritatẽ naturæ ſuę, quaſi manducando violet atq; corrũpat. *Flumina quatuor quid notet. c. 10.* Flumen autem quod procedebat ex Eden, id eſt, ex delitijs & voluptate & epulis, quod flumen à Propheta ſignificatur in pſalmis, *Pſal. 35.* cum dicit, Torrente voluptatis tuæ potabis eos: hoc eſt. n. Eden, quod Latine voluptas dicitur, diuidit in quatuor partes, & quatuor virtutes ſignificat: prudẽtiã, fortitudinẽ, temperantiã, iuſtitiã. Dr̃ aũt Phiſon ipſe eſſe Ganges, Geon autẽ Nilus, quod ẽt in Hieremia propheta aĩaduerti põt: nũc alijs noĩbus appellantur. Sicut nũc Tyberis dr̃ fluuius, qui prius Albula dicebat. Tigris vero & Euphrates ẽt nunc eadẽ noĩa tenẽt, quibus tñ noĩbus virtutes, vt dixi, ſpiritales ſignificãtur. Quod ẽt ipſorũ nominũ interpretatio docet, ſiquis Hebręã linguã G vel Syrã conſideret. Sicut Hieruſalẽ, q̃uis ſit viſibilis & terrenus locus, ſignificat tñ ciuitatẽ pacis ſpiritualiter: & Sion, quãuis ſit mons in terra, ſpeculationẽ tñ ſignificat: & hoc nomẽ in ſcripturarũ allegorijs ad ſpiritalia intelligenda ſæpe transfertur. Et ille qui deſcendebat ab Hieruſalẽ in Hiericho, ſicut dñs dicit, & in via vulneratus, ſaucius & ſemiuiuus relictus eſt à latronibus, vtiq; locos iſtos terrarũ quãuis ſecundũ hiſtoriã in terra inueniant, ſpiritaliter cogit intelligi. Prudẽtia ergo, quæ ſignificat ipſam contẽplationẽ veritatis, ab omni ore humano alienã, q̃a eſt ineffabilis: quã ſi eloqui velis, parturis eã potius q̃ paris, quia ibi audiuit & Apoſtolus ineffabilia verba, quæ nõ licet homini loqui. Hęc ergo prudẽtia terrã circumit, quæ hẽt aurũ, & Carbũculũ, & lapidẽ Praſinũ, id eſt, diſciplinã viuẽdi, quæ ab omnibus terrenis ſordibus quaſi decocta niteſcit, ſicut aurũ optimũ & verũ, quod nulla falſitas vincit, ſicut Carbũculi fulgor nocte nõ vincitur: & vitã æternã, quę viriditate lapidis Praſini ſignificat, ꝑp vigorẽ qui non areſcit. Fluuius aũt ille, q circumit terrã Aethiopiã multũ calidã atq; H feruẽtẽ, ſignificat fortitudinẽ calore actionis alacrẽ atq; impigrã. Tertius aũt Tigris vadit cõtra Aſſyrios, & ſignificat tẽperantiã, quæ reſiſtit libidini, multũ aduerſanti cõſilijs prudentię: Vnde plerunq; in ſcripturis Aſſyrij aduerſariorũ loco ponũtur. Quartus fluuius non dictũ eſt cõtra q̃d vadat, aut q̃ terrã circumeat: iuſtitia. n. ad oẽs partes aĩæ pertinet, quia ipſe ordo & æquitas animę eſt, qua ſibi iſta tria cõcorditer copulãtur, prima prudẽtia, ſecũda fortitudo, tertia tẽperãtia, & ĩ iſta tota copulatione atq; ordinatione perficiũt iuſtitiã. Quod aũt ita cõſtitutus eſt homo in paradiſo, vt operaretur & cuſtodiret: ope-

ratio

atio illa laudabilior laborioſa nõ erat. Alia ſt nanq; in paradiſo operatio, & alia in terra, qua poſt peccatũ damnatus eſt. Ex eo autem quod additum eſt, Et cuſtodiret: ſignificatum eſt, qualis illa operatio erat. Nãque in tranquillitate beatæ vitæ, vbi mors non eſt, omnis operatio eſt cuſtodire quod tenes. Ac cipit etiam præceptum, de quo ſuperius iam tractauimus. Quod præceptum, qm̃ ſic concluditur, vt non ad vnum loquatur, ſic.n.dicitur, Qua die aũt manducaueritis, morte moriemini: incipit exponi quõ ſit facta fœmina. Et facta dicitur in adiutoriũ viri, vt copulatione ſpirituali ſpiritales fœtus æderet.i. bona opera diuinæ laudis, dum ille regit, hęc obtẽperat: ille a ſapientia regitur, hæc a viro. Caput.n.viri Chriſtus, & caput mulieris, vir. Ideoq; dicitur: Non eſt bonum ſolũ hominẽ eſſe. Adhuc.n.erat quo fieret, vt nõ ſolum aĩa corpori dñaretur, quia corp⁹ ſeruilem locũ obtinet, ſed ẽt virilis ratio ſubiugaret ſibi animalem partem ſuam, per quod adiutorium imperaret corpori. Ad huius rei exemplum fœmina facta eſt, quam rerum ordo ſubiugat viro: vt quod in duobus hominibus euidenti⁹ apparet.i.in maſculo & fœmina, ẽt ĩ vno homine conſiderari poſsit: vt appetitum aĩæ, per quẽ de membris corporis operamur, habeat mẽs interior tanquã virilis ratio ſubiugatum: & iuſta lege, modum imponat adiutorio ſuo, ſicut vir debet fœminam regere, nec eam permittere dominari in virum. Qđ vbi contingit, peruerſa & miſera domus eſt. Primo ergo demõſtrauit Deus homini, quãto melior eſſet pecoribus, & omnibus irrõnalibus animantibus, & hoc ſignificat quod dictũ eſt, adducta eſſe ad illum omnia animantia vt videret quid ea vocaret, & eis nomina imponeret. Ex hoc.n. apparet ipſa rõne hominẽ meliorẽ eſſe q̃ pecora, quod diſtinguere & noĩatim ea diſcernere nõ niſi rõ põt, q̃ de ipſis iudicat. Sed hæc facilis ratio eſt, cito n.homo intelligit ſe meliorem eſſe pecorib⁹. Illa eſt difficilis ratio, qua intelligit, in ſeipſo aliud eſſe rationale quod regit, aliud animale quod regitur. Et quoniam hæc ſecretiore ſapientia videt, ipſam viſionem ſecretam nomine ſoporis ſignificari arbitror, quem immiſit Deus in Adam, quando ei mulier facta eſt. Vt.n. hoc videatur, non eſt opus oculis iſtis corporeis, ſed quanto quiſque ab iſtis viſibilibus rebus in interiora intelligentiæ ſeceſſerit, hoc eſt autẽ quaſi obdormiſcere, tanto melius & ſyncerius illud videt. Ipſa enim cognitio, qua intelligitur in nobis aliud eſſe quod ratione dominetur, aliud qđ rationi obtemperet, ipſa ergo cognitio veluti effectio mulieris eſt de coſta viri, propter coniunctionem ſignificandam. Deinde vt quiſque huic ſuæ parti recte dominetur, & fiat quaſi coniugalis in ſeipſo, vt caro non concupiſcat aduerſus ſpiritum, ſed ſpiritui ſubiugetur, id eſt concupiſcentia carnalis nõ aduerſetur rationi, ſed potius obtemperando deſinat eſſe carnalis, opus habet perfecta ſapientia. *Gala. 5.* L Cuius contemplatio quia interior eſt & ſecretior, & ab omni ſenſu corporis remotiſsima, conuenienter etiam iſta ſoporis nomine intelligi poteſt, Tunc enim ordinatiſſime caput mulieris vir eſt, cũ caput viri eſt Chriſtus, qui ſapientia eſt Dei. *1. Co. 11. 1. Cor. 1.* Et ſanè in locum illius coſtæ carnem adimpleuit, vt hoc nomine inſinuaretur dilectionis affectus, quo diligit vnuſquiſq; animam ſuam, & non eſt durus vt eam contennat, quia diligit quiſque cui pręeſt. Non.n. ſic nominata eſt caro iſto loco, vt carnalem concupiſcentiam ſignificet, ſed iſto modo potius, quo Propheta dicit, auferri populo cor lapideum, & dari cor carneum. *Ezech. 11. & 36.* Hoc modo enim dicit & Apoſtolus: Non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus. *2. Co. 3.* Aliud eſt quippe propria locutio, aliud figurata, qualis iſta eſt quã tractamus modò. Qua pp etſi viſibilis fœmina ſecundum hiſtoriam de corpore viri primo facta eſt a domino Deo, non vtiq; ſine cauſa ita facta eſt, niſi vt aliquid ſecretũ intimaret. Non enim aut limus defuit, vnde fœmina formaretur: aut, ſi vellet, dominus homini vigilanti coſtam ſine dolore detrahere poſſet. Siue ergo iſta figurate dicta ſunt, ſiue etiam figurate facta ſunt, M non fruſtra hoc modo dicta vel facta ſunt, ſed ſunt planè myſteria & ſacramenta, ſiue hoc modo quo tenuitas noſtra conatur, ſiue aliquo meliore ſecundum ſanam tamen fidem ſunt interpretanda & intelligenda. Vocauit ergo mulierem ſuam vir tanquã potior inferiorem, & dixit: Hoc nunc os de oſsibus meis, & caro de carne mea. *Spiritale coniugiũ ĩ homine. cap. 13. Geneſ. 2.* Os de oſsibus, fortaſſe propter fortitudinem, & caro de carne, propter temperantiã. Hæ nãq; duæ virtutes ad inferiorem animi partem,

quam prudentia rōnalis, docentur pertinere. Quod autem dictum est. Hęc vocabitur mulier, quã de viro suo sumpta est, ista origo nominis & interpretatio in Latina lingua non apparet. Quid enim simile habeat mulieris nomen ad viri nomen inuenitur. Sed in Hebræa locutione dicitur sic sonare, quasi dictum sit: Hæc vocabitur virago, quoniam de viro suo sumpta est. Nã virago vel virgo potius habeat aliquam similitudinem cum viri nomine, mulier autem non habet. Sed hoc vt dixi, linguæ diuersitas facit. Quod autem A additum est, Relinquet homo patrem & matrem, & adhęrebit vxori suæ, & erũt duo in carne vna: quomodo referatur ad historiam non video, nisi q̃ plerunque in genere humano ista contingunt: sed tota prophetia est, cuius Apostolus meminit, dicens, Propter hoc relinquet homo patrem & matrẽ, & adhærebit vxori suæ, & erũt duo in carne vna. Sacramentum hoc magnum est. Ego autem dico in Christo Iesu, & in ecclesia. Quod Manichæi si non cæci legerent, qui per epistolas Apostolicas multos decipiunt, intelligerent quomodo accipiendæ sint veteris testamenti scripturæ, nec tam sacrilega voce auderent accusare quod nesciunt. Quod autem nudi erant Adam & mulier eius, & non confundebantur, simplicitatem animæ castitatemq; significat. Nam & Apostolus ita dicit. Aptaui vos vni viro virginem castam exhibere Christo: Timeo autem ne sicut serpens Euam fefellit versutia sua, ita corrumpantur mentes vestræ à simplicitate & castitate, quæ est in Christo. Serpens autem significat diabolum, qui sanè non erat simplex. Quod enim dicitur sapientior omnibus bestijs, figurate insinuatur eius versutia. Non autem dictum est quod in paradiso erat serpens, sed erat serpens inter bestias quas fecit Deus. Paradisus nanque beatam vitam, vt superius dixi significat, in qua iam non erat serpens, quia iam diabolus erat: & de sua beatitudine ceciderat, quia in veritate non stetit. Nec mirandum est quomodo mulieri loqui potuerit, cum illa esset in paradiso, & ille nõ esset. Nec enim aut illa secundum locum erat in paradiso, sed potius secundum beatitudinis affectum, aut etiam si locus est talis qui paradisus vocetur, in quo corporaliter Adã & mulier habitabant, etiam diaboli accessum corporaliter intelligere debemus. Non vtique, sed spiritaliter, sicut Apostolus dicit, secundum principem potestatis aeris huius spiritus, qui nunc operatur in filiis diffidentiæ. Nunquid ergo visibiliter eis apparet, aut quasi corporeis locis accedit ad eos, in quibus operatur? Non vtique, sed miris modis per cogitationes suggerit quicquid potest. Quibus suggestionibus resistunt, qui vere dicunt, quod item dicit Apostolus, Non enim ignoramus astutias eius. Quomodo enim accessit ad Iudam, quando ei persuasit vt dominum traderet? Nunquid in locis, aut per hos oculos ei visus est? Sed vtique, vt dictum est, intrauit in cor eius. Repellit autem illum homo, si paradisum custodiat. Posuit enim Deus hominem in paradisum, vt operaretur & custodiret, quia sic & Ecclesiæ dicitur in canticis canticorum, Hortus conclusus, fons signatus, quò vtique non admittitur peruersitatis ille persuasor. Sed tamen per mulierem decipit. Non enim etiam ratio nostra deduci ad consensionem peccati potest, nisi cum delectatio mota fuerit in illa parte animi, quæ debet obtemperare rationi tanquam rectori viro. Etiam nunc in vnoquoque nostrum nihil aliud agitur, cum ad peccatum quisque delabitur, quàm tunc actum est in illis tribus: serpente, muliere, & viro. Nam primo fit suggestio siue per cogitationem, siue per sensus corporis: vel videndo, vel tangendo, vel audiendo, vel gustando, vel olfaciendo. Quæ suggestio cum facta fuerit, si cupiditas nostra non moueatur ad peccandum, excludetur serpentis astutia: si autem mota fuerit, quasi mulieri iam persuasum erit. Sed aliquando ratio viriliter etiam commotam cupiditatem refrenat atque compescit. Quod cum fit, non labimur in peccatum, sed cum aliquanta luctatione coronamur. Si autem ratio consentiat, & quod libido commouerit faciendum esse decernat, ab omni uita beata tanquam de paradiso expellitur homo. Iam enim peccatum imputatur, etiam si non subsequatur factum, quoniam rea tenetur in consensione conscientia. Quo autem modo serpens ille peccatum persuaserit, diligenter consyderandum est, pertinet enim maxime ad nostram salutem, nam ideo hæc scripta sunt, vt iam talia caueamus. Nam cũ interrogata

Margin notes: lib. 6. de trinitate li 8.12.3 cap. 6. — Ephe. 5. — 2. Cor. 11. — Serpens diabolus Eua affectus. — Cap. 14. Supra cap. 9. Ioan. 8. — B

gata mulier respõdisset quid eis præceptum esset, ait ille, Non morte moriemini, sciebat n. Deus, quoniam quo die manducaueritis ex illo, aperientur oculi vestri, & eritis sicut dij scientes bonum & malum Videmus his verbis per superbiam peccatum esse persuasum: ad hoc enim valet quod dictum est, Eritis sicut dij. Sicut etiam hoc quod dictum est Sciebat.n. Deus, quoniam qua die manducaueritis ex eo, aperientur oculi vestri: quid intelligitur nisi persuasum esse, vt sub Deo esse nollent, sed in sua potestate potius sine domino, vt legem eius non obseruarent quasi inuidentis sibi ne seipsi regerent, ne indigentes illius interno lumine, sed vtentes propria ꝓuidentia quasi oculis suis ad dignoscendum bonum & malum, quod ille prohibuisset? Hoc est ergo quod persuasum est, vt suam potestatem nimis amarent, & cum Deo esse pares vellent, illa medietate, per quam Deo subiecti erant, & corpora subiecti habebant tanquam fructum arboris constitutæ in medio paradisi, male vterentur, id est, contra legem Dei, atq; ita quod acceperant amitterẽt, dum id quod non acceperant vsurpare voluerunt. Non enim accepit hominis natura, vt per suam potestatem Deo non regente beata sit: quia nullo regente, per suam potestatem beatus esse solus Deus potest. Et vidit, inquit, mulier quia bonum est lignum ad escam, & quia bonum est oculis ad videndum & cognoscendum. Quomodo videbat, si clausi erant oculi? Sed hoc dictum est, vt intelligeremus eos oculos esse apertos, postea quam de fructu illo acceperunt, quibus se nudos videbant, & displicebant sibi, id est, oculos astutiæ, quibus simplicitas displicet. Cum enim quisque ceciderit ab illa intima & secretissima luce veritatis, nihil est vnde velit placere superbia, nisi fraudulentis simulationibus. Hinc enim & hypocrisis nascitur, in qua multum sibi videntur cordati, qui potuerunt fallere & decipere quem voluerunt. Dedit enim mulier viro suo, & manducauerũt, & aperti sunt oculi eorum, de quibus iam dictum est, & tunc viderunt, quod nudi essent, sed oculis peruersis, quibus illa simplicitas, quæ nuditatis noĩe signficata est, erubescẽda videbatur. Itaq; vt iam non essent simplices fecerũt de folijs fici sibi succinctoria, tanquã tegentes pudenda sua: id est, occultantes simplicitatem, de qua iam erubescabat astuta superbia. Folia vero fici pruritum quendam significant, si hoc bene in rebus incorporalibus dr̃, quẽ miris modis animus patitur cupiditate & delectatione mentiendi. Vnde etiam latine falsi dicuntur, qui iocari amant. In iocis autẽ vtiq; simulatio principatũ tenet. Ita que cũ deambularet Deus in paradiso ad vesperã, id est, cũ ad eos iã iudicandos veniret, adhuc ante pœnã eorũ deambulabat in paradiso, id est, quasi mouebat̃ ĩ eis præsentia dei quãdo iam ipsi stabiles in eius præcepto nõ erant. Et bene ad vesperã, id est, cũ iam ab eis sol occideret, id est, auferretur ab eis lux illa interior veritatis. *Abscon-sio, ambulatio, per contatio, quid significent. cap. 16.* G

Audierunt vocẽ eius, & absconderunt se a conspectu eius. Quis se abscõdit a conspectu Dei, nisi qui deserto ipso incipit iam amare quod suũ est? Iam.n. habebãt cooperimenta mendacij. Qui autẽ loquitur mendaciũ, de suo loquitur. *Ioan. 8.* Et ideo ad arborẽ se dicunt̃ abscondere, q̃ erat in medio paradisi, id est, ad seipsos, qui in medio rerũ infra Deum & supra corpora sua ordinati erant. *infra Deũ* Ergo ad seipsos* abscõderũt se, vt cõturbarẽtur miseris erroribus, relicto lumine veritatis, quod ipsi non erant. Particeps.n. veritatis potest esse aĩa humana, ipsa aũt veritas Deus est ĩcõmutabilis supra illã. Ab ea vero veritate quisq; auersus est, & ad seipsum cõuersus, & nõ directore atq; illustratore deo, sed suis motibus quasi liberis exultat, tenebrat̃ mẽdacio: qm̃ qui loquit̃ mendaciũ, de suo loquit̃: atq; ita turbat̃, vt vox illa Prophetæ manifestat, qua dictũ est, Ad meipsum aĩa mea turbata est. *Ioan. 8.* *Psal. 41.* Itaq; iam interrogat̃ Adã, non Deo nesciente vbi esset, sed cogẽte ad cõfessionẽ peccati, Non.n. & dñs Iesus Christus tã multa quę interrogabat, nesciebat. Respõdit aũt voce eius audita, abscondisse se, qm̃ nudus esset. H Iam miserrima errore respondit, quasi Deo posset displicere nudus, sicut eum ipse fecerat. Est autem hoc erroris proprium, vt quod cuiq; displicet, hoc etiã Deo displicere arbitretur. Illud autẽ subtiliter intelligendum est, quod dñs ait: Quis nunciauit tibi quod nudus esses, nisi quia ab illa arbore de qua dixeram tibi, ex illa sola ne manducares, ex illa manducasti? *Gene. 3.* Nudus enim erat a simulatione, sed vestiebatur luce diuina. Vnde auersus & ad seipsum conuersus, quod significat de illa arbore manducasse, nuditatem

tatem suam vidit, & disciplicuit sibi ex eo ꝙ
Riectio culpæ & serpentis pœna. nõ habebat aliquid propriũ. Deinde iã more
superbiæ in se nõ accusat ꝙ cõsensit mulieri
sed in mulierẽ refundit culpam suam, & sic
subtiliter quasi de astutia quã miser concepe
rat, voluit ad ipsum Deũ pertinere ꝙ pecca-
uit. Non.n.ait, mulier dedit mihi: sed addidit
dicẽs, mulier quã dedisti mihi. Nihil est autẽ
tã familiare peccantibus q̃ tribuere deo velle
I vndecunq; accusant. Et hoc de illa vena sup
u. de Gene. ad literam. c. 35. Et. 3. cap. 8. biæ, vt quoniam sic hõ peccauit cũ vult esse
par deo, id est, liber esse ab eius dominio si-
cut ille ab omni dominio liber est, qm̃ ipse
est dñs omniũ. Quoniã in maiestate par illi
esse non potuit, iã lapsus & iacẽs in pc̃tõ suo,
parẽ sibi eũ facere, conatur, vel potius illum
vult ostendere peccasse, se autẽ esse innocen
tem, & mulier interrogata refert culpã in ser
pentẽ, quasi aut ille sic acceperit vxorẽ vt ei
obtẽperaret, & non potius vt ipsam sibi ob-
temperare faceret, aut illa non potuerit Dei
præceptũ potius custodire q̃ verba serpentis
admittere. Iã serpens non interrogatur, sed
prior excepit pœnã qa nec cõfiteri peccatũ
põt, nec habet omnino vnde se excuset. Nõ
aũt nunc ea damnatio diaboli dr̃, quæ vlti-
mo iudicio reseruatur, de qua loquitur dñs
Mat. 25. cum dicit, Ite in ignẽ æternum, qui præpara
tus est diabolo & angelis eius, sed ea pœna
eius dicitur, qua nobis cauendus est. Pœna
enim eius est vt in ptãte habeat eos qui Dei
præcepta contemnunt. Hoc.n. explicatur his
verbis, quibus in eum profertur sententia, &
inde maior pœna est, quia de hac tam infe-
K lici potestate lætatur, qui solebat antequam
caderet sublimi veritate gaudere, in qua non
stetit, & ideo illi etiã pecora præponuntur,
Ioan. 8. non in ptãte, sed in conuersatione naturæ
suæ, quia pecora non amiserunt beatitudinẽ
aliquã celestẽ, quam nunquã habuerunt, sed
in sua natura quã acceperunt peragunt vitã.
Dicitur ergo huic, Pectore & ventre repes.
Quod quidem & in colubro animaduerti-
tur, & ex illo animante visibili ad hunc inuisi
bilẽ inimicũ nostrũ locutio figuratur. No-
mine.n. pectoris, significatur superbia, quia
ibi dñat impetus animi. Nomine aũt ventris,
significat carnale desideriũ, qa hęc pars mol
lior sentit in corpore. Et quia his rebus ille
serpit ad eos quos vult decipere, ꝓpterea di
ctũ est, Pectore & vẽtre repes. Et terrã, ĩquit,
mãducabis omnibus diebus vitæ tuæ, id est, *Se... cu... ini... tia ca...*
omnibus diebus quibus agis hanc ptãtẽ, ante
illã vltimã pœnã iudicij. Hæc.n. vita eius vi
detur, de qua gaudet atq; gloriatur. Terram
ergo mãducabis, duobus modis intelligi po-
test. Vel ad te pertinebunt, quos terrena cu-
piditate deceperis, id est, peccatores, qui ter- L
ræ noĩe significant. Vel certe genus tertium
tẽtationis his verbis figuratur, quod est cu-
riositas. Terrã enim qui manducat, profunda
& tenebrosa penetrat, & tantum temporalia
atq; terrena. Non autẽ inimicitiæ ponuntur
inter ipsum & virũ, sed inter ipsum & mulie
rẽ. Nunquid quia viros non decipit & ten-
tat? Sed manifestum est, quòd decipit. An qa
ipsum Adam non decepit, sed mulierẽ eius?
Sed nũquid propterea nõ est inimicus eius,
ad quẽ peruenit ꝑ mulierẽ suã illa deceptio
maxime quia de futuro iã dicitur, inimicitias
ponam inter te & mulierem? Si autem ꝙ non
deinceps decepit Adam, nec ipsam Euam de
inceps decepit. Quare ergo ita dr̃ nisi quia
hinc manifeste ostenditur, nõ posse nos à dia
bolo tentari, nisi per illam animalẽ partem,
quæ quasi mulieris imaginem, vel exẽplum
in vno ipso homine ostendit, de qua superi⁹
iam multa diximus? Quòd autem etiam inter
semen diaboli & semen mulieris ponuntur
inimititiæ, significat semine diaboli peruersa
suggestio, semine autem mulieris, fructus bo
ni operis, quo peruersæ suggestioni resistit. M
Et ideo obseruat ipse plantam mulieris, vt si
quando in illicita labitur delectatio, tunc illã
capiat, & illa obseruat caput eius, vt eum in
ipso initio malæ suasionis excludat. Iam de *De mu... inf... cap...*
pœna mulieris nulla quęstio est. manifeste
enim multiplicatos dolores habet atq; suspi-
ria in huius vitæ calamitatibus: et quòd in do
loribus pariat filios, quanuis & in ista visibili
muliere compleatur, tamen ad illam secreti-
orem consideratio reuocanda est. Nam & in
pecoribus fœminæ cum doloribus pariunt
filios, & hęc est in illis mortalitatis conditio
potius quàm pœna peccati. Potest ergo fi-
eri, vt etiam in fœminis hominibus mortaliũ
corporũ sit ista conditio. Sed hoc est magnũ
supplicium, quod ad istam corporum mor-
talitatẽ ex illa immortalitate venerunt. Verũ
tamen magnum sacramentum est huius sen-
tentiæ, scilicet quod nulla abstinẽtia fiat à vo
luntate carnali, quę non habeat in exordio
dolo-

dolorem, donec in meliorē partē consuetudo flectatur. Quo cū peruenerit, quasi natus est filius, id est, ad bonum opus paratus est affectus per consuetudinē bonam. Quæ consuetudo vt nasceretur, cum dolore reluctatū est cōsuetudini malæ. Nā & illud qđ post partum dictū est, Erit tibi conuersio ad virū tuum, & ipse tui dominabitur: nonne multæ ac propè omnes mulieres absentibus viris suis pariunt, & post partū se ad illos non cōuertunt? Quę aūt superbæ sunt mulieres, & dominātur viris, nunquid post partū carent hoc vitio, vt viri earū dominentur? Immo quasi dignitatē sibi additā credūt, ꝙ matres fiūt, & plerunq; superbiores existūt. Quid sibi ergo vult, ꝙ posteaquā dictum est, in doloribus paries filios: additū est, Et erit tibi cōuersio ad virū tuum, & ipse tui dominabitur: nisi quia illa pars animæ, quę carnalibus gaudijs tenetur, cū aliquā malā cōsuetudinē volens vincere, passa fuerit difficultatē ac dolorē, atque ita peperit consuetudinem bonam, cautius iam, & diligentius rationi obtemperat tanquā viro: & ipsis quasi erudita doloribus conuertitur ad rationem, & libenter seruit iubēti, ne iterū in aliquā perniciosam cōsuetudinē defluat? Ista ergo quę videntur maledicta, præcepta sunt, si non carnaliter spiritalia legamus, Lex enim spiritalis est. Itē de sententia ista quę prolata est in ipsum virū, quid dicemus? Nunquid forte diuites quibus pronenit facillimus victus, neque in terra operātur, euasisse istam pœnam existimandi sunt, qua dicitur: Maledicta terra erit tibi in omnibus operib⁹ tuis, in tristitia & gemitu tuo mā ducabis ex ea oībus diebus vitæ tuę: spinas & tribulos pariet tibi, & edes pabulū agri tui: in sudore vultus tui edes panē tuū. donec reuertaris in terrā de qua sumptus es: quia terra es, & in terrā ibis? Sed certe illud manifestū est, ꝙ nemo euadat istā sentētiā. Hoc ipsum enim, quod in hac vita quisq; natus est, difficultatem inueniēdæ veritatis ex corruptibili corpore patitur. Sicut enim Salomon dicit: Corpus quod corrumpitur, aggrauat animā, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem: ipsi sunt labores & tristitiæ, quas habet homo ex terra: & spinæ ac tribuli sunt punctiones tortuosarum quęstionum, aut cogitationes de prouisione huius vitæ: quæ plerunque nisi extirpentur, & de agro Dei proijciant, suffocāt verbum Dei ne fructificet in hoīe, sicut dn̄s in Euangelio dicit. *Marc. 4.*

Et qm̄ necessitate iam per hos oculos & per has aures de ipsa veritate admonemur, & difficile est resistere phātasmatibus, quæ ꝑ istos sensus intrāt in aiam̄, quanuis per illos intret ꝫ ipsa admonitio veritatis. C In ista ergo ꝑplexitate cuius vultus non sudet vt manducet panem suum? Quod omnibus diebus vitæ nostræ passuri sumus, id est, huius vitæ quæ trāsitura est. Et hoc illi dictum est, qui coluerit agrum suū, qui ista patitur donec reuertatur in terram de qua sumptus est. i. donec finiat vitam istam. Qui. n. coluerit agrum suum interius, & ad panē suū quāuis cū labore peruenerit, pōt vsq; ad finē vitæ huius hunc laborē pati: post hāc aūt vitā nō est necesse vt patiatur. Sed q̃ forte agrū nō coluerit, & spinis eū opprimi permiserit, habet in hac vita maledictionē terræ suæ in omnibus operibus suis, & post hanc vitam habebit vel ignē purgationis vel pœnā æternā. *Ignis purgationis.* Ita nemo euadit istā sententiā. Sed agendū est, vt saltem in hac tm̄ vita sentiatur. Quem aūt non moueat ꝙ post peccatum & sententiam iudicis Dei vocat Adam mulierem suam vitam, quia viuorum ipsa sit mater, posteaq̄ meruit mortē, & mortales fœtus parere destinata est, nisi q͂a illos fœtus attendit scriptura, quos cū in doloribus pepererit, fiet illi conuersio ad virū suū, & eius ipse dominabitur? D De quibus fœtibus superius dictū est, Sic. n. est illa vita materque viuorum. *Quare post trāsgressionē Adā uitam uocauerit ipsam Heuā, & de pellicearū tunicarū significatione. cap. 21.* Nam vita quę in peccatis est, mors appellari in scripturis solet, sicut Apostolus dicit, mortuam esse viduam quæ in deliciis viuit: & mortui nomine peccatū ipsum significari legimus vbi dictū est, Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit illum, quid proficit in lauacro suo? *Ecclesiastici. 34.* Sic & qui ieiunat super peccata sua, & iterum ambulās hęc eadem facit. Pro peccato enim mortuū posuit, abstinentiā vero ieiuniūq; a peccato, tā quam baptismū, hoc est inundationē à mortuo. Iterū autē redire ad peccatum, tanquam iterum tangere mortuum. Quare ergo non animalis illa pars nostra, quæ tanquā viro debet obtemperare rationi, cum per ipsam rōnem de verbo vitę recte viuēdi sarcinam cōceperit, appelletur vita, & cum parturitione abstinentię, quanuis cum doloribus atque gemitibus malæ consuetudini resistens bonam

nam

nam cōsuetudinem ad recte facta pepererit, mater viuorum vocetur.i.recte factorū: qui-
E bus cōtraria sunt peccata, quæ nomine mortuorum significari posse docuimus? Nam illa mors quam oēs qui ex Adam nati sumus cœpimus debere naturæ, quā minatus est Deus, cum præceptū daret ne arboris fructus ille ederetur: illa ergo mors in tunicis pelliceis figurata est. Ipsi.n. sibi fecerunt præcinctoria de folijs fici. & Deus illis fecit tunicas pelliceas, id est, ipsi appetiuerunt mentiendi libidinem relicta facie veritatis, & Deus corpora eorū in istam mortalitatē carnis mutauit, vbi latēt corda mendacia. Neque.n. illis corporibus cœlestibus sic latere posse cogitationes credendum est, quemadmodū in his corporibus latent. Sed sicut nonulli motus animorū apparēt in vultu, & maxime in oculis; sic in illa perspicuitate ac simplicitate cœlestiū corporū oēs omnino motus animi latere non arbitror. Itaq; illi merebuntur habitationē illā & cōmutationē in angelicā formā, qui ēt in hac vita cum possint sub tunicis pelliceis occultare mendacia, oderunt tū ea & cauent flagrātissimo amore veritatis, & hoc
F *Mat. 10.* solū tegunt, quod ij qui audiunt ferre nō possunt, sed nulla mentiuntur. Veniet.n. tēpus vt nihil ēt contegatur. Nihil est.n. occultum qđ non manifestabitur. Tandiu autē in paradiso fuerunt isti, quanuis iam sub sentētia damnātis Dei, donec ventum esset ad pelliceas tunicas, id est, ad huius vitæ mortalitatem. Quo enim maiore iudicio potuit significari mors quā sentimus in corpore, quàm pellibus quę mortuis pecoribus detrahi solent; Itaq; cum cōtra præceptū non imitatione legitima, sed illicita superbia Deus esse appetit homo, vsque ad beluarum mortalitatem deiectus est. Ideo sic illi lex diuina insultat ore Dei, qua insultatione nos admonemur quan-
Expulsio Adæ qd allegoricæ. c. 22. tum possumus cauere superbiam. Ecce Adā factus est tanq̄ vnus ex nobis ad scientiā cognoscendi bonū & malū. Quæ ambigua locutio figurā facit. Nam factus est tanq̄ vnus ex nobis, dupliciter intelligi potest, Vel vnus ex nobis quasi & ipse Deus, quod pertinet ad insultationem. Sicut dicitur, vnus ex senatoribus, vtique senator. Aut certe, quia & ipse Deus esset, quanuis creatoris sui beneficio, non natura, si sub eius potestate manere voluisset, sic dictū est, ex nobis, qūo dr̄, ex cōsulibus, aut pro cōsulibus qui iā nō est. Sed ad quā rē factus est tanq̄ vnus ex nobis? Ad sciē- G tiā.s. dignoscendi boni & mali, vt iste p̄ experimentū disceret dū sentit malū, quod Deus per sapientiā nouit: & potestatē illam omnipotentis quā pati noluit beatus atq; consentiēs, pœna sua discat esse ineuitabilē. Et tunc ne porrigeret Adā manū suā ad arborē vitæ, & viueret in ęternū, dimisit illū Deus de paradiso. Bene dictū est, dimisit, nō exclusit, *vt ipso peccatorū suorū pondere tanq̄ in locū sibi congruū videretur vrgeri. Quod patitur plerunque malus hō, cum inter bonos viuere cœperit, si se ī melius cōmutare noluerit, ex illa bonorum congregatione pōdere malæ suæ consuetudinis pellitur, & illi eum nō excludunt reluctantem, sed dimittunt cupiētem. Quod aūt dictū est, ne porrigeret Adam manum suam ad arborē vitæ, etiam hæc ambigua locutio est. Loquimur.n. sic, cū dicimus, Ideo te moneo ne iterum facias qđ fecisti, volentes vtiq; vt non faciat. Et iterum sic, Ideo te moneo ne forte sis bonus, volentes vtiq; vt sit.i. moneo te nō desperās q̄ bonus possis esse, Sicut loquit̄ Apostolus cū dicit: Ne forte det illis Deus pœnitentiā ad cognoscendā veritatē. Potest ergo videri propterea hō in labore huius vitæ esse dimissus, vt aliquando manū porrigat ad arborem vitæ, & viuat in æternū. Manus aūt porrectio bene significat crucem, per quam vita æterna cōparatur: quamuis ēt si illo modo intelligamus ne manum porrigat, & viuat in æternum, nō iniusta pœna est post peccatum interclusum esse aditum ad sapientiam, donec Dei misericordia mensuris temporum reuiuiscat qui mortuus est, vt inueniatur qui perierat. Dimissus est ergo de paradiso suauitatis, vt operaretur terrā de qua sumptus erat, vt in corpore isto laboraret, id est, si posset, & ibi collocaret sibi meritū redeūdi. Moratus est autē cōtra paradisum in miseriā, quæ vtiq; beatæ vitæ cōtraria est. Nā beatā vitā paradisi nomine significatā existimo. Posuit aūt Deus Cherubin & flammeā frameā quæ versatur, quæ vno nomine versatilis dici pōt, ad custodiēdam viā arboris vitæ. Sicut illi volunt q̄ Hebręa verba ī scripturis interpretati sunt, Cherubin latine scientiæ plenitudo esse dicitur. Flammea vero framea versatilis, temporales pœnæ intelliguntur, quæ temporum

volu-

olubilitate versantur. Propterea & flammea
r̃, quia vrit quodãmodo omnis tribulatio.
ed aliud est vri ad consumptionem,& aliud
st vri ad purgationẽ. Nã & Apostolus dicit:
Quis scandalizatur,& ego non vror? Sed iste
affectus purgabat eũ magis, quia de charita-
te veniebat. At illæ tribulationes,quas iusti pa
tiuntur, ad istam pertinent flammeã frameã,
quoniam in igne probatur aurum & argen-
tũ,& hoĩes acceptabiles Deo in camino hu-
militationis. Et iterum, Vasa figuli probat for
nax,& hoĩes iustos tẽtatio tribulationis. Qm̃
ergo quẽ diligit Deus hunc corripit: & fla-
gellat oẽm filium quẽ recipit, sicut dicit Apo
stolus, Scientes qm̃ tribulatio patientiam ope
ratur, patientia aũt probationẽ,& legimus,&
audimus,& credendum est arborẽ vitæ, ple-
nitudinem, scientiæ, flammea framea custodi
ri. Nemo ergo pōt peruenire ad arborem vi-
tæ nisi ꝑ has duas. i. per tolerãtiam molestia-
rum,& scientiæ plenitudinem. Sed tolerantia
molestiarum omnibus ferè in hac vita subeũ
da est, tendentibus ad arborẽ vitæ. Plenitudo
aũt scientiæ videtur paucioribus prouenire:
vt quasi non omnes qui perueniunt ad arbo-
rem vitæ, per scientiæ plenitudinem veniant,
quanuis omnes tolerantiam molestiarum, id
est, flammeam frameam versatilem sentiant.
Sed si attendatur quod Apostolus dicit, Pleni
tudo aũt legis charitas, & videamus eandem
legis charitatem præcepto illo gemino con-
tineri: Diliges dñm Deũ tuũ ex toto corde
tuo,& ex tota anima tua, & ex tota mẽte tua.
Et, diliges proximum tanquã teipsum. In qui
bus duobus præceptis tota lex pendet & ꝓ-
phetæ: sine dubitatione intelligimus ad arbo
rẽ vitæ non solum per flammeam frameam
versatilẽ .i. per tolerantiã tꝑalium molestia-
rum, sed ẽt ꝑ plenitudinẽ scientiæ. i. per chari
tatẽ veniri: quia si charitatẽ, inquit, nõ habeã,
nihil sum. Sed in hoc sermone pollicitus sum
cõsiderationem rerũ factarum quã puto ex-
plicatã: & deinde cõsideratiõẽ prophetiæ, q̃
remaneat explicanda iam breuiter. Posito.n.
tanquam signo quodam manifesto, quò cæte
ra dirigantur, non diu nos, quantũ arbitror,
ista consideratio detinebit. Dicit.n. Apostol⁹,
sacr̃m magnũ esse qđ dictũ est, Propter hoc
relinquet homo patrẽ & matrem,& adhære-
bit vxori suæ, & erunt duo in carne vna.
Quod ipse interpretatur subijciendo: Ego
aũt dico in Christo & in Ecclesia. Ergo quod
per historiam impletum est in Adã, per pro- *Ioan. 15.*
phetiã significat Christũ, qui reliquit patrẽ,
cũ dicit: Ego à patre exiui,& veni in hũc mũ
dum. Sed non loco reliquit, quia Deus loco
non continet, neq; auersione peccati, sicut
apostatæ relinquunt Deũ: sed apparendo ho
minibus in hoĩe, cũ verbũ caro factũ est, & *Ioan. 1.*
habitauit in nobis. Qđ ipsum non cõmuta-
tionẽ naturæ Dei significat, sed susceptionẽ
naturæ inferioris personæ, idest, humanæ. Ad
hoc valet qđ dicitur: Semetipsum exinaniuit, *Phili. 2.*
quia non in ea dignitate apparuit hoĩbus, in
qua est apud patrẽ, blandiens eorũ infirmita-
ti, qui cor mundum nondum habebant vnde
videretur verbum in principio Deus apud
Deũ. Quid est ergo quod diximus, Reliquit
patrẽ: nisi reliquit apparere hominibus sicut
est apud patrem? Itẽ reliquit & matrẽ, idest,
synagogæ veterem atq; carnalẽ obseruantiã, *Rom. 1.*
q̃ illi mater erat ex semine Dauid s̃m carnẽ, M
& adhæsit vxori suæ. i. ecclesiæ, vt sint duo in
carne vna. Dicit. n. Apostolus ipsum esse ca-
put ecclesiæ,& ecclesiã corpus eius. Ergo & *Col. 1.*
ipse separatus est dormitione passionis, vt ei
coniunx ecclesia formaretur, quam dormi- *Psal. 3.*
tionem cantat per prophetam dicens, Ego
dormiui & somnum cępi, & exurrexi, qm̃
dñs suscepit me. Formata est ergo coniux ec-
clesia de latere eius. i. de fide passionis & ba-
ptismi. Nã percussum latus eius lancea, san- *Ioan. 19.*
guinem & aquam profudit. Factus autem, vt *Rom. 1.*
supra dixi, ex semine Dauid secũdum carnẽ,
sicut Apostolus dicit, idest, tanquam de limo
terræ, cum hõ non esset qui operaretur in ter
ra, quia nullus homo operatus est in virgine
de qua natus est Christus. Fons aũt ascende- *Gen. 2.*
bat de terra & irrigabat oẽm faciem terræ. Fa
cies terræ, id est dignitas terræ, mater dñi vir-
go Maria rectissime accipitur, quam irriga-
uit spiritussanctus qui fontis & aquæ noĩe in
Euangelio significatur, vt qualis de limo ter- *Ioan. 7.*
ræ, talis homo ille fieret, qui cõstitutus est in
paradiso, vt operaretur ibi & custodiret, id
est, in voluntate patris, vt eam impleret atq;
seruaret. Nam præceptũ quod accepit, nos
accepimus in illo, quia vnusquisq; Christia- A
nus non incongrue sustinet personã Christi, *Accõmo-*
dicẽte ipso domino, Quod fecistis vni ex mi *du allego*
nimis meis, mihi fecistis. Atq; vtinam fruere- *riam ad*
mur, sicut est præceptũ, omni ligno paradisi *vnũ quẽ*
quod

quod spiritales delicias, Fructus autem spiritus est, charitas, gaudium pax, longanimitas, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, continentia, sicut Apostolus dicit: & non tangeremus lignum in medio paradisi plantatũ sciẽtiæ boni & mali, idest, ne vellemus superbire de natura nr̃a, quæ sicut iam diximus media est, vt decepti experiremur, quid intersit inter simplicem fidem catholicã, & fallacias hæreticorum. Ita.n. peruenimus ad dignoscẽtiam boni & mali. Nam oportet, inquit, etiã hæreses esse vt probati manifesti fiant inter vos. Etenim serpens ille secundum prophetiam, hæreticorũ venena sig̃nat, & maxime istorum Manichæorum, & quicunq; veteri testõ aduersantur. Non.n. aliquid manifestius prænunciatũ arbitror, q̃ istos in illo serpente, vel potius illũ in istis esse vitandũ.

[Margin: libet hominem. cap. 25. Galat. 5. 1. Co. 11.]

B Nulli .n. loquacius atq; iactantius promittunt sciẽtiam boni & mali, & in ipso hoĩe tanquã in arbore q̃ plantata est in medio paradisi eam dignoscentiã demõstraturos se esse p̃sumũt: & ẽt illud quod dictũ est, Eritis sicut dij, qui alij magis dñt q̃ isti qui per suam superbã vanitatẽ, eandẽ superbiã persuadere conantes, affirmant aĩam naturaliter hoc esse qđ Deus est? Et ad quos magis ꝑtinet apertio carnaliũ oculorũ q̃ ad istos, q relicta interiore sapientiæ luce, solẽ istũ, q pertinet ad oculos corporis, adorare cõpellunt? Et oẽs quidẽ hæretici gñaliter scientiæ pollicitatione decipiunt, & reprehendunt eos, quos simpliciter credẽtes inuenerunt, & quia oĩno carnalia persuadẽt, quasi ad carnalium oculorũ apertionẽ conãtur adducere, vt interior oculus excæcet. Sed istis ẽt corpora sua displicent, non ꝑꝑ pœnalem mortalitatẽ, quam peccãdo meruimus, sed ita vt negent Deũ esse corporũ conditorem, tanquam apertis oculis carneis nuditas ista displiceat, Sed nihil vehemẽti⁹ istos designat, & notat q̃ qđ dicit serpẽs, Nõ morte moriemini. Sciebat.n. Deus qm̃ qua die ederitis, aperient oculi vestri. Sic.n. isti credunt, ꝙ serpens ille Christus fuerit,

[Margin: Gen. 3. Serpens hæreticus Eua Ecclesia. cap. 26. Gen. 3.]

C & Deũ nescio quẽ gentis tenebrarũ, sicuti affirmãt, illud ꝓceptũ dedisse confingunt, tanq̃ inuideret hoibus sciam boni & mali. Ex ista opinione ẽt nescio quos serpẽtinos ñatos esse arbitror, qui serpentẽ pro Christo colere dñr, nec attendunt Apostolũ qui ait, Metuo ne sicut serpẽs Euã seduxit astutia sua, sic & sensus vestri corrumpant. Hos ergo per istã prophetiã præfiguratos esse existimo. Seducit aũt verbis huius serpentis carnalis nr̃a concupiscentia, & ꝑ illam decipit Adã, non Christus, sed Christianus: qui si ꝓceptum Dei seruare vellet, ex fide ꝑseueranter viueret, donec idoneus fieret intelligẽtiæ veritatis. i. si operaretur in paradiso & custodiret qđ accepit, non veniret in illam deformitatẽ, vt cũ sibi displiceret caro quasi nuditas sua, carnalia magis tegumẽta mendaciorũ, tanquã folia fici colligeret, quib. sibi faceret succinctoriũ. Hoc.n. isti faciunt, cũ de Christo mentiunt, & ipsum mentitũ esse ꝓdicant, & tanq̃ abscondunt se à facie Dei ad sua mendacia ab illius veritate cõuersi, sicut Apostolus dicit, Et à veritate quidem auditũ conuertent, ad fabulas aũt cõuertent,

[Margin: Ophitæ. 1. Co. 11. Rom. 2. T.]

D & ille quidẽ serpens. i. ille error hæreticorũ, tentat ecclesiã, ꝯ quẽ clamat Apostolus cũ dicit: Metuo ne sicut serpens Euã seduxit astutia sua, sic & sensus vestri corrũpant. Ille ergo error pectore & ventre serpit, & terrã manducat. Non.n. decipit, nisi aut superbos, q sibi arrogantes qđ non sunt, cito credunt, ꝙ summi Dei & aĩæ humanæ vna eademq; natura sit: aut desideriis carnalibus implicatos, qui libenter audiunt ꝙ quicquid lasciue faciũt, non ipsi faciũt, sed gens tenebrarũ: aut curiosos, qui terrena sapiunt, & spiritalia terreno oculo inquirunt. Erunt aũt inimicitiæ inter istũ & mulierẽ, & inter semen eius & semen mulieris, si pariat ista filios q̃uis cũ doloribus, & se ad virũ suum conuertat, vt eius ipse dñetur. Tunc.n. põt cognosci non aliam partem in nobis pertinere ad authorẽ Deũ, & aliam ad gentem tenebrarum, sicut isti dicunt: sed potius & illud qđ regendi hẽt potestatem in homine, & illud inferius qđ regendũ est ex Deo esse, sicut dicit Apostolus: Vir quidem non debet velare caput, cũ sit imago & gloria Dei, mulier autem gloria viri est. Nõ enim vir ex muliere, sed mulier ex viro. Etenim non creatus est vir propter mulierẽ,

[Margin: 1. C. Gen. 1. Co.]

E sed mulier propter virum: propterea debet habere velamen mulier super caput propter angelos. Veruntñ neq; mulier sine viro, neq; vir sine muliere in dño: sicut.n. mulier ex viro, ita & vir per mulierem: omnia autem ex Deo. Laboret iam Adã in agro suo, & ꝙ spinas & tribulos ei parit terra, intelligat non naturæ esse, sed pœnæ: & hoc non nescio cui

[Margin: Adæ cultu…]

genti

genti tenebrarũ, sed diuino iudicio tribuat: qa moderamẽ iustitiæ est sua cuiq; tribuere. Tribuat ergo ipse mulieri escã cęlestẽ, quam accepit à capite suo q est Christus, nõ ab illa accipiat uetitũ cibũ id est hæreticorũ fallaciã cũ magna pollicitatione sciẽtiæ, & quasi secretorũ adapertione, quo fiat ad decipiendũ error ipse conditior. Hæreticorũ qppe superba & curiosa cupiditas in libro Prouerbiorũ, clamat sub mulieris imagine, & dicit: Qui stultus est diuertat ad me: & inopes sensu exhortat̃ dicens, Panes occultos edite libẽter; & aquã dulcẽ furtiuam bibite. Et necesse est tñ, cũ & illa quisq; crediderit, p̃cedente libidine mentiendi, qua Chr̃m mẽtitũ esse credit, accipiat ẽt tunicam pelliceã diuino iudicio. Quo noĩe mihi vr̃ in prophetia significari non corporis mortalitas, q̃ significat̃ in historia, de q̃a iã tractatũ est, sed de carnalib. sensibus attracta phantasmata, quę carnaliter mentientẽ diuina lege consequuntur & contegunt, atq; ita de paradiso, id est de catholica fide & ueritate dimittitur habitaturus contra paradisum, id est eidẽ fidei cõtradicturus. Qui si aliqñ se ad Deũ conuerterit p flãmeã frameĩ, id est p tpales tribulatiões, sua. s. peccata cognoscendo & gemendo, & nõ iã extraneã naturã, q̃ nulla est, sed seipsum accusando, ut ipse p cõuersionẽ ueniã mereat̃, & p plenitudinẽ scientiæ, q̃ est charitas, diligendo Deũ, qui supra oĩa est incõmutabilis, & diligendo ex toto corde, & ex tota aĩa, & ex tota mente, & diligendo proximũ tanquã seipsum, pueniet ad arborem uitæ, & viuet in ęternũ. Quid hñt ergo isti, qđ in his literis ueteris testamenti reprehendãt? Interrogent ẽm morem suum, & rñdeamus sicut dñs donare dignat̃. Quare fecit Deus, hoĩem, inquiũt, quem peccaturum sciebat? Quia & de peccante multa bona facere poterat, ordinãs eũ secundũ moderamen iustitiæ suę, & quia nihil oberat Deo pctm̃ eius, & siue non peccaret, mors nulla esset, siue qa peccauit, alii mortales de pctõ eius corriguntur. Nihil. n. sic reuocat hoĩes à pctõ, quemadmodum imminentis mortis cogitatio. Sic eum faceret, inquiunt, ut nõ peccaret. Imò ipse hoc faceret, Sic enim factus est, ut si noluisset, nõ peccaret. Non admitteretur, inquiunt, diabolus ad eius mulierem. Imo ipsa ad se diabolum non admitteret; Sic enim facta est, ut, si noluisset, nõ admitteret. Nõ fieret, inquiũt, mulier. Hoc est dicere, nõ fieret bonũ, qa & ipsa utiq; aliqđ bonũ est, & tm̃ bonũ, vt Apostolus eã gloriã uiri esse dicat: Oĩa certe ex Deo. Quis fecit diabolũ? Seipse: Nõ. n. natura, sed peccãdo diabolus factus est, Vel ipsum, aiunt, nõ faceret Deus, si eũ peccaturũ e ẽsciebat. Imò quare nõ faceret, cũ p suã iustitiã, & prouidentiã multos de malitia diaboli corrigat. An forte non audistis Apostolũ Paulũ dicẽtẽ: Quos tradidi satanæ, ut discãt nõ blasphemare? Et de seipso dicit: Et ne magnitudo reuelationũ extollat me, dat[9] est mihi stimulus carnis, angelus satanę q me colaphizet. Ergo, inquiũt, bonus est diabolus qa utilis est? Imò malus inquãtum diabolus est, sed bonus & omnipotens Deus est, qui etiã de malitia eius multa iusta & bona operatur. Non enim diabolo imputatur, nisi voluntas sua, qua donatur facere male, nõ Dei prouidentia quæ de illo bene facit.

1. Co. 11.

1. Tim. 1
2. Cor. 12.

H

Postremò qm̃ cũ Manichæis nobis de religione q̃stio est, qõ aũt religionis est qd de Deo pie sentiatur, qm̃ negare non possumus in miseria peccatorẽ esse genus humanũ. Illi dicunt naturã Dei esse in miseria: Nos negamus, sed dicimus eã naturã esse in miseria, quã de nihilo fecit Deus, & ad hoc uenisse nõ coactã, sed uoluntate peccandi. Illi dicũt naturã Dei cogi ab ipso Deo ad pœnitẽtiam peccatorũ: Nos negamus, sed dicimus eã naturam quã Deus fecit de nihilo, posteaquam peccauit cogi ad pœnitentiã peccatorũ. Illi dicunt naturã Dei ab ipso Deo accipere ueniã: Nos negamus, sed dicimus eã naturã quã fecit Deus de nihilo si se à peccatis suis ad Deũ suũ cõuerterit, accipere ueniã peccatorũ. Illi dicũt naturã Dei necessitate esse mutabilẽ: Nos negamus, sed dicimus eã naturam quã Deus fecit de nihilo, uolũtate esse mutatam. Illi dicunt naturæ Dei nocere aliena peccata: Nos negamus, sed dicimus nulli naturæ nocere peccata, nisi sua, & Deum dicimus tantæ bonitatis esse, tantæ iustitiæ, tantæ incorruptionis, ut neque peccet, neque ipse alicui noceat qui peccare noluerit, nec ipsi aliquis qui peccare uoluerit. Illi dicunt esse naturam mali cui Deus coactus est naturæ suæ partem dare cruciandam. Nos dicimus nullum malũ esse naturã, sed oẽs naturas bonas esse, & ipsum Deũ summã esse naturam,

Per contẽtionẽ cõfert Ecclesiæ dogmata cũ Manichæorum errorib. cap. 29.

I

1. Retra. cap. 10.

1. Retra. cap. 10.

ram,

ram, cæteras ex ipſo eſſe naturas, & oẽs bonas inquãtũ ſunt, qm̃ fecit Deus oĩa bona valde, ſed diſtinctionis gradibus ordinata, vt ſit aliud alio melius. Atq; ita omnigenere bonorũ vniuerſitas iſta compleatur, q̃ quibuſdam perfectis, quibuſdã imperfectis, tota pfecta, eſt. Quam Deus effector conditorq; eius iuſto moderamine adminiſtrare non ceſſat, q oĩa bona facit voluntate, nihil mali patitur neceſsitate. Cuius.n. voluutas ſuperat omnia, nulla ex parte quicquã ſentit inuitus. Cũ ergo illa illi, & nos iſta dicimus unuſquiſque eligat quod ſequatur. Ego.n. quod bona fide coram Deo dixerim, ſine ullo ſtudio contentionis, ſine aliqua dubitatione ueritatis, & ſine aliquo præiudicio diligentioris tractationis, quæ mihi uidebantur expoſui.

K

Regula prima clericis tradita, ut habebat titulus. Obſecro te lector quid habent frontis ac mentis qui tales næ- nias aſſcribunt tali viro?

Cap. 1.

COmmuni definitione decreuimus apud vos qđ nunquam poſtmodũ ab vllo poterit infringi. Reſidẽtibus nobis in monaſterio in nomine dñi noſtri Ieſu Chriſti, oĩbus
Sapiẽs. 2. placuit ſm Apoſtolicã traditionẽ, unũ ſenti-
Act. 1. re in dño & cõiter poſsidere. Sicut ſcriptum
& 4. eſt: Vnũ ſentite in dño: Et nemo qdẽ propriũ ſibi uendicet quicquã, ſed fiat ſicut ſcriptum eſt in actibus Apoſtolũ: Habentes oĩa cõia, nemo quicquã eſſe ſuũ dicebat, qđ à nobis ſcriptum eſt. In dño ergo iure obſeruationis nos teneamus, & in eo vſq; in finẽ pmanea-
Mat. 10. mus qm̃ in lege ſcriptũ eſt: Qui pſeuerauerit
Cap. 2. vſq; in finẽ, hic ſaluus erit. Si qs aũt uenire deſyderat ad congregationẽ fratrũ, qui in
Mat. 19. unũ eſſe videnẽ, non ignoret Euãgelii dictũ, quod dixit: Vendat oĩa ſua, & eroget egenis & pauperib. Et iterũ: Abneget ſemetipſum,
L & ſibi tollat crucẽ ſuã & ſequatur me. Et ne tractet in corde ſuo, de victu aut veſtitu & cæteris q̃ neceſſaria ſunt corpori, ipſo dño
Matt. 9. monẽte in Euangelio & dicente Nolite cogitare dicentes quid edetis, aut qđ veſtiemini, hoc.n. gentes cogitant. Scit pater ueſter quia horũ omniũ indigetis. Quærite primũ regnũ
Cap. 2. Dei, & iuſtitiã eius, & hæc oĩa apponent uobis. Veruntamen antequã ſtatuat eſſe in monaſterio, probet propoſitũ fratrũ atq; exemplũ, & ipſe probet in oĩ cõuerſatione ab illo q prior eſt, & cæteris cõſentiẽtibus, pp illud qđ ſcriptura docet & admonet, dicẽs: Amicũ noli cito cõprobare. Sed ſi cõtigerit ut aliqs ex qualitate cã neceſsitatis à monaſterio fuerit abſtractus, ne uel mente cõcipiat ſecũ aliqd ferre de his oĩbus, q̃ in monaſterio fuerunt, ſiue ẽt q̃ ſecũ aliqñ attulerat, ſiue ea quę cũ fratribus acquiſierat, qa certũ eſt fratres nihil habere, poſsidere, dare uel accipere debere ſine ſuperioris licẽtia. Quod ſi propinquus uel amicus uel quilibet fratrum aliquid offerre uoluerit, primo quidem priori inſinuetur, & ſic ſuſcipiatur ſi ipſe mandauerit, de quo tamen nihil fiat aliud, niſi quod priori placuerit, uel permiſerit, quoniam ualde verendum eſt, ne ſibi eueniat quod ſcriptũ eſt: Vir mutabilis in lingua incidet in mala. Et iterum, ut nullum omnino de fratribus ſecum prouocet, ne magis deſtructor, q̃ ædificator monaſterii uideatur, propter id quod ſcriptum eſt. Qui non eſt mecum, cõtra me eſt, & qui mecum non congregat, diſpergit. quicunq; prouocatus ab aliquo, de monaſterio uoluerit abſcedere, aut redarguat prouocantem, aut ante indicet Præpoſito, cui vtique de ijs quæ in communi decreuimus, nihil eſſe cenſeo ſubtrahẽdum, quia ſcriptum eſt: Pacifici ſint tibi multi, ſed unus ex mille ſit tibi cõſiliarius. Igitur hæc quę ſcripta ſunt cum ſumma diligentia obſeruãda ſunt à Prępoſito uſque ad omnes fratres. Et ſi quis ab aliquo doctrinam audierit præterquam in monaſterio conſecutus eſt ab eo cui ſe credidit, hanc autem ſuſcipiat, & eam non ſubtrahat doctori, quia ſcriptũ eſt: Omne quod manifeſtatur, lux eſt. Si enim bona fuerit collaudanda eſt: Si uerò praua, reprobanda. De ijs autem fratribus qui in unitate conſiſtunt, ſi quis ſubdito aduerſus Præpoſitum altercatus fuerit non ſolum ſemel, ſed ſecundo & tertio, ut Euangelium docet, licet exorare. Si autem noluerit ſe emendare, ille cui
A iniuriam irrogatus eſt poſt primam uel ſecundam correctionem, qui non reuocauerit cõtumacẽ, denunciet & illud Præpoſito, ne p taciturnitatem & ille & frater ſuus periclitentur, ſicut Salomon ait: Qui occultat inimicitiam, inſtruit dolum. Si uero ut fieri ſolet incurſio repentina ſuperuenerit aut hoſtilitas, ut impoſsibile ſit fratribus in unum

fugam petere pp insecutionem inimicorũ, & postmodũ Deo fauente euaserint, & potuerint peruenire ubi Præpositũ esse cognouerint, veluti filij ad patrem f[illegible]inare debebunt: Nec vllo modo poterũt separari, quos diuina charitas sociauit, quia scriptũ est: Perfecta dilectio foras mittit timorem.

Si qs aũt qđ super diximus causa necessita-
4. tis detinet id qđ à monasterio secũ portauit, necesse habebit vbi Pręposĭtus suus est, illud pferre, qa non poterit sibi retinere qđ p pactũ ad oẽs pertinet, & Deo vtiq; est consecra-
13 tum. Sed si cogitauerit de his aliqd retinere, ꝯ dictũ Apostoli agere vr̃, q ait: Nemini qc q̃ debeatis, nisi vt inuicẽ diligatis vos. Oĩa ergo quæ in isto libro continentur, oẽs fratres obseruent, atq; subscribant qui boni esse desyderant. Verum pp illos sunt cauta .i. scripta, qui in omnibus stabiles esse noscuntur.

Regula secunda.

ANte oĩa fratres charissimi diligãt De⁹,
1. deinde & ꝓximus, qa ista p̃cepta prin-
12 cipaliter nobis sunt data: Qualiter ãt oporteat nos orare vel psallere describimus: Id est, ĩ matutinis dicant psalmi octoginta octo cũ debitis antiphonis, uersib. & respõsoriis. Ad primã & tertiã dicãtur sui psalmi, antiphonæ duæ, lectiones duæ. Simili mõ ad sextã & nonã dicant sui psalmi cum debitis responsoriis & antiphonis. Hoc idẽ in uesperis & cõpletoriis seruet. Ad lucernariũ autẽ psalmus, rñsoriũ unũ, antiphone tres, lectiones tres. Et tẽpore opportuno post lucernariũ oĩbus sedentibus, legãtur lectiones. Nocturnæ ãt orationes mense Nouẽbri, Decembri, Ianuario & Februario, antiphonæ duodecim, psalmi sex, lectiones tres. Martio, Aprili, Septembri, Octobri, antiphonæ decẽ, psalmi quinq;, lectiones tres. Maio, Iunio, Iulio, & Augusto, antiphonæ octo, psami quatuor, lectiones duæ. Operentur à mane vsq; ad sextam, & à sexta vsq; ad nonã vacent lectioni, & ad nonã reddant codices. Et postq̃ refecerint siue in horto, siue ubicunq; necesse fuerit, faciant opus vsq; ad horam lucernarij. Nemo sibi aliquid uendicet propriũ, si-
2. ue in vestimento, siue in quacunq; re: Apostolica. n. vita optamus uiuere. Nemo cum murmure aliquid faciat, vt nõ simili iudicio murmuratorũ pereat. Fideliter obediãt. Hi
C patrem suũ post Deũ honorent, Pręposito suo deferãt sicut decet sctõs. Sedentes ad mẽsam, taceãt audientes lectionẽ. Si aũt aliquid opus fuerit, Præpositus eo[illegible]us sit. Sabbato & dñica sicut cõsuetu[illegible], q volũt vinũ accipiãt. Si opus [illegible]erit ad aliquã necessitatẽ mitti duo eãt. Nemo extra monasterium sine p̃cepto mãducet neq; bibat. [illegible]peres [illegible] ad disciplinã ptinet monasterii. Si oꝑe [illegible] monasterii mittant fratres vẽdere, solicite caueant, ne quid faciãt ꝯ p̃ceptũ, scientes, q[illegible] exacerbãt dñm in sctĩs suis. Si aliqd emãt ad necessitatẽ monasterij, solicite & fideliter vt serui Dei agant. Occiosum uerbũ apud illos non sit. Mane ad opera sua sedeant, post orationẽ tertiæ eãt ad opera sua, nõ stãtes fabulas cõtexant, nisi forte aliquid sit ꝓ vtilitate animæ. Sedẽtes ad opera taceant, nisi forte necessitas operũ exegerit vt loquat̃ qs. Si qs non oĩ uirtute adiuuante misericordia Dei hæc conatus fuerit implere, sed contumaci animo despexerit, semel atq; iterũ comoni[illegible] si nõ emendauerit, sciat se subiacere disciplinæ monasterij sicut oportet: Si aũt talis fuerit ætas ipsi⁹ vapulabit. Hæc aũt in nomine Christi fideliter & pie obseruantes, & proficietis, & nobis non parua erit de vestra salute cõsolatio. Hæc sunt quæ obseruetis, præcipimus in monasterio constitui. D

Regula tertia.

ANte oĩa fratres charissimi diligãt Deus, deinde proximus, quia ista p̃cepta sunt principaliter nobis data. Hæc igit̃ sunt, q vt obseruetis p̃cipimus in monasterio cõstituti. Primũ pp quod in unũ estis cõgregati, vt vnanimiter habitetis in domo dñi, & sit vobis aĩa una & cor unũ in Deo: Et nõ dicatis aliqd proprium, sed sint uobis omnia cõia. *Cap. 1. Hac prima clausula ueteran non habent.*

Et distribuat̃ vnicuiq; uestrũ à p̃posito uestro [illegible]ictus & tegumẽtũ, nõ æqualiter oĩbus, qa nõ æqualiter p̃ualetis oẽs, sed potius vnicuiq; sicut cuiq; opus fuerit. Sic. n. legitis in Actibus Apostolorũ: Quia erãt illis oĩa cõia, & distribuebat̃ ubicuiq; sicut cuiq; op⁹ erat. Qui aliqd habebant in seculo, qñ ingressi sunt monasteriũ libẽter uelint illud esse cõe. Qui aũt non habebant, non ea q̃rant in monasterio, q̃ nec foris hr̃e potuerunt. Sed tñ eorum infirmitati quod opus est tribuatur, et si paupertas illorũ [illegible] foris erant nec ipsa necessaria [illegible]tera inuenire. Tantum nõ ideo se putent esse felices, quia inuenerunt victũ & tegu-

tegumentum quale foris inuenire non pote-
rant, nec erigant ceruicem, qa sociantur eis
ad quos f[illegible]dere nō audebāt, sed sur-
sum co[illegible]habe[illegible]terrena vana nō q̃rant, ne
incipiant esse monaste[illegible] diuitibus vtilia, nō
pauperibus, si diuites illic humiliant & pau-
[illegible] flantur. Rursus ēt illi qui aliqd
cap. 5. [illegible] in seculo, nō habeāt fastidio
fratres suos, qui ad illā sanctā societatem ex
paupertate venerunt. Magis aūt studeāt non
de parentum diuitum dignitate, sed de pau-
perū fratrū societate gloriari. Nec extollant
si cōi uitæ aliquid de suis facultatibus cōtule
runt, nec de suis diuitijs magis superbiāt, qa
eas monasterio patiunt, q̃ si eis in seculo frue
rentur. Alia quippe quæcūq; iniquitas in ma
lis operibus exercetur, vt fiāt, superbia verò
& bonis operibus insidiatur, vt pereant. Et
qd prodest dispergere dando pauperibus &
pauperē fieri, cū aīa misera superbior effici-
tur diuitias contemnendo, q̃ fuerat possiden
cap. 6. do. Oēs ergo unanimiter & concorditer vi-
uite, & honorate in vobis Deū inuicē, cuius
cap. 7. tēpla facti estis. Orationib. instate, horis & tē
cap. 8. poribus constitutis. In oratorio nemo aliqd
H agat nisi ad qd factū est, vnde & nomen acce
41. dist. 1. In oratorio. pit, vt si forte aliqui etiam præter horas con-
stitutas, si eis vacat, orare uoluerint, non eis
sint impedimēto q ibi aliqd agendū putaue-
cap. 9. rint. Psalmis & hymnis cū oratis Deū, hoc
cap. 10. uersetur in corde qd pfert in uoce. Et nolite
cātare, nisi qd legitis esse cātandū. Qd autē
cap. 11. nō ita scriptū est ut cātetur, non cantet. Car
cap. 12. nē uestram domate ieiuniis & abstinētia escę
& potus, quantum ualetudo pmittit. Quādo
autem aliquis non pōt ieiunare nō tñ extra
horā prandii aliquod alimentum sumat, nisi
cū ægrotat. Cū acceditis ad mensam donec
cap. 13. inde surgatis, qd vobis secundū consuetudi-
nē legitur sine tumultu & contētionibus au-
dite, nec solæ uobis fauces sumāt cibum, sed
& aures esuriant Dei uerbum. Qui infirmi
cap. 14. sunt ex pristina cōsuetudine, si aliter tracta[illegible]-
tur in uictu, non debet aliis molestum esse,
nec iniustum uideri eis quos fecit aliqua con
suetudo fortiores. Nec illos fœliciores pu-
tent, quia sumunt quod non sumunt ipsi, se[illegible]
sibi potius gratulentur, quia ualent quod nō
cap. 15. ualent illi. Et si eis qui venerūt ex moribus
delicatioribus ad monasterium, a[illegible]
mentorum, vestimentorū, operimentorū [illegible]-

tur, qd aliis fortioribus, & iō fœlicioribus
non daī, cogitare debent qbus non daī, quan I
tū de sua seculari vita illi ad istā descēderint
quāuis usq; ad aliorū qui sunt corpore fir-
miores frugalitatē peruenire nequierint. Nec
debent uelle oēs, q̃ paucos uident amplius,
non quia honorantur, sed quia tolerātur ac-
cipere cōtingat detestanda peruersitas, vt in
monasterio ubi quātū possunt, fiunt diuites
laboriosi, fiāt pauperes delicati. Sanè quem-
admodū ægrotantes necesse habent minus ac
cipere ne grauētur, ita & post ęgritudinē sic
tractandi sunt, vt citius recreent, etiā si de hu
millima seculi paupertate venerūt, tanq̃ hoc
illis contulerit recentior ægritudo, quod di-
uitibus anterior cōsuetudo. Sed cū vires pri
stinas reparauerint, redeant ad fęliciorē con
suetudinē suā: Quæ famulos Dei tanto am-
plius decet, quanto minus indigent, nec cibi
eos teneat voluptas iā vegetatos, quos neces-
sitas leuarat infirmos. Illos ęstiment ditiores,
qui in sustinenda parcitate fuerint fortio-
res: Melius est. n. minus egeret, q̃ plus habe-
re. Non sit notabilis habitus uester, nec affe- K
ctetis uestibus placere, sed moribus. Qñ pro
ceditis, simul ambulate, cū ueneritis quo itis,
simul state: in incessu, statu, habitu, in oībus
vestris nihil fiat, qd cuiusquā offendat aspe-
ctū, sed qd uestrā deceat sanctitatē. Oculi ue
stri & si iaciuntur in aliquā fęminarū, figan-
tur in nulla. Neq; enim qñ proceditis fœmi-
nas uidere phibemini, sed appetere, aut ab ip
sis appeti velle, criminosum est. Nec solo ta-
cito affectu, sed affectu quoq; & aspectu ap-
petitur & appetit concupiscentia fœminarū.
Nec dicatis uos habere animos pudicos, si
habeatis oculos impudicos, qa impudicus
oculus, impudici cordis est nūcius. Et cū se-
inuicē sibimet, etiam tacente lingua conspe-
ctu mutuo corda nunciant impudica, & fm
concupiscentiam carnis alterutro delectant
amore, ēt intactis ab immūda violatione cor
poribus, fugit castitas ipsa de moribus. Nec
putare debet qui in fęminā figit oculum, &
illius in se ipse diligit fixum, ab aliis se non
videri cū fecerit: Videtur oīno, & à qbus se
uideri nō arbitratur. Sed ecce lateat, & a ne
mine hominū uideatur, quid faciet de illo
desup inspectore, quē latere nihil pōt? An iō L
putandus est non videre, quia tanto videt pa
tiētius, quāto sapientius? Illi ergo uir sctūs ti

meat displicere, ne velit fœminæ male placere. Illū cogitet oīa videre, ne velit feminam male videre. Illius nanq; & in hac cā cōmendatus est timor, vbi scriptū est: Abominatio est dño defigens oculū. Qñ ergo simul estis ī Ecclesia, & vbicunq; vbi fœminæ sunt, inuicē vestrā pudicitiā custodite. Deus.n. qui habitat in vobis, ēt isto mō custodiet vos ex vobis. Et si hanc de qua loquor oculi petulantiā in aliquo vestrū aduerteritis, statim admonete, ne cœpta progrediant̄, sed de ,pximo corrigant̄. Si aūt & post admonitionē iterū vel alio quocunq; die idipsum eū facere videritis, iā velut vulneratū sanandū prodat qcūq; hoc potuerit inuenire. Prius tñ & alteri vel tertio demōstrandū, vt duorū vel triū posit ore conuinci, & cōpetenti seueritate coerceri. Nec vos iudicetis esse maleuolos qñ hoc indicatis. Magis qppe innocentes nō estis, si fratres vestros, quos indicādo corrigere potestis, tacēdo perire p mittitis. Si.n. frater tuus vulnus hēt in corpore, qđ velit occultari cū timet secari, nōne crudeliter abs te sileret̄ & misericorditer indicaret̄? Quanto ergo potius dēs manifestare, ne deterius putrescat in corde? Sed anteq̄ aliis demonstret̄, p quos cōuincendus est si negauerit, prius Præposito dēt oñdi, si admonitus neglexerit corrigi, ne forte posit secretius correptus non innotescere cæteris. Si aūt negauerit, tunc neganti adhibendi sunt alij, vt iā corā oīb. posit nō ab vno teste argui, sed à duob. vel trib. cōuinci. Conuictus vero ſm Præpositi vel ēt p̄sbyteri, ad cuius dispensationē ptinet, arbitriū dēt emendatoriā subire vindictā. Quā si ferre recusauerit, ēt si ipse non abscesserit, de vestra societate proijciat̄. Non.n. & hoc fit crudeliter, sed misericorditer, ne contagione pestifera plurimos pdat. Et hoc qđ dixi de oculo non figendo, ēt in cęteris inueniendis, ,phibendis, indicandis, conuincendis, vindicādisq; peccatis diligenter & fideliter obseruetur, cū dilectione hoīum, & odio vitiorum. Quicunq; aūt in tm̄ progressus fuerit malū, vt occulte ab aliquo literas vel qđlibet munus accipiat, si hoc vltro cōfitet̄, parcat̄ illi, & oret̄ pro illo. Si aūt deprehendit̄ atq; conuincit̄, ſm arbitrium Presbyteri vel Præpositi grauius emendet̄. Vestes vestras in vnum habeatis sub vno custode, vel duobus, vel quot sufficere potuerit ad eas excutiēdas, ne à tinea lędant̄. Et sicut pascimini ex vno cellario, sic induamini ex vno vestiario. S[illegible] fieri pōt, nō ad vos ptineat qđ [illegible] indumentū ,p tpum congruentia [illegible], vtrū hoc recipiat vnusqsq; qđ deposuerat, an aliud qđ alter habuerat, dū tñ vnicuiq; prout cuique opus est non neget̄. Si aūt hinc inter vos contentiones & murmura oriunt̄, cū q̄rit̄ aliqs deterius se accepisse q̄ prius habuerat, & indignum se esse qui non ita vestiat̄ sicut alius frater eius vestiebat̄, hinc vos probate q̄tum vobis desit in illo īteriore sancto habitu cordis, q ,p habitu corporis litigatis. Tñ si sic vestra tolerat̄ infirmitas, vt hoc recipiatis qđ posueritis, ī vno tñ loco sub cōib. custodib. habete qđ ponitis. Ita sanè, vt nullus sibi aliquid operet̄, sed oīa opera vestra in vnū fiāt, maiori studio & frequentiori alacritate, q̄ si vobis singulis faceretis ,ppria. Charitas.n. de qua scriptū est, q non q̄rat q̄ sua sunt, sic intelligit̄, quia cōia propriis, non propria cōibus anteponit. Et iō quāto amplius rē cōem, q̄ propria vestra curaueritis, tanto vos amplius ,pficere noueritis: vt in oīb. quib. vtitur transitura necessitas, supereminenat q̄ permanet charitas. Consequens ergo est, vt ēt qui suis filiis aut aliqua necessitudine ad se ptinētib. in monasterio constitutis aliquā contulerit vestem, siue quodlibet aliud inter necessaria deputandū, non occulte accipiat̄, sed sit in ptāte Præpositi, vt in rē cōem redactū, cui necessariū fuerit p̄beat̄. Quòd si aliqs rē sibi collatā celauerit, furti iudicio condēnet̄. Indumenta vestra ſm arbitriū Præpositi lauentur, siue à vobis, siue à fullonibus, ne interiores aīæ sordes ꝯhat mundæ vestis nimius appetitus. Lauacrū ēt corpori cū infirmitatis necessitas cogit, minime deneget̄. Fiat sine murmure de consilio medici, ne, ita vt ēt si noluerit, iubēte Præposito, faciat qđ faciēdū est pro salute. Si aūt velit, & forte non expedit, suæ cupiditati non obediat̄. Aliqñ.n. ēt si [illegible], prodesse credit̄ qđ delectat. Deniq; [illegible] latens est dolor in corpore, famulo Dei di[illegible] quid sibi doleat, sine dubitatione credat̄. Sed tñ vtrum [illegible] illi dolori qđ delectat expediat, si non est certū, medicus consulat̄. Nec eāt ad balnea, siue quocunq; ire necesse fuerit minus [illegible] vel tres. Et ille qui hēt aliquo [illegible] necessit[illegible], cū q[illegible] Præpositus iusserit [illegible]. Aegrotātiū cura, siue post ægritu-

C (margin) · B (margin) · cap.28. · cap.29. · cap.3 · cap.31. · C · cap.32. · cap.33.

ægritudine reficiendorũ,ſiue aliqua imbecil
litate, ſiue febribus laborantium,vni alicui
debet iniungi, vt ipſe de cellario petat quod
cuiq; opus eſſe pſpexerit.Siue aũt qui cella-
cap.34. rio,ſiue qui veſtibus,ſiue qui codicibus ꝑpo
nuntur,ſine murmure ſeruiant fratribus ſuis.
cap.35 Codices certa hora ſingulis diebus petant:
cap.36. extra horã qui petierit, non accipiet. Veſti-
menta vero & calciamenta qñ indigentibus
fuerint neceſſaria,dare nõ differant ſub quo-
rũ cuſtodia ſunt q̃ poſcuntur.Lites aut nullas
cap.37. habeatis, aut q̃ celerrime finiatis, ne ira cre-
ſcat in odiũ,& trabẽ faciat de feſtuca,& ani-
1. Ioan mam faciat homicidã.Sic.n.legitis: Qui odit
cap.38. fratrem ſuum homicida eſt. Quicunq; con-
uitio vel maledicto vel ẽt criminis obiectu
aliquẽ læſit,meminerit ſatisfactione quanto-
tocyus curare qđ fecit,& ille qui læſus eſt ſi-
ne diſceptatione dimittere.Si aũt inuicẽ ſe læ
ſerint, inuicẽ ſibi debita relaxare debebunt,
ꝑp orationes veſtras,quas vtique quanto cre
briores habetis, tãto ſanctiores hr̃e debetis.
Melior eſt autẽ qui quanuis ira ſæpe tentať,
tñ impetrare feſtinat vt ſibi dimittat cui ſe fe
ciſſe agnoſcit iniuriã, q̃, qui tardius iraſciť,
& ad veniam petendã tardius inclinať. Qui
aũt non vult dimittere fratri, non ſperet acci
pere orõnis effectũ. Qui aũt nunquam vult
petere veniã, aut non ex aĩo petit,ſine cã eſt
cap.39. in monaſterio, ẽt ſi inde non proiiciať. Pro-
inde vobis a verbis durioribus parcite, q̃ ſi
emiſſa fuerint ex ore veſtro,non pigeat ex ip
ſo ore proferre medicamẽta vnde facta ſunt
vulnera.Qñ aũt neceſsitas diſciplinæ in mo-
ribus coercendis dicere vos verba dura com
cap.40. pellit, ſi etiam ipſi modũ vos exceſiſſe ſenti-
86. diſt. tis, non à vobis exigiť vt à vobis ſubditis ve-
c.Quãdo. niã poſtuletis, ne apud eos, quos oportet eẽ
ſubiectos,dum nimiũ ſeruať humilitas, regẽ
di frangať authoritas. Sed tñ petenda eſt ve-
nia ab oĩum dño, qui nouit ẽt eos quos plus
iuſto forte corripitis,quanta beneuolẽtia di-
ligatis. Non aũt carnalis, ſed ſpiritalis inter
vos debet eſſe dilectio. Præpoſito tanquã pa
tri obediať,multo magis Presbytero,qui om
niũ veſtrũ curã gerit. Vt ergo cuncta iſta ſer-
uentur,& ſi quid ſeruatum minus fuerit, nõ
negligenter ꝑtereatur,ſed vt emendandũ cor
rigendumq́; curetur,ad Præpoſitũ præcipue
pertinebit, vt ad Presbyterũ, cuius eſt apud
vos maior authoritas, referat,qđ modũ vel
vires eius excedit.Ipſe vero qui vobis præeſt,
nõ ſe exiſtimet poteſtate dominante, ſed cha
ritate ſeruiente fœlicẽ: Honore corã vobis
ꝑlatus ſit vobis, timore coram Deo ſubſtra-
tus ſit pedibus veſtris.Circa oẽs ſeipſum bo-
norũ operum præbeat exemplũ: Corripiat
inquietos,conſoletur puſillanimes, ſuſcipiat
infirmos,patiẽs ſit ad oẽs. Diſciplinam libẽs
habeat,metuẽdus imponat. Et quãuis vtrun-
que ſit neceſſariũ.tñ plus à vobis amari appe
tat q̃ timeri,ſemꝑ cogitans Deo ſe pro vobis
redditurum eſſe rõnẽ. Vnde vos magis obe-
diendo,non ſolũ veſtri, ſed ẽt ipſius miſere-
mini, qui inter vos quanto loco ſuperiore,
tanto in periculo maiore verſať. Donet dñs
vt obſeruetis hæc oĩa tanq̃ ſpiritalis pulchri
tudinis amatores, & bono Chriſti odore de
bona conuerſatione fragrantes, non ſicut
ſerui ſub lege,ſed ſicut liberi ſub gr̃a conſti-
tuti.Vt aũt vos in hoc libello tanq̃ in ſpecu-
lo poſsitis inſpicere, ne ꝑ obliuionẽ aliquid
negligatis,ſemel in ſeptimana vobis legatur.
Et vbi vos inueneritis ea quæ ſcripta ſunt fa-
cientes,agite gr̃as dño bonorum omniũ lar-
gitori.Vbi autem ſibi quicunque veſtrum vi-
det aliq̃d deeſſe,doleat de præterito, caueat
de futuro,orans vt & debitum dimittatur, &
in tentationem non inducatur, Amen.

Tomi primi operum Diui Auguſtini Finis.

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn.

Omnes ſunt quaterniones, præter Nn quid
eſt ſemifolium.

[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] pauly [illegible]
Cum peccata finita [illegible] [illegible]
49 Zono 2 [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] ad [illegible]



